Ex Libris

LIBRARY
Franciscan Friary
26th and K Sts.
Sacramento, Calif.

No. 2304

Class C 1

Date

Of. 17 - Vol 52

6.

SUMMA

SANCTI THOMÆ

HODIERNIS ACADEMIARUM MORIBUS ACCOMMODATA,

SIVE

CURSUS THEOLOGIÆ

JUXTA MENTEM DIVI THOMÆ,

INSERTIS PRO RE NATÂ DIGRESSIONIBUS IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM,

OPERÂ ET STUDIO

F. CAROLI RENATI BILLUART,

REVINIENSIS, ORDINIS FF. PRÆDICATORUM, S. THEOLOGIÆ DOCTORIS, ETC.

EDITIO NOVA, ACCURATE EMENDATA :

ACCEDUNT INDEX TESTIMONIORUM EX BIBLIIS DESUMPTORUM : INDEXQUE GENERALIS ET ALPHABETICUS RERUM ATQUE VERBORUM.

TOMUS X.

DE EXTREMA-UNCTIONE : DE ORDINE ET DE MATRIMONIO, cui ultimo tractatui appendet DISSERTATIO DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII JURE CIVILI INDUCTIS, *auctore C....:* INDEX TESTIMONIORUM EX BIBLIIS DESUMPTORUM : DENIQUE INDEX GENERALIS ET ALPHABETICUS RERUM ET VERBORUM.

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY 1962

PARISIIS,

APUD ALBANEL ET MARTIN, BIBLIOPOLAS ATQUE EDITORES,

VIA VULGO DICTA PAVÉE-SAINT-ANDRÉ-DES-ARTS, 14.

MDCCCXXXIX.

BX
1749
T6
B5
1839
v.10

TRACTATUS

DE EXTREMA-UNCTIONE.

D. Th., supp. a Q. 29 ad Q. 34.

SUMMA DOCTRINÆ CATHOLICÆ DE EXTREMA-UNCTIONE.

EX CONCILIIS FLORENTINO ET TRIDENTINO.

Decretum concilii Florentini pro instructione Armenorum.

Sub Eugenio IV, anno 1439; ex S. Th. Opusc. 5. — « Quintum sacramentum est » extrema-unctio, cujus materia est oleum » olivæ per episcopum benedictum. Hoc » sacramentum nisi infirmo, de cujus morte » timetur, dari non debet. Qui in his lo- » cis ungendus est : in oculis propter vi- » sum, in auribus propter auditum, in na- » ribus propter odoratum, in ore propter » gustum vel locutionem, in manibus prop- » ter tactum, in pedibus propter gressum, » in renibus propter delectationem ibidem » vigentem. Forma hujus sacramenti est » hæc : *Per istam unctionem et suam pii- » simam misericordiam, indulgeat tibi » Dominus quidquid deliquisti per vi- » sum*, etc. et similiter in aliis membris. » Minister hujus sacramenti est sacerdos : » effectus vero est mentis sanatio, et, in » quantum autem expedit, ipsius etiam » corporis. De hoc sacramento inquit bea- » tus Jacobus Apostolus : *Infirmatur quis » in vobis ? inducat presbyteros Eccle- » siæ, et orent super eum, ungentes eum » oleo in nomine Domini ; et oratio fi- » dei salvabit infirmum, et alleviabit » eum Dominus, et si in peccatis sit, » remittentur ei.* »

Canones concilii Tridentini de extrema-unctione.

Sess. 14. 25 Novemb. 1551. Sub Julio III. — I. « Si quis dixerit extremam- » unctionem non esse vere et proprie sa- » cramentum, a Christo Domino nostro in- » stitutum, et a beato Jacobo Apostolo » promulgatum, sed ritum tantum accep- » tum a Patribus, aut figmentum huma- » num : anathema sit.

II. » Si quis dixerit sacram infirmorum » unctionem non conferre gratiam, nec » remittere peccata, nec alleviare infirmos; » sed jam cessasse, quasi olim tantum fue- » rit gratia curationum : anathema sit.

III. » Si quis dixerit extremæ-unctionis » ritum et usum, quem observat sancta » Romana Ecclesia, repugnare sententiæ » B. Jacobi Apostoli, ideoque eum mu- » tandum, posseque a christianis absque » peccato contemni : anathema sit.

IV. » Si quis dixerit presbyteros Eccle- » siæ, quos B. Jacobus adducendos esse ad » infirmum inungendum hortatur, non esse » sacerdotes ab episcopo ordinatos, sed » ætate seniores in quavis communitate; » ob idque proprium extremæ-unctionis » ministrum non esse solum sacerdotem : » anathema sit. »

DISSERTATIO UNICA,

COMPLECTENS OMNIA QUÆ HOC SACRAMENTUM SPECTANT.

Multæ sunt unctiones in Ecclesia : prima est baptizandorum, seu catechumenorum, in pectore et scapulis ; secunda est baptizatorum, in vertice ; tertia est confirmandorum, in fronte ; quarta est sacerdotum, in manibus dum ordinantur, et episcoporum, in manibus et in capite ; quinta, in altaris, ecclesiæ et calicis consecratione ; sexta et ultima, infirmorum, in partibus quinque sensuum exteriorum, et ideo dicta *extrema-unctio*.

Variis nominibus insignitur hoc sacramentum. Apud Latinos dicitur *Sacramentum exeuntium*, *Unctio sacri olei*, communiter, *Extrema-unctio* ; apud Græcos, *Sanctum oleum*, *Oratio unctioni olei conjuncta*.

Definiri potest : *Sacramentum unctionis infirmorum, ad salutem animæ et corporis factæ per sacerdotem, sub certa verborum forma.* Patebit ex dicendis.

ARTICULUS I.

Utrum extrema-unctio sit sacramentum?

Bellarminus et quidam alii post Guidonem Carmelitam et Æneam Sylvium, inter hæreticos negantes sacramentum extremæ-unctionis, recensent Valdenses et Wiclefitas. At juxta illustrissimum Bossuetium in Historia Variationum, Gasparum Juenin et alios, hi non negarunt, sed contempserunt duntaxat hoc sacramentum, eo quod tunc quidam presbyteri ex avaritia illud non nisi divitibus, aut mediante pretio, administrarent.

Sed quidquid sit de istis, certo constat Lutheranos et Calvinistas negare extremam-unctionem esse sacramentum, eosque contendere unctionem, de qua Marci 6 et Jacobi 5, nihil aliud operatam fuisse quam corporis sanitatem, et eam, cessante in primitiva Ecclesia gratia curationum, exolevisse. Unde Calvinus l. 4 Instit. c. 19, vocat extremam-unctionem sacramentum fictitium et histrionicam hypocrisim. Contra quos

Supp. q. 29. a. 1. o. ibid. et in a. s. c. — *Dico.* Extrema-unctio est vere et proprie novæ legis sacramentum.

Prob. 1° *ex S. Scriptura.* Jacobi 5 dicitur : *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei.* Atqui in his verbis habemus signum sensibile gratiæ a Christo permanenter institutum : ergo vere et proprie dictum sacramentum. *Prob. min.* Unctio et oratio per presbyterum sunt signum sensibile, utique materia et forma hujus sacramenti; gratia designatur his verbis : *Salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei.* Institutio permanens, etsi non exprimatur, aperte colligitur; partim quia mandatum Jacobi dirigitur non ad unam ecclesiam, nec pro aliquo tempore, sed ad omnes ecclesias sine ulla limitatione locorum aut temporum, consequenter ad nos nunc non minus quam ad eos qui tunc erant, sicut alia quæ ibidem præscribit et profert, ut : *Patientes estote; nolite jurare; tristatur quis ex vobis, oret; orate pro invicem, ut salvemini*, etc. quæ spectant omnia tempora, et omnes fideles præsentes et futuros : partim quia ab Apostolorum tempore hæc institutio semper fuit in Ecclesia observata, ut mox dicemus. Quid huic auctoritati respondeant hæretici, exponemus et diluemus *in sol. object.*

Non pauci conclusionem probant ex cap. 6 Marci, ubi dicitur de Apostolis : *Et ungebant oleo multos ægros et sanabant*, contenduntque eo loci agi de unctione de qua Jacobi 5, et esse sacramentalem. Ita Alphonsus a Castro, Thomas Valdensis, Maldonatus, Catharinus et alii. Hanc sententiam multis argumentis etiam ab auctoritate quorumdam Patrum et scholæ principum S. Thomæ, S. Bonaventuræ, Scoti, Hugonis Vict. Ut probabilem propugnat novissimus et eruditissimus scriptor, Laurentius Berti, non ingrate legendus.

Communior tamen sententia est, has unctiones esse distinctas, et eam de qua Marci 6 esse tantum ad sanitatem corporum, atque adeo non esse sacramentalem. 1° Quia in illa unctione Marci 6 nulla fit mentio collationis gratiæ, sed sanitatis corporalis duntaxat. 2° Quia hæc unctio adhibebatur indifferenter sive infirmis decumbentibus, sive aliis, ut cæcis et claudis, sive baptizatis, sive non; Matth. enim 10, dictum erat generaliter Apostolis, nulla facta restrictione : *Infirmos curate;* et ex Marci 6 constat multos fuisse unctos et sanatos, cum tamen tunc pauci adhuc essent baptizati. 3° Quia Apostoli nondum erant tunc sacerdotes; et quamvis Christus in hoc potuerit dispensare, hujus tamen dispensationis nulla apparet ratio. Ita Bellar. Soto, Estius, Sylvius, Jansenius, A. Lapide, Gonet. Tournely et alii recentiores; juxta quos ea unctio Marci 6 unctionem sacramentalem insinuavit et adumbravit, ab hacque distinguitur ut signum a re signata et figura a re figurata : hancque sententiam videtur adoptasse concilium Trid. sess. 14, cap. 1, ubi dicit hoc sacramentum a Christo institutum esse, *apud Marcum quidem insinuatum, per Jacobum autem Apostolum... commendatum et pro-*

mulgatum. Scio το *insinuatum* explicari a laudato Berthi per *inductum* et *institutum*. Verum, juxta Calepinum, *insinuare, est in notitiam alicujus adducere*, non inducere aut instituere : unctio autem Marci adducit unctionem Jacobi seu sacramentalem in notitiam, quatenus est ejus signum, umbra et figura, sicut baptismus Christi fuit insinuatus a baptismo Joannis, quatenus iste prioris fuit signum et figura.

Prob. 2° *conclusio traditione.* Origenes, ineunte tertio sæculo Hom. 2 in Levit. ait : « Est adhuc septima licet dura et » laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis » stratum suum et fiunt ei lacrymæ panes » die ac nocte, et non erubescit sacerdoti » Domini indicare peccatum suum..... In » quo completur et illud quod Apostolus » dicit : *Si quis autem infirmatur, vocet presbyteros Ecclesiæ, et imponant » ei manus oleo in nomine Domini; et » si in peccatis fuerit, remittentur ei.* » Dicit *in quo impletur*, scilicet sacramentum extremæ-unctionis; quia istud sacramentum semper habitum fuit complementum et consummatio sacramenti pœnitentiæ, ut dicit Trid. sess. 14, in proœmio ad sacramentum extremæ-unctionis, sicut confirmatio est complementum baptismi.

S. Chrysostomus circa annum 382, l. 3 de Sacerdotio, loquens de sacerdotibus, dicit : « Neque enim solum cum nos regerenant, sed postea etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent : *Infirmatur*, inquit, *inter vos aliquis? accersat presbyteros Ecclesiæ, » et orent super eum, ungentes eum oleo » in nomine Domini, et obsecratio fidei » salvum reddet laborantem, et eriget » eum Dominus, et si in peccatis fuerit, » remittentur ei.* » Ubi apertum est S. doctorem loqui de unctione de qua Jacobus.

Innocentius I, anno 416, interrogatus a Decentio Eugubino episcopo, de quibusdam dubiis circa hoc sacramentum, respondet 1° hæc verba Jacobi, *Quis infirmatur in vobis*, etc. esse intelligenda de fidelibus ægrotantibus; 2° hanc unctionem et ab episcopis et a presbyteris fieri posse; 3° fideles laïcos etiam posse in suis et aliorum infirmitatibus isto oleo ab episcopo benedicto uti, non ut sacramento, sed ut ritu christiano, secundum morem hujus temporis. Sicut enim tunc fideles ad morbos curandos adhibebant aquam baptismalem, ita et oleum ab episcopo benedictum. 4° Hanc unctionem ab episcopo aut presbytero administratam esse sacramentum, quod non debebat concedi pœnitentibus publicis, quibus cætera sacramenta denegabantur. Ecce ejus verba : « Non est dubium de fidelibus ægrotantibus, (hoc quod dicit Jacobus) accipi vel » intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quo ab episcopo » confecto non solum sacerdotibus, sed » omnibus uti christianis licet in sua ac » suorum necessitate inungendo. Cæterum illud superfluum videmus adjectum, ut de episcopo ambigatur, quod » presbyteris licere non est dubium. Nam » idcirco de presbyteris dictum est, quia » episcopi occupationibus aliis impediti, » ad omnes languidos ire non possunt. » Cæterum si episcopus aut potest, aut » dignum ducit aliquem a se visitandum » et benedicere et tangere chrismate, sine cunctatione potest, cujus est ipsum » chrisma conficere. Nam pœnitentibus istud infundi non potest, quia genus est » sacramenti : nam quibus reliqua sacramenta regantur, quomodo unum genus » putatur posse concedi? » Neque ex hoc quod dicat *oleo chrismatis*, vel *chrismate*, quisquam putet ipsum loqui de confirmatione; de ea enim prius locutus fuerat, dixeratque illam omnibus baptizatis etiam pueris administrari a *solis* pontificibus, non a presbyteris qui pontificatus apicem non habent. Quamvis itaque in usu Ecclesiæ chrisma strictissime sumptum accipiatur pro composito ex oleo et balsamo, attamen apud veteres etiam sumitur aliquando pro unctione olei, sive simplicis, sive compositi; chrismare enim generaliter significat ungere, et chrisma unguentum quodcumque; paulo strictius, significat unguentum ab episcopo benedictum, quo sensu illud usurpat S. Innocentius.

S. Augustinus Serm. 215 de Tempore, seu Cæsarius : « Quoties, inquit, aliqua » infirmitas supervenerit, corpus et sanguinem Christi ille qui ægrotat accipiat, » et inde corpusculum suum ungat (id est » ungi curet), ut illud quod scriptum est

» impleatur in eo, *Infirmatur aliquis,* » etc. » Et in Speculo, inter ea quæ præcipit novum Testamentum, recenset verba Jacobi : *Infirmatur quis in vobis,* etc.

S. Gregorius in Sacramentario præscribit modum administrandi hoc sacramentum ; item pontificale Romanum, synodus Cabilonensis anno 813, can. 48, dicit : « Secundum B. Jacobi documentum, cui » etiam decreta Patrum consonant, infirmi » oleo quod ab episcopo benedicitur, a » presbyteris ungi debent. Non est itaque » parvipendenda hujusmodi medicina quæ » animæ corporisque medetur languori- » bus. » Similiter Moguntina anno 847, cap. 26 ; Aquisgranensis anno 896, cap. 4, et aliæ sequentibus sæculis.

Concilium Constantiense anno 1414, mandat ut redeuntes ab hæresi interrogentur num credant *quod christianus contemnens susceptionem sacramentorum confirmationis et extremæ-unctionis, peccet mortaliter?* Concilium Florent. in decreto Unionis anno 1439, inter sacramenta recenset extremam-unctionem.

Tridentinum sess. 14, tribus capitibus explicat institutionem, materiam, formam, effectum et ministrum hujus sacramenti, et quatuor canonibus dogma catholicum asserit. Primus est : « Si quis dixerit ex- » tremam-unctionem non esse vere et pro- » prie sacramentum a Christo Domino nos- » tro institutum, et a B. Jacobo Apostolo » promulgatum, sed ritum tantum accep- » tum a Patribus, aut figmentum huma- » num : anathema sit. » Vide alios canones supra.

Confirmatur ex consensu utriusque ecclesiæ Græcæ et Latinæ. De Latina constat ; pariter de Græca ex eucologio patris Goar, ex censura Jeremiæ patriarchæ Constantinop. adversus Vittembergenses, et pluribus aliis. Quî autem fieri potuit ut tot Patres, tot synodi et omnes ecclesiæ in unum figmentum et cæremoniam histrionicam, tanquam in verum sacramentum consentirent, nullo reclamante?

Ib. in a. s. c.—*Suadetur ratione.* Christus instituit sacramenta ut fidelibus subveniret pro quovis tempore et secundum quemvis statum : sic in ingressu Ecclesiæ est baptismus, in progressu et decursu vitæ confirmatio, eucharistia, pœnitentia, etc. Ergo et in exitu, in quo adversarius noster omnes suæ versutiæ nervos ad nos perdendos intendit. Non est autem aliud quam extrema-unctio, quæ ideo dicitur Sacramentum exeuntium. Hanc rationem fecit suam Trid. sess. 14, in proœmio ad sacramentum extremæ-unctionis.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° cum hæreticis. Epistola Jacobi non est canonica. Ergo.

R. N. ant. Hanc enim pro canonica habet utraque ecclesia Græca et Latina. De Græca constat ex Origene Hom. 3 in Exod. ex Cyrillo Jerosolymitano Catechesi 4, S. Athanasio in Epist. Paschali, Gregorio Nazian. Carm. 33 et aliis. De ecclesia Latina pariter constat ex Clemente Rom. Epist. ad Corinthios, ex Innocentio I ad Exuperium et Decentium, ex Gelasio in synodo Rom. ex S. Ambrosio in Psal. 118, S. Hieronymo adversus Jovin. S. Augustino l. de Fide et Operibus c. 14, ex concilio Carthag. Arausicano II et aliis. Si iis fidem detrectent hæretici, dicant unde sciunt alios novi Testamenti libros, quos admittunt, esse canonicos?

Obj. 2°. Illa unctio de qua Jacobus, erat tantum cæremonia ad sanandos morbos corporales, quæ, cessante in Ecclesia dono miraculorum, cessavit. Ergo. *Prob. ant.* 1° Quia eadem erat unctio ac ea de qua Marcus 6, ut tenent plures catholici : atqui hæc erat tantum ad sanandos morbos corporales, ut etiam docent plures catholici et nos supra : ergo. 2° Quia id indicant verba textus ; dicit enim Jacobus : *Oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus.* Ergo,

R. N. ant. 1° Quia Jacobus loquitur tantum de fidelibus infirmis ; Epistolam enim dirigit ad ecclesias ; donum autem miraculorum erat potius pro infidelibus quam pro fidelibus, juxta illud 1 Cor. 14 : *Linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus.* 2° Jubet vocari presbyteros ; ad sanandum autem corporaliter vocandi sunt medici, vel ii qui habent donum curationum, quod non erat datum omnibus et solis presbyteris. 3° Gratia curationum erat data non solum pro infirmis decumbentibus, sed etiam pro cæcis, claudis, etc. ; Jacobus autem loquitur de iis qui ex infirmitate decumbunt. 4° Jacobus expressit effectum ad solam animam

pertinentem : *Si in peccatis sit, remittentur ei.* Quod autem addit objectio, hanc unctionem fuisse temporaneam et cessasse cessante gratia curationum, probavimus supra hoc Jacobi mandatum, sicut alia quæ ibidem tradit omnibus ecclesiis, esse absoluta absque limitatione temporum, locorum et personarum. Insuper falsum est gratiam curationum etiam per olei unctionem cessasse in Ecclesia statim post Apostolos, ut constat ex Tertulliano in Scorpiaco sub initio, ex S. Hieronymo in Vita S. Hilarionis, ex S. Augustino l. 22 de Civit. ex Theodoreto in Historia Religiosa, ex Severo Sulpitio in Vita S. Martini cap. 15, et aliis qui referunt curationes miraculosas factas unctione olei.

Ad primam probationem, juxta communiorem sententiam, ut vidimus, *negandum est ant.* Sed *eo dato* nihil obtinent hæretici, quia theologi catholici qui defendunt identitatem utriusque unctionis, contendunt utramque esse sacramentalem; et ideo in hac sententia *neganda est min.*

Ad secundam probationem. Esto per hæc verba, *Alleviabit eum Dominus*, significetur sanitas corporalis, ibi non sistit Apostolus, sed etiam exprimit diserte sanitatem spiritualem, cum dicit : *Et si in peccatis sit, remittentur ei;* sed et falsum est his verbis, *Alleviabit eum Dominus*, non significari sanitatem animæ. Quamvis enim vox Græca quam Latinus interpres vertit per *alleviabit*, idem valeat ac *relevabit* seu *eriget*, id optime intelligitur de anima quam gratia sacramentalis ab angustia et anxietate quam patitur homo proxime moriturus, erigit et relevat; non enim ad corpus pertinet istud Ephes. 5 : *Surge qui dormis,* neque istud Rom. 13 : *Hora est jam nos de somno surgere,* et similia. Insuper si hæc verba, *Oratio fidei salvabit infirmum*, intelligantur de sanitate corporali, utquid idem immediate repetiisset Apostolus?

Inst. 1°. Sacramenta operantur suum effectum *ex opere operato :* atqui Jacobus tribuit remissionem peccatorum *operi operantis*, scilicet fidei ministri et suscipientis; *Oratio fidei*, inquit, *salvabit infirmum* : ergo.

R. N. min. Per orationem fidei enim, Apostolus non intelligit fidem ministri aut suscipientis, sed ipsam formam sacramentalem quæ dicitur *oratio fidei*, tum quia in fide totius Ecclesiæ sacramentum administratur et operatur; tum quia sola fide intelligitur : quo sensu S. August. tract. 80 in Joan. dixit verbum fidei operari in baptismo, non quia dicitur, sed quia creditur.

Inst. 2°. Sacramenta absolute et non conditionate operantur suum effectum : atqui unctioni Jacobææ effectus non promittitur absolute, sed conditionate tantum : *Si in peccatis sit, remittentur ei :* ergo.

R. N. min. 1° Quia his verbis gratia remissiva peccati absolute promittitur, sed, ut de facto remittat peccata, debent inesse eo scilicet modo quo in sacramento pœnitentiæ confertur absolutio a peccatis homini jam justificato per contritionem perfectam. Insuper his verbis, *Alleviabit eum Dominus,* promittitur effectus sine conditione : apposuit autem Jacobus conditionem ad remissionem peccatorum, quia remissio peccatorum non est effectus primarius et principalis hujus sacramenti, sed secundarius tantum, ut dicemus infra. Quidam existimant particulam *si* non sumi hic pro conditione rei dubiæ, sed pro concessione rei certæ, ut in quibusdam aliis S. Scripturæ locis : verum Trid. sess. 14, cap. 2, sumit illam conditionate.

Inst. 3°. Juxta Bedam in comment. super hanc Epistolam, Apostolus his verbis, *Infirmatur quis in vobis,* etc. dat consilium infirmis, ut a murmuratione contra Deum se tueantur. Ergo.

R. hanc expositionem non esse litteralem, sed moralem : postea autem Beda exponens hæc verba litteraliter, explicat ea de unctione infirmorum in oleo per presbyteros facienda; et in cap. 6 Marci agnoscit aperte sacramentum extremæunctionis.

Inst. 4°. Beda ibidem tribuit remissionem peccatorum confessioni et absolutioni. Similiter Origenes, citatus in probatione, illam tribuit pœnitentiæ. Ergo.

R. utrumque intelligere remissionem graviorum peccatorum, non levium, nec reliquiarum ex peccatis. Ast qua fronte hæc objiciunt hæretici qui confessionem abhorrent?

Obj. 3° varia discrimina inter nostram et Jacobæam unctionem. 1° Jacobæa unctio sanabat ægrotos, nostra non sanat,

ut experientia *patet*, neque talis effectus exprimitur in ejus forma. 2° Jacobus plures requirit presbyteros, catholicis sufficit unus. 3° Jacobus vult ungi infirmos in quibus est adhuc spes sanitatis, catholici ungunt tantum in evidenti et proximo mortis periculo, cum nulla est amplius spes sanitatis. 4° Per presbyteros Jacobus intelligit seniores, nos adhibemus sacerdotes. Ergo unctio de qua loquitur Apostolus non est extrema-unctio catholicorum.

R. ad primum, nostra unctione sicut Jacobæa sanari corporaliter ægrotos, quando id eorum saluti expedit; nec est necesse quod effectus minus principalis, qualis est sanitas corporalis, semper obtineatur, neque quod exprimatur in forma, *ut patet*, in baptismo et aliis.

Ad secundum, quando Jacobus dicit, *inducat presbyteros*, id est, aliquem ex presbyteris, ponendo indefinitum pro definito, ut dum dicimus presbyteros absolvere, confer art. 5, pet. 2; vel dicendum hoc jussisse Apostolum, non ad necessitatem, sed ad solemnitatem, prout fit adhuc apud regulares, apud quos plures orant dum unus ungit, per quem alii videntur ungere.

Ad tertium, *N. ant. pro secunda parte*. Nam canones et ritualia jubent hoc sacramentum administrari antequam infirmus incipiat et spe sanitatis et sensibus destitui : unde Catechismus Romanus p. 2, cap. 6, n. 9, dicit gravissime peccare eos « qui illud tempus ægroti ungendi » observare solent cum, jam omni salutis spe amissa, vita et sensibus carere incipiat. »

Ad quartum. Quamvis vox Græca *presbyter* sit idem ac latine *senior*, attamen a tempore novi Testamenti, vox *presbyter* sicut vox *sacerdos* est nomen officii et dignitatis in Ecclesia, et hoc sensu eam accepisse Jacobum aperte constat ex eo quod non dicat *presbyteros* simpliciter, neque *presbyteros* communitatis laïcæ, sed *presbyteros Ecclesiæ*. Insuper cum objicientes velint Jacobum loqui de curatione corporum tantum, non potuit per presbyteros intelligere seniores, cum certum sit gratiam curationum non fuisse omnibus senioribus collatam; neque etiam potuit in sententia catholica, quia laïci non habent potestatem remittendi peccata.

Obj. 4°. Tribus primis sæculis, nulla occurrit mentio extremæ-unctionis, neque apud auctorem Constitutionum Apostolicarum, neque apud S. Dionysium Areopagitam, neque apud S. Cyrillum Jerosolymitanum, qui tamen de sacramentis et ritibus ecclesiasticis accurate scripserunt. Item, tribus subsequentibus sæculis nullus meminit extremæ-unctionis datæ alicui in exitu. Ergo.

R. 1° *N. ant.* Origenes enim tertio sæculo extremæ-unctionis ex Jacobo meminit, ut vidimus. Quantum ad S. Dionysium, agit tantum de officiis hierarchicis, non de singulis sacramentis; S. Cyrillus in Catechesibus Mystagogicis, ea tantum explicat quæ pertinent ad illuminatos, seu recens baptizatos; Clemens autem, seu auctor Constitutionum Apostolicarum, non obscure indicat extremam-unctionem, dum l. 8, cap. 29, refert benedictionem olei cum ista oratione : « Da vim effectricem » sanitatis morborum expultricem, dæ- » monum fugatricem, omnium insidiarum » profligatricem. »

R. 2°. *Dato ant. N. conseq.* 1° Quia ex argumento negativo nihil probatur, præsertim cum adsunt in contrarium argumenta positiva. 2° Quia notum est ex scriptis priorum sæculorum plura periisse. 3° Quia ex disciplina arcani, mysteria religionis occultabantur et raro scriptis referebantur, ut alias diximus. Inter arcana autem S. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 27, specialiter recenset *olei inunctionem*. 4° Quia quæ quotidiano usu frequentantur et sunt communia, non solent litteris mandari. Sic plures veteres, Eusebius, uterque SS. Gregorius, Nazianzenus et Nissenus, S. Ambrosius, Severus Sulpitius, Metaphrastes, S. Hieronymus, etc. qui plurium mortem describunt, non referunt datum eis viaticum; ideone sequitur non fuisse datum, cum dari esset præscriptum can. 13 concilii Nicæni I?

Inst. 1°. S. Epiphanius hæresi 36. et S. August. hæresi 16, inter errores Heracleonitarum, recensent unctiones infirmorum. Ergo.

R. extremam-unctionem quam frequentat Ecclesia, horum hæreticorum unctione esse priorem, et ab illa longe diversam. Hi enim, teste S. Epiphanio citato, ungebant oleo aqua mixto, vel unguento ex bal-

samo et aqua cum cantilena superstitiosa Marci præstigiatoris.

Inst. 2°. Nostri theologi non conveniunt de auctore, materia, forma, et effectu extremæ-unctionis. Ergo.

R. N. conseq. Hæc enim dissensio inter theologos non obstat quominus omnes agnoscant unctionem quæ fit in Ecclesia, esse verum sacramentum.

Obj. 3°. Omnia sacramenta novæ legis sunt immediate a Christo instituta : atqui extrema-unctio non fuit immediate a Christo instituta, sed a beato Jacobo : ergo.

Ibid. a. 3. 0. — *R. N. min.* Quamvis enim Hugo Vict. Magister et quidam antiqui scholastici sic olim censuerint, id tamen nunc post definitionem Trid. amplius sustineri non potest, saltem sine temeritate. Si autem quæras quando Christus illud instituerit, incertum est; verisimilius tamen dicitur eam instituisse post resurrectionem, dum loquens de regno Dei cum Apostolis, instituit sacramentum pœnitentiæ, cujus extrema-unctio est complementum. Pro utraque hac responsione, vide de Sacramentis in genere dissert. 5, art. 1.

Inst. Eorum quæ Christus instituit, fit mentio in Evangelio; atqui in eo non fit mentio extremæ-unctionis : ergo.

Ib. ad 1. — *R. N. maj. universaliter sumptam.* Multa enim Dominus fecit et dixit quæ in Evangeliis non continentur; illa enim præcipue curaverunt Evangelistæ scriptis tradere, quæ ad necessitatem salutis et Ecclesiæ dispositionem pertinent, et ideo potius institutionem baptismi, pœnitentiæ, eucharistiæ et ordinis factam a Christo narraverunt, quam extremæ-unctionis, vel confirmationis, quæ neque sunt de necessitate salutis, neque ad dispositionem, sive distinctionem Ecclesiæ pertinent. Tamen etiam de olei unctione fit aliqua mentio in Evangelio Marci 6, ubi dicitur quod Apostoli oleo ungebant infirmos, per quod sacramentum extremæ-unctionis insinuatur, ut dictum est.

ARTICULUS II.

De materia extremæ-unctionis.

In extrema-unctione, sicut in aliis sacramentis, distinguitur duplex materia, scilicet remota quam dicimus oleum, et qroxima quæ est olei applicatio seu unctio. De utraque plures quæstiunculæ convertuntur duplici § resolvendæ. Unde sit

§ I. — *De materia remota extremæ-unctionis.*

Suppono tanquam communiter receptum apud catholicos, materiam remotam extremæ-unctionis esse oleum olivarum ab episcopo speciali benedictione consecratum; sed quæstio est an hæc omnia sint de necessitate sacramenti, aut præcepti tantum. Pro cujus resolutione,

Ibid. a. 4. 0. — *Dico* 1° Materia remota extremæ-unctionis est necessario necessitate sacramenti oleum olivarum.

Ib. in a. 5. c. — Quod sit oleum, *patet* ex ipsa Jacobi Epistola : *Ungentes eum oleo.* « Quibus verbis, inquit Trid. sess. » 14, cap. 1, ut ex apostolica traditione per » manus accepta intellexit Ecclesia materiam esse oleum ab episcopo benedic- » tum. » Idem Patres art. præced. laudati.

Ibid. 0. — *Ratio congrua est;* quia effectus hujus sacramenti, qui sunt spiritualiter et perfecte sanare ac linire, ut spes quæ exeuntibus est maxime necessaria, non frangatur, sed foveatur, respondent effectibus corporalibus olei, quod est lenitivum et penetrativum usque ad intima, atque etiam diffusivum.

Quod sit oleum olivarum expresse tradit concilium Florent. in decreto Unionis : « Cujus materia, inquit, est oleum olivæ » per episcopum benedictum. » — **Ibid.** — *Patet* etiam quia oleum principaliter nominatur olivæ liquor, dicitur enim oleum ab olea; alii autem liquores, solum ex similitudine ad ipsum, olei nomen accipiunt.

Ex his colliges, oleum debere esse simplex, nullo alio liquore permixtum, ita quod si tanta esset alterius liquoris mixtio ut desineret esse oleum, nullum foret sacramentum; si vero remaneret oleum, valeret quidem sacramentum, sed peccaretur contra præceptum et usum Ecclesiæ. Quod opponi posset ex S. Innocentio I, require art. præced. probat. 2.

Ibid. a. 5. 0. — *Dico* 2°. Probabilius est requiri de necessitate sacramenti, quod oleum sit benedictum. Est D. Th. Soto, Bellarm. Estii, Sylvii et plurium aliorum, contra plures recentiores, etiam quosdam Thomistas.

De mente tamen D. Thomæ non est dubium; hic enim a. 5, sibi tertio loco proponit hoc argumentum : « Baptismus est » perfectius sacramentum quam extrema-

» unctio : sed in baptismo non præexigi- » tur materiæ sanctificatio, quantum est de » *necessitate sacramenti* : ergo nec in ex- » trema-unctione. » In corpore autem articuli dat hanc disparitatem, quod Christus tactu suo sanctificaverit aquas, eis utendo ad baptismum, non autem oleum infirmorum, quo nunquam usus est ; et pro responsione ad argumentum propositum, remittit ad hanc disparitatem datam in corpore articuli. Manifestum est S. Doctorem non loqui de necessitate præcepti tantum, tum ex ipsis terminis argumenti, tum ex disparitate data, cum certum sit benedictionem aquæ baptismalis esse necessariam necessitate præcepti. Et 3 p. q. 72, a. 3, probans eadem ratione esse de *necessitate sacramenti* confirmationis quod chrisma fuerit prius per episcopum consecratum, quia scilicet Christus non est usus unctione, sicque materiam ejus non consecravit, concludit sic : « Et ideo tam chrisma quam » oleum sanctum infirmorum prius bene- » dicuntur quam adhibeantur ad usum sa- » cramenti. » Miror quosdam juniores Thomistas a mente tam aperta sui Doctoris, nulla ratione cogente, recedere.

Prob. conclusio ex conciliis Florent. et Trid. citatis et ex SS. Patribus laudatis art. præced. qui pro materia hujus sacramenti assignant oleum ab episcopo benedictum.

Neque valet si respondeas cum adversariis, benedictionem assignari a conciliis et Patribus, non ut partem materiæ essentialem, sed ut ritum accidentalem ab Ecclesia præceptum.

Contra est enim. 1° Ritus mere accidentalis non potest dici materia sacramenti, cum materia sit essentialis composito. 2° Cum concilia adjungunt ritum accidentalem materiæ, illum non designat in recto, sed in obliquo, *ut patet* in ritu accidentali miscendi aquam vino pro materia consecrationis. Non enim dicit concilium Florent. materiam consecrationis esse vinum mixtum aqua, sed esse vinum cui admiscetur modicissima aqua. 3° Concilia et Patres non dicunt benedictionem in aliis sacramentis, puta in baptismo, esse materiam baptismi, cum tamen sit in præcepto. Ratio autem hujus diversitatis alia esse non potest, quam quia benedictio pertinet ad essentiam extremæ-unctionis et non ad essentiam baptismi.

Ratio a priori nulla est, nisi voluntas instituentis quæ nobis ex perpetua Ecclesiæ traditione constat.

Ibid. — Triplicem congruentiam profert Auctor. Prima, quam jam tetigimus, est, quia omnis efficacia sacramentorum a Christo descendit : et ideo sacramenta illa quibus ipse est usus, habent efficaciam ex ipso usu suo, sicut tactu suæ carnis vim regenerativam contulit aquis ; sed hoc sacramento non est usus, et ideo in omnibus unctionibus requiritur sanctificatio materiæ. Secunda est propter plenitudinem gratiæ quæ confertur non solum ut tollat culpam, sed etiam reliquias culpæ et infirmitatem corporis. Tertia est ex hoc quod effectus ejus corporalis, scilicet sanatio corporalis, non causatur ex materia, naturali proprietate ; et ideo oportet quod hæc efficacia sibi per benedictionem detur.

Ibid. a. 6. 0. — *Dico* 3°. Item probabilius est requiri de necessitate sacramenti quod oleum sit benedictum ab episcopo saltem mediate.

Conclusio probatur iisdem auctoritatibus quibus præcedens, quippe quæ requirunt pro materia extremæ-unctionis oleum ab episcopo benedictum, ut vidimus.

Ratio pariter *a priori* est voluntas Christi instituentis, quæ nobis traditione innotescit. — **Ibid.** — Ratio autem congrua est, ut significetur oleum sua natura non habere efficaciam sanandi spiritualiter, sed a Christo, a quo cum non sit usu benedictum, debet benedici ab episcopo, qui Christi personam gerit.

Dixi, *saltem mediate ;* quia videtur sufficere si benedicatur a sacerdote simplici ex commissione episcopi. Sacerdotes enim Græci, teste Arcudio l. 3 Concordiæ, cap. 2, et Goario in Notis ad eucologium Græcorum, atque pluribus aliis, ex commissione episcopi benedicunt oleum infirmorum quoties eo utuntur : et Clemens VIII, in constitutione 34, sive in instructione super quibusdam ritibus Græcorum, edita anno 1598, dicit : « Non sunt cogendi » presbyteri Græci olea sancta præter chris- » ma ab episcopis Latinis diœcesanis acci- » pere, cum hujusmodi olea ab eis in ipsa » oleorum et sacramentorum exhibitione » ex veteri ritu conficiantur seu benedi-

» cantur. » Quapropter dicendum, episcopum jure ordinario benedicere oleum infirmorum, sacerdotem vero simplicem jure extraordinario, sicut diximus de ministro confirmationis.

Dices. In operibus corporalibus ars dignior nunquam præparat materiam inferiori; quia dignior est ars quæ utitur, ea quæ præparat, ut dicitur in 2 Phys. textu 25. Atqui episcopus est supra sacerdotem qui dispensat hoc sacramentum: ergo non præparat materiam in hoc sacramento quo sacerdos utitur.

Ibid. ad 2. — *R. D. maj.* Ars dignior nunquam præparat inferiori materiam in qua fit aliquid per eum qui ea utitur, *C.* materiam cujus virtute aliquid fit, *N.* Dicendum itaque quod materia sacramenti non est talis materia ut in qua fiat aliquid per eum qui ea utitur, sicut est in artibus mechanicis, sed ut ejus virtute aliquid fiat, et sic participat aliquid de ratione causæ agentis, in quantum est instrumentum quoddam divinæ operationis. Et ideo oportet quod a superiori arte, vel potestate, talis virtus materiæ acquiratur; quia in causis agentibus, quanto aliquod agens est prius, tanto est perfectius: in causis autem pure materialibus, quanto materia est prior, tanto imperfectior.

Petes utrum ad validitatem sacramenti sufficiat benedictio, quovis modo facta, ab episcopo vel sacerdote?

Respondet affirmative noster Gonet. idque deducit ex hoc quod sufficiat benedictio sacerdotis qui non benedicit eo ritu quo benedicit episcopus; vultque ideo Christum requisivisse quidem pro materia sacramenti benedictionem quoad substantiam, sed modum benedicendi reliquisse Ecclesiæ; ex quo infert hoc sacramentum valide administrari oleo catechumenorum, non tamen licite, nisi urgeat necessitas.

Negat Sylvius; quia, inquit, sicut sunt paria non habere instrumentum et habere instrumentum impertinens: ita etiam sunt paria oleum non esse benedictum et esse benedictum benedictione impertinenti; benedictio autem oleo catechumenorum aut chrismatis est impertinens ad unctionem infirmorum.

Ad rationem Goneti responderi potest quod, licet sacerdos non benedicat eo ritu quo benedicit episcopus, ejus tamen benedictio est in ordine ad unctionem infirmorum, quod dici non potest de benedictione olei catechumenorum aut chrismatis. Quamvis autem Christus non determinaverit certum ritum aut certa verba, determinavit tamen ut benediceretur benedictione accommodata usui ad quem destinabat.

Hinc in V synodo Mediolanensi anno 1579, tom. 15 Concil. pag. 590, sic statuitur: « Parochus si per errorem aliud oleum » quam quod infirmorum est, ad ægrotum » ungendum adhibuerit, etiamsi chrisma- » tis aut catechumenorum sit, ut erratum » emendet, olei sacri quod proprium in- » firmorum est, unctionem eidem adhi- » beat, tuncque sacramenti formam iteret. » Si autem esset validum sacramentum in oleo catechumenorum vel chrismate, non esset iterandum.

Quamvis hæc secunda sententia mihi sit aliquantulum probabilior, prima tamen non est improbabilis, et inde fit quod oleum catechumenorum vel chrisma, aut quodvis aliud benedictum sine ordine et accommodatione ad unctionem infirmorum, sit materia dubia; qua ideo licet uti in casu necessitatis, sed non aliter.

Observandum 1°, ex Rituali Romano de extrema-unctione, « oleum infirmorum, » quod singulis annis feria quinta in Cœna » Domini ab episcopo benedicetur, veteri » combusto, renovandum esse. » Idque sub gravi peccato, inquit Parochiale Leodiense. Si tamen novum deficiat, vetus est adhibendum; non enim ista lex potuit statui in præjudicium salutis.

Observandum 2° ex eodem Rituali, post Jus canonicum cap. *Quod dubiis*, de Consec. « quod si timeatur ne oleum benedic- » tum ita deficiat ut sufficere non videatur, » neque aliud benedictum haberi queat, » modico oleo non benedicto in minori » quantitate superinfuso, reparari possit. » Manet enim tunc idem moraliter oleum, et ideo quod admiscetur contrahit aliquo modo benedictionem, non ratione contactus physici, sed ex intentione benedicentis, qui illam dirigit ad istud oleum superadditum in minori quantitate; quia, ut dictum est, manet idem moraliter oleum.

§ II. — *De materia proxima extremæ-unctionis.*

Materia proxima sacramenti est, ut jam dixi, applicatio materiæ remotæ : consequenter materia proxima extremæ-unctionis est applicatio olei, seu unctio ; *ungentes oleo*, inquit S. Jacobus.

Suppono circa partes corporis ungendas fuisse variam ecclesiarum particularium disciplinam, ut constat ex diversis ritualibus et ordinibus sacramentorum relatis a Menardo, Launoy et Martene : quædam enim ungebant collum, guttur, scapulas ; quædam verticem, frontem, genas, tempora, pectus ; quædam umbilicum in fœminis ; quædam eam corporis partem in qua vigebat morbus ; quædam solum caput. Inter Græcos, quidam ungebant frontem, faciem et manus ; quidam frontem, mentum, genas, pectus, manus et pedes. Ecclesia Romana, omnium mater, septem unctiones commemorat, ut habetur in antiquo pontificali Romano, et in decreto concilii Florent. pro instructione Armenorum, his verbis : « Hoc sacramen-» tum, nisi infirmo de cujus salute timetur, » dari non debet : qui ungendus est in ocu-» lis propter visum, in auribus propter » auditum, in naribus propter odoratum, » in ore propter gustum vel locutionem, » in manibus propter tactum, in pedibus » propter gressum, in renibus propter de-» lectationem ibidem vigentem. » Similia habet Catechismus Romanus p. 2 de extrema-unctione n. 10. Quem ungendi ritum quoad quinque sensus universalis Ecclesia retinet, inquit ibidem idem Catechismus ; unctio enim renum omittitur in fœminis propter decentiam ; imo in pluribus locis omittitur etiam in viris.

Quæstio est an ad essentiam sacramenti sufficiat una unctio, an plures, et quot requirantur ? Quidam volunt sufficere unam in quacumque corporis parte, modo forma exprimat omnes sensus ; sic : *Per istam unctionem, etc. indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum*, etc. et si urgeat necessitas, sufficere si dicatur, *quidquid deliquisti per omnes sensus.* Alii requirunt quintuplicem unctionem quinque sensuum sub hac una forma : *Per istas sanctas unctiones, etc. indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum*, etc. Alii tandem requirunt quintuplicem unctionem quinque sensuum, cum forma quintuplici cuilibet unctioni respondente. Quæ ex his opinionibus sit vera, certo definiri posse non arbitror ; nulla enim videtur excedere limites probabilitatis. Et ideo

Q. 32. a. 6. — *Dico.* Probabile est quintuplicem unctionem sensuum esse de essentia sacramenti.

Est D. Thomæ, D. Bonaventuræ et plurium aliorum præsertim Thomistarum. Sic S. Thomas citatus : *Illa unctio ab omnibus observatur, quæ fit ad quinque sensus, quasi de necessitate sacramenti.* Nec obstat particula *quasi ;* non enim ibi est minuens, sed asserens, perinde ac si dixisset, tanquam seu qualiter observari debent quæ sunt de necessitate sacramenti. Quo sensu Joannes dicit in Evangelio : *Vidimus gloriam ejus, quasi unigeniti a Patre*, id est, qualem decet unigenitum Patris. Et art. 5 præcedenti, probat unctiones non debere fieri in toto corpore, sed in partibus quæ sunt radices peccatorum : istas autem radices esse quinque sensus docet hic art. 6.

Prob. concl. 1° Quia, ut dicit S. Th. ita ab omnibus observatur, ex qua universali Ecclesiæ praxi colligitur probabiliter hanc quintuplicem unctionem esse de necessitate sacramenti vi institutionis Christi. 2° S. Gregorius in suo Sacramentario apud Menardum, et concilium Florent. in decreto Unionis, assignant has quinque unctiones. Nec refert quod Florent. referat insuper unctiones renum et pedum ; omnes enim has unctiones refert quia erant tunc in usu, ut videretur nullam damnare, quinimo approbare, sed non in eodem gradu ; cujus signum est, quod istæ duæ ultimæ unctiones in pluribus locis omittantur, nullibi quinque primæ. — **Ibid. et a. 5. 0.** — 3° Unctio in hoc sacramento adhibetur tanquam medicatio spiritualis, ideoque ejus ritus ex similitudine medicationis corporalis sumendus est ; in corporalibus autem licet totum corpus infirmetur, medicina tamen non applicatur nisi illi loco ubi est radix et origo morbi : atqui prima radix et origo peccatorum nostrorum sunt quinque sensus, omnis enim cognitio nostra est a sensibus, et nihil est volitum quin præcognitum : ergo. 4° Ecclesia præcipit ut si mi-

nister post primam vel alteram unctionem deficiat, alter alias unctiones perficiat; hoc autem non solet Ecclesia præcipere ubi non agitur de necessitate sacramenti. 5° Plures ex adversariis concedunt sub una unctione omnes sensus in forma debere exprimi, dicendo : *Per istam unctionem, indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum et tactum.* Porro si quinque sensus necessario debent exprimi in forma, quare non debent ungi?

Hæc sunt quæ istam sententiam probabilem efficiunt; sed nec deest sententiæ contrariæ sua probabilitas, *ut patebit ex argumentis sequentibus.*

Obj. 1°. Neque ex S. Scriptura, neque ex traditione erui potest quinque unctiones assignatas esse de necessitate sacramenti. Non ex S. Scriptura; S. Jacobus enim dicit simpliciter, *ungentes eum :* quot autem et quæ unctiones sint faciendæ non determinat. Sicut ergo ex hoc, *baptizantes eos*, eruitur tantum esse necessariam ablutionem, seu immersionem, non autem necessario requirí triplicem; ita ex hoc, *ungentes eum*, erui non potest necessariam esse quintuplicem unctionem, sed unctionem simpliciter. Non ex traditione; varia enim fuit ecclesiarum disciplina circa numerum et locum unctionum, ut dictum est ante conclusionem; et Græci etiam nunc non unguntomnes sensus. Ergo.

R. id erui ex traditione, quam indicat et probat universalis Ecclesiæ usus, et ex ipsa natura sacramenti, *ut patet ex tertia probatione conclusionis.* Quantum ad probationes in contrarium, quidquid sit de ecclesiis particularibus, non ab ipsis sed ab ecclesia Romana repetenda est traditio Ecclesiæ. Quantum ad Græcos eosque, ut suppono, catholicos, si verum sit quod opponitur, dicendum est Christum non determinasse hujus sacramenti materiam in specie, sed in genere tantum, assignando unctionem, quam determinandam in specie Ecclesiæ reliquit; Ecclesia autem ex hac potestate sibi a Christo concessa approbat ritum Græcorum, et forte approbavit varios ritus ecclesiarum particularium, sed tandem omnes ad unum revocavit pro ecclesia Latina, sicut dixi de forma confirmationis art. 6, obj. 2. Confer.

Inst. 1°. Ex hoc quod Ecclesiæ praxis a tempore Apostolorum sit adhibere in baptismo trinam immersionem seu infusionem. non sequitur quod hæc trina immersio seu infusio sit de necessitate sacramenti, sed præcepti tantum. Ergo similiter de praxi Ecclesiæ quoad quinque unctiones.

R. N. conseq. Disparitas est, quod baptismus conferatur per modum ablutionis, talis qua homo possit dici ablutus; abluatur autem in hac vel altera parte, in una vel pluribus partibus, semper dicitur ablutus : at extrema unctio confertur per modum medicationis; medicatio autem debet applicari malorum radicibus, qui sunt quinque sensus, ut dictum est.

Inst. 2°. Truncati manibus, surdi et cæci a nativitate sunt capaces extremæ-unctionis : atqui ungi non possunt in quinque sensibus, tum quia illis carent, tum quia iis nunquam peccaverunt : ergo.

Ibid. a. 7. 0. — *R. N. min.* Ii enim sunt ungendi in partibus sensui vicinioribus. *Ad primam probationem :* quamvis usu visus et auditus privetur cæcus et surdus, remanent tamen adhuc in oculo et in aure quædam organa potentiæ visivæ et auditivæ : de manco quoad sensum tactus res est aperta, est enim in toto corpore. *Ad secundam probationem :* quamvis aliquibus sensibus privati iis non peccaverint actu externo, potuerunt tamen peccare interius, voluntate et desiderio iis male utendi.

Obj. 2°. Pastorale Mechliniense anno 1589, approbatum ab academia Lovaniensi, tradit, instante periculo, ut tempore pestis vel morbi contagiosi, sufficere ungi unum sensum magis obvium sub hac forma : *Per istam sanctam unctionem, indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum et tactum.* Similiter plura alia ritualia. Quædam etiam docent sufficere si dicatur, *quidquid deliquisti per quinque sensus*, quæ tamen ritualia non improbat Ecclesia. Ergo.

R. hæc ritualia tradere sententiam quam fatemur esse probabilem, et quam ideo non reprobat Ecclesia. Quinimo ob hujus sensentiæ probabilitatem, nos ipsi dicimus quod, dum necessitate urgente fieri non possunt quinque unctiones, una sit adhibenda sub una vel altera forma in objectione, secundum quod necessitas magis aut minus urget. Cum enim non certo constet de invaliditate sacramenti sic collati, melius est in extremis conferri dubium quam

nullum. Addo tamen quantum ad Pastorale Mechliniense, illud fuisse hac in parte emendatum anno 1607, quod non negat Sylvius, acerrimus hujus secundæ sententiæ defensor.

Observanda circa unctiones.

1° Unctiones sunt faciendæ per modum crucis, non de necessitate sacramenti, sed præcepti, ex ritualibus.

2° Ungendi sunt 1° oculi, deinde aures, 3° nares. 4° labia, 5° pectus, ubi ungitur; 6° manus. Item primo ungendus est oculus dexter, auris dextera, etc. ex ritualibus.

3° Quantum ad unctionem membrorum quæ sunt gemina in homine, ut duo oculi, duæ aures, etc. utrumque est ungendum sub una forma, cum duplici tamen cruce. Caveat autem sacerdos ne sacramenti formam absolvat priusquam ambo hujusmodi paria membra perunxerit. Ita rituale Romanum.

4° Si antequam absolutæ sint unctiones moriatur infirmus, ibi sistat sacerdos, nec quidquam sacramenti addat: si vero dubium sit an vivat, prosequatur sub hac conditione, *si vivis*.

5° Plura ritualia præcipiunt unctiones fieri pollice intincto; quædam, virgula intincta: quisque sequatur ritum suæ ecclesiæ; id enim non pertinet ad necessitatem sacramenti.

6° Juxta rituale Romanum et plura alia, manus sacerdotum inunguntur exterius, aliorum interius; quia sacerdotes in sua ordinatione fuerunt uncti ab episcopo in vola manus; et ideo incongruum videtur ut ibidem ungantur a simplici sacerdote. Quædam tamen, ut Pastorale Mechlinienense, statuunt sacerdotes et episcopos esse ungendos in vola manus. Quisque iterum ut ante sequatur ritum suæ ecclesiæ, quandiu non improbatur a summis pontificibus. Pedes autem semper unguntur in superiori parte, ne sanctum oleum videatur calcari.

Petes utrum sit validum sacramentum, si quinque sensus ungantur sub una forma illos omnes distincte exprimente?

Respondet negative noster Gonet. tum quia cum sint distinctæ materiæ partiales, scilicet unctiones, debent singulis respondere formæ partiales; tum quia quælibet ex istis unctionibus habet specialem effectum, significandum proinde per specialem formam.

At forte posset responderi quod hæc forma sit virtualiter multiplex, et æquivaleat pluribus particularibus; sicque quod cuilibet unctioni correspondeat sua forma, et specialem cujuslibet effectum significet.

ARTICULUS III.

De forma extremæ-unctionis.

Q. 29. a. 7. o. — Suppono 1° hujus sacramenti, sicut cæterorum, esse aliquam formam, contra quosdam antiquos quorum sententiam præsumptuosam et erroneam vocat Auctor hic. *Patet* 1° ex Jacobo dicente: *Orent super eum, ungentes... et oratio fidei salvabit infirmum;* 2° ex usu utriusque ecclesiæ; 3° ex concilio Florent. in decreto Unionis, et Tridentino sess. 14, cap. 1; 4° denique ratione Auctoris: quia omne sacramentum efficit significando, significatio autem materiæ non determinatur ad effectum determinatum, cum ad multa se habere possit, nisi per formam; et ideo in omnibus sacramentis novæ legis quæ efficiunt quod figurant, oportet esse res et verba.

Suppono 2° formam ordinariam quam tradunt Florentinum, Trid. et Rituale Romanum, quamque usurpat ecclesia Latina, esse hanc: *Per istam sanctam unctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum*, dum unguntur oculi; *per auditum*, dum unguntur aures; et sic de cæteris. Quæ verba sint essentialia, dicemus infra.

Controversia est utrum forma hujus sacramenti necessario debeat esse deprecativa, ita ut indicativa non sufficiat. *Negant* post Morinum, Launoium, Menardum, Martene, plures recentiores scholastici, Juenin, Tournely et alii; id etiam negarunt olim Albertus magnus, Paludanus, Estius, Navarrus. *Affirmant* Thomistæ et Scotistæ cum SS. Thoma et Bonaventura; et communius alii theologi, cum quibus

Ibid. a. 8. o. — *Dico.* Forma unctionis est necessario deprecativa, nec sufficit indicativa.

Prob. 1° ex ipsa S. Jacobi Epistola: *Orent*, inquit, *super eum, ungentes oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum;* ubi per unctionem et orationem exprimuntur materia et forma hu-

Jus sacramenti, ut docet Trident. sess. 14, cap. 1. « Quibus verbis, inquit, ut ex » apostolica traditione, per manus accep- » ta, Ecclesia didicit, docet materiam, » formam... hujus sacramenti. »

2° Ex Florentino in decreto Unionis, et ex Trid. citato, ubi subjungit : « Intellexit » enim Ecclesia... formam esse illa verba : » *Per istam unctionem*, etc. »

3° Ex traditione quam ibidem asserit Tridentinum.

4° Ex praxi universalis Ecclesiæ Græcæ et Latinæ : de Latina constat : item de Græca ; hæc enim est illius forma, teste Arcudio l. 3 Concord. « Pater sancte, medice » animarum et corporum, sana servum » tuum hunc ab illa quæ ipsum detinet, » corporis et animæ infirmitate. »

Ibid. — 5° *Suadetur congruentiis.* 1° Quia suscipiens hoc sacramentum est viribus propriis destitutus ad exercendos actus virtutum, qui sunt necessarii ad uberiorem fructum sacramenti, et ideo indiget orationibus sublevari. 2° Quia datur exeuntibus, qui jam desinunt esse de foro Ecclesiæ, et in solius Dei, ad cujus tribunal sisti debent, manu requiescunt ; unde et ei per orationem committuntur. 3° Quia hoc sacramentum non habet infallibiliter aliquem effectum qui semper ex operatione ministri sequatur, etiam omnibus quæ sunt de essentia sacramenti rite peractis, ut est character in baptismo, confirmatione et ordine, transubstantiatio in eucharistia, remissio peccatorum in pœnitentia, existente contritione, quæ est de essentia sacramenti pœnitentiæ, non autem de essentia hujus sacramenti : ita ut, positis omnibus essentialibus, possit hoc sacramentum esse validum, et tamen nullum prorsus habere effectum, neque spiritualem, propter indispositionem subjecti, neque corporalem, quia non expedit : et ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicativi modi, sicut in aliis sacramentis.

Obj. 1°. Albertus magnus et S. Bonaventura referunt hanc antiquam formam, quæ dicitur Ambrosiana, quod putetur fuisse in usu in ecclesia Mediolanensi tempore S. Ambrosii : « Ungo te oleo sanc- » tificato, in nomine Patris, et Filii, et » Spiritus sancti, ut, more militis uncti » præparatus ad certamen, aëreas possis » superare potestates. » Arcudius laudat hanc Venetorum formam, quam dicit a Leone X approbatam : « Ungo te oleo » sancto, ut hac unctione protectus, for- » titer stare valeas adversus aëreas cater- » vas, in nomine Patris, etc. » Plures alias referunt Menardus, Launoius, Martene et alii scrutatores antiquitatum : atqui hæ formæ sunt indicativæ : ergo.

Ibid. ad 3. — Respondet S. Th. quod verba illa indicativi modi, quæ secundum morem quorumdam præmittuntur orationi, non sunt forma hujus sacramenti, sed sunt dispositio ad formam, in quantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba. Et nota S. Th. referre tantum in argumento hæc prima verba : « Ungo hos oculos oleo sanctificato, in no- » mine Patris, etc. » *Dato* tamen in his verbis quæ retulimus contineri formam essentialem.

R. 2° has formas non esse solum indicativas, sed etiam deprecativas ; hæc enim verba, *ut possis, ut valeas in nomine Patris*, etc. dicuntur optative, quod est deprecari Deum ut tanquam causa principalis huuc effectum producat. Similis est illa qua utuntur Atrebatenses circa eos qui non sunt morti proximi : « Ungo hos » oculos oleo sanctificato, in nomine Pa- » tris, et Filii, et Spiritus sancti, ut quid- » quid illicito visu deliquisti, hujus olei » unctione expietur, per Christum Domi- » num nostrum. » Idem dicendum de aliis similibus antiquis formulis. Quod si quædam proferantur nullo modo deprecativæ, censemus fuisse insufficientes nec unquam ab Ecclesia probatas.

Obj. 2°. Ex his verbis, *baptizantes eos*, etc. colligimus hanc formam, *Ego te baptizo :* ergo ex his, *ungentes eum*, colligere debemus istam, *Ego te ungo.*

R. N. conseq. Disparitas est, quod his verbis, *ungentes eum* præmittatur *orent super eum* : ex quo colligitur hæc verba, *ungo te*, non esse formam, nisi deprecative proferantur ; nihil autem tale legimus in his verbis, *baptizantes eos.* Quinimo *retorqueo argumentum.* Ex eo quod S. Scriptura dicat, *baptizantes eos in nomine Patris*, etc. colligimus expressionem Trinitatis pertinere ad formam essentialem baptismi. Ergo ex eo quod dicat, *orent super eos, ungentes,* colligitur ora-

tionem pertinere ad formam essentialem.

Inst. 1°. Effectus orationis non est infallibilis : atqui tamen effectus sacramentalis quantum ex se, est infallibilis : ergo.

R. D. ant. Effectus orationis ut est opus operantis, non est infallibilis, *C.* ut est opus ex institutione Christi elevatum ad esse sacramentale, *N.*

Inst. 2°. Juxta S. Thomam 3 p. q. 84, a. 3, ad 1, in absolutione sacramentali non sufficit dicere, *Misereatur tui Deus ;* quia per talia verba sacerdos non absolutionem fieri, sed petit ut fiat. Ergo similiter hic.

R. N. conseq. Disparitas est, quod in sacramento pœnitentiæ sacerdos agat judicem ; judicis autem est proferre sententiam : quæ ratio non currit in hoc sacramento.

Inferes 1°. Ergo saltem sacerdos non causat gratiam quam petit tantum dari.

R. N. illationem. Quia hoc ipso quo profert formam a Christo institutam ad causandam gratiam, sive sit deprecatoria sive indicativa, gratiam causat.

Inferes 2°. Ergo sacerdos voluntarie distractus in collatione hujus sacramenti, nihil efficit; non enim orat, cum secundum nos attentio saltem virtualis requiratur ad orationem.

Quidam concedunt illationem : at melius *videtur neganda ;* quia validitas sacramenti non pendet ab oratione sacerdotis, ut est opus operantis, sed ut est sacramentalis et habet efficaciam ex meritis Christi. Nec refert quod ipse ut persona particularis non oret; manet enim nihilominus forma deprecativa, et per ipsum tanquam per ministrum Ecclesia orat, ut fit in orationibus communibus.

Petes 1° quæ verba formæ supra descriptæ sint essentialia?

R. hoc verbum, *sanctam*, non esse essentiale ; illius enim non meminerunt Florentinum et Trid. neque hæc, *et suam piissimam misericordiam ;* quia sufficienter indicatur misericordia per το *indulgeat :* neque ista, *in nomine Patris*, etc. quia infirmi non unguntur ut confirmati ad defendendam fidem, cujus præcipuum objectum est Trinitas. Ista vero, *per istam unctionem*, aut alia unctionem saltem implicite significantia, sunt essentialia ; quia alias, cum oleum sit indifferens ad multa, non satis determinaretur per formam ad unctionem : sicut si in baptismi forma omitteretur *te baptizo*, ut suo loco vidimus. Dixi, *aut alia unctionem saltem implicite significantia ;* quia in hac forma Græcorum : *Pater sancte, medice animarum et corporum, sana,* etc. unctio importatur tantum implicite per το *medice* et *sana.* Item ista : *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti*, sunt essentialia, utpote per quæ significatur effectus principalis sacramenti. Quidam tamen negant de istis verbis, *quidquid deliquisti ;* quia existimant sufficienter significari per το *indulgeat :* at falluntur ; significatio enim hujus verbi, *indulgere*, longe latior et generalior est quam istorum, *condonare* seu *remittere delicta. Indulgeo*, inquit Calepinus, significat *obsequor, consentio, inservio, facile concedo, plus æquo remitto :* unde omittendo *quidquid deliquisti*, non significaretur determinate principalis effectus sacramenti, qui est remissio peccatorum.

Superest dubium de expressione cujuslibet sensus, dicendo *per visum, per auditum,* etc. an sit essentialis? *Quidam negant*, quia in forma Græcorum, Ambrosiana et Veneta, quas diximus valere, omittitur. *Alii affirmant,* quia per unam unctionem et formam illi respondentem, non remittuntur quorumcumque peccatorum reliquiæ, sed eorum tantum quæ per illum sensum particularem commissa sunt, et ideo videtur exprimendus. At forte posset dici hanc rationem esse convenientem, sed non cogentem. Quidquid sit, res est dubia, et ideo nunquam omittenda expressio sensuum. Item quamvis, absque iis quæ diximus non esse essentialia, subsisteret sacramentum, peccaret tamen qui ea omitteret, graviter vel leviter, pro quantitate aut qualitate materiæ.

Petes 2° utrum hoc sacramentum, non obstantibus pluribus materiis et formis, sit unum?

Ibid. a. 2. 0. — *R. affirmative ;* quia illæ plures materiæ et formæ partiales ordinantur ad unum et eumdem finem seu effectum, scilicet, ad significandam et causandam perfectam curationem vulnerum spiritualium, ad quod requiritur quod medicina applicetur diversis radicibus vulnerum : sacramentum autem cum sit artefactum morale, desumit unitatem ab unitate

finis ad quem ex institutione Christi ordinatur; sicut licet in domo sint plures partes, quia tamen ad unum totalem finem ordinantur, constituunt unam domum, unum ædificium.

ARTICULUS IV.

De effectibus extremæ-unctionis.

Extremæ-unctionis effectus recenset Trid. sess. 14, cap. 2, hoc modo : « Res » porro et effectus hujus sacramenti illis » verbis explicatur : *Et oratio fidei sal-* » *vabit infirmum; et alleviabit eum Do-* » *minus; et si in peccatis sit, dimitten-* » *tur ei.* Res etenim hæc gratia est Spiri- » tus sancti, cujus unctio delicta, si quæ » sint adhuc expianda, ac peccati reliquias » abstergit, et ægroti animam alleviat et » confirmat, magnam in Deo divinæ mise- » ricordiæ fiduciam excitando, qua infir- » mus sublevatus, et morbi incommoda ac » labores levius fert, et tentationibus dæ- » monis calcaneo insidiantis facilius resis- » tit, et sanitatem corporis interdum, ubi » saluti animæ expedierit, consequitur. »

Controvertitur inter theologos quis ex illis effectibus sit primarius et principalis, seu ad quem primo per se et principaliter sit instituta extrema-unctio. Bellarminus, quem sequitur Tournely cum quibusdam aliis, assignat remissionem peccatorum tam mortalium quam venialium, post confessionem et communionem remanentium, sive quia omissa sunt inadvertenter in confessione, sive quia post confessionem et viaticum commissa sunt. Scotus et Scotistæ assignant remissionem peccatorum venialium tantum; Thomistæ cum suo duce, gratiam seu augmentum gratiæ corroborantis animam contra torporem et debilitatem ad actus virtutum, relictam ex peccatis præcedentibus, aliasque tentationes ac difficultates ex parte dæmonis aut aliunde tunc occurrentes.

Hic q. 30. a. 1. 0. — *Dico* 1°. Primarius et principalis effectus extremæ-unctionis non est remissio peccatorum, sive mortalium, sive venialium.

Ibid. — *Prob. prima pars.* Extrema-unctio est instituta per modum curationis et sanationis : atqui medicatio et sanatio supponit vitam in eo quem sanat : ergo extrema-unctio supponit vitam spiritualem, consequenter absentiam peccati mortalis per quod vita animæ tollitur.

Confirmatur. Secundum omnes theologos, sunt tantum duo sacramenta mortuorum, scilicet baptismus per modum generationis, et pœnitentia per modum suscitationis : atqui si extrema-unctio sit instituta per se primo ad remittenda peccata mortalia, erit etiam sacramentum mortuorum : ergo. Multas differentias excogitat Tournely inter baptismum et pœnitentiam ex una parte, et extremam-unctionem ex altera; sed nulla evincit extremam-unctionem, si sit primario instituta ad remittenda peccata mortalia, non esse sacramentum mortuorum.

Ibid. — *Prob. secunda pars.* 1° Sacramentum pœnitentiæ, vi suæ institutionis, sufficiens est ad tollenda omnia peccata venialia : ergo non debuit aliud institui pro eorum remissione.

3. p. q. 65. a. 1. ad 8. — 2° Nullum sacramentum novæ legis est per se primo institutum contra peccata venialia. Ergo. *Prob. ant.* In quolibet sacramento gratia infunditur : atqui ad remissionem peccati venialis non requiritur infusio gratiæ : ergo.

3° Si hoc sacramentum esset directe institutum ad remissionem venialium, deberet ministrari tam sanis quam infirmis : atqui, etc. ergo.

Si dicas effectum hujus sacramenti non esse remissionem venialium simpliciter, sed remissionem in exitu seu finalem, ne sint impedimentum gloriæ; quia congruebat ut a venialibus in quæ frequenter labimur, etiam post acceptum pœnitentiæ et eucharistiæ sacramentum, mundaremur ante hujus mundi exitum.

Contra. Ex hac responsione sequitur 1° quod non debeat conferri hoc sacramentum nisi in ipso articulo mortis, quando non est amplius periculum peccandi; 2° quod debeat conferri damnatis ad mortem : utrumque autem est falsum. Insuper in sacramento quod est primario institutum ad remittenda peccata, non attenditur ad tempus præteritum vel futurum, neque quod committi iterum non possint; sed sufficit quod commissa sint et possint deleri.

Hic q. 30. a. 1. 0. — *Dico* 2°. Effectus primarius et principalis extremæ-unctio-

nis est gratia seu augmentum gratiæ habitualis, connotantis specialia auxilia contra proclivitatem in malum, torporem et debilitatem ad bonum, ex peccatis præcedentibus relictas, quæ ideo dicuntur reliquiæ peccatorum.

Ibid. — *Prob.* Hoc sacramentum cum sit medicatio et sanatio, est primario et principaliter institutum contra hos defectus quibus homo spiritualiter infirmatur, ut non habeat perfectum vigorem ad actus vitæ, gratiæ, vel gloriæ : atqui hic defectus nihil aliud est quam quidam languor, debilitas et ineptitudo ad hos actus, quæ in nobis relinquuntur ex peccato originali vel actuali : ergo.

Confirmatur. Effectus absolutus proprius et principalis hujus sacramenti, est tollere reliquias peccatorum, ut dicit Trid. citatum : atqui per reliquias peccatorum, nihil aliud intelligi potest quam iste languor et ista debilitas ad actus virtutum : ergo. *Prob. min.* Non potest intelligi per reliquias peccatorum, macula seu reatus pœnæ æternæ; hæc enim tolluntur per pœnitentiam. Non reatus pœnæ temporalis; tum quia contra hunc etiam ordinatur secundario sacramentum pœnitentiæ; tum quia si remissio hujus reatus foret effectus principalis et primarius extremæ-unctionis, sequeretur quod infirmus recipiens hoc sacramentum cum debita dispositione, nihil amplius haberet luendum; sacramentum enim infallibiliter operatur suum effectum primarium in subjecto bene disposito. Non fomes peccati, aut habitus vitiosus; quia utrumque remanet in infirmo uncto. Non denique peccata post confessionem et viaticum commissa. *Patet ex prima conclusione;* sed insuper, ut aliquid sit reliquia alterius, non sufficit quod illi succedat, sed debet habere aliquam connexionem cum ipso tanquam pars vel effectus illius : sic partes ciborum in prandio remanentes, dicuntur reliquiæ prandii, quia sunt partes illius; sic macies, pallor, debilitas, dicuntur reliquiæ morbi, quia sunt effectus illius : nox vero non dicitur reliquia diei, neque dies reliquia noctis, licet sibi succedant : atqui peccata post confessionem et communionem commissa, sæpe nullam habent connexionem cum præcedentibus ut pars aut effectus illorum : ergo.

Hæc porro gratia sanans, quam ponimus pro effectu primario et principali hujus sacramenti, corroborat animam, tum ad superandum tentationes et insultus dæmonum tunc maxime urgentes, tum adlevius et facilius ferenda morbi incommoda, spemque erigit in divinam misericordiam. Sic enim sanatur languor et debilitas ad bonum, ac tandem remittit peccata, si quædam reperiantur, non solum ex ratione generica sacramenti, quatenus confert gratiam incompossibilem cum peccato, quod est commune omnibus sacramentis; sed etiam ut videtur ex sua ratione specifica et institutione, non quidem primaria, sed secundaria; dicit enim Jacobus, et post ipsum Tridentinum citatum, esse institutum ad remissionem peccatorum si quæ sint. Primum asserit Auctor, secundum non negat.

Obj. Remissio peccatorum assignatur pro effectu hujus sacramenti a S. Jacobo et a Tridentino citato : *Si in peccatis sit,* inquit Apostolus, *remittentur ei. Delicta*, inquit concilium, *si quæ sint adhuc expianda, abstergit.* Ergo.

R. nos etiam dicere remissionem peccatorum esse effectum hujus sacramenti, sed secundarium; nec aliquid plus ex his auctoritatibus potest evinci, maxime cum loquantur conditionate : effectus enim principalis et primarius alicujus sacramenti semper et absolute sequitur, nisi recipiens ponat obicem.

Inst. 1°. Ille est effectus primarius et principalis sacramenti, qui importatur in ejus forma : atqui remissio peccatorum importatur in forma extremæ-unctionis; fert enim, *quidquid deliquisti*, etc. ergo.

R. 1° hunc effectum non importari in formulis Ambrosiana et Veneta, ut vidimus, quas tamen ut validas recipiunt nobiscum adversarii.

2° *D. maj.* Ille est effectus primarius et principalis sacramenti, qui importatur in ejus forma independenter a materia, *N.* in ejus forma cum materia seu proportionaliter ad materiam, *C.* Totum enim sacramentum significat : porro materia seu unctio significat sanationem et curationem quæ supponit vitam, consequenter absentiam peccati. « Nam unctio, inquit » Trid. sess. 14, cap. 1, aptissime Spiritus » sancti gratiam qua invisibiliter anima » ægrotantis inungitur, repræsentat. » Di-

cendum itaque hic poni causam pro effectu, et per τὸ *deliquisti* seu *delicta*, intelligi effectus seu reliquias delictorum, quo sensu Apostolus Rom. 7, fomitem relictum ex peccato originali appellat peccatum. Sic etiam loquitur S. Th. hic art. 10, dum dicit « per hoc sacramentum peccata sem» per remitti, non quoad culpam, quia » non semper invenit, sed quoad debili» tatem prædictam, quas dicimus reliquias » peccati. »

Inst. 2°. Potest contingere quod infirmus post sacramentum pœnitentiæ et eucharistiæ committat peccatum mortale cui non se credat obnoxium, aut quod non rite priorem confessionem et communionem perfecerit, et illud item ignoret : videtur autem ad providentiam Dei pertinere ut sit aliquod sacramentum horum peccatorum remissivum, quod non est aliud quam extrema-unctio. Ergo.

R. ad hos casus raro contingentes sufficere quod extrema-unctio secundario remittat peccata.

Inst. 3° ex S. Th. 4 cont. Gentes cap. 73, ubi dicit : « Contingit quod homo » omnium peccatorum quæ commisit no» titiam vel memoriam non habet, ut pos» sit per pœnitentiam singula expurgare, a » quibus oportet hominem in suo exitu per » hoc sacramentum emundari. » Et in Supp. q. 30, a. 1 : « Si invenit peccatum aliquod, vel mortale, vel veniale, quoad » culpam tollit ipsum, dummodo non po» natur obex ex parte recipientis. » Ergo. Ita Honoratus Tournely.

R. mirum sane et plusquam mirum S. Thomam docere opinionem eo ipso in loco in quo ipsam ex professo impugnat; nostræ enim probationes sunt ejus rationes loco citato sup. quas sic concludit : « Un» de dicendum quod *principalis effectus* » hujus sacramenti est remissio peccato» rum quoad *reliquias* peccati, et *ex* » *consequenti* etiam quoad culpam, si » eam inveniat. » In verbis autem ex eodem articulo objectis, oscitanter admodum, ne quid plus dicam, omissa sunt hæc immediate præcedentia : « Sed quia hoc ro» bur gratia facit, quæ secum non com» patitur peccatum, ideo *ex consequenti*, » si invenerit peccatum, etc. » Eodem sensu intelligendus est textus ex 4 cont. Gent. de remissione peccati quoad reliquias et ex consequenti, et secundario quoad culpam.

Ibid. a. 2. 0. — *Dico* 3°. Effectus secundarius extremæ-unctionis est sanitas corporalis, non absolute, sed conditionate, si animæ expediat.

Indicatur hic effectus his Jacobi verbis : *Oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus;* salus enim ista et alleviatio sic primariò spectat animam, ut etiam secundario comprehendat sanitatem corporis; et ita asseritur a concilio Florent. in decreto Unionis et a Trid. citato.

Ibid. — Hanc autem sanationem corporalem facit, non ex proprietate naturali materiæ, sed ex virtute divina, quæ rationabiliter operatur. Et quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum, nisi secundum quod expedit ad principalem, ideo ex hoc sacramento non semper sequitur corporalis sanatio, sed quando expedit ad sanationem spiritualem, et tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.

Si dicas inde sequi sanitatem quandoque fore miraculosam, quando nempe tanta est violentia morbi ut sanari non possit naturaliter : atqui tamen effectus sacramenti non dicitur miraculosus : ergo. *R.* quod, quamvis hic effectus superet vires naturæ, quia tamen, attenta virtute quam Deus sacramento indidit quæque juvat causas naturales, producitur secundum potentiam ordinariam, ideo non dicitur miraculosus.

Petes quandonam istud sacramentum producit suum effectum, an post primam, an post ultimam unctionem?

Ibid. a. 1. ad 3. — *R.* producere post ultimam; quia, cum secundum nos omnes quinque unctiones sint de essentia sacramenti, non est completum nisi post quintam unctionem; non producit autem effectum, nisi sit essentialiter completum. « Quando, inquit Auctor, sunt multæ ac» tiones ordinatæ ad eumdem effectum, » ultima est formalis respectu omnium præ» cedentium, et agit in virtute earum; et » ideo in ultima actione gratia infunditur, » quæ effectum sacramento præbet. »

ARTICULUS V.

De ministro extremæ-unctionis.

Ibid. q. 31. a. 1. et 2. 0. — *Dico.* Solus sacerdos est minister extremæ-unctionis.

Prob. ex illo Jacobi : *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, etc.* Per presbyteros autem intelligi, non ætate seniores e populo, ut contendunt hæretici, sed sacerdotio initiatos, evincunt momenta sequentia. 1° Quia licet vox Græca *presbyter*, secundum etymologiam, significet ætate seniorem, attamen in S. Scriptura novi Testamenti, ubicumque agitur de muniis ecclesiasticis, per presbyteros nunquam intelliguntur ætate seniores, sed gradus et sacerdotii dignitate majores, ut Act. 14, v. 12; 15, v. 2; 1 Tim. 5, v. 17 et 19; 1 Petri 5, v. 1; item initio 2 et 3 Joan. 2° Jacobus non dicit *presbyteros simpliciter*, sed *presbyteros Ecclesiæ;* aperte significans se eos intelligere non qui præsunt communitati sæculari, sed Ecclesiæ. 3° Quia dicit inducendos esse presbyteros, ut orent super infirmum, ut illum ungant in nomine Domini, et inde allevietur ac remittantur ei peccata; quæ omnia non ætate senibus, sed sacerdotibus competunt : ad hæc enim, *ut patet*, impertinens est ætas senilis. 4° De sacerdotibus intellexerunt Patres laudati art. 1. 5° Perpetuus Ecclesiæ usus. 6° Denique pariter concilium Florent. et Trid. in cujus sess. 14, can. 4, sic definitur : « Si quis dixerit presbyteros Ecclesiæ, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos, sed ætate seniores in qualibet communitate, ob idque proprium extremæ-unctionis ministrum non esse solum sacerdotem : anathema sit. » Unde conclusio est de fide.

Suadetur rationibus. 1° Sacramentum extremæ-unctionis est consummativum pœnitentiæ, ut dicit. Trid. sess. 14, cap. 1, et *patet* ex ejus institutione : ergo illius administratio pertinet ad eos ad quos pertinet sacramenti pœnitentiæ administratio, qui sunt sacerdotes; consummatio enim operis pertinet ad digniorem ministrum. 2° Quandoque ætate juvenes provehuntur ad sacerdotium aut episcopatum, ut Timotheus; absurdum autem foret his præferri senes laïcos, in hac sacra unctione perficienda.

Dices. Innocentius I, Epist. ad Decentium, explicans hæc Jacobi verba, *Infirmatur quis*, etc. dicit : « Non est dubium » de fidelibus ægrotantibus intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi » possunt, quo ab episcopo confecto non » solum sacerdotibus, sed omnibus christianis uti licet, in sua aut suorum necessitate inungendo. » Et venerab. Beda in cap. 5 Epist. S. Jacobi, monet infirmos ut « seniorum adjutorio curari se meminerint, » neque ad juniores minusque doctos causam suæ imbecillitatis deferant. » Ergo.

R. hæc duo testimonia sensu hæreticorum intellecta, sibi contradicere; juxta primum enim, quilibet fidelis est extremæunctionis minister; juxta secundum, seniores tantum sunt ministri. Hæc ipsi concilient antequam ea nobis opponent. Sed hoc præmisso,

Ad Innocentium, *R.* 1° cum Dom. Soto quem plures sequuntur, intelligendum non esse de unctione sacramentali, sed de christiano et pio ritu ad sanitatem corporis recuperandam, secundum morem hujus temporis, ut refert Auctor hic a. 1, in a. s. c. de Solitariis Ægyptiacis, et de S. Genovefa. Nec refert quod postea loquatur de unctione sacramentali, dum statim subjungit : « Cæterum illud superfluum videmus adjectum, ut de episcopo ambigatur, quod » presbyteris licere non dubium est. » Nihil enim obstat quod in una periodo loquatur de unctione sacramentali, et in altera de non sacramentali, cum id exigit amplitudo materiæ. Imo hæc verba sequentia probant ipsum in prioribus non fuisse locutum de unctione sacramentali, alioquin inepte adjecisset eam licere episcopis, quam concessisset laïcis; aut non dixisset eam licere episcopis, cum liceat presbyteris sed, cum liceat ipsis laïcis.

R. 2° juxta aliam explicationem, etiam bene probabilem, Bellarmini, Jansenii Gandensis, Estii, Sylvii, etc. Innocentium in prioribus verbis locutum fuisse de unctione passiva et non activa, et το *inungendo* intellexisse passive et non active. Sic enim absolute positum sæpe habet significationem passivam, ut dum Virgilius Ecloga 7, dicit : *Frigidus in pratis cantando* (id est dum cantatur) *rumpitur anguis.* Hanc interpretationem esse legitimam colligitur 1° quia si Innocentius in prioribus verbis dixisset laïcos esse ministros hujus sacramenti, non adjecisset in sequentibus, id licere episcopis quod licet presbyteris; sed dixisset, id omnibus promiscue, et

episcopis, et presbyteris, et laïcis licere; 2° quia si *inungendo* sumeretur active et non passive, sequeretur, quod infirmi possent seipsos sacramentaliter ungere; dicit enim : *In sua aut suorum necessitate inungendo.*

Ad Bedam, B. ipsum ibi loqui de confessione, *ut patet* ex his verbis : *Causam suæ imbecillitatis referant;* et merito consulit quantum ad hoc, accedendum esse ad seniores potiusquam ad juniores et minus doctos. Intelligebat enim Beda textum Jacobi, non solum de extrema-unctione, sed etiam de sacramento pœnitentiæ, propter verba quæ sequuntur in Apostolo : *Confitemini alterutrum peccata vestra :* unde hæc verba, *Infirmatur quis in vobis*, etc. interpretatur non solum de corporis, sed etiam de animæ infirmitate. At paulo post verba quæ objiciuntur, dicit : « *Orent super eum, ungentes oleo...* Ecclesiæ consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato ungantur *a presbyteris*, et oratione comitante sanentur. »

Petes 1° utrum quilibet sacerdos possit hoc sacramentum conferre?

R. Potest quilibet sacerdos, etiam excommunicatus aut degradatus, valide conferre : non potest licite, nisi sit parochus aut alter de ejus licentia.

Ratio primæ partis est, quia potestas valide conferendi hoc sacramentum non inest sacerdoti ratione jurisdictionis, licet hæc requiratur ut licite conferatur, sed ratione ordinis. Non enim dixit S. Jacobus, *inducat parochum aut episcopum*, sed *presbyteros*. Neque hoc sacramentum exercetur per modum judicii sicut sacramentum pœnitentiæ, quod ideo requirit jurisdictionem in judice.

Ratio secundæ partis est, quia ad pastorem pertinet pascere oves, quod officium potissimum exercetur in administratione sacramentorum. Et ideo baptismus quantumvis necessarius, debet tamen, extra casum necessitatis, ministrari a parocho.

Hinc Clementina de Privilegiis l. 5, tit. 7, cap. 1, excommunicantur ipso facto excommunicatione papæ reservata, religiosi qui sine parochi licentia clericis aut laïcis sacramentum extremæ-unctionis vel viatici ministrant, matrimoniave solemnizant. Id tamen intellige secundum communem interpretationem contra Navarrum, extra casum necessitatis; si enim pastor esset absens, aut si præsens nollet conferre sacramentum, posset alter quilibet sacerdos, sive sæcularis, sive regularis, licite et absque periculo censuræ illud administrare : intentio enim Ecclesiæ fuit impedire ne regulares prætextu privilegiorum involarent in jura pastorum, non vero fraudare fideles hoc salubri sacramento, dum necessitas urget.

Petes 2° quod requirantur sacerdotes in administratione hujus sacramenti?

R. 1° diversam in hoc fuisse et etiamnum esse Ecclesiæ disciplinam. Græci, teste Arcudio l. 5 Concord. Allatio de Consens. ecclesiæ Orient. et Occident. cap. 16, Goario in Eucologio Græcorum, et Simeone Thessalon. l. de Sacramentis, advocant septem sacerdotes, aut saltem tres. Ecclesiam Latinam etiam plures olim adhibuisse, colligimus ex libro Sacramentorum S. Gregorii pag. 235 apud Menardum, ubi legitur : *Multi enim sacerdotum infirmos perungent insuper in quinque sensus;* item ex codice Rotaldi et S. Remigii Rhemensis; ex Raynero qui refert Valdenses hoc sacramentum contempsisse, eo quod ad illius administrationem advocarentur plures sacerdotes, quorum quisque pretium exigebat, unde dicebatur sacramentum divitum; ex S. Thoma l. 4 cont. Gent. cap. 73, ubi dicit : « Quia » hoc sacramentum perfectæ curationis effectum habet, et in eo requiritur copia » gratiæ, competit huic sacramento quod » multi sacerdotes intersint, et quod oratio totius Ecclesiæ effectum hujus sacramenti adjuvet. » Et ex S. Carolo qui in concilio Mediolanensi IV, p. 2, cap. 6, admonet, ut ministraturus extremam-unctionem, quot commode potest, presbyteros et clericos advocet, « qui ipsum minis» trantem et precantem, pietatis orationis» que studio, in eo ministerio adjuvent. » Ubi nota plures sacerdotes requiri, saltem a D. Thoma et S. Carolo, non ut omnes sacramentum administrent, sed ut precibus suis ministrantem adjuvent.

1. *4. cont. Gent. c. 73.* — *R.* 2° absolute sufficere unum sacerdotem ad collationem hujus sacramenti.

Prob. 1° ex jure cap. *Quæsivit*, extra tit. 40, De verborum significationibus, ubi Alexander III ait « quod sacerdos, uno

» præsente clerico, et etiam solus potest » infirmum ungere. » Idem definivit Benedictus XIV, constit. *Etsi pastoralis* super ritibus Græcorum § 5.

2° Ex S. Th. citato : « Si tamen, inquit, » unus solus presbyter adsit, intelligitur » hoc sacramentum perficere in virtute to- » tius Ecclesiæ, cujus minister existit et » cujus personam gerit. »

3° Ex variis exemplis antiquis, S. Eugendi sexto sæculo, S. Mauræ a solo Prudentio Tricassino unctæ, et aliis apud Edmundum Martene.

4° Ex Rituali Romano Pauli V, et praxi totius Ecclesiæ Latinæ. Denique non est ratio cur ad hoc sacramentum, potiusquam ad cætera, non sufficiat unus sacerdos.

Unum duntaxat opponi potest, scilicet illud Jacobi : *Inducat presbyteros.* Sed, ut jam superius monui, id dictum est per *enallagen* seu mutationem numeri, quasi dixisset, aliquem ex presbyteris, sicut solemus dicere nos confiteri peccata sacerdotibus, id est, alicui ex sacerdotibus, quæ figura non est infrequens in S. Scriptura et Patribus. Sic Matth. 27 dicitur : *Latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei*, id est, unus ex latronibus, ut habetur Luc. 23. Similiter ibid. *Illudebant autem ei, et milites accedentes et acetum offerentes ei ;* et tamen id ab uno tantum factum narrant Matth. 27 et Marc. 15. Sic etiam S. Aug. Serm. 33 de Diversis, nunc 324, scribit mulierem detulisse infantem a S. Stephano resuscitatum ad presbyteros baptizandum, id est, ad aliquem presbyterorum. Similiter l. 3 de Consensu Evang. cap. 16 pluries. Vide Estium in Ep. Jacobi. Insuper *dato* Jacobum intellexisse plures presbyteros, evinci non potest eos requisivisse ad necessitatem sacramenti, et non potius ad solemnitatem, uno scilicet conferente sacramentum, aliis juvantibus et orantibus, ac quasi per manum illius ungentibus, eo fere modo quo ad consecrationem episcopi plures concurrunt, uno tantum consecrante, secundum probabilem sententiam.

Petes 3° utrum hoc sacramentum a pluribus collatum sit validum?

R. sub distinctione. Si unus ungat et alter formam proferat, est invalidum; quia dum materia proxima sacramenti est actio ministri, debet ad eo determinari per formam, ut patet in baptismo, confirmatione et aliis; idque colligitur ex verbis Jacobi, *Orent super eum, ungentes :* quibus innuitur eumdem esse qui ungit et qui orat, seu formam profert. Atque ita definivit laudatus pontifex Benedictus XIV, in constitutione superius citata. Quod si ritus contrarius legatur in quisbusdam antiquis codicibus, ut quidam referunt, respondendum vel hos codices esse mendosos, vel esse abusum, qui, inscia Ecclesia, apud aliquos irrepsit.

Si vero dum unus ungit unum sensum, proferendo formam huic unctioni respondentem, alter simul successive ungat alterum sensum similiter cum partiali forma respondente, validum est sacramentum; quia cum constet pluribus materiis et formis partialibus, potest a pluribus valide confici, sicut contingeret in sacramento eucharistiæ si unus consecraret panem, et eo deficiente alter vinum. Hoc tamen est illicitum, quia est contra praxim Ecclesiæ, nisi forte in casu necessitatis, dum crederetur moriturus infirmus priusquam unus omnes unctiones perfecisset.

ARTICULUS VI.

De subjecto extremæ-unctionis.

Ibid. q. 32. a. 1. et 2. o. — *Dico* 1°. Extrema-unctio non debet conferri nisi infirmis, iisque periculose decumbentibus.

Prob. prima pars. 1° Ex illo Jacobi : *Infirmatur quis in vobis ;* et : *Oratio fidei solvabit infirmum.* 2° Ex synodis Florentina et Tridentina mox citandis. 3° Ex SS. Patribus art. 1 laudatis. 4° Ex perpetua Ecclesiæ praxi.—**Ibid. a. 1.** — 5° *Ratione.* Quia quæ geruntur interius in sacramentis, significantur per aliquid exterius, sicut ablutio interior in baptismo significatur per ablutionem exteriorem : atqui extrema-unctio confertur per modum curationis interioris : ergo significari debet per curationem corporalem quæ supponit infirmitatem.

Si dicas pœnitentiam esse suscitationem interiorem, et tamen non significatur per suscitationem exteriorem, non enim pœnitens debet esse corporaliter mortuus : *R.* quod quamvis pœnitentia sit equidem suscitatio, non confertur tamen per modum suscitationis, sed per modum judicii, quod etiam significatur exterius.

Oppones insuper praxim Græcorum, qui passim sanos ungunt, ut referunt Arcudius ipse natione Græcus l. 5 de extrema-unctione, Allatius l. 3 de Consensu ecclesiæ Occid. et Orient. c. 13, et noster Goarius in notis ad Eucologium Græcorum.

Respondet ipse Arcudius, hanc suæ gentis praxim, in quam acriter invehit, esse abusum, sacris litteris et Græcorum scriptorum testimoniis contrarium, quem quorumdam illitteratorum audacia et turpis lucri cupiditas invexerunt, ut revera innuit ipsa forma qua utuntur : « Pater sanc- » te, *Medice* animarum et *corporum, sana* » servum tuum hunc ab illa quæ ipsum de- » tinet *corporis* et animæ infirmitate. »

Respondent recentiores post nostrum Goar. hanc Græcorum unctionem non esse sacramentalem, sed cæremonialem; quia quamvis fiat sub forma sacramentali, *Pater sancte, medice*, etc., ut supra, attamen ex adjunctis circumstantiis atque ex intentione conferentium et suscipientium, non adhibetur ut sacramentum, sed ut cæremonia. Nec refert etiam hanc unctionem a quibusdam recentioribus Græcis vocari sacramentum : vel enim sumunt sacramentum in latiori significatione, vel errant in notione sacramenti. Hæc Goarii responsio eo verior videtur, quod Latini nunquam Græcos hac in parte reprehenderint.

Prob. secunda pars. 1° Quia το *infirmatur* et præsertim το *infirmum* in textu Jacobi, juxta interpretes, significant græce, deficientem et graviori morbo laborantem.

2° Ex Florentino in decreto Unionis. » Hoc sacramentum, inquit, nisi infirmo » de cujus morte timetur, dari non de- » bet. » Quæ verba ex Angelico doctore Opusc. 5 citato mutuavit, et ex Tridentino sess. 14, cap. 3, ubi ait : « Declara- » tur etiam esse hanc unctionem infirmis » adhibendam, illis vero præsertim qui tam » periculose decumbunt, ut in exitu vitæ » constituti videantur : unde et sacramen- » tum exeuntium nuncupatur. » Ubi observanda est hæc particula *præsertim*, qua significatur, etiam periculose ægrotantibus licet non tam periculose ut videantur in exitu constituti, esse conferendum.

3° Ex variis conciliis provincialibus et ex perpetua praxi totius Ecclesiæ saltem Occidentalis, quæ nullibi legitur unquam contulisse hoc sacramentum nisi periculose laborantibus.

Ibid. a. 2. — 4° *Ratione*. Quia hoc sacramentum est institutum ut ultimum remedium quo homines in sua infirmitate juventur et immediate disponantur ad gloriam : unde dicitur extrema-unctio et sacramentum exeuntium. Ergo nonnisi periculose decumbentibus conferri debet.

Si petas an post vel ante viaticum sit conferendum ?

R. viguisse olim apud plurimos consuetudinem extremam-unctionem præmittendi viatico. Id constat ex Pœnitentiali Theodori Cantuariensis, scripto circa finem septimi sæculi, in quo legitur : « Sacra unc- » tione olei inuncti, secundum statuta sanc- » torum Patrum, communione viatici re- » ficiantur, » Refertur cap. *Ab Infirmis* 1, causa 26, q. 7. Item ex Capitularibus Caroli Magni c. 132; ex concilio Aquisgranensi anno 836, et ex pluribus aliis veteribus monumentis quæ referunt Launoius, Martene, Van-Espene, et ex ipsis recentiores theologi. Imo Rituale Parisiense eminentiss. card. Noallii, teste Honorato Tournely, præscribit, « ut quoties cum oleo in- » firmorum viaticum ad ægrotum defertur, » antequam æger viaticum sumat, ungatur » a sacerdote. » Neque ab ista praxi alienus videtur Auctor dum 3 p. q. 65, a. 3 0, scribit quod « Per extremam-unctionem » præparatur homo ad digne sumendum » corpus Christi. »

Attamen hanc consuetudinem non fuisse generalem evincunt Sermo S. Cæsarii sexto sæculo, in Appendice operum S. Augustini n. 65, in quo legitur : « Quoties aliqua » infirmitas supervenerit, corpus et san- » guinem Christi ille qui ægrotat accipiat, » et inde corpusculum ungat, » Mss. Pontificalis Romani vetustissimum, asservatum Florentiæ in conventu FF. Minorum Conventualium S. Crucis, teste patre Mabillon. in Itinere Italico p. 164; Capitularia Isaac Lingonensis qui adfuit concilio Tullensi anno 859, in quo legitur : « In infir- » mitate positi, absque dilatione reconci- » lientur, et viaticum viventes accipiant, » et benedictione sacrati olei non ca- » reant. » Denique, omissis aliis, consuetudo ecclesiæ Romanæ antiquissima, cujus initium non legitur, ideoque ex primis Patribus ortum habere creditur.

Et cum ista praxis sit nunc communis, servanda est, sic tamen quod ex justa causa possit sine piaculo contraria admitti, puta, si infirmus ob vomitum aut oppressionem subitam non possit communicare, et postea cesset periculum vomitus, aut recuperet usum sensuum, et perseveret infirmitas, prius inunctus, potest licite eucharistiam recipere. Quinimo quidam volunt id licere ex solo melioris dispositionis ad eucharistiam desiderio.

Cæterum hæc secunda pars conclusionis non sic est intelligenda, quasi expectari debeat ultima vitæ periodus, in qua infirmus sensibus destitutus jam agit animam, ut ungatur : perversa est et perniciosa hæc praxis, quam immerito Ecclesiæ imponunt hæretici, quippe quæ a pluribus synodis provincialibus damnatur, maxime a Catechismo Romano 2 p. de Extrema-unctione n. 18, ubi dicit eos gravissime peccare qui » illud tempus ægroti ungendi observare » solent, cum jam, omni spe salutis amissa, vita et sensibus carere incipiat; con» stat enim ad uberiorem sacramenti gra» tiam percipiendam, plurimum valere si » ægrotus, cum in eo adhuc integra mens » et ratio viget, fidemque et religiosam » animi voluntatem offerre potest, sacro » oleo liniatur. » Sufficit ergo quod periculose infirmetur, seu, ut ait Auctor, quod ægritudo nata sit inducere mortem, et de periculo timeatur.

Ex dictis colliges 1°, hoc sacramentum collatum sano, aut non periculose ægrotanti, esse irritum; quia cum sit institutum pro periculose decumbentibus, subjectum non est capax.

Colliges 2°, non esse conferendum eis qui sano corpore sunt in periculo mortis, ut capite plectendi, prælium aut periculosam navigationem ingressuri, mulier proxima partui; quia licet de eorum morte timeatur, non sunt tamen infirmi.

Colliges 3°, e contra ungendos esse senes, qui, licet nulla speciali infirmitate detineantur, ipsa tamen decrepita senectute ad oculum deficiunt et creduntur proxime morituri; quia gravis senectus et virium deficientia morbus est. Item ungendi sunt veneno infecti, lethaliter vulnerati, etc. qui licet vi vel fraude ab extrinseco illata infirmentur, vere tamen sunt infirmi; item qui subito oppressi non petierunt, nec petere possunt sacramentum, si religionem catholicam sint professi; quia inde præsumuntur illud desiderare, ut dictum est de sacramento Pœnitentiæ.

Dubium est de muliere in ipso actuali partu periculose laborante; quidam negant; quidam affirmant, quibus subscribo, quia videtur vera infirmitas, ex ipsa pariendi difficultate orta. Dicit Steyaertius in Belgii partibus, accedente consuetudine, rem esse tutam.

Ibid. a. 3. et 4. — *Dico* 2°. Neque pueris ante usum rationis, neque perpetuo amentibus conferri debet hoc sacramentum; quia est institutum contra reliquias peccatorum, sicut sacramentum pœnitentiæ, cujus est consummativum, est institutum contra peccata : sicut ergo pueri et perpetuo amentes, sunt incapaces sacramenti pœnitentiæ, quia nunquam peccaverunt, ita et extremæ-unctionis.

Dices Sunt capaces augmenti gratiæ : ergo et hujus sacramenti.

R. N. conseq. Sicut enim, quamvis sint capaces augmenti gratiæ, non tamen ideo sunt capaces sacramenti pœnitentiæ, quia non est institutum pro illis; ita eadem ratione non sunt capaces extremæ-unctionis, licet sint capaces augmenti gratiæ.

Inst. Potest erga illos verificari forma hæc extremæ-unctionis : *Indulgeat*, etc. sicut verificatur forma baptismi erga illum in quo nec est nec fuit peccatum originale, ut in B. Virgine secundum piam sententiam; quia sicut significatio sacramentalis formæ baptismi ex institutione Christi, non est, *Te abluo a peccati originali*, sed, *Tibi confero sacramentum baptismi*, ut alibi diximus; ita significatio sacramentalis formæ hujus sacramenti est, *Confero tibi sacramentum extremæ-unctionis*. Ergo sicut valet baptismus in casu assignato, ita et extrema-unctio.

R. Omisso ant. N. conseq. Disparitas est, quod baptismus non sit tantum institutus ad deletionem peccati originalis, sed etiam ut homo incorporetur Christo et Ecclesiæ, fiatque capax aliorum sacramentorum. At sacramentum extremæ-unctionis est institutum contra peccata actualia sicut sacramentum pœnitentiæ, cujus est complementum : unde qui nunquam peccaverunt actualiter, neutrius sunt capaces. Sicut e contra qui peccaverunt, quamvis

nihil remaneat de peccatis, sunt utriusque capaces : nec argumenta a pari hic urgent, cum totum pendeat a voluntate Christi sacramenta instituentis.

Omisi anteced. quia potest negari. Non enim erga pueros et perpetuo amentes magis verificaretur forma sacramentalis extremæ-unctionis, quam forma pœnitentiæ : utraque esset falsa, quia significaret conferri sacramentum, quod non esset sacramentum, cum subjectum esset incapax, non secus ac si mortuus aut jam baptizatus baptizaretur.

Si instes juxta S. Thomam supra, q. 30, a. 10, hoc sacramentum conferri contra debilitatem ex peccato actuali vel originali : *R.* S. Doctorem hic a. 4, ad 3, sese explicare ; cum enim idem argumentum sibi opposuisset, respondet quod non detur contra reliquias peccati originalis, nisi secundum quod sunt per actualia peccata confortatæ.

Ex his colliges 1°, probabilius loquendo, non esse conferendum hoc sacramentum his qui, licet potuerint peccare nunquam tamen peccaverunt, si casus sit moraliter possibilis ; neque B. Virginem hoc sacramentum suscepisse, neque illius fuisse capacem, quippe quæ nunquam nequidem venialiter peccavit.

Colliges 2°, e contra conferendum esse amentibus qui aliquando habuerunt usum rationis, si ex professione christiana præsumi possit quod illud voluissent si advertissent, sicut dictum est de subito oppressis ; quia jure præsumuntur peccasse. Neque obstat quod Auctor hic a. 3 et 4, requirat ad hoc sacramentum, motum liberi arbitrii, imo devotionem actualem ; vel enim intelligit de dispositione convenienti et non necessaria, vel de motu liberi arbitrii et actuali devotione quæ sit aut fuit, nec est revocata, quo sensu dicitur actualis ; siquidem doceat 3 p. q. 79, a. 8, quod, qui est voluntarie distractus in susceptione eucharistiæ, possit consequi augmentum gratiæ ; et q. 80, a. 9, dicat, illis amentibus conferendam esse eucharistiam qui prius, dum erant sui compotes, devotionem ad illam habuerunt.

Colliges 3°, pueros qui utuntur ratione, esse hujus sacramenti capaces, etiam antequam admittantur ad communionem ; usus tamen in pluribus locis obtinuit ut ipsis denegetur. Qua ratione ? Non satis apparet ; cum enim admittantur ad sacramentum pœnitentiæ, cur non ad sacramentum extremæ-unctionis, quod est pœnitentiæ completivum, et quod ipsis prodesse potest ? Aliunde non requiritur tanta discretio ad hoc sacramentum, sicut ad sacramentum eucharistiæ. Forte timent parentes ne si sui liberi ungantur, jura funeralia majorennium solvere cogantur. At hæc ratio levis est ; et aliunde eam urgere non deberent pastores, cum majorennes fiant non ex casu fortuito, sed ex jure communi.

Colliges denique *ex dictis* in toto articulo, subjectum extremæ-unctionis esse hominem baptizatum periculose agrotantem, qui habeat aut habuit usum rationis et aliquando peccavit actualiter. De baptismo nihil diximus, sed supposuimus ; quia sine baptismo nemo est capax aliorum sacramentorum, cum sit janua ad illa, ut alibi dictum est : neque Ecclesia unquam extremam-unctionem non baptizatis etiam catechumenis ferventissimis concessit.

ARTICULUS VII.

De obligatione suscipiendi et administrandi extremam-unctionem ; necnon de ejus iteratione ac de dispositione ad illam, per quæstiunculas.

Petes 1° utrum hoc sacramentum sit necessarium ad salutem ?

R. 1°. Non est vi suæ institutionis necessarium necessitate medii ad salutem. Est communis et certa ; tum quia supponit gratiam et amicitiam Dei per pœnitentiam, cujus est complementum ; tum quia gratia confortans animum ægroti potest aliunde haberi.

R. 2°. Neque videtur necessarium necessitate præcepti divini vel humani, per se directe obligantis. Est communior cum Auctore 3 p. q. 65, a. 4 o, ubi dicit hoc sacramentum non esse necessarium, sed utile tantum.

Ratio est, quia nullum assignari potest præceptum stricte per se obligans ad susceptionem hujus sacramenti, sive in S. Scriptura, sive in traditione, sive in decretis conciliorum aut summorum pontificum. Non debet autem asseri præceptum sine gravi et aperto fundamento. Ergo. *Maj. patebit ex sol. obj.* Unde

Obj. præceptum hoc reperiri 1° in S.

Scriptura, in his Jacobi verbis : *Inducat presbyteros Ecclesiæ;* 2° in concilio Trid. sess. 14, cap. 3 ubi ait : « Nulla ratione audiendi sunt qui... docent hanc » unctionem vel figmentum esse humanum » vel rituma Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem; » 3° in concilio Cabilonensi anno 813, can. 48, ubi legitur : « Secundum B. Apostoli Jacobi documentum, » cui etiam documenta Patrum consentiunt, infirmi oleo quod ab episcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent; » 4° in concilio Coloniensi anno 1538, dicente : « Hæc sacra unctio impendatur » cum expositione mandati Apostoli. » Ergo.

R. ex his omnibus erui non posse præceptum stricte et per se obligans quemlibet fidelem periculose decumbentem ad susceptionem hujus sacramenti. In primis hæ voces, *inducat*, *debent*, non important necessario præceptum rigorosum; his enim et similibus vocibus sæpe utimur in iis quæ non sunt stricte præcepta, ut cum dicimus Fidelis audiat sæpe sacrum, frequenter adsit divinis officiis, frequenter confiteatur; vel Fideles debent frequenter confiteri, sæpe audire missam, frequenter adesse divinis officiis; et tamen de his non est præceptum stricte obligans. Insuper *dato* his vocibus, sicut et ista, *mandatum*, importari strictum præceptum, intelligi debent de præcepto, vel quoad ipsam institutionem sacramenti, quod est mandatum et præceptum ut existeret, vel respective ad ministros, quibus præceptum est illud conferre et tali modo conferre fidelibus petentibus. Responsionis nostræ veritas constat 1° ex Innocentio I ad Decentium, ubi expendens verba Jacobi, dicit : *Fideles ægroti sancto oleo perungi possunt;* et : *Eo omnibus christianis uti licet;* quibus verbis nullum innuitur præceptum 2° Ex Tridentino sess. 14, cap. 1, in quo ait hoc sacramentum fuisse per Jacobum Apostolum *fidelibus commendatum et promulgatum*, ubi nihil de præcepto. Et cap. 3 addit : « Nec vero tanti sacramenti » contemptus absque ingenti scelere et ipsius Spiritus sancti injuria esse posset. » Quibus verbis damnantur qui contemnunt non qui non suscipiunt hoc sacramentum. 3° Quia Ecclesia cap. *Quod in te*, de Pœnit. et Remiss. tempore interdicti denegat extremam-unctionem graviter infirmis, licet concedat eucharistiam et pœnitentiam; non denegaret autem si esset præcepti maxime divini.

Si reponas cum Tournely, effectum hujus sacramenti, scilicet gratiam confortantem, in hac extrema lucta esse maxime necessariam : *R.* 1° hoc argumento probari hoc sacramentum esse necessarium necessitate medii, quod negat objiciens; 2° *R.* hunc effectum posse absolute aliunde obtineri.

Dixi, *per se directe obligantis*. Omnes enim conveniunt quod per accidens, ratione scilicet singularis periculi, contemptus aut scandali, quilibet teneatur hoc sacramentum suscipere; quia scandalum et rerum divinarum contemptus stricte prohibentur, et quilibet saluti suæ providere tenetur per media quæ hic et nunc reputantur absolute necessaria : unde si infirmus tentationibus solito gravioribus concuteretur, quas vix aut ne vix posset superare, ad illud teneretur : item oblatum non posset sine causa absolute recusare ratione scandali et præsumpti contemptus, etsi forte non esset. Confer de Confirmat. art. 8, § 2.

Cæterum hæc dicta sint speculative disputando : quantum ad praxim, cum soleant urgere tentationes in hoc ultimo agone, ad quas superandas hoc sacramentum est institutum, magnam salutis suæ incuriam et de se præsumptionem ostenderet qui illud negligeret aut recusaret.

Petes 2° utrum pastor teneatur hoc sacramentum suis parochianis administrare, cum evidenti vitæ suæ periculo, ut contingit tempore pestis aut alterius morbi contagiosi?

Suppono, ante responsionem, parochum extra casum evidentis periculi vitæ, etsi aliquod leve et remotum subsit, teneri ex justitia hoc sacramentum suis parochianis ministrare; quia officium pastoris est pascere oves, quod fit maxime per administrationem sacramentorum : hoc ergo fungi tenetur pastor etiam cum aliquo suo incommodo et periculo. Quantum vero ad alios sacerdotes, tenentur tantum deficiente pastore, ex charitate, quæ, licet communiter non obliget sub mortali, si tamen esset casus in quo hoc sacramentum judi-

caretur necessarium saluti moribundi, de quo modo, obligaret sub mortali. His suppositis, ad petitionem

R. adhibita quorumdam distinctione quæ nobis probatur. Vel infirmus supponitur accepisse absolutionem certam, vel dubiam tantum, quatenus scilicet fuit absolutus sensibus privatus sine confessione formali et explicita, et quibusdam tantum signis, puta, quia est catholicus, etc. et eodem statu durante non potest aliter absolvi, de cujus absolutionis validitate dubitant plures et graves theologi. Itaque

Si primum, communior sententia est, ipsum non teneri; quia tunc istud sacramentum non est absolutæ necessitatis, sed majoris tantum utilitatis, quam non tenetur pastor procurare suo parochiano cum evidenti vitæ suæ periculo. *Confirmatur*. Ipsemet parochianus non tenetur cum evidenti vitæ suæ periculo suscipere sacramenta vivorum aliunde præcepta, ut sacramentum eucharistiæ, quando creduntur tantum utilia. Ergo nec tenetur pastor cum eodem suo periculo illis conferre; cur enim magis teneretur pastor conferre quam parochianus suscipere? Neque id rationabiliter exigeret parochianus.

Si secundum, videtur teneri; quia tunc periclitatur salus parochiani; forte enim attritus, per hoc sacramentum salvabitur, sine quo damnabitur: obligatur autem pastor ponere animam pro salute æterna periclitante suæ ovis.

Petes 3° utrum hoc sacramentum sit iterabile?

Non posse iterari opinati sunt sæculo duodecimo Goffridus abbas Vindocinensis, et Ivo Carnotensis, quos impugnarunt Petrus Cluniacensis, Magister sententiarum et Hugo Victorinus. Quidam censuerunt non posse eumdem bis ungi in anno: sic refert Petrus Cantor, in Summa cap. 132, de Clarevallensibus.

Ibid. q. 33. a. 1. 0. — *R.* 1° verbis Tridentini sess. 14, cap. 3: « Quod si infirmi post susceptam hanc unctionem convaluerint, iterum sacramenti hujus subsidio juvari poterunt. » — **Ibid.** — Rationem profert Auctor: tum quia hoc sacramentum non habet effectum perpetuum, sicut ea quæ imprimunt characterem; tum quia ordinatur, ut curatio et medicina ad sanandum: medicina autem sanativa toties iterari debet quoties infirmitas iteratur.

R. 2°. Quidquid sit de consuetudine quæ dicitur olim apud aliquos invaluisse, pluries iterandi unctiones in eodem infirmitatis statu, de qua Menardus in lib. Sacramentorum S. Gregorii et Martene lib. 1 de Antiquis Ecclesiæ Ritibus; et hac data, fuerintne omnes illæ unctiones sacramentales, an cæremoniales tantum, excepta una? — **Hic q. 33. a. 2. 0.** — Certum est nunc non licere hoc sacramentum iterare eadem infirmitate, seu potius ejusdem infirmitatis statu ac periculo durante. Id constat 1° ex Tridentino citato, quod statuit posse iterari, si infirmus convaluerit: ergo iterari non potest, si non convaluerit; exceptio enim firmat regulam. 2° Ex universali Ecclesiæ praxi. 3° Quia durante eodem infirmitatis statu et periculo, sufficit semel collatum ad curationem spiritualem.

Ibid. — Dixi, *durante eodem infirmitatis statu et periculo;* quia si unctus in periculo illud evaserit; et postea, quamvis ab eadem infirmitate non plene convaluerit, in illud reincidat, ut contingit in morbis diuturnis, v. g. hectica, hydropisi et hujusmodi, potest iterum ungi; quia licet non sit alia infirmitas simpliciter, est tamen alius status infirmitatis: et ita est praxis communis.

Petes 4° quæ dispositio requiratur ad hujus sacramenti susceptionem?

R. præmitti debere confessionem, si infirmus sit conscius peccati mortalis; quia, ut sæpe dixi, est complementum pœnitentiæ, sacramentum vivorum et curatio spiritualis, ideoque supponit vitam animæ. Quod si infirmus non possit præmittere confessionem, debet in quantum potest elicere actum contritionis.

Quantum ad cæremonias et ritum administrandi hoc sacramentum, unusquisque consulat rituale suæ Ecclesiæ. Et hæc de sacramento extremæ-unctionis.

TRACTATUS

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Div. Th. Supp. a. Q. 34 ad 41.

SUMMA DOCTRINÆ CATHOLICÆ DE ORDINE.

EX CONCILIIS FLORENTINO ET TRIDENTINO.

Decretum concilii Florentini pro instructione Armenorum. Sub. Eug. IV, an. 1439. — Ex S. Th. Opusc. 5.

« Sextum sacramentorum est ordinis, » cujus materia est illud per cujus traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, et » patenæ cum pane porrectionem; diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem; subdiaconatus vero per calicis » vacui cum patena vacua superposita » traditionem; et similiter de aliis per » rerum ad ministeria sua pertinentium » assignationem. Forma sacerdotii talis » est: *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis et mortuis, » in nomine Patris, et Filii, et Spiritus » sancti.* Et sic de aliorum ordinum formis, prout in pontificali Romano late » continetur. Ordinarius minister hujus » sacramenti est episcopus; effectus, augmentum gratiæ, ut quis sit idoneus ministrer. »

Canones concilii Tridentini de ordine.

I. — **Sess. 23. 15 Julii 1563, sub Pio IV.** — « Si quis dixerit non esse in novo Testamento sacerdotium visibile et externum; vel non esse potestatem aliquam » consecrandi et offerendi verum corpus et » sanguinem Domini, et peccata remittendi et retinendi, sed officium tantum et » nudum ministerium prædicandi Evangelium; vel eos qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes : anathema sit.

II. » Si quis dixerit præter sacerdotium » non esse in Ecclesia catholica alios ordines, et majores, et minores, per quos » velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur : anathema sit.

III. » Si quis dixerit ordinem, sive sacram ordinationem non esse vere et proprie sacramentum, a Christo Domino » institutum; vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis; aut esse tantum ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei et sacramentorum : » anathema sit.

IV. » Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum sanctum, » ac proinde frustra episcopos dicere : *Accipe Spiritum sanctum;* aut per eam » non imprimi characterem; vel eum qui » sacerdos semel fuit, laïcum rursus fieri » posse : anathema sit.

V. » Si quis dixerit sacram unctionem » qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam et perniciosam esse; similiter et alias ordinis cæremonias : anathema sit.

VI. » Si quis dixerit in Ecclesia catholica non esse hierarchiam, divina ordinatione institutam, quæ constat ex episcopis, presbyteris et ministris : anathema sit.

VII. » Si quis dixerit episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi; vel eam quam quam habent, illis » esse cum presbyteris communem; vel » ordines ab ipsis collatos sine populi vel » potestatis sæcularis consensu, aut vocatione, irritos esse; aut eos qui nec ab » ecclesiastica et canonica potestate rite » ordinati, nec missi sunt, sed aliunde » veniunt legitimos esse verbi et sacramentorum ministros : anathema sit.

VIII. » Si quis dixerit episcopos qui

» auctoritate Romani pontificis assumun-
» tur, non esse legitimos et veros episco-
» pos, sed figmentum humanum : anathe-
» ma sit. »

Huc usque egimus de sacramentis quibus homo perficitur quoad propriam personam; restat agendum de his quibus perficitur in ordine ad communitatem, quæ sunt ordo et matrimonium.

DISSERTATIO I.

DE EXISTENTIA SACRAMENTI ORDINIS ET DE NUMERO ORDINUM.

D. Th. Q. 34 et 37.

Supp. q. 34. a. 2. ad 4. — Hoc nomen *ordo* generaliter sumptum, significat habitudinem, seu relationem prioris et posterioris, vel superioris et inferioris inter plura. Sumitur etiam pro ipso gradu seu statu in quo fundatur ista relatio : quo sensu dicimus ordinem seu statum nobilem, plebeïum, senatorium, religiosum, et maxime propter eminentiam ordinem clericalem, in quo sunt varii ordinationis gradus, alii aliis superiores, ordinati ad celebrandum eucharistiæ sacramentum, et dicitur hierarchia ecclesiastica. Translato autem nomine effectus ad causam, ordo dicitur ipsa actio qua conferuntur isti diversi gradus ordinis clericalis : unde melius dicitur ordinatio quam ordo.

Dari in Ecclesia ordinem clericalem ad sacra ministeria, nec illis obeundis parem esse quemque de plebe ex sola communitatis deputatione, probavimus contra novatores, de Sacramentis in genere dissert. 5, art. 2, concl. 2, et de Eucharistia dissert. 7, a. 1; videat lector.

Hæc vox *clerus* Græca est, et significat Latine sortem seu hæreditatem Christi, quæ licet toti Ecclesiæ competat, speciali tamen titulo tribuitur ministris Ecclesiæ, quia specialiter vocati sunt in sortem et hæreditatem Christi, seu Christus est ipsis specialiter sors et hæreditas.

Quæstio est modo de ipsa ordinatione quæ a Græcis dicitur *chirotonia*, id est, manuum impositio, seu extensio, ab illius ritu; ac 1° utrum sit sacramentum; 2° quot sunt ordines; 3° utrum omnes ordines sint sacramenta; 4° quid de tonsura.

ARTICULUS I.

Utrum ordo seu ordinatio sit sacramentum?

Definitur ordo seu ordinatio a Magistro sent. lib. 4, d. 24 : *Signaculum quoddam Ecclesiæ, quo spiritualis potestas traditur ordinato :* quam definitionem approbat Auctor hic a. 2. *Signaculum*, id est, signum exterius, est genus; cæteræ particulæ, differentia. Ab aliis definitur etiam bene : *Sacramentum novæ legis, quo traditur spiritualis potestas et confertur gratia ad debite obeunda munia ecclesiastica.*

Ibid. a. 1. — *Dico.* Ordo seu ordinatio qua in Ecclesia inaugurantur sacri ministri, est verum et proprie dictum novæ legis sacramentum.

Est contra hæreticos hodiernos, qui, licet fateantur opus esse delegatione ad sacra munia obeunda, ne omnia sint perturbata et confusa, volunt tamen hanc delegationem posse fieri per communitatem, vel alios ministros absque sacramento, ita ut, delegatione revocata, minister redeat ad statum laïcalem; perinde ac si nunquam sacro ministerio functus fuisset.

Contra quos sic definit Trident. sess. 23, can. 3 : « Si quis dixerit ordinem sive
» sacram ordinationem non esse vere et
» proprie sacramentum, a Christo Domino
» institutum : anathema sit. »

Prob. insuper *conclusio*, 1° argumento fundato in S. Scripturis. Illud est vere et proprie sacramentum, quod est *signum sensibile permanenter a Christo institutum gratiæ sanctificantis;* hæc namque est definitio sacramenti : atqui talis est ordinatio : ergo. *Prob. min.* 1° *Est signum sensibile;* notum est enim conferri modo, et ab initio fuisse collatam aliquo signo exteriori, sive exhibitione instrumentorum, sive impositione manuum, ut habetur Act. 6 et 1 Timoth. 4. 2° *Est signum a Deo institutum :* Christus instituit Apostolos cæterosque ministros, Act. 22, 1 Cor. 12, Galat. 2; dedit Apostolis potestatem consecrandi, remittendi peccata, sacra mysteria dispensandi et regendi Ecclesiam, atque alios ministros instituendi, Joan. 2, Matth. 28, 1 Cor. 11 et 12. Insuper solus Deus potest instituere signa collativa gratiæ. 3° *Est permanenter ins-*

titutum : patet ex imperturbato usu Ecclesiæ ab Apostolis usque ad nos. Insuper nunquam stabit Ecclesia sine ministris, stabit autem Ecclesia usque in finem sæculorum. Denique ordinantur ministri ad confectionem eucharistiæ quæ nunquam deficit in Ecclesia. 4° Et præcipue *est signum gratiæ;* constat ex 1 Timoth. 4 : *Noli,* inquit Apostolus, *negligere gratiam quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii;* et 2 ad eumdem 1 : *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei quæ in te est per impositionem manuum mearum.* Ergo. Quid his respondeant hæretici diluemus in sol. obj.

Prob. 2° ex SS. Patribus. Greg. Nazianzenus Orat. in Baptisma Christi : « Eadem, » inquit, verbi potestas etiam sacerdotem » augustum et honorandum facit novitate » benedictionis a communitate vulgi sepa» ratum. » Addit eumdem sacerdotem, quamvis exterius non immutatum, « quadam tamen, invisibili vi et inaspectabili » gratia, interiorem animum gerere in » meliorem reformatum. »

S. Aug. l. 2 contra Parmenian. c. 13, probat contra Donastistas, amitti non posse ordinem, sicut nec baptismum : « Utrum» que enim, inquit, sacramentum est, et » quadam consecratione utrumque homini » datur illud cum baptizatur, istud cum » ordinatur : ideoque in catholica utrum» que non licet iterari... Ipsi explicent » quomodo sacramentum baptismi non » possit amitti, et sacramentum ordinati » possit amitti... Si enim utrumque sacra» mentum est, quod nemo dubitat, cur » illud non amittetur, et illud amittetur? » Quibus verbis, *ut patet,* S. Doctor non solum asserit ordinem esse sacramentum, sicut baptisma et utrumque permanere, sed et de hoc neminem dubitare, quod palmare est contra hæreticos.

Item argumentum urget S. Hieronymus contra Luciferianos. Legendi sunt insuper S. Chrysost. l. 3 de Sacerdotio; item in Epist. 1 ad Timoth. et alibi; S. Cyrillus Alexand. l. 12 in Joan. Tertullianus l. de Præscrip. c. 40; S. Cypr. Epist. 33 et 66; S. Leo Epist. 11, alias 81 ad Dioscorum; S. Gregorius Mag. l. 4 in l. Reg. c. 5 et alii, quorum omnium textus referre longum foret.

Prob. 3° ex conciliis. Concilium Chalcedonense anno 451, can. 2, jubet deponi episcopos « qui propter pecunias ordina» tionem fecerint, et non venalem gratiam » in venditionem adduxerint. » Idem tradunt synodi Romana, Ticina, Rhemensis et Moguntina sub Leone IX, circa medium undecimi sæculi. Idem Braccarensis III, anno 1372. Adde Florent. decreto Unionis et Trid. de quo supra.

Prob. 4° ex consensu utriusque Ecclesiæ Græcæ et Latinæ quæ ordinem in numero sacramentorum recenset, ut probavimus dum de Sacramentis in genere, dissert. 7, a. 1.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Impositio manuum, de qua Apostolus in utraque ad Timoth. quæ est fundamentum præcipuum nostræ conclusionis, non erat ad conferendum gratiam sanctificantem, sed gratiam gratis datam tantum : ergo inde probari non potest ordinem esse sacramentum. *Prob. ant.* 1° Quia Apostolus non utitur verbo *charis,* sed *charisma,* quod significat tantum gratiam gratis datam, *ut patet* ex 1 Cor. 12. 2° Quia dicit datam esse hanc gratiam Timotheo *per prophetiam,* quæ pertinet ad gratias gratis datas. 3° Quia de gratia gratis data intelligunt S. Hieronymus in cap. 4 1 ad Timoth. et S. Chrys. Hom. 13 in eumdem locum. Ergo.

R. N. ant. Ad primam probationem : in primis falsum est *charisma* significare solum gratiam gratis datam, sed significat quamcumque gratiam, sicut *charis.* Sic docent dictionaria Græco-Latina; inter illa S. Ambrosius Calepinus : « *Charis,* in» quit, Latine *gratia*... a quo *charisma* » in eadem significatione. Item gratia in» terdum idem est quod beneficium... in» de dictum quod gratis nobis detur, cha» risma. » Hoc eodem verbo usus est Apostolus ad significandam gratiam sanctificantem citato cap. 12 1 Cor. ubi recensitis variis gratiis gratis datis, concludit dicens : *Æmulamini autem charismata meliora :* ubi verbo *charismata* significari gratiam significantem indubium est, cum non sit verisimile Apostolum nos hortari ad æmulationem signorum, et non potius sanctitatis. Similiter Rom. 5, agens de gratia sanctificante, illam exprimit ver-

bo *charisma*, dicens : *Sed non sicut delictum, ita et donum*, Græce, *charisma*. Denique hoc verbum intellexisse in locis a nobis citatis, de gratia sanctificante, evidens est. Etenim post hæc verba : *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearum*, immediate subjungit: *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis;* certum est autem spiritum dilectionis et sobrietatis esse gratiam sanctificantem. Unde S. Chrysost. Hom. 1 in 2 Epist. ad Timoth. expendens hæc verba : *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei :* « Hoc est, » inquit, gratiam Spiritus quam accepisti » ad Ecclesiæ institutionem, vel ad omne » religionis obsequium; quippe in nobis » est hanc vel extinguere vel excitare. » Deinde probat gratiam quæ in nobis extinguitur, esse gratiam adoptionis et charitatis, juxta illud 1 Thessal. 5 : *Spiritum nolite extinguere.*

Ad secundam probationem. Etsi daremus Timotheum donum prophetiæ in sua ordinatione accepisse, inde non sequitur quod non simul acceperit donum gratiæ sanctificantis seu *dilectionis et sobrietatis*, ut exprimit ibidem Apostolus; sed verisimilius est, juxta celebriores interpretes, Apostolum per *prophetiam* intellexisse revelationem sibi factam de ordinando Timotheo, conformiter ad id quod dixerat 1 ad eumdem 1 : *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias.*

Ad tertiam. SS. Hieron. et Chrysost. interpretando hæc loca de gratiis gratis datis, non excludunt gratiam sanctificantem; hæc enim omnia simul conferebantur in ordinatione ad institutionem Ecclesiæ : gratias autem gratis datas exprimunt, quia sunt notiores; sed et alibi explicant etiam gratiam sanctificantem, ut modo vidimus de S. Chrysost.

Obj. 2°. Impositio illa manuum de qua Apostolus, erat cæremonia communis, quam ipse et alii Apostoli adhibebant, dum curabant infirmos, aut pro aliquo orabant. Ergo.

R. Apostolos equidem manuum impositionem adhibuisse dum curabant infirmos aut aliquem Deo commendabant; at alia et singularis fuit quæ in ordinatione ministrorum fiebat, tum quia ad hanc sequebatur gratia, ut dictum est; tum quia Apostolus 1 Timoth. 5, dicit : *Manus nemini cito imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Certum est autem quod imponere manum ad curandos infirmos, aut ad orandum pro aliquo, quisquis sit, non sit communicare ejus peccatis, sicut communicaret qui ordinaret indignum; et ideo monet Apostolus ne id fiat sine maturo examine.

Inst. Ordinatio apud nos fit per episcopos; ordinatio autem Timothei facta fuit per presbyteros, *per impositionem manuum presbyterii*, inquit Apostolus. Ergo.

R. N. min. Per presbyterium enim non intelligitur presbyter, sed cœtus sacerdotum : dicitur igitur Timotheus ordinatus *per impositionem manuum presbyterii*, quia plures sacerdotes imposuerunt ei manus : unde ipsemet Apostolus in altera Epistola ad eumdem Timotheum, dicit, *per impositionem manuum mearum;* et S. Chrys. Hom. 13 in 1 Epist. ad Timoth. exponens illa verba, *per impositionem manuum presbyterii*, dicit : « Non de » presbyteris hoc ait, sed de episcopis; » non enim presbyteri episcopum ordina- » verant. »

Obj. 3°. Christus Apostolos ordinavit sine manuum impositione. Ergo.

R. 1° *ant. esse incertum;* non enim omnia quæ Christus fecit scripta sunt. 2° *Dato ant. N. conseq.* Habebat enim Christus potestatem excellentiæ, quæ non erat alligata signis exterioribus, sicut potestas Ecclesiæ.

Obj. 4°. Juxta S. Scripturam et Tertullianum omnes christiani sunt sacerdotes. Solutionem hujus argumenti require, quantum ad S. Scripturam, dessert. 5 de Sacramentis in genere art. 2; quantum ad Tertullianum; dissert. 7 de Eucharistia art. 1.

Obj. 5°. Sacramenta ordinantur per se ad sanctificationem suscipientium : atqui ordo non ordinatur per se ad sanctificationem suscipientium, sed potius aliorum. Ergo.

R. D. maj. Sacramenta ordinantur per se primo semper ad sanctificationem suscipienttum, *N.* per se primo, vel per se secundo, *C.* Hoc autem sacramentum ordinatur per se primo ad dignam administrationem sacramentorum, quæ esse non potest sine gratia sanctificante.

ARTICULUS II.

Quot sint ordines?

Suppono ut fide certum, plures esse ordines; sic enim definit Trid. sess. 23, can. 2: « Si quis dixerit, præter sacerdotium, » non esse in Ecclesia catholica alios ordines, et majores, et minores, per quos » veluti gradus quosdam in sacerdotium » tendatur : anathema sit. »

Suppl. q. 37. a. 1. — Congruentiæ sunt: 1° propter Dei sapientiam commendandam, quæ in distinctione rerum ordinata maxime relucet tam in naturalibus quam spiritualibus. 2° Ad subveniendum humanæ infirmitati. quia per unum non poterant omnia quæ ad divina pertinebant exequi, sine magno gravamine. 3° Ut via proficiendi hominibus amplior detur, dum plures in diversis officiis distribuuntur, ut omnes sint Dei cooperatores, quo nihil est divinius.

Ibid. a. 2. o. — *Dico.* Sunt septem ordines, presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, acolythatus, exorcistatus, lectoratus et ostiariatus.

Prob. 1° ex conciliis. Concilium Carthaginense IV, 214 episcoporum anno 398, a canone 3 ad 9, refert septem ordines assignatos et ritum quo ab episcopo conferuntur. Concilium Aquisgranense anno 816, l. 1 de Instit. cleric. omnes septem recenset. Trid. sess. 23, cap. 2, postquam dixit de sacerdotibus et diaconis apertam mentionem fieri in sacris Litteris, addit : « Ab ipso Ecclesiæ initio sequentium or» dinum nomina, atque uniuscujusque eo» rum propria ministeria, subdiaconi sci» licet, acolythi, exorcistæ, lectoris et » ostiarii, in usu fuisse cognoscuntur. »

Prob. 2° ex summis pontificibus. Cornelius papa, Epist. ad Fabianum Antiochenum scripta anno 252, apud Eusebium l. 6, cap. 43, alias 35, describens clericos qui erant Romæ initio schismatis Novatiani, sic numerat : « Presbyteri quatuor » et quadraginta, diaconi septem, totidem » subdiaconi, acolythi quadraginta duo, » exorcistæ cum lectoribus et ostiariis duo » et quinquaginta. » Caius item Romanus pontifex, in pontificali edito ex vetustissimis codicibus ab Anastasio Bibliothecario, prohibet ne aliquis sit episcopus, nisi prius fuerit « ostiarius, lector, exorcista, sequens » (acolythus), subdiaconus, diaconus, » presbyter. »

Quantum ad SS. Patres, modo unum, modo alterum memorant, secundum quod exigit occasio. Omnes septem recensent et explicant Isidorus Hispal. sub initium septimi sæculi l. 7 Originum c. 12 et 62 de Divinis offic. Alcuinus sequenti sæculo de Divinis offic. Rabanus sæculo nono, l. 1 de Instit. Cleric. c. 4; Hugo Vict. sæculo undecimo Erudit. Theologicæ 32, et l. 2 de Sacram. p. 3, c. 5; S. Thomas Supp. q. 37, a. 2; S. Bonavent. et alii tam veteres quam recentiores scholastici.

Ibid. — *Suadetur ratione congrua.* Ratio enim a priori est voluntas Christi. Distinctio ordinum est accipienda secundum relationem ad eucharistiam; quia potestas ordinis, aut est ad consecrationem ipsius eucharistiæ, aut ad aliquod ministerium ordinatum ad illam. Si primo modo, est ordo sacerdotum. Si secundo modo, vel ministerium est in ordine ad ipsum sacramentum, vel in ordine ad suscipientes. Si sit in ordine ad ipsum sacramentum, est triplex : primum est quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento, vel dispensando illud, vel tradendo materiam proximam ad illud; et hoc pertinet ad diaconum. Secundum est ministerium ordinatum ad præparandam materiam sacramenti in vasis sacris; et hoc est subdiaconorum. Tertium est ministerium ad præparandam materiam in vasis non sacris eamque offerendam diacono; et hoc est acolythorum. Si vero sit in ordine ad præparationem suscipientium, non potest esse nisi super immundos. Triplex autem est genus immundorum : quidam enim sunt omnino infideles, credere nolentes, et hi totaliter a visione divinorum et cœtu fidelium arcendi sunt; et hoc pertinet ad ostiarios : quidam sunt volentes credere, sed nondum instructi, scilicet catechumeni et ad eorum instructionem ordinatur lectoratus : quidam tandem sunt fideles et instructi, sed impedimentum habentes ex dæmonis potestate, scilicet energumeni; et ad hoc ministerium est ordo exorcistarum. Sicque patet ratio et numeri et gradus ordinum.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. In plurimis antiquis monumen-

tis recensentur inter clericos psalmistæ, seu cantores et laborantes, seu fossarii, inhumandis corporibus destinati. Item plures tenent tonsuram et episcopatum esse ordines. E contra Anacletus Epist. 3, scribit institutos tantum esse a Deo duos ordines, scilicet episcoporum et sacerdotum: « Et amplius, inquit, quam isti duo, nec » nobis a Deo collati sunt, nec Apostoli » docuerunt. » Ergo.

R. ad primum, cantores et fossarios quandoque numerari inter clericos, non ratione ordinis, sed officii ecclesiastici: unde concilium Carthag. IV citatum, can. 10, de psalmista seu cantore dicit, « quod » possit absque scientia episcopi sola jus- » sione presbyteri, officium suscipere can- » tandi. » Idem dicit Isid. l. 2 de Officiis c. 12. Deinde cum cantor nihil addat officio lectoris quam aliquam vocis modulationem, non erat necessarius ordo cantoris distinctus ab ordine lectoris. Fossariis pariter nudum officium sine ordine competere probat Baronius ex Epiphan. ad annum Christi 34 et 44. *Ad secundum*, dicemus infra. *Ad tertium. Dato* quod hæc epistola sit Anacleti, quod hodie communius negatur, ejus textus refertur truncatus. Non enim dixit simpliciter *duo ordines*, sed *duo ordines sacerdotum*: et prius dixerat *ordinem sacerdotum esse bipartitum*, scilicet in ordinem episcoporum et presbyterorum; agebat enim contra quosdam qui primates et patriarchas in altiori ordine collocabant quam episcopos. Cæterum Anacletum plures agnovisse ordines quam episcopatum et presbyteratum, constat tum ex ejus vita in qua legitur ordinasse diaconos, tum ex ejus prima epistola in qua meminit diaconorum et subdiaconorum.

Obj. 2°. Græci numerant tantum quatuor ordines, nimpe presbyteratum, diaconatum, subdiaconatum et lectoratum. Ergo. *Prob. ant.* 1° ex eucologio Græcorum apud Goarium, in quo post ordinationem lectorum et cantorum, sequitur ritus ordinationis subdiaconi. 2° Constitutiones apostolicæ l. 8, c. 16 et sequentibus, canones apostolici, liturgia S. Marci, concilium Sardicense can. 10, synodus octava quæ Photium exauctoravit, quatuor tantum ordines recensent. 3° Clericos a gradu lectoratus ad subdiaconatum ascendere, scribunt auctores Græci, S. Joannes Damascenus initio Decalogi contra Manichæos, Nicetas in vita S. Ignatii Constantinop. Simeon Thessalonicensis in Dialogo de sacramento ordinis. Ergo.

Propter hæc argumenta ex Morino, Goario et Martenio collecta, censent quidam recentiores, revera apud Græcos non existere acolythatum, exorcistatum et ostiariatum: at dissentiunt alii, cum quibus

R. N. ant. Pluribus enim testimoniis constat alios ordines minores præter lectoratum extitisse in ecclesia Orientali. 1° S. Ignatius Epist. ad Antiochenos: « Salu- » to, inquit, sanctum presbyterium, sa- » luto sacros diaconos, saluto subdiaco- » nos, lectores, cantores, ostiarios, labo- » rantes, exorcistas, confessores. » 2° S. Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3, præter lectores enumerat alios, « Quo- » rum nonnulli foribus templi assistunt, » cæteri autem aliud quidpiam quod sit » sui ordinis agunt. » Et quamvis hæc duo a quibusdam reputentur apocrypha, fatentur tamen omnes esse primæ antiquitatis, quod nobis nunc sufficicit. 3° Synodus Laodicena circa annum 321, can. 24. « Quoniam, inquit, non oportet clericos » servientes, a presbyteris usque ad dia- » conos et deinceps ordinis ecclesiastici » omnes usque ad ministros, aut lectores, » aut psalmistas, aut exorcistas, aut ostia- » rios, aut etiam eos qui in proposito con- » tinentiæ sunt, tabernas intrare. » 4° S. Epiphanius in Expositione fidei post hæresim 80, post lectores numerat exorcistas, copiatos, id est, fossarios et janitores; Simeon Thessalonicensis apud Goarium, ante inaugurationem lectoris, numerat ceroferarios seu acolythos, et conqueritur quod eorum ordinatio negligatur; cum, inquit, sit scripta in antiquis ritualibus et paulo ante in usu erat in ecclesia Thessalonicensi; Gabriel Philadelphiensis apud Morinum p. 2, omnes septem ordines recenset.

Ad hæc respondent adversarii, 1° Simeonem Thessal. et Gabrielem Philadelphien. esse junioris ætatis, ut fidem faciant contra antiquiora monumenta prius laudata; 2° exorcistas, ostiarios et acolythos ab his et aliis auctoribus nominatos, non esse accipiendos de ordinibus, sed de ministeriis in templo exercendis, absque or-

dinis collatione, sicut constat de cantoribus, fossariis, seu laborantibus et aliis quos simul nominant.

Sed contra primum. Gabriel Philadelph. in confirmationem suæ sententiæ citat can. septimum Antiochenum et quartum Trullanum; Simeon autem Thessal. testatur ordinationem acolythi fuisse in usu in sua ecclesia.

Contra secundum. 1° In concilio Trullano, laudato a Gabriele Philadelph. legitur: « Si quis episcopus, vel presbyter, » vel diaconus, vel subdiaconus, vel lector, » vel cantor, vel ostiarius, cum muliere » Deo dicata coierit, deponatur, ut qui » Christi sponsæ vitium attulerit; sin au- » tem laïcus, segregetur. » En ostiarius a laïcis segregatus et in ordine clericali constitutus. Ex concilio autem Carthag. IV, supra citato, habemus cantorem non ordinari. 2° Can. decimus Antiochenus, ab eodem Gabriele citatus, dicit chorepiscopum non posse « ordinare diaconum et » presbyterum, sed posse tantum ordinare » subdiaconos, lectores et exorcistas. » En ordinatio exorcistæ quæ permittitur chorepiscopis, sicut ordinatio subdiaconi et lectoris. 3° In Eucologio habetur oratio in ordinatione deputati et ceroferarii, id est, acolythi; et Simeon Thessal. ut vidimus, miratur hanc negligi, quæ paulo ante servabatur in sua ecclesia et erat scripta in ritualibus.

His itaque positis, ad testimonia contraria respondemus dupliciter. 1° Ex his non sequitur quod non dentur isti tres inferiores ordines, sed tantum quod in pluribus ecclesiis Orientalibus fuerint omissi, et clerici fuerint per saltum promoti, sive ex negligentia, sive ob merita singularia promovendorum, sicut factum legimus in ecclesia Africana, in qua tamen, fatentibus adversariis, sicut in Romana, semper extiterunt septem ordines. S. enim Cyprianus Afer, juxta Simeonem Metaphrastem apud Surium, e lectore factus est subdiaconus; et juxta Pontium in ejus vita, « Ad officium sacerdotii et episcopa- » tus gradum, adhuc neophytus, et, ut » probatur, novellus, electus est. »

2° Ideo Græci numerant tantum quatuor ordines, non quod alii tres non extent, sed quia non conferuntur distinctis ordinationibus: acolytatus namque et ostiariatus conferuntur cum subdiaconatu; exorcistatus autem a recentioribus tantum Græcis negligitur, sed apud alios Orientales confertur vel cum diaconatu, vel cum lectoratu. Primum de acolythatu et ostiariatu collatis cum subdiaconatu, probatur ex codicibus Græcis et rituali Maronitarum apud Morinum, et ex auctoribus Græcis suorum rituum peritissimis, Abrahamo Ecchellensi in Annotationibus ad canones Nicænos n. 18; Joanne Marone l. de Sacerdotio cap. 11 et 16; Joanne Dareno l. de Hierarchia Ecclesiastica; Dionysio Barsalibo, qui legi possunt tom. 2 Concil. Labb. page 409. Exorcistatum conferri cum diaconatu apud Siros, tradunt jam laudati scriptores: Maronitæ autem censent apud ipsos conferri cum lectoratu, quia in hujus ordinatione, episcopus tradens librum Psalmorum, quo in Ecclesia Orientali exorcizantur energumeni, dicit: *Mereatur conculcare serpentes et scorpiones.* Cæterum rem videtur definivisse supremum Ecclesiæ caput, Benedictus XIV, in jam laudata constit. *Etsi pastoralis* in qua n. 7, definit quod clericus Græcus, lector tantum institutus si a Sede apostolica obtineat ut ritu Latino ad majores ordines ascendat, « Antequam » subdiaconus ordinetur, tres minores or- » dines omissos debeat ritu Latino susci- » pere: si vero præter lectoris ordinem ad » subdiaconatum etiam ritu Græco ascen- » dit, et ex dispensatione itidem aposto- » lica facultas sibi facta sit cæteros ordines » ritu Latino suscipiendi, antequam inter » diaconos cooptetur, ex minoribus ordi- » nibus exorcistatum tantummodo supplere » cogitur, cum per subdiaconatum Græco » ritu collatum, acolythatum et ostiaria- » tum recepisse censeatur. » Qua definitione habemus acolythatum et ostiariatum apud Græcos cum subdiaconatu conferri, et solum exorcistatum a recentioribus Græcis negligi. Quædam alia argumenta art. sequenti proponentur.

ARTICULUS III.

Utrum omnes ordines sint sacramenta?

Supp. q. 37. a. 3. o. — *Suppono* 1° ordines distingui in sacros, et non sacros: sacri, qui et majores, sunt sacerdotium, diaconatus et subdiaconatus; non sacri, qui et minores, sunt alii quatuor, non quod secundum se non sint sacri, cum

omnes sint sacramenta, ut jam dicemus, ideoque sacrent animam conferendo gratiam; sed tres priores dicuntur sacri duplici titulo speciali. 1° Quia propius accedunt ad eucharistiam et habent actum circa materiam consecratam, scilicet sacerdotium et diaconatus circa corpus et sanguinem Christi, subdiaconatus circa vasa consecrata. 2° Quia eis annexa est continentia et obligatio recitandi Horas.

Suppono 2° ut fide certum, sacerdotium esse sacramentum; quia ut art. 1 probavimus ex definitione Tridentini et aliis momentis, ordo est sacramentum; inter ordines autem primum locum tenet sacerdotium. Unde est tantum quæstio de diaconatu, et maxime de subdiaconatu et minoribus; quam duobus sequentibus §§ expendemus: unde sit

§ I — *Utrum diaconatus sit sacramentum?*

Dico. Diaconatus est sacramentum.

Est ita communis et certa, ut opinionem contrariam Durandi et Cajetani, theologi plures temeritatis arguant.

Prob. Ordinatio diaconi est signum sensibile gratiæ permanenter a Christo institutum: ergo est sacramentum. *Prob. ant.* 1° *Est signum sensibile;* fuit enim facta Act. 6, per impositionem manuum Apostolorum cum oratione, et etiam fit nunc per impositionem manus episcopi, et porrectionem instrumentorum. 2° *Est signum sensibile gratiæ;* tum quia ad manuum impositionem cum oratione conferebatur gratia, ut vidimus ex Apostolo art. 1; tum quia episcopus in ordinatione diaconi dicit: *Accipe Spiritum sanctum ad robur, et ad resistendum diabolo et tentationibus ejus.* Id ei frustra non dicit; sic enim Trid. sess. 23, can. 4, definit: « Si quis dixerit per sacram ordina-» tionem non dari Spiritum sanctum, ac » proinde frustra episcopos dicere, *Acci-» pe Spiritum sanctum*....., anathema » sit. » 3° *Est a Deo institutum;* quia non erat in Apostolis, nec est in Ecclesia potestas instituendi signa practica gratiæ; et Trid. ibid. can. 6, definit: « Si quis » dixerit in Ecclesia catholica non esse » hierarchiam, divina ordinatione institu-» tam, quæ constat episcopis, presbyteris » et ministris: anathema sit. » Sub ministris autem comprehendit ad minus diaconos, presbyteris proximiores. 4° Denique est *permanenter institutum*, ut patet ex constanti et inviolata Ecclesiæ praxi ab Apostolis usque nunc.

Prob. insuper conclusio omnibus argumentis quibus § sequenti probabimus subdiaconatum et minores ordines esse sacramenta.

Obj. 1°. Septem primi diaconi instituti sunt ad ministrandum mensis, ut habetur Act. 6. Ibi enim narratur quod, cum Græci murmurarent adversus Judæos, eo quod eorum viduæ despicerentur in ministerio quotidiano mensarum, quatenus non tantum dabatur eis quantum viduis Judæorum, Apostoli dixerint non esse æquum ut derelinquerent verbum Dei et ministrarent mensis, et ideo elegerent atque instituerint septem diaconos, qui istud officium obirent: atqui institutio ad hujusmodi officium civile non est sacramentum: ergo.

R. D. maj. Septem primi diaconi instituti fuerunt ad ministrandum mensis occasionaliter et per accidens, *C.* per se primo, *N.* Alioquin non erat necesse convocare multitudinem, nec singularem curam adhibere ut eligerentur viri *pleni Spiritu sancto et sapientia*, neque electis manus imponere cum oratione; hæc enim omnia sunt impertinentia ad officium civile. Sicut ergo, dum, v. g. occasione belli, matrimonia ineuntur inter principes, pax inde nata potest dici effectus per accidens et occasionatus matrimonii, non per se et primarius; ita similiter quod narratur Act. 6, fuit occasio et effectus per accidens, non per se et primarius institutionis diaconorum. *Confirmatur hæc responsio* 1° ex muniis sacris, quæ statim Stephanus et Philippus instituti diaconi obierunt. Primus, eodem capite, tanta animi fortitudine annuntiavit Christum Judæis, ut ab eis fuerit lapidatus. Secundus, cap. subsequente, Christum Samaritanis evangelizavit, et inde missus ab angelo, eunuchum Candacis reginæ fide imbuit et baptizavit. 2° Diaconi instituti erant ubi fideles non agebant vitam communem, nec ideo opus erat ministris ad mensas, Philipp. cap. 1, v. 1, et 1 Timoth. cap. 3, v. 8 et 12.

Inst. 1°. Nulla videtur ratio seu neces-

sitas occasione ministerii civilis instituendi ministros sacros. Ergo.

R. Esto non fuerit necessitas absoluta, fuit necessitas secundum quid, et ad melius esse. 1° Ut ministri per sacrum ordinem in dignitate constituti, majori pollerent auctoritate inter fideles, sicque facilius et efficacius istud ministerium implerent. 2° Quia non præficiebantur tantum communi mensæ, sed etiam mensæ eucharisticæ, quæ tunc regulariter comitabatur mensam communem. 3° Quia eis committebatur dispensatio collectarum quæ fiebant diebus dominicis in ecclesia; congruum autem erat ut ii addicerentur altari.

Inst. 2°. S. Hieronymus Epist. ad Evangelum vocat, diaconos mensarum ministros. » Quis patiatur, inquit, mensarum et viduarum minister, supra eos tumidus se » efferat, ad quorum preces corpus Christi » sanguisque efficitur? » Ergo.

R. S. Hieronymum voluisse duntaxat deprimere quorumdam diaconorum insolentiam, qui se presbyteris coæquabant, et ideo objicit eis vile officium quo olim functi fuerant, et cujus occasione fuerant instituti. Non ignorabat autem sacrum eorum ministerium, siquidem in fine ejusdem Epistolæ dicit eis convenire sacrum ministerium, et eos esse in Ecclesia Christi quod erant levitæ in antiqua lege. Et contra Vigilantium cap. 1, vocat diaconatum, sacramentum; ibi enim reprehendens quosdam episcopos qui non ordinabant diaconos, nisi prius uxores duxissent, usurpat hæc verba : *Sacramenta non tribuunt.*

Inst. 3°. Concilium Trullanum, seu Quinisextum, can. 16, prolatis quæ leguntur Act. 6, dicit : « Hæc interpretans Ecclesiæ doctor, S. Joannes Chrysost. sic prosequitur..... Quamnam autem habebant » hi (diaconi) auctoritatem, et quam acceperunt ordinationem scire necessarium » est. Numquid diaconorum? Atqui hoc » non est in ecclesiis. An presbyterorum » dispensatio? Atqui nullus adhuc erat » episcopus, sed soli Apostoli : unde nec diaconorum nec presbyterorum nomen existimo apertum esse ac manifestum. » Quibus verbis prolatis, subjicit synodus : « Propter hæc ergo, nos quoque prædicamus ut prædicti septem diaconi non de » iis accipiantur qui mysteriis serviunt, ut » est prius exposita doctrina; sed eos esse » quibus fuit concredita ac tradita dispensatio communi eorum usui, qui tunc collecti fuerant. » Ergo.

R. 1° ex hoc argumento, si quid valeret, inferri S. Chrysost. negasse presbyteros et episcopos fuisse ab initio Ecclesiæ, quod est prorsus improbabile. Sed directe

R. 2° verba S. Chrysost. non integre referri a synodo; sic enim S. Doctor absolvit suam propositionem : « Unde nec diaconorum nec presbyterorum nomen existimo apertum esse ac manifestum : *sed interea ad hoc fuerunt ordinati.* » Vult ergo S. Chrysost. non fuisse tunc apertum discrimen inter episcopos, presbyteros et diaconos, quantum ad nomen, omnesque appellatos fuisse sacros ministros, quamvis interea ad distincta illorum munia fuerint ordinati. Quæ igitur synodus Trullana infert ac statuit ex verbis S. Chrysost. adulteratis, nullius sunt ponderis; et aliunde hujus auctoritas non recipitur in Ecclesia.

Obj. 2°. S. Cyprianus Epist. 65 ad Rogatianum, dicit : Meminisse autem diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, » episcopos et præpositos Dominus elegit; » diaconos autem, post ascensum Domini » in cœlos, Apostoli constituerunt episcopatus sui et Ecclesiæ ministros. » Ergo diaconatus non est institutionis divinæ, ideoque nec sacramentum.

R. N. conseq. Non enim dicit S. Cyprianus Christum non instituisse diaconatum, sed non elegisse seu consecrasse per se immediate diaconos, sicut consecraverat Apostolos : sic autem loquitur S. Cyprianus ut coerceret audaciam alicujus diaconi qui Rogatianum contumeliis affecerat.

Obj. 3°. Sacramentum non confertur ad tempus : atqui diaconatus confertur ad tempus, *ut patet* ex Vigilio papa Epist. ad Rusticum et Sebastianum, quæ legitur collat. 7 concilii generalis V, ubi pontifex alloquens Sebastianum, dicit : « Absentibus filiis » nostris diaconis, Anatolio atque Stephano, a nobis postulasti ut ad tempus pro » implendo officio, absentium loco, diaconum te interim faceremus : quod ideo » tibi ad præsens speranti concessimus. » Ergo.

R. N. min. Vigilius enim non loquitur ibi de charactere et potestate interiori diaconatus, sed de honore, gradu et officio diaconi cardinalis, ad quæ Sebastianus jam

diaconus erat assumptus in locum Anatolii et Stephani absentium.

§ II. — *Utrum subdiaconatus et quatuor minores ordines sint sacramenta?*

Ibid. q. 37. a. 2. et 3. 0. — *Dico.* Subdiaconatus et quatuor ordines minores sunt sacramenta. Quamvis hæc conclusio non sit tam certa quam præcedens, est tamen communior et probabilior.

Prob. 1° ex conciliis Florentino et Trid. Florentinum in decreto unionis, definit ordinem in genere esse sacramentum : *Sextum sacramentum*, inquit, *est ordinis :* sub ordine autem tanquam sub genere ponit presbyteratum, diaconatum, subdiaconatum et reliquos : ergo hi omnes ordines sunt sacramenta, species enim participat rationem generis.

Tridentinum sess. 23, cap. 2, dicit esse septem ordines, singulos nominando ; et cap. 3, declarat per sacram ordinationem conferri gratiam, et ordinem esse vere sacramentum ; quod intelligi debet de quacumque ordinatione et de quocumque ordine, cum propositio indefinita in materia dogmatica æquivaleat universali. Item can. 2, definit « præter sacerdotium, esse in » Ecclesia catholica alios ordines, et majo» res et minores, per quos velut per gradus » quosdam, in sacerdotium tendatur. » Et can. 3, immediate sequenti, definit pariter sine ulla limitatione, « ordinem sive » sacram ordinationem esse vere et pro» prie sacramentum, a Christo Domino » institutum. » Ergo idem quod prius. Denique can. 6, definit in Ecclesia esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex episcopis, presbyteris et ministris, quos scilicet designaverat cap. 2. Ergo.

Prob. 2°. Isti quinque ordines traduntur per signum exterius, collativum characteris et gratiæ : ergo sunt sacramenta. De signo exteriori constat. *Prob.* de impressione characteris. 1° Est expressa auctoritas D. Th. q. 35, a. 2 0. 2° Ex pontificali Romano tit. de Ordinibus conferendis, ubi dicitur : « Moneat episcopus ordinan» dos, ut tangant instrumenta quibus cha» racter imprimitur. » 3° Per quemlibet istorum ordinum aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinæ ad sacramentorum dispensationem, quod est proprium characteris. 4° Denique isti ordines sunt initerabiles ; id autem non habent nisi ex charactere indelebili. *Neque dicas* consecrationem templorum non iterari, licet tamen non imprimat characterem ; inde enim potius roboratur ratio facta. Nam ideo templa semel consecrata iterum non consecrantur, quia chrismatio tribuit permanentem et indelebilem consecrationem. Ergo similiter semel ordinati iterum non ordinantur, quia ordinatio imprimit aliquid indelebile in ordinato. *Prob.* de collatione gratiæ, 1° quia posito uno effectu sacramentali, qualis est character, alter qui est gratia sequitur, nisi obstet indispositio suscipientis. 2° Quia Florentinum in decreto Unionis, dicit quod effectus ordinis generice sumpti, sit *augmentum gratiæ.*

Confirmatur 1°. Si isti quinque ordines non essent sacramenta imprimentia characterem, sed officia seu ministeria simplicia, ut sunt officia sacristarum, cantorum et similium ; non esset ratio cur per excommunicationem aut depositionem non amitterentur, et ordinati ad statum laïcalem non reducerentur, atque postea absoluti iterum non ordinarentur ; sicut contingit in officiis simplicibus. Item non esset ratio cur septem tantum numerarentur.

Confirmatur 2°. Isti quinque ordines dicuntur conferri per ordinationem : unde concilium Carthag. IV, a canone 2 ad 9, dicit de subdiacono, acolytho et aliis minoristis, sicut de presbytero et diacono, *Ordinatur.* Canone autem 10 et 11, ubi agit de psalmista et de consecratione monialis, abstinet a verbo *ordinationis :* porro ordinatio sic distincte notata pro omnibus ordinibus, nihil aliud videtur significare quam veri sacramenti collationem.

Obj. 1° Neque in Evangelio, neque in scriptis Apostolorum ulla fit mentio istorum quinque ordinum : ergo non sunt institutionis divinæ, sed ecclesiasticæ, consequenter nec sacramenta. Unde Gratianus in Proœmio dist. 21, dicit : « Levitas » ab Apostolis ordinatos legimus, subdia» conos et acolythos procedente tempore » Ecclesia sibi constituit. »

Ib. a. 2. ad. 2. — *R. N. conseq.* Non enim ideo non fit mentio de istis ordinibus in Evangelio aut scriptis Apostolorum, quia non erant instituti a Christo ; sed quia

propter paucitatem fidelium, et ministrorum, illorum ministeria committebantur tunc diaconis. At, crescente numero fidelium, non longe post primordia Ecclesiæ, ministeria quæ erant separabilia, diversis personis fuerunt distributa. Ita expresse S. Dionysius cap. 5 Cœlestis Hierarchiæ. Hoc sensu intelligendus est Gratianus; aut si quid aliud intendat, ejus auctoritate, quæ est parvi ponderis, non movemur.

Inst. 1°. Urbanus II, in synodo Beneventana, relatus d. 60, cap. *Nullus*, dicit : « Sacros ordines dicimus diaconatum » et presbyteratum : hos siquidem solos » primitiva legitur habuisse Ecclesia. » Ergo.

R. huic instantiæ posse præcedentem solutionem adhiberi. Communior tamen responsio est, quod Urbanus loquatur de ordinibus sacris tantum. Subdiaconatus autem non habebatur olim sacer, saltem sicut presbyteratus et diaconatus. 1° Quia non exprimitur in S. Scripturis. 2° Quia illi non erat annexa lex continentiæ. 3° Quia subdiaconus non habebatur capax qui eligeretur in episcopum. Hanc esse mentem Urbani constat ex Innocentio III, cap. *A multis*, Extra. lib. 1, tit. 14, ubi relatis verbis Urbani, dicit : « Urbanus ad » statum primitivæ Ecclesiæ se referens, » in quo subdiaconatus ordo sacer mini» me dicebatur, etc. »

Inst. 2°. S. Clemens, aut quisquis auctor Constitut. Apostol. l. 8, dicit quod exorcista non ordinetur ; et Socrates l. 9 Hist. Tripartitæ cap. 38, dicit Alexandriæ lectores indifferenter fieri ex christianis et catechumenis : catechumeni autem non sunt capaces sacramenti ordinis. Ergo.

Ad primum, *R.* 1° Constitutiones Apostolicas in multis esse vitiatas, ut omnibus compertum est, etiam in præsenti materia; dicit enim eod. lib. c. 19, diaconissas ordinari per impositionem manuum, cum tamen contrarium statuat concilium Nicænum I, can. 19. 2° Ibi sermo est de eo qui acceperat gratiam liberandi energumenos ex spontanea Dei benevolentia et gratia, ut ibid. dicitur : hunc autem ordinari non erat necesse. *Ad secundum*, Socrates loquitur de iis qui assumebantur ad exercendum officium lectoris absque ordinatione.

Obj. 2° *plura simul.* 1° Officia minorum ordinum exercentur a laïcis : non est ergo necesse ut aliqui ad hæc, adhibito sacramento, initientur. 2° Omnes minores ordines referuntur ad eucharistiam, sicut catechismi et exorcismi ad baptismum : hi autem non sunt sacramenta : ergo nec illi. 3° Legitur S. Chrysost. S. Gregorium Nazian. Theodoretum, Paulinianum fratrem S. Hieronymi et alios fuisse promotos ad majores ordines, prætermissis minoribus. 3° Minores ordines possunt conferri per abbates et simplices sacerdotes. 5° Denique si minores ordines essent sacramenta, erunt tredecim sacramenta. Ergo.

Ib. a. 4. ad 3. — *R. ad primum*, laïcos exercere officia minorum ordinum, sed non ex officio, sicut ea exercent minoristæ, qui ad hæc potestatem et auctoritatem habent ex sua ordinatione : sic ad sacerdotem pertinet baptizare ex officio, quamvis id alii præstare possint : sic iterum potest dici missa in domo non consecrata, et tamen consecratio ecclesiæ ad hoc ordinatur, ut in ea missa possit dici.

Ad secundum. N. ant. Disparitas est, quod catechismi et exorcismi sint meræ dispositiones ad baptismum : at minores ordines, ultra quod disponant ad sacerdotium, habent effectus sibi proprios ; conferunt enim potestatem spiritualem, imprimunt characterem, et clericos a laïcis separatos in statu digniori constituunt.

Ad tertium. Si hoc argumentum valeret, sequeretur quod nec diaconatus esset sacramentum ; refert enim Morinus l. de Sacris Ordinationibus parte 3, plures et speciatim S. Austrigesilum, archiepiscopum Bituricensem, prætermisso diaconatu promotum fuisse ad sacerdotium. Idem refert Theodoretus in Hist. Religiosa de Macedonio, Acepsima et Salamane. Itaque id est intelligendum vel quatenus non servatis interstiis eodem die minores ordines cum majoribus susceperint, vel quod eorum officia ante susceptionem superioris ordinis non exercuerint, vel tandem quod ob singulare meritum, aut aliquam aliam gravem causam, per saltum fuerint ordinati.

Ad quartum, N. conseq. Ex antecedente enim sequitur tantum quod simplex sacerdos possit esse minister extraordinarius minorum ordinum, sicut diximus de ministro confirmationis ; quod non negamus. Sed de hoc infra.

Ad quintum, N. sequelam ant. Quia septem ordines sic sunt sacramenta, ut sex ordinentur ad unum, scilicet ad sacerdotium cui deserviunt et quod participant : unde ratione hujus ordinis seu relationis, omnes dicuntur unum sacramentum. Vel juxta alios, omnes septem ordines sunt unum sacramentum specie subalterna quæ subdividitur in plures species infimas : cum autem numerantur septem sacramenta, intelliguntur species quæ proxime subjiciuntur sacramento ut sic, sive illæ species sint subalternæ, sive athomæ.

Ex dictis colliges, omnes ordines fuisse a Christo institutos; quia hoc ipso quod sunt sacramenta, non habent alium auctorem præter Christum, ut probavimus de Sacramentis in communi. Id etiam suadetur ex eo quod sint in Ecclesia vetustissimi, nec eorum initium assignari possit, neque verisimile sit quod Christus ea quæ pertinent ad sacra mysteria et ad hierarchiam ecclesiasticam non instituerit.

Quandonam autem instituit, incertum est. Probabiliter dicitur eos instituisse vel in ultima cœna quando Apostolos ordinavit sacerdotes, vel eo tempore quo post resurrectionem cum Apostolis conversatus est, *loquens de regno Dei* et suam Ecclesiam formans.

ARTICULUS IV.

De tonsura clericali.

Per tonsuram hic non intelligitur quæcumque capillorum tonsura seu rasura, sed ea quæ fit in modum coronæ : unde etiam dicitur corona.

Petes 1° utrum tonsura sit ordo?

Supp. q. 40. a. 2. c. — *R. negative*, sed est tantum præparatio ad ordines. Ita communiter theologi cum Auctore contra Fagnanum et quosdam alios canonistas.

Prob. 1° Concilium Trid. sess. 23, cap. 2, dicit « plures ac diversos ordines ita » distribui, ut qui jam clericali tonsura » insigniti essent, per minores ad majores » ascenderent. » Quibus verbis supponit, *ut patet*, tonsuram esse præviam ad ordines, seu, ut dicit Auctor, *præambulam ad ordinem* suscipiendum. Idem concilium ibid. cap. 6 de Reformat. distinguit tonsuram ab ordinibus dum dicit : « Nullus pri- » ma tonsura initiatus, aut etiam in mino- » ribus ordinibus constitutus, ante deci- » mum quartum annum beneficium possit » obtinere. » Unde ejusdem concilii Catechismus p. 2, cap. 7, n. 15, dicit « cleri- » calem tonsuram quamdam præparatio- » nem esse ad ordines accipiendos : ut » enim homines ad baptismum exorcismis, » ad matrimonium sponsalibus præparari » solent; ita cum tonso capillo Deo dedi- » cantur, tanquam aditus ad ordinis sacra- » mentum illis aperitur. »

Confirmatur. In concilio Carthag. IV, in antiquis Pontificalibus et in lib. Sacram. S. Gregorii, omnes ordinationes incipiunt ab ostiariatu, nec ullibi legitur tonsura inter ordines recensita; quod est manifestum indicium eam pro ordine non haberi in Ecclesia.

Prob. 2° *ratione.* Nulla per tonsuram spiritualis potestas confertur, sed tantum aliquis deputatur ad decantandum præcæteris divinas laudes, ad quod non requiritur spiritualis potestas, cum istud ministerium sit commune omnibus ministris, nec pertineat peculiari titulo ad eucharistiam. Ergo. Neque obstat quod tonsurati possint excommunicare, suspendere, etc. quia hi actus non pertinent ad potestatem ordinis, sed jurisdictionis.

Dices. 1° Innocentius III, cap. *Cum contingat*, Extra. l. 1, tit. 14, dicit quod per tonsuram clericalis ordo conferatur. 2° Tonsura initiati aliquando degradantur, ut constat ex pontificali Rom. 3 p. de forma degradationis, et ex cap. *Degradatio,* de pœnit. in 6. 3° Sixtus V, const. *Sanctum et salutare*, tribuit tonsuræ characterem clericalem. Ergo.

R. ad primum, Innocentium sumere ordinem in latiori significatione pro statu quo clerici præeminent laïcis, non pro ordine ut est sacramentum et confert spiritualem potestatem. *Ad secundum.* Tonsurati degradantur ab habitu, officio et privilegiis status, non a sacramento et charactere quo carent. *Ad tertium.* Sixtus summit characterem non pro interna et spirituali potestate, sed pro signo exteriori, scilicet detonsione capillorum, quo tonsurati secernuntur a laïcis et quæ a Græcis vocatur *character tonsuræ.*

Inst. In forma degradationis tonsurati a pontificali præscripta, episcopus sic loquitur : *Exuimus te ordine, beneficio et privilegio clericali.* Ergo.

R. per ordinem intelligi, ut jam dixi, statum seu gradum, a quo dejectus tonsuratus, reducitur ad statum laïcalem; non vero ordinem proprie dictum, a quo, siquidem sit indelebilis, nemo potest exui.

Petes 2° quæ sit antiquitas tonsuræ clericalis?

R. inter varias opiniones, eam videri probabiliorem quæ hunc ritum refert ad ætatem Apostolorum.

Prob. Anicetus papa secundo sæculo relatus, D. 23, cap. 2, in Epistola ad episcopos Galliæ scribit: « Prohibete, fratres, » per universas vestrarum regionum eccle» sias, ut clerici juxta Apostolorum co» mam non nutriant, sed desuper caput in » modum spheræ radant. » Et quamvis forte hæc decretalis non sit Aniceti, est tamen antiquissima, cum de ea fiat mentio in vetustissimis pontificum catalogis apud Anastasium p. 2. Sidonius Apollinaris circa medium quinti sæculi l. 4 Epist. 13, de Germanico episcopo scribit: « Vestis astric» ta, tonsus cothurnus, crinis in rotæ spe» ciem accisus. » Gregorius Turonensis sexto sæculo l. 1 de Gloria Martyrum cap. 27, ait Petrum Apostolum instituisse *ut caput desuper tonderetur.* S. Isidorus sub initium septimi sæculi l. 2 de Officiis Ecclesiasticis cap. 2, ait: « Quod vero de » tonso capite superius, inferius circuli » corona relinquitur, sacerdotium regnum» que Ecclesiæ in eis existimo figurari. » Concilium Toletanum IV anno 633, can. 41: « Omnes clerici, inquit, detonso su» perius toto capite, inferius solam circuli » coronam relinquant. » Venerabilis Beda initio octavi sæculi l. 4 Hist. Anglorum cap. 1, et l. 5, cap. 22; Rabanus Maurus circa medium noni sæculi lib. 1 de Instit. Clericorum cap. 3. idem astruunt.

Confirmatur ab universali et constanti Ecclesiæ praxi, cujus initium non invenitur. « Quod enim, inquit S. Augustinus » contra Donatistas, universa tenet Eccle» sia, nec conciliis institutum, sed semper » custoditum invenitur, non nisi ab Apos» tolis traditum rectissime creditur. »

Observandum tamen, aliquam fuisse varietatem quoad modum tonsuræ coronatæ. Orientales, non novacula, sed forcipe totum fere occipitium et magnam partem sincipitis tondebant, ita ut cutis non appareret, ne assimilarentur sacerdotibus Isidis et Serapidis qui omnes omnino crines radebant: unde S. Hieronymus in cap. 44 Ezechielis, tonsuram Orientalium describens, dicit sacerdotes non debere incedere « rasis capitibus, sicut sacerdotes Isi» dis atque Serapidis, nec rursum comam » dimittere, nec ita ad pressum tonden» dum caput, ut aperta sit cutis. » Concilium Tolet. proxime citatum jubet ut « Om» nes clerici, detonso superius capite to» to, inferius solam circuli coronam re» linquant; » quia, ut ibidem dicitur, hæretici in Hispaniis prolixas comas gerebant, et in solo capitis apice modicum circulum tondebant. In Galliis vero et alibi, juxta Decretalem Aniceti, clerici desuper caput in modum coronæ tondebant, relictis aliis capillis, ut etiam nunc observatur.

Dices cum Juenin et Tournely. 1° Hegesippus apud Eusebium l. 2 Hist. cap. 23, dicit quod S. Jacobus Apostolus *nunquam comam totondit.* 2° Si quatuor primis sæculis, quando fervebat persecutio, clerici habuissent tonsuram, eo signo facile deprehendi potuissent et morti addici: non videtur autem verisimile Ecclesiam in tam evidens periculum suos conjicere.

R. ad primum, sensum non esse S. Jacobum non fuisse tonsum, sed non fuisse rasum novacula; sic enim fert phrasis Græca: *Novacula super caput ejus non ascendit.*

Ad secundum. Favet equidem opinioni contrariæ; at non sat infringit testimonia a nobis producta, potestque responderi quod, cum tunc non esset necesse amplam coronam deferre, nec verticem nudatum habere, non ita facile inde ethnici poterant clericos dignoscere. Cæterum non negamus aliquos hoc indicio deprehensos. Legimus enim in Actis ecclesiæ Divionensis apud Martenium, S. Benignum presbyterum, S. Polycarpi discipulum, agnitum fuisse a Terentio comite, ex tonsi capitis corona. Baronius ad annum 58, n. 128, probat ex lib. 12 Ammiani Marcellini, tempore Juliani Apostatæ, quemdam Theodorum presbyterum fuisse ab ethnicis supplicio affectum, eo quod tondendo pueros, eos in clericos cooptaret. *Et hæc confirmant conclusionem nostram.*

Petes 3° quæ fuerit causa seu ratio hujus ritus in Ecclesia?

Ibid. a. 1. o.—*R.* varias a variis adduci. Probabiliores nobis videntur quas profert Auctor. Prima est, ut per tonsuram in modum coronæ seu circuli, quæ est signum regni et perfectionis, significetur clericos esse, eminentia status, a laïcis sejunctos, et debere esse in virtute perfectos. Secunda, ut per subtractionem capillorum, qui sunt superfluitates corporis, moneantur clerici temporalium curas superfluas resecare, et spiritualibus inhærere.

Petes 4° utrum omnes clerici teneantur deferre tonsuram?

R. affirmative. Quia est lex ecclesiastica, cap. *Clerici*, et cap. *Si quis*, d. 23. Observat tamen Sylvius, clericos primæ tonsuræ aut minorum ordinum sine beneficio, non videri hac lege astrictos, sed solos clericos majorum ordinum et alios beneficiatos; sic enim videtur usu receptum. Addit laudatus theologus, nec istos facile judicandos peccare moraliter ex eo quod tonsuram non gestent, nisi vel notabili admodum tempore id faciant, vel post serias ab ordinario admonitiones.

Petes 5° utrum omnes tonsurati gaudeant privilegiis clericalibus?

Triplex distingui debet privilegium clericale : unum quod dicitur privilegium fori, quo eximuntur clerici a jurisdictione sæculari. Secundum est privilegium immunitatis a tributis. Tertium dicitur privilegium canonis, quo excommunicantur percutientes clericum. Hac distinctione posita,

R. quantum ad primum, ex concilio Trid. sess. 23, cap. 6 de Reform. quod prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, « fori privilegio non » gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum » habeat, aut clericalem habitum et tonsu» ram deferens alicui ecclesiæ ex mandato » episcopi inserviat, vel in seminario cle» ricorum, aut in aliqua schola vel univer» sitate, de licentia episcopi, quasi in via » ad majores suscipiendos, versetur. » Cum autem privilegium fori secum trahat immunitatem a tributis; nam tributum solvere est signum subjectionis : hinc qui gaudet privilegio fori, gaudet immunitate; et e contra qui privatur privilegio fori, privatur privilegio immunitatis. Et ideo qui non servant conditiones prædicti canonis Tridentini, privantur etiam privilegio immunitatis : ita Layman l. 4, tract. 9, c. 7, n. 3, post plures alios. Et quamvis quidam contradicant, attento præcise canone, fatentur tamen sic esse ex consuetudine recepta, non contradicente summo pontifice.

Quantum ad privilegium canonis; quamvis non exprimatur in decreto Tridentini, quidam tamen ex consequenti idem censent ac de privilegio fori; quia qui gaudent privilegio canonis gaudent privilegio fori; utrumque enim conceditur personis, quia sacræ sunt. Qui vero non servant prædicti decreti conditiones, non gaudent privilegio fori : ergo nec canonis. Ita Andreas a Matre Dei tract. 8 de Ordine cap. 7, puncto 5 n. 59, post Suarem, Layman et alios.

Circa vero præsens Tridentini decretum, observandum est 1° quod sub disjunctione dicat, « nisi beneficium eccle» siasticum habeat, aut clericalem habitum » et tonsuram deferens alicui ecclesiæ ex » mandato episcopi inserviat. » Ex quo plures inferunt quod, si beneficium quantumvis tenue possideat, etsi ecclesiæ non inserviat, gaudeat privilegio fori. Ita prælaudatus theologus cum pluribus aliis.

Observant 2° theologi circa has particulas, *aut clericalem habitum et tonsuram deferens*, 1° *et* non sumi copulative, sed disjunctive prout æquivalet *vel;* sicut cum dicit Petrus Act. 3 : *Argentum et aurum non est mihi*, id est, argentum vel aurum; ita ut sufficiat alterutrum deferre, ut non amittatur privilegium. Sic Barbosa Allegat. 12, n. 21 de Officio et potestate episcopi, intelligit eamdem expressionem de eodem casu in cap. *Si judex*, de Sentent. excommunic. in 6.

Observandum 3°, clericum minoribus initiatum, non statim privilegium amittere, si semel aut iterum habitum seu tonsuram clericalem deferre omiserit, sed tantum si id in consuetudine habuerit. Nec jure novo Tridentini trina admonitio episcopi requiritur, ut privilegium amittat, licet antiquo jure requireretur.

Observandum 4°, mandatum seu licentiam episcopi requisitam ad serviendum alicui ecclesiæ, aut ad studendum in aliqua schola, debere esse expressam, sive scripto sive verbo traditam, modo possit probari; quia quæ sunt de forma substantiali actus, debent esse expressa : ita Barbosa Allegat. cit. 12, n. 13.

Quantum ad clericos conjugatos, definit Tridentinum eodem cap. 6, quod si cum unicis et virginibus contraxerint, habitum et tonsuram clericalem deferentes, alicujus ecclesiæ servitio, in spiritualibus scilicet, sint ab episcopo deputati, gaudeant privilegio fori et canonis.

Petes 6° quæ sint dispositiones requisitæ ad tonsuram?

R. verbis Tridentini sess. citata 23, cap. 4, de Reformat. « Prima tonsura non » initientur, qui sacramentum confirma- » tionis non susceperint, et fidei rudimenta » edocti non fuerint, quique legere et scri- » bere nesciant, et de quibus probabilis » conjectura non sit, eos non sæcularis ju- » dicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem » cultum præstent, hoc vitæ genus ele- » gisse. »

DISSERTATIO II.

DE MATERIA FORMA SINGULORUM ORDINUM.

ARTICULUS I.

Quæ sit materia et forma presbyteratus?

Ritus ordinandi presbyterum in ecclesia Latina hic est. 1° Episcopus, nihil dicendo, imponit ambas manus super caput ordinandi; idem præstant sacerdotes astantes. 2° Et statim tam episcopus quam sacerdotes tenent manus extensas super caput ordinandi, et episcopus dicit: *Oremus, fratres charissimi,* etc. prout habetur in pontificali Romano. 3° Imponit illi stolam et casulam, et ungit ejus manus oleo catechumenorum. 4° Tradit illi calicem cum vino et aqua, et patenam superpositam cum pane, dicens: *Accipe potestatem offerendi sacrificium pro vivis et mortuis, in nomine Patris,* etc. 5° Peragitur missæ sacrificium, et ordinatus una cum episcopo verba consecrationis pronuntiat. 6° Post communionem episcopus solus utramque manum ejus capiti imponit, dicens: *Accipe Spiritum sanctum; quorum remiseris peccata, remittuntur eis; quorum retinueris, retenta sunt.*

Apud Græcos vero sic ordinantur presbyteri. 1° Episcopus caput ordinandi ter signo crucis obsignat. 2° Tenens manum dextram super caput ejus, dicit: *Divina gratia quæ semper infirma curat, et ea quæ desunt adimplet, promovet N. venerabilem diaconum, in presbyterum. Oremus pro eo, ut veniat super eum gratia Spiritus sancti.* 3° Iterum ter eum signat orando. 4° Induit illum casula. 5° Sub tempus consecrationis, porrigit illi panem vel consecratum, secundum quosdam, vel consecrandum, juxta alios. In hoc autem ritu, *ut patet,* nihil habetur de porrectione calicis cum vino, et patenæ cum pane; sed sacerdos est complete ordinatus per impositionem manus dextræ episcopi cum dicta forma, *Divina gratia,* etc.

Ex hac diversitate nascitur gravis controversia, quæ sit materia et forma essentialis presbyteratus. Quidam volunt esse solam primam manuum impositionem, juxta aliquos secundam, juxta alios tertiam cum forma adjuncta; porrectionem autem instrumentorum esse materiam integrantem tantum. Pro hac sententia citantur S. Bonaventura, Durandus, Morinus, Goarius, Menardus, uterque Habert, Juenin, Witasse, Tournely, etc. Quidam e contra tenent materiam essentialem esse solam porrectionem instrumentorum cum forma comitante; impositionem autem manuum esse tantum de integritate. Ita Capreolus, Dominicus Soto, Vasques, Gonet, etc. Alii denique statuunt duplicem materiam partialem, scilicet, porrectionem instrumentorum et impositionem manuum, et duplicem formam partialem, scilicet, verba cuilibet materiæ correspondentia. Ita Petrus Soto, cardinalis Hosius, Martinus Ledesma, Estius, Bellarminus, Sylvius; ex recentioribus, Platel, Henno, Steyart, Boudart, Piette, Daelman, etc. ita ut nunc videatur communior, estque nobis probabilior.

Omitto quorumdam opinionem qui, volentes has diversas sententias conciliare, putant in impositione manuum contineri implicite porrectionem instrumentorum et in porrectione instrumentorum impositionem manuum, eo potissimum quod utraque fiat per manum quæ est *organum organorum:* at hac ratione baptismus et extrema-unctio, erunt impositio manuum et porrectio instrumentorum; similiter quidquid fit per manus. Omissa itaque hac opinione ut minus fundata,

Dico 1°. Materia et forma essentialis presbyteratus apud Latinos est calicis cum

vino et patenæ cum pane traditio, cum his verbis : *Accipe potestatem*, etc. et impositio tertia manuum cum his verbis : *Accipe Spiritum sanctum*, etc. ita ut sint duæ materiæ et duæ formæ partiales, ex quibus una totalis constituitur.

Prob. prima pars de porrectione instrumentorum. 1° Ex concilio Florentino in decreto Unionis, ubi dicit : « Sextum » sacramentum est ordinis, cujus materia » est illud per cujus traditionem confertur » ordo, sicut presbyteratus traditur per » calicis cum vino et patenæ cum pane por- » rectionem. » Et mox : « Forma sacerdo- » tii talis est : *Accipe potestatem offeren- » di sacrificium pro vivis et mortuis, in » nomine Patris*, etc. » Absurdum autem foret dicere concilium intellexisse de materia et forma accidentali, et siluisse de essentiali, in decreto edito pro Instructione Armenorum; id sane non fuisset illos instruere, sed decipere. Aliunde cum concilium assignat materiam et formam aliorum sacramentorum, non intelligit accidentalem, sed essentialem; cur aliter intelligeret in hoc sacramento?

2° Hæc sancta synodus desumpsit ex Angelico doctore Opusc. 5, cujus sunt ferme eadem verba. Idem S. Doctor docet hic q. 37, a. 5, dicens : « Quia principalis ac- » tus sacerdotis est consecrare corpus et » sanguinem Christi, ideo in ipsa datione » calicis sub forma verborum determinata, » character sacerdotalis imprimitur. »

3° Nihil est in toto ritu Latino per quod expressius significatur potestas spiritualis sacerdotum, quæ est præcipue in corpus Christi naturale, quam porrectio dicta cum forma adjuncta : istud autem censeri debet materia et forma sacramenti, quod est signum expressum et sensibile principalis ejus effectus.

4° Ante instrumentorum porrectionem et hæc verba, *Accipe potestatem*, etc. cantatur *Veni Creator*, et candidati vocantur *ordinandi* : post vero vocantur *ordinati*, et in signum acceptæ potestatis, pronuntiant cum episcopo verba consecrationis. Ergo.

Prob. secunda pars, de impositione manuum, 1° ex concilio Carthag. IV, can. 3; ex constanti et perpetuo usu Ecclesiæ Græcæ et Latinæ, quæ semper adhibuit manuum impositionem; et ex concilio Trid. sess. 14, cap. 3, ubi loquens de extremæunctionis ministro, dicit esse episcopos aut sacerdotes rite ordinatos, per impositionem manuum presbyterii; denique ex D. Thoma qui 3 p. q. 84, a. 4 0, reddit rationem cur in sacramento pœnitentiæ et baptismi non requiratur manuum impositio, requiratur autem in sacramento confirmationis et ordinis : « Quia, inquit, impositio » manuum in sacramentis Ecclesiæ fit ad » significandum aliquem copiosum gratiæ » effectum, quo illi quibus manus impo- » nuntur quodam modo per quamdam si- » militudinem continuantur ministris, in » quibus copia gratiæ esse debet : et ideo » manus impositio fit in sacramento con- » firmationis, in quo confertur plenitudo » Spiritus sancti, et in sacramento ordinis, » in quo confertur quædam excellentia po- » testatis in divinis mysteriis : unde et 2 » Timoth. 1 : *Resuscites gratiam Dei, » quæ est in te per impositionem ma- » nuum mearum.* »

2° Nihil habemus quo probemus ex S. Scripturis contra hæreticos, ordinem esse sacramentum, quam impositionem manuum quæ in eis refertur : ergo est essentialis sacramento; alioquin inefficax est nostrum argumentum. *Neque dicas* cum Gonet. porrectionem instrumentorum non esse ritum formaliter, sed materialiter tantum, diversum ab impositione manuum : *esto* id nos concedamus, non concedent hæretici, sicque ipsos inefficaciter ex S. Scripturis urgebimus.

3° Impositio manuum sub ista forma, *Accipe Spiritum sanctum*, etc. est signum practicum gratiæ : ergo sacramentum. *Prob. ant.* ex Trid. sess. 23, can. 4, ubi ferit anathemate « qui dixerit per sacram ordi- » dationem non dari Spiritum sanctum, ac » proinde frustra dicere episcopos, *Accipe* » *Spiritum sanctum.* » Ergo.

Prob. et simul explicatur tota conclusio. Duplex potestas confertur sacerdoti in sua ordinatione : una in corpus Christi verum, ad illud consecrandum; altera in corpus Christi mysticum, ad illud pascendum et judicandum in foro interiori : unde quamvis sacerdos ut sic, abstrahendo ab hoc vel illo statu, sit tantum ad sacrificandum, sacerdos tamen novæ legis et prout est a Christo institutus, est ad sacrificandum et judicandum, sicque est simul sacri-

ficator et judex ; nec potest esse perfectus et completus sacerdos novæ legis nisi per utramque potestatem : atqui per porrectionem instrumentorum cum hac forma, *Accipe potestatem*, etc. confertur prima potestas ; et per impositionem manuum cum hac forma, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata*, etc. confertur secunda. Ergo.

Neque dici potest secundam conferri in prima, aut vice versa ; tum quia, neque ex parte sacramenti, neque ex naturali concomitantia, sunt inter se connexæ, sed sunt potestates omnino diversæ ; tum quia una non significatur per materiam et formam alterius : sacramenta autem non conferunt effectum quem non significant. — **In 4. d. 14. q. 2. a. 3. ad 6.** — Tum denique Christus ipse has potestates seorsim et diverso tempore contulit : potestatem enim consecrandi contulit in ultima cœna ; potestatem autem remittendi peccata post resurrectionem, dum insufflando in discipulos ait illis : *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata*, etc.

Dico 2°. Materia et forma presbyteratus apud Græcos est sola impositio manuum cum his verbis : *Divina gratia*, etc. ut supra.

Prob. Certum est ex omnibus eucologiis et omnium consensu, Græcos nunquam adhibuisse, neque nunc adhibere ad ordinationem presbyteri, instrumentorum porrectionem, sed solam manuum impositionem cum verbis citatis ; et tamen non est minus certum validas esse apud illos presbyterorum ordinationes, cum Ecclesia nunquam illas improbaverit, quinimo permittat eas hoc ritu fieri Romæ, sicque ordinatos missam facere nobis audientibus, quod esset idololatria, si non essent vere ordinati. Nec in concilio Florent. de earum validitate ullum dubium motum est. Ergo.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° contra porrectionem instrumentorum. Materia essentialis sacramenti ordinis debet esse eadem ubique et omni tempore, alioquin non foret idem sacramentum : atqui ex concessis Græci in ordinatione presbyteri non utuntur porrectione instrumentorum, nec Latini semper ea usi sunt, cum non superet octingentos annos : ergo.

R. D. maj. Materia essentialis sacramenti ordinis debet esse ubique et omni tempore eadem formaliter in ratione signi sensibilis, *C.* debet esse eadem materialiter et in ratione rei, *N.* Dicimus itaque Christum non instituisse materiam hujus sacramenti determinando in specie hanc vel illam rem esse materiam, sed determinando tantum in genere conferendum esse per aliquod signum sensibile quod foret significativum potestatis traditæ ; determinationem autem hujus signi in specie, an esset talis vel talis res, an impositio manuum, an porrectio instrumentorum, an utraque simul, reliquisse Ecclesiæ, ut jam dixi de materia et forma confirmationis. Ecclesia itaque, hac potestate sibi a Christo tradita utens, determinavit, seu saltem consensit quod impositio manuum cum forma illi respondente pro ecclesia Græca, et forte etiam in prioribus sæculis pro ecclesia Latina, esset signum legitimum utriusque potestatis traditæ ad consecrandum et ad absolvendum. At postea determinavit pro ecclesia Latina, quod porrectio instrumentorum cum his verbis, *Accipe potestatem*, etc. esset signum legitimum potestatis consecrandi ; impositio autem manuum cum his verbis, *Accipe Spiritum sanctum*, etc. signum potestatis absolvendi : ita quod Græcus ordinatus ritu Latinorum, aut Latinus ritu Græcorum sine dispensatione summi pontificis, invalide ordinaretur. Hanc porro fuisse institutionem et voluntatem Christi, colligimus cum innumeris pene theologis, 1° ex ipsa diversitate materiarum et formarum, non solum in hoc sacramento, sed etiam in quibusdam aliis, præsertim in confirmatione, quæ vix aliter explicari possunt salva unitate sacramenti ; 2° ex c. *Presbyter*, De sacramentis non iterandis, ubi Gregorius IX dicit impositionem manuum esse *ritum ab Apostolis introductum* ; 3° ex Innocentio III, qui ad istud caput, prout citatur a Delugo, Sylvio, Steyartio et aliis, dicit : « Nisi essent » formæ postea inventæ, sufficeret ordina» tori dicere, *Sis sacerdos*, vel alia æqui» valentia verba (intellige, addita aliqua » materia) ; sed subsequentibus temporibus, formas quæ servantur Ecclesia or» dinavit, et tantæ necessitatis sunt dictæ » formæ, quod, si iis non servatis aliquis » fuerit ordinatus, supplendum est quod » omissum est. »

Quidam paulo aliter explicant, et dicunt Christum revera instituisse pro materia et forma hujus sacramenti, porrectionem instrumentorum et impositionem manuum cum formis ipsis correspondentibus, sed reliquisse Ecclesiæ alterutram vel ambas adhibere. Hæc responsio non est improbabilis.

Inst. 1° *contra primam responsionem* quæ est communior. Ecclesia non potest mutare materiam sacramentorum, alias mutaret eorum substantiam, quod est contra Trid. sess. 21, cap. 1. Ergo.

R. D. ant. Ecclesia non potest mutare materiam sacramentorum formaliter sumptam in ratione signi, et ut a Christo institutam, *C.* materialiter sumptam in ratione rei, *N.* Sic enim mutare materiam, non est mutare substantiam sacramenti. Simile quid habemus in matrimonio, pro cujus materia Christus determinavit signum legitimum interioris consensus quo fieret contractus validus; quale autem foret istud signum, reliquit dispositioni Ecclesiæ : sicut ergo Ecclesia, mutando hoc signum quoad rem et materialiter, prius enim sufficiebat signum clandestine expressum, nunc requiritur signum coram parocho et testibus expressum, non dicitur mutasse substantiam sacramenti; ita nec determinando aut mutando rem per quam significatur traditio potestatis in ordine. Confer quæ dixi de Sacramentis in genere, dissert. 1, a. 5, obj. 3.

Inferes. Ergo pari ratione sacerdos Latinus invalide consecraret in fermentato, et sacerdos Græcus in azymo, quod non admittitur. *Prob. illatio.* Ecclesia pariter determinavit pro materia consecrationis azymum in ecclesia Latina, et fermentatum in Græca. Ergo.

R. N. illationem. Ad probat. D. ant. Ecclesia determinavit panem azymum in ecclesia Latina, ut necessarium necessitate præcepti, *C.* ut necessarium necessitate sacramenti, *N.* Ratio disparitatis est, quod Christus determinavit in specie panem pro materia consecrationis, sicut aquam pro baptismo; Ecclesia autem non potest facere quod panis azymus aut fermentatus non sit panis : at Christus non determinavit in specie hanc vel illam rem ut esset materia ordinationis, sed in genere aliquid quod foret signum sensibile potestatis traditæ; quid autem foret istud aliquid, reliquit determinandum ab Ecclesia.

Repones. Dum Christus ordinavit Apostolos sacerdotes, usus est determinata materia et determinata forma : ergo non reliquit determinandam ab Ecclesia.

R.N.conseq. Non enim omne quod Christus fecit, faciendum instituit aut præcepit : consecravit determinate in vino albo vel rubro, in pane azymo vel fermentato, et tamen neutrum determinate præcepit. Quomodo autem Christus Apostolos instituerit sacerdotes, incertum est : probabiliter dicitur quod instituerit his solis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem.*

Obj. 2° contra impositionem manuum. Concilium Florentinum assignans materiam hujus sacramenti in decreto Instructionis Armenorum, non meminit impositionis manuum, sed tantum porrectionis instrumentorum : ergo impositio manuum non est essentialis, vel diminuta fuit instructio concilii.

R. N. conseq. 1° Quia licet non meminerit, non tamen negavit; ex argumento autem negativo nihil sequitur : alioquin pariter arguam porrectionem instrumentorum non esse materiam essentialem, quia nec SS. Patres, nec concilium Tridentinum illius meminerunt, sed tantum impositionis manuum. 2° Ideo concilium Florentinum non expressit impositionem manuum, quia intendebat tantum instruere Armenos, inquirentes unionem ecclesiæ Romanæ in iis quæ ignorabant aut de quibus dubitabant circa illius ritus : non ignorabant autem impositionem manuum esse adhibendam, quam ipsimet cum tota Ecclesia adhibebant; sed ignorabant porrectionem instrumentorum esse necessario requisitam in ecclesia Romana : et ideo hanc expressit concilium. Sic Tridentinum sess. 14, cap. 3 citato, non meminit porrectionis instrumentorum, sed impositionis manuum tantum, quia intendebat ibi solum declarare quando sacerdos fieret idoneus minister extremæ-unctionis; quod tunc demum obtinet quando per impositionem manuum accipit potestatem absolvendi, quia, ut alibi dixi ex Tridentino, extrema-unctio est consummativa pœnitentiæ : nec tamen Florentinum omnino tacuit impositionem manuum, sed implicite significavit remit-

tendo ad pontificale Romanum : *Prout*, inquit, *in pontificali Romano late continetur*. In pontificali autem exprimitur impositio manuum tanquam materia essentialis.

Inst. 1°. Gregorius IX jam citatus, cap. *Presbyter*, Extra. l. 1, tit. 16, duo dicit : primum impositionem manuum esse ritum introductum ab Apostolis; secundum, quod si in ordinatione presbyteri vel diaconi sit prætermissa, nihil sit iterandum, sed id quod prætermissum est, suo tempore esse ante supplendum. Ergo impositio manuum non est materia essentialis, alioquin non haberet institutionem ab Apostolis, et ea omissa sacramentum foret iterandum.

R. N. conseq. Utrumque enim ant. bene dicitur in nostra sententia et illi favet. Primum. Manus impositio est introducta ab Apostolis, quatenus signum sensibile a Christo in genere determinatum; Apostoli autem ad hanc rem specifice, scilicet ad impositionem manuum, determinarunt. Secundum, prætermissa tamen impositione manuum, non est iterandum sacramentum qua parte confert potestatem consecrandi, quia ex hac parte est validum per traditionem instrumentorum; sed supplenda seu ponenda est impositio manuum omissa, ut habeatur potestas absolvendi, qua completur sacerdotium novæ legis.

Inst. 2°. Candidatus post porrectionem instrumentorum et formam ipsi respondentem, ante tertiam impositionem manuum, est sacerdos; vocatur enim in pontificali *ordinatus*, et verba consecrationis profert cum ordinatore. Ergo ista manuum impositio est accidentalis.

R. D. ant. Candidatus post porrectionem instrumentorum est sacerdos incomplete, *C.* complete, *N.* sacerdotium enim novæ legis, secundum institutionem Christi, duplicem potestatem includit, primam consecrandi, alteram absolvendi : unde si una absit, non est completum.

Si instes, per impositionem manuum ordinari quidem ut judicem, non ut sacerdotem, *N.* Quia, ut dixi, non est perfecte sacerdos novæ legis sine potestate absolvendi, et ideo per impositionem manuum ordinatur etiam ut sacerdos.

Urgebis. Una pars essentiæ non potest esse sine alia : ergo. *R. D. ant.* In compositis physicis, *C.* in moralibus, *N.* constat enim sæpe partibus essentialibus successivis.

Obj. 3° *contra eamdem.* Quando aliquis ordo habet plura officia, in collatione officii principalis tota ejus essentia consistit, ut patet in ordinibus minoribus : atqui præcipuum officium presbyteratus est consecrare corpus Christi : ergo in ritu hujus potestatis collativo, qui est porrectio instrumentorum, tota ejus essentia consistit.

R. D. maj. Si ea officia sint levis momenti et ita inter se connexa, ut minora sequantur ex majori, *C.* secus, *N.* In presbyteratu autem duæ potestates collatæ, sunt maximi momenti, nec ita inter se connexæ ut una sequatur ex altera, ut dictum est. Aliunde in his quæ pendent ex voluntate instituentis, non urget argumentum a pari.

Inst. Tota essentia sacramenti ordinis est per relationem ad corpus Christi consecrandum, per id enim distinguitur ab aliis sacramentis : ergo posita semel hac potestate, cætera sunt accidentalia.

R. N. ant. Quamvis enim in presbyteratu relatio ad corpus Christi consecrandum sit primum et præcipuum ejus distinctivum, secundario tamen ad ejus essentiam, prout est institutus a Christo, pertinet relatio ad administrationem sacramenti pœnitentiæ.

Petes 1° utrum in collatione presbyteratus conferatur duplex character?

R. id esse incertum. Quidam existimant conferri unum tantum in porrectione instrumentorum, qui extenditur in impositione manuum, idque colligunt ex D. Th. hic q. 37, a. 5, et q. 38, a. 1 ad 4; alii duplicem agnoscunt characterem, quia duplex est potestas distincta; character autem nihil aliud est quam potestas. Neque id repugnare S. Thomæ probat hic Sylvius q. 37, a. 5. Sed quidquid sit, res est levis momenti.

Petes 2° qualis contactus materiæ sit necessarius necessitate sacramenti, non solum in presbyteratu, sed etiam in aliis ordinibus?

R. juxta quosdam sufficere contactum moralem, situm in porrectione materiæ, et aliquo signo acceptationis, v. g. exten-

sione manus versus instrumenta, quia sic quandoque conferuntur officia sæcularia. Alii, et tutius, requirunt contactum physicum, saltem mediatum. — **Ibid. q. 34. a. 5. ad 3.** — Auctor utramque sententiam proponit; et quamvis videatur primam ut probabilem admittere, magis tamen inclinat in secundam, dum post relatam primam addit : « Tamen ipsa verba formæ » videntur ostendere quod tactus materiæ » sit de essentia sacramenti; quia dicitur : » *Accipe hoc vel illud.* » Idque videtur probare magna episcoporum sollicitudo ut materia physice tangatur ab ordinandis : unde innuitur hanc esse Ecclesiæ intentionem, sic materiam determinantis in specie. Adde in aliis sacramentis, baptismo, confirmatione, extrema-unctione, requiri contactum physicum : quidni in isto? Hinc sequitur aliter ordinatum, esse saltem sub conditione reordinandum.

Dixi, *saltem mediatum;* quia probabile est, non tamen certum, quod sufficeret tangere materiam mediante velo vel chirotheca. Indubium autem est quod sufficiat tangere mediante suo continente, vinum mediante calice, panem mediante patena; quia illud vere dicitur tangi, quod tangitur in suo continente. Et ita est praxis Ecclesiæ.

Petes 3° quæ sint officia sacerdotis?

R. Primum est conficere eucharistiam; secundum, ligare, aut absolvere pœnitentes, ut digne accedant ad sacramentum eucharistiæ, supposita tamen jurisdictione; tertium, administrare alia sacramenta, scilicet baptismi, eucharistiæ et extremæ-unctionis, accedente consensu proprii sacerdotis; quartum, benedicere populum etiam in missa benedictione simplici, non solemni, præmisso, *Adjutorium nostrum in nomine Domini :* id enim pertinet ad episcopum in sua dœcesi, ad archiepiscopum in tota provincia, cum ipsam visitat, ad legatos in terminis suæ legationis, ad abbates in ecclesiis sibi pleno jure concessis.

ARTICULUS II.

Quæ sit materia et forma diaconatus?

Diaconatus generaliter est *ministerium*, diaconus *minister;* sed usu ecclesiastico ab Apostolis derivato, dicitur diaconus, qui proximius ministrat sacerdoti sacrificanti.

Dico. Probabilius est diaconatus sicut presbyteratus in ecclesia Latina duplicem esse materiam et formam, scilicet impositionem manuum episcopi cum his verbis : *Accipe Spiritum sanctum ad robur, et ad resistendum diabolo et tentationibus ejus;* et traditionem libri Evangeliorum cum his verbis : *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis quam pro defunctis.*

Prob. 1° Quia concilium Carthag. can. 6, ex una parte assignat pro materia diaconatus impositionem manuum episcopi : « Diaconus, inquit, cum ordinatur, solus » episcopus, qui eum benedicit, manum » super caput illius ponat, quia non ad » sacerdotium, sed ad ministerium ordi- » natur. » Non est autem verisimile concilium aliquid accidentale assignasse, omisso essentiali. Ex altera parte concilium Florentinum in decreto Unionis, assignat pro materia traditionem libri Evangeliorum : ut ergo hæ duæ synodi concilientur, dicendum est duplicem esse materiam et formam, ut in conclusione. 2° Uterque ritus refertur in pontificali, tanquam materia et forma diaconatus. 3° In impositione manuum, de qua magis dubitatur, confertur gratia, *ut patet ex ejus forma*, adjuncto Tridentino, ut supra : ergo est verisimiliter pars sacramenti.

Dices 1° *contra primam partem.* Per impositionem manuum non confertur diacono specialis aliqua potestas, sed quid commune omnibus sacramentis, *ut patet ex ejus forma :* atqui ordo consistit in potestate : ergo.

R. N. maj. Confertur enim, ut verba sonant, illa animi fortitudo qua diaconus debet esse instructus ad ministrandum sacrificio et ad annuntiandum Evangelium ex officio, contra omnia impedimenta occurrentia ex parte hostium fidei, quibus diabolus utitur tanquam ministris; quæ animi fortitudo est potestas specialis, non minus quam ea quæ confertur in confirmatione ad profitendam fidem ex officio coram tyranno.

Dices 2° *contra secundam partem.* Initio Ecclesiæ non erat liber Evangeliorum, nec consequenter legebatur Evangelium in missa. Ergo.

R. N. conseq. Esto enim initio Ecclesiæ liber Evangeliorum non fuerit mate-

ria partialis diaconatus, postea tamen Ecclesia, cum vellet disertius significare potestatem diaconi, — Ib. q. 37. a. 5. ad 5. — nec posset ad hoc designare calicem cum vino et patenam cum pane, quia est materia presbyteratus, neque calicem vacuum et patenam vacuam, quia est materia subdiaconatus, designavit traditionem libri Evangeliorum, qua optime significatur tradi potestatem ministrandi sacerdoti in sacrificio, et specialiter cantandi in eo solemniter Evangelium, quod est unum ex præcipuis ejus ministeriis. Cætera argumenta præoccupata sunt articulo præcedenti.

Petes 1° utrum in diaconatu conferatur duplex character, sicut diximus probabiliter conferri in presbyteratu?

R. probabilius negative; quia non sunt potestates tam diversæ, nec tanti momenti : unde videtur sufficere ejusdem characteris extensio, ne sine necessitate multiplicentur characteres.

Petes 2° quando conferatur character?

R. probabilius conferri in principaliori materia, quam putamus esse traditionem libri Evangeliorum, cum per eam habeatur proximior accessus ad Eucharistiam. Nec refert quod sit posterior tempore impositione manuum; totum enim sacramentum moraliter perseverat, donec principalior pars perficiatur; et sic nihil impedit quominus character per eam impressus, extendatur ad priorem partem.

Petes 3° quæ sint officia diaconi?

R. primum esse, sacerdoti celebranti immediate assistere et ministrare; secundum, solemniter legere Evangelium in missa; tertium, ex commissione episcopi vel parochi solemniter baptizare; quartum, de licentia episcopi prædicare; quintum, ex commissione parochi in necessitate eucharistiam dispensare.

ARTICULUS III.

De materia, forma et officiis subdiaconatus et minorum ordinum.

Subdiaconus, qui et olim hypodiaconus, seu subminister dictus est, eo quod ejus ministerium sit deservire in sacrificio diacono, qui est principalis minister.

Dico 1°. Materia totalis subdiaconatus est traditio calicis vacui et patenæ vacuæ; forma vero, hæc verba : *Videte cujus ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo ut ita vos exhibeatis ut Deo placere possitis.*

Prob. Hanc, et non aliam tam materiam quam formam assignant concilium Carthag. IV, can. 3, concilium Florentinum in decreto Unionis, sanctus Thomas in 4, d. 25, q. 1, a. 1 ad 2; consequenter in ea traditione character imprimitur.

Dices. Traditio libri Evangeliorum est essentialis diaconatui : ergo traditio libri Epistolarum est essentialis subdiaconatui, maxime si attendatur hæc forma : *Accipe librum Epistolarum, et habe potestatem legendi eas in Ecclesia*, etc.

R. N. conseq. 1° Quia in positivis, seu quæ pendent ex voluntate, non valet argumentum a pari : Ecclesia autem, ex cujus voluntate pendet determinatio materiæ ordinis in specie, ut diximus, assignat pro materia diaconatus traditionem libri Evangeliorum, et non assignat pro materia subdiaconatus traditionem libri Epistolarum; illius enim non meminerunt concilium Carthaginense et Florentinum, quæ de materiis ordinum agunt. 2° Disparitas est; quod præcipuus actus diaconi non poterat designari, ut jam dixi, per traditionem calicis cum vino et patenæ cum pane, quia hæc est materia presbyteratus; neque per traditionem calicis vacui et patenæ vacuæ, quia hæc est materia subdiaconatus : unde debuit designari per traditionem libri Evangeliorum, cujus solemnis decantatio in missa est unus ex præcipuis ejus actibus. At per traditionem calicis vacui et patenæ vacuæ, absolute designatur præcipuus actus subdiaconi, qui est ministrare diacono, non cantare Epistolam, cum olim cantaretur a diacono. Quando ergo episcopus tradit subdiacono librum Epistolarum cum his verbis, *Accipe librum*, etc. non imprimit illi characterem, qui imprimitur, ut dixi, in traditione calicis et patenæ, sed deputat simpliciter ad officium cantandi Epistolam, sicut deputat ad varia alia officia, cum illum vestibus sacris induit, ad quarum singulas verba adhibet.

Itaque primum et præcipuum officium subdiaconi est deservire sacrificio, ministrando diacono calicem et patenam, eique offerendo panem et vinum, tanquam oblationes populi, ut eas tradat sacerdoti; se-

cundum, cantare solemniter Epistolam in missa; tertium, deferre crucem in processionibus.

Dico 2°. Materia acolythatus est duplex: prima, traditio urceoli vacui cum hac forma : *Accipe urceolos ad suggerendum vinum et aquam in eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini;* secunda, traditio candelabri cum cereo extincto, sub ista forma : *Accipe ceroferarium cum cereo, ut scias te ad accendenda Ecclesiæ lumina mancipari, in nomine Domini.* Unde acolythi dicebantur olim ceroferarii. Dicuntur etiam ab aliquibus *Acoluthi*, id est, *sequentes* seu *pedissequi*, quia sequuntur diaconum in ministerio.

Dubitatur an utraque materia sit essentialis : an cum utraque referatur in concilio Carthag. can. 6, et in pontificali Romano, nihil obstare videtur quominus utramque dicamus essentialem. Equidem S. Th. hic q. 37, art. 3, ad 6, dicit quod principalior actus acolythi sit ministrare in urceolo, et quod in ejus traditione imprimatur character : verum id non impedit quin materia minus principalis sit etiam essentialis et ad eam extendatur character, sicut diximus de diaconatu.

Officium acolythi est, 1° urceolos cum vino et aqua ad missam præparare et ministris offerre, non vero in calicem immittere in missa solemni, quod pertinet ad subdiaconum; 2° cereos præparare, accendere, deferre ad Evangelium, tempore consecrationis, etc.

Materia exorcistatus est liber exorcismorum, et forma : *Accipe et commenda memoriæ, et habe potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos sive catechumenos.* Unde *patet* ejus proprium officium esse invocatione nominis Dei, impositione manuum et exorcismis ab Ecclesia approbatis, pugnare adversus dæmones, ut a corporibus obsessis exeant.

Utrum vero omnes fideles possint exorcismos probatos super energumenos privatim legere? *Quidam negant; affirmant* Suares tom. 2 de Relig. l. 4, cap. 2, n. 11; Sauchez in Opere morali l. 2, cap. 42, n. 18. Quia, inquiunt, omnes fideles habent potestatem impugnandi et arcendi dæmones; majorem tamen habent qui ad hoc ab Ecclesia sunt ordinati, et ideo hi soli solemniter et ex officio exercere possunt.

Materia lectoratus est codex divinarum lectionum; forma : *Accipe et esto verbi Dei zelator, habiturus, si fideliter et utiliter officium tuum impleveris, partem cum iis qui verbum Dei ab initio ministrarunt.*

Officium lectoris est, alta voce legere, sive cantando, sive simpliciter recitando, sacras Scripturas, etiam ipsum Evangelium, non in missa, sed in aliis divinis officiis. Olim etiam novos fructus oblatos a fidelibus benedicebat et catechumenos rudimenta fidei docebat; item episcopo concionaturo, eam S. Scripturæ partem quæ explicanda erat, prælegebat : sed hæc in dissuetudinem abierunt. Quidam arbitrantur etiam lectori competere officium prædicandi, quia in pontificali habetur : *Lectorem oportet legere ea quæ prædicat*: sed hi hallucinantur; *prædicare* enim ibi nihil aliud significat quam alta et clara voce recitare : unde sensus est, quod lector debeat ex libro et non ex propria mente legere quæ alte et distincte recitat.

Materia ostiariatus est traditio clavium ecclesiæ : forma hæc verba : *Sic age quasi redditurus Deo rationem pro iis rebus quæ his clavibus recluduntur.*

Officium ostiarii erat, portas ecclesiæ, aperire et claudere, indignos ab illa arcere; indigni autem reputabantur ethnici, excommunicati, interdicti, energumeni, flagitiosi, publice pœnitentes in primo gradu pœnitentiæ : item vestes sacras, deposita fidelium et omnem ecclesiasticam suppellectilem custodire.

Hæc omnia quoad materiam et formam subdiaconatus et minorum ordinum ex concilio Carthaginensi IV et ex pontificali Romano collecta sunt.

DISSERTATIO III.

DE MINISTRO ET SUBJECTO SACRAMENTI ORDINIS.

D. Th. Suppl. QQ. 35, 36, 38 et 39.

ARTICULUS I.

Quis sit minister sacramenti ordinis?

Duplex distinguitur minister sacramenti ordinis, ordinarius et extraordinarius. De utroque est quæstio.

Supp. q. 38. a. 1. et Opus.—*Dico* 1°. Solus episcopus est minister ordinarius sacramenti ordinis.

Constat. 1° ex S. Scriptura, quæ non aliis quam Apostolis et eorum successoribus episcopis jus tribuit conferendi ordines : Act. cap. 6, v. 6, et cap. 14, v. 22 ; 2 Timoth. cap. 1, v. 6.

2° Ex constanti traditione quam evincunt concilium Carthag. I, anno 348, can. 3 ; Arelatense V, anno 334, can. 7 ; Braccarense anno 363, can. 8 ; Hispalense anno 619, can. 5. Item S. Athanasius in synodo Laodicena anno 315, probat Schyram accusatorem suum, non esse verum presbyteratum, quia ordinatus fuerat a Collutho qui non erat episcopus. S. Epiphanius Hæres. 75 ; S. Hieron. Epist. ad Evangelam ; S. Chrysost. Hom. 11 in 1 Timoth. hoc discrimen statuunt inter episcopum et simplicem sacerdotem, quod episcopus possit ordinare, non simplex sacerdos.

3° Ex conciliis Florentino et Trid. Florentinum in decreto Unionis sic habet : « Ordinarius minister hujus sacramenti » (ordinis) est episcopus. » Et Tridentinum sess. 23, can. 7 : « Si quis dixerit episcopos non esse presbyteris superiores, » vel non habere potestatem confirmandi » et ordinandi, vel eam quam habent illis » esse cum presbyteris communem... anathema sit. » Unde conclusio est de fide.

Hic ibid. — *Suffragatur ratio.* 1° Ad solum principem jure ordinario pertinet ministeria publica distribuere : atqui solus episcopus est in republica christiana princeps : ergo. 2° Potestas ordinandi non est potestas jurisdictionis, sed ordinis, quam episcopus accipit in sua consecratione : ergo illam non habet qui non est episcopus consecratus.

Et ideo dixi in conclusione, *episcopus consecratus ;* quia episcopus solum electus et confirmatus, non consecratus, licet possit alteri episcopo committere ordinationem sui subditi, non potest tamen ipse illum ordinare ; quia illa commissio est actus jurisdictionis, ordinatio autem actus ordinis.

Dices 1° Nicephorus l. 8, cap. 19 et 24, dicit ordinatos a Meletio, qui sibi episcopalem vindicabat auctoritatem, fuisse valide ordinatos. Si respondeatur Meletium fuisse vere episcopum, saltem ii quos ordinaverat sacerdotes, et ejus schismati non adhæserant, juxta concilium Nicænum primum, in Epistola synodica ad ecclesiam Alexandrinam, habebant *jus ordinandi, et eos qui digni clero fuerint nominandi.* Ergo.

R. revera Meletium fuisse episcopum, sed illegitime ordinatum ; qua de causa Nicephorus dicit ipsum sibi vindicare potestatem episcopalem, cujus exercitio erat privatus. Jus autem *ordinandi* in Epistola synodica concilii Nicæni non sumitur pro jure consecrandi, seu ordinandi sacramentaliter, sed pro jure eligendi, suo suffragio probandi et confirmandi ministros a populo electos et nominatos, quo jure privabantur ii qui Meletii schismati adhæserant.

Dices 2° Episcopus potest episcopum ordinare : ergo presbyter presbyterum. Item qui potest majus potest minus : atqui simplex sacerdos potest consecrare eucharistiam, quod est quid majus quam consecrare sacerdotes : ergo.

R. 1° *hæc argumenta a pari et a majori.* ad minus non valere in iis quæ pendent ex voluntate Christi. 2° *Ad primum :* disparitas est 1°, quod episcopus et non presbyter sit princeps cujus est distribuere ministeria publica. 2° Quia episcopus non habet superiorem in potestate ordinis : unde si ab episcopo ordinari non posset, a nullo posset ordinari : presbyter autem habet episcopum se superiorem. **Ibid. ad 4.** — *Ad secundum :* valet commune adagium in iis quæ sunt ejusdem, non diversi generis ; consecrare autem eucharistiam et constituere ministros publicos, sunt diversi generis.

Ibid. ad 3.—*Dico* 2°. Simplex sacerdos, ex commissione Ecclesiæ seu summi pontificis, potest esse minister extraordinarius tonsuræ et quatuor minorum.

Prob. Concilium Nicænum II, anno 787, can. 14, hanc facultatem concedit abbatibus sacerdotibus, ab episcopo benedictis et chorepiscopis : refertur cap. *Quoniam,* dist. 69. Idem Innocentius III, cap. *Cum contingat,* Extra. l. 1, tit. 14. Alexander III, cap. *Requisivit,* ibid. tit. 13, dicit quod *hujusmodi ordines a non episcopis quandoque conferuntur.* Eadem facultas conceditur sive ex consuetudine,

sive ex privilegio, cardinalibus presbyteris. Tandem concilium Trid. sess. 23, cap. 10 de Reformat. dicit : « Abbatibus et aliis quibuscumque, quantumvis exemptis et privilegiatis, non liceat in posterum.... cuiquam qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram vel minores ordines conferre. » Ergo supponit suis religiosis posse conferre.

Dices. Si summus pontifex possit simplici sacerdoti concedere facultatem conferendi minores ordines, id potest vel ratione ordinis, vel ratione jurisdictionis. Non ratione ordinis; alias episcopus, qui est æqualis papæ quoad ordinem, pariter id posset, quod non admittitur. Non ratione jurisdictionis, quia hæc non respicit corpus naturale Christi, sed mysticum. Ergo.

Respondent quidam, id posse summum pontificem ratione facultatis sibi a Christo concessæ. *Sed et responderi potest*, id posse ratione supremæ et plenæ jurisdictionis in totam Ecclesiam. *Ad probationem in contrarium, D.* Potestas jurisdictionis non respicit directe corpus Christi naturale, *C.* indirecte, *N.* Ratione enim jurisdictionis episcopus potest dare facultatem suo subdito ut ab alio episcopo ordinetur.

Inst. Conferre ordines, est actus ordinis, et non jurisdictionis; alioquin episcopus electus et non consecratus posset ordinare. Vel ergo est actus ordinis seu consecrationis episcopalis, vel presbyteralis: si hoc secundum, quivis sacerdos potest jure suo, non secus ac episcopus, valide ordinare: si primum, non potest alteri quam episcopo committi; non enim actus ordinis potest committi illi qui non habet ordinem. Ergo.

R. conferre ordines jure ordinario, esse actum ordinis episcopalis; conferre autem ordines jure extraordinario, esse actum ordinis sacerdotalis, quatenus per ordinem sacerdotalem confertur presbytero inchoata potestas ad ordinandum, quæ per commissionem pontificiam perficitur et completur. Confer quæ dixi de Confirmatione a. 7, § 2, obj. 2.

Quantum ad subdiaconatum, plures censent etiam posse ex commissione conferri a simplici presbytero; quia Gelasius Epist. 1, admonet presbyteros ut meminerint sibi nullo modo concedi « ut subdiaconum vel acolythum ordinent absque » Romani pontificis permissione. » Ergo ea permissione accedente possunt. Refertur etiam privilegium concessum Cisterciensibus de quo modo.

Quidam arbitrantur id a D. Thoma negari hic q. 38, a. 1, ad 5, quia dicit quod « ex commissione papæ sacerdos simplex » possit conferre minores ordines et confirmationem... non autem majores ordines qui habent immediatam relationem » ad corpus Christi. » Sed, ut apparet, S. Doctor intelligit de ordinibus qui quovis tempore habiti sunt sacri seu majores, propter immediatam relationem quam habent ad corpus Christi, qualis est sacerdos qui illud consecrat, et diaconus qui ministrat; non subdiaconus.

De diaconatu major est difficultas. *Negat* S. Thomas loco citato, posse conferri ex dispensatione a simplici presbytero. Idem censet Scotus et communiter antiqui scholastici cum pluribus junioribus. Principium D. Thomæ est, quod papa non habeat majorem potestatem in corpus Christi quam sacerdos simplex; ex quo infert quod simplex sacerdos ex ejus commissione non possit habere potestatem conferendi ordines qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, qualem habent presbyteratus ad consecrandum et diaconatus ad deferendum vel distribuendum.

Affirmant autem plures recentiores, fundati præsertim in privilegio quod dicunt concessum abbati Cisterciensium ab Innocentio VIII, anno 1489, quo ipsis concedit facultatem conferendi minores ordines, subdiaconatum et diaconatum suis religiosis, ut auferatur ipsis occasio discurrendi extra monasterium. Hoc privilegium relatum in Bullario Rodrigues testatur se vidisse Vasques; similiter Berti testatur se legisse in Bullario Cisterciensium et Rodrigues; atque hoc privilegio usum fuisse generalem Cisterciensium anno 1662 Romæ, sciente et probante summo pontifice, et anno 1663 Gandavi in Belgio, subditos suos ordinando subdiaconos et diaconos, referunt Henno et Berti: unde dicunt quod, si S. Thomas, Scotus et veteres scholastici hoc et alia privilegia similia quæ circumferuntur, vidissent, sententiam mutassent.

Respondent autem alii, bullam hujus privilegii multis titulis esse dubiæ fidei. 1° Quia non invenitur in Bullario Romæ edito. 2° Quia Cistercienses eo privilegio non usi sunt, nec utuntur; quod si verum esset, non omitterent præsertim in Gallia, ubi eorum monasteria sunt constituta, et concilium Trid. non semper fuit receptum quantum ad reformationem. « Nec nostra » nec Patrum nostrorum memoria, inquit » Hallerius sect. 5 de Ministro sacræ ordi- » nat. art. 2, § 2, Cistercienses eo privile- » gio usi sunt : quod si a sancta Sede ob- » tinuissent, nusquam procul dubio ab » ejus usu tandiu se continuissent, præ- » sertim in Gallia. » Quod autem referunt in contrarium Henno et Berti de generali Cisterciensium, nullo fulciunt testimonio. 3° Non solent pontifices concedere plusquam petitur; petebat autem tantum abbas Cisterciensis renovari privilegium conferendi suis monachis tonsuram et minores ordines, *ut patet* ex prima parte bullæ; et in posteriori parte, seu in concessione, datur facultas conferendi subdiaconatum et diaconatum. 4° Concilium Trident. sess. 23, cap. 10 de Reformat. referens et restringens privilegia abbatum quantum ad ordinationes, hujus nullam facit mentionem, sed tantum privilegii conferendi tonsuram et minores. Quod autem quidam dicunt, se istud privilegium legisse in quibusdam collectionibus particularibus, non probat esse legitimum et a S. Sede emanatum.

Respondent insuper, *esto* quod existat hujusmodi privilegium, summum pontificem in hoc se gessisse secundum quod convenientius et melius existimavit ex privata sententia; at nihil hoc facto definivisse.

Quantum ad presbyteratum, communissima S. Thomæ sententia, contra paucos, admodum est, quod non possit etiam dispensatione conferri a simplici sacerdote : de episcopatu idem censent omnes unanimiter; quia in tota retro antiquitate nusquam et nullibi legitur Ecclesiam quoad alterutrum dispensasse, cum tamen non defuerint occasiones et sæpe urgeret necessitas, maxime tempore persecutionum, cum episcopi vel interficiebantur, vel incarcerabantur, vel exulabant.

Dices. In synodo Antiochena can. 10, legitur de chorepiscopis ; « Ordinent au- » tem lectores, subdiaconos atque exor- » cistas, quibus istæ promotiones suffi- » ciant : nec presbyterum vero, nec dia- » conum audeant ordinare præter civitatis » episcopum, cui ipse cum possessione » subjectus est. » Ergo accedente consensu episcopi, poterant ordinare diaconos et presbyteros. *Subsumo.* Atqui chorepiscopi erant simplices presbyteri, *ut patet* ex Epist. 4 Damasi et Epist. 88 S. Leon. Ergo.

R. Quamvis chorepiscopi secundum se essent simplices presbyteri qui in villis et pagis ab episcopis præficiebantur aliis presbyteris, eo fere modo quo decani rurales apud nos constituuntur, per accidens tamen inter illos reperiebantur quandoque episcopi; ii enim episcopi qui ab hæreticis ad Ecclesiam revertebantur, aut catholici qui ad propriam sedem accedere non poterant, ne sine omni honore remanerent, ad aliquem chorepiscopatum promovebantur. Constat ex ipso canone Antiocheno citato, licet ipsum ab Arianis editum putent Baronius et Bellarminus, qui sic incipit : « Qui in vicis vel posses- » sionibus chorepiscopi nominantur, quam- » vis manus impositionem episcoporum » perceperint, et ut episcopi consecrati sint, tamen, etc. »

ARTICULUS II.

Utrum omnis episcopus sit legitimus minister ordinationis?

Duplex hic occurrit quæstio resolvenda : prima, utrum episcopus possit licite ordinare non subditum; secunda, utrum episcopus intrusus, hæreticus, schismaticus, excommunicatus, aut simoniacus valide ordinet. Utramque duplici § resolvemus.

§ I. — *Utrum episcopus possit licite ordinare non subditum?*

Dico 1°. Unusquisque a proprio episcopo ordinari debet, aut ab alio de ejus licentia : si secus fiat, ordinans a collatione ordinum per annum, et ordinatus a susceptorum ordinum executione, quandiu proprio ordinario videbitur expedisse, est suspensus. Ita in terminis Trid. sess. 23, cap. 8 de Reformat. Quamvis ergo valida sit ordinatio, *ut patet*, peccant graviter tam ordinans quam ordinatus.

Dico 2°. Ille proprius seu superior intelligitur in hoc casu episcopus, de cujus

diœcesi est hic qui ad ordines promoveri desiderat oriundus, seu in cujus diœcesi beneficium obtinet ecclesiasticum, seu habet, licet alibi natus fuerit, domicilium in eadem. Ita etiam in terminis Bonifacius VIII, cap. *Cum nullus,* de Tempore ordinandorum in 6.

Triplici itaque titulo quis alicui episcopo fit subditus quoad ordines recipiendos, scilicet titulo nativitatis seu originis, beneficii et domicilii. Audio tamen in quibusdam provinciis nunc non admitti nisi titulum nativitatis, seu originis; forte ex consuetudine jure communi derogante.

Hos autem tres titulos explicat Innocentius XII, in Constit. *Speculatores*, data 6 Novembris 1694. De titulo originis dicit : « Subditus ratione originis, is tantum sit ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea diœcesi in qua ad ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi ortus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, officii legationis, mercaturæ, vel cujusvis temporalis moræ, seu permanentiæ ejus patris in illo loco : quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum et naturalis patris origo erit attendenda.» In iis vero quorum parentes et locus originis ignorantur ut sunt infantes expositi, locus baptismi reputatur locus originis.

De titulo domicilii : « Subditus autem, inquit, ratione domicilii ad effectum suscipiendi ordines, is duntaxat censeatur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut, vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit; et nihilominus ulterius utroque casu se vere et realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet.»

De titulo beneficii sic : « Licet..... clericus ratione cujuvis beneficii in aliena diœcesi obtenti, subjici dicatur jurisdictioni illius episcopi in cujus diœcesi beneficium hujusmodi situm est..... tamen volumus ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi ordines acquirere censeatur, nisi beneficium prædictum hujus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, sive juxta taxam synodalem, sive ea deficiente, juxta morem regionis pro promovendis ad sacros ordines, detractis oneribus per se suffi-ciat, illudque ab ordinando pacifice possideatur, sublata quacumque facultate supplendi quod deficeret fructibus ejusdem beneficii cum adjunctione patrimonii etiam pinguis, quod ipse ordinandus in eadem seu quavis alia diœcesi obtineret; ac episcopus sic ordinans.... de reddito beneficii hujusmodi expressam in consueta collatorum ordinum attestatione mentionem facere debebit. »

Observandum est tamen ex Trid. sess. 23, cap. 9 de Reform. quod episcopus possit familiarem suum non subditum ordinare, si per triennium secum fuerit commoratus, et beneficium, quacumque fraude cessante, statim reipsa ipsi conferat.

Dixi in 1 conclusione, *aut ab alio de ejus licentia;* quia episcopus infirmitate aut alia causa legitime impeditus, subditos suos probatos et examinatos ad alium episcopum ordinandos dimittere potest, ut statuit Trid. sess. 23, cap. 3 de Reformat. quæ licentia solet dari litteris quæ dicuntur *dimissoriæ;* de quibus sic Trid.

« Non licet capitulis ecclesiarum, sede vacante, infra annum a die vacationis, ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reverendas, ut aliqui vocant..... alicui qui beneficii ecclesiastici recepti sive recipiendi occasione arctatus non fuerit (ut si deberet fieri sacerdos pro pastoratu obtento), concedere. Si secus fiat, capitulum contraveniens ecclesiastico subjaceat interdicto : et sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant : in majoribus vero, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri prælati, sint ipso jure suspensi. » Ita in terminis Trid. sess. 7, cap. 10 de Reformat.

Petes a quo regulares exempti debent habere litteras dimissorias ?

R. Prælati regulares exempti debent dare suis subditis litteras dimissorias, seu, ut vocant, præsentationem ad episcopum loci in quo situm est monasterium; ipso autem absente vel non ordinante, ad episcopum benevolum. Constat 1° ex decreto

Sixti V, qui moderando declarationem Gregorii XIII, prædecessoris sui, dicit « regulares posse concedere dimissorias ad » episcopum diœcesanum; qui si abfuerit, » ad quemcumque, dummodo ab episcopo » qui ordines contulerit examinetur quoad » doctrinam. » 2° Ex decreto S. Congregationis, de mandato Clementis VIII, dato Romæ 15 Martii 1596, « quo statuitur » superiores regulares posse suo subdito, » itidem regulari, qui, præditus qualitatibus requisitis, ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere, ad » episcopum tamen diœcesanum, nempe » illius monasterii in cujus familia ab iis » ad quos pertinet regularis positus fuerit; et si diœcesanus abfuerit, vel non » esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium episcopum, dum tamen » ab eo episcopo qui ordines contulerit » examinetur quoad doctrinam, et dum » ipsi regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id » tempus quo episcopus diœcesanus, vel » abfuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes : verum cum a superioribus » regularibus, episcopo diœcesano absente, » vel ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiæ diœcesani episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse; quod qui non » fecerint, officii et dignitatis seu administrationis et vocis activæ et passivæ » privationem, ac alias arbitrio ejusdem » sanctissimi D. N. papæ reservatas pœnas » incurrant. »

§ II. — *Utrum ordinationes factæ ub episcopis intrusis, hæreticis, schismaticis, excommunicatis, degradatis, simoniacis, sint validæ?*

Hujusmodi ordinationes esse illicitas indubium est; esse etiam invalidas, saltem a simoniacis factas, et simoniacas, aliquando dubitatum est. Sed a temporibus D. Thomæ vix ullus earum validitatem in dubium revocat. Quæstio hæc posset videri sufficienter discussa in tract. de Sacramentis in genere, dissert. 5, a. 3, ubi probavimus generaliter sacramenta per malos ministros valide posse conferri : quædam tamen specialia de sacramento ordinis supersunt expendenda : unde breviter

Hic q. 38. a. 2. 0. — *Dico.* Ordinationes factæ ab episcopis intrusis, hæreticis, schismaticis, excommunicatis, degratis, aut simoniacis, modo aliunde necessaria ad earum validitatem adhibeantur, scilicet materia, forma et intentio faciendi quod facit Ecclesia, sunt validæ.

Conclusionem hanc omni argumentorum genere probavimus loco citato de Sacram. in genere : hæc pro dictis hic habeto, pauca tamen exempla antiquitatis subjiciam.

1° S. Cornelius, vertente tertio sæculo, recepit absque nova ordinatione Maximum presbyterum et alios Novatianos. 2° S. Athanasius in synodo coacta anno 362, statuit inter clericos recipiendos esse qui ab Ariana hæresi, ad quam violentia quadam compulsi fuerint, redirent, ut constat ex Actis ejusdem synodi, ex Epistola S. Athanasii ad Rufinianum, et ex actione 1 secundæ synodi Nicænæ. 3° Anatolium qui in locum S. Flaviani in sedem Constantinopolitanam a Latrocinio Ephesino fuerat intrusus, instantibus Marciano Augusto et Pulcheria, recepit S. Leo, et factas ab eo ordinationes probavit, ut constat ex ejusdem S. Leonis Epistola 78, alias 54. 4° Ordinatos a Donatistis Ecclesia recepit ut valide ordinatos. *Non sunt rursus ordinati,* inquit S. Aug. l. 2 adversus Parmen. c. 13, *sed sicut baptisma in eis, ita ordinatio mansit integra.* 5° Nicolaüs II, relatus causa 1, q. 1, cap. 107; concilium Romanum sub Alexandro II; S. Gregorius VII ad Raynaldum, episcopum Comensem, recipiunt ut validas ordinationes factas ab episcopis aliunde simoniacis; ipsas vero ordinationes simoniacas S. Basilius in Epistola ad episcopos suæ curæ commissos, eas non rejicit ut invalidas, sed dicit : *Hæc si ita sint, post hæc non fiant, sed emendentur.* Idem refert de S. Chrysostomo Palladius in ejus Vita; et B. Petrus Damianus sæculo undecimo in opusculo quod *Gratissimum* appellavit, multis argumentis probat validitatem ordinationum simoniacarum.

Ibid. — Ratio vero generalis, pro his omnibus ordinationibus, est, quia potestas collata episcopo in sua consecratione, nullo crimine deletur : unde Trid. sess. 7, can. 9, definit « in tribus sacramentis, baptismo » scilicet, confirmatione et ordine, im» primi characterem in anima, hoc est, sig» num quoddam spirituale et indelebile,

» unde iterari non possunt. » Et sess. 23, can. 4 : « Si quis dixerit per sacram ordi-» nationem.... non imprimi characterem, » vel eum qui sacerdos semel fuit, laïcum » rursus fieri posse : anathema sit. »

Solvuntur objectiones.

Objectiones plurimas proposuimus et solvimus loco citato. Quasdam tunc omissas quæ specialiter spectant ordinis sacramentum, compendiose propono : sed prius revocanda sunt in memoriam quæ tunc dicebamus, scilicet distinguendum esse inter hæreticos qui sacramenti formam servant, et illos qui non servant, priorum sacramenta Ecclesiam recipere, posteriorum rejicere : item distinguendum esse inter sacramentum quoad substantiam et ejus effectum, qui est gratia; malum ministrum, quantum est ex se, conferre sacramentum et gratiam sacramenti, sed suscipientem non recipere gratiam, quia peccat, et sic ponit obicem gratiæ : atque defectu hujus distinctionis exarsisse famosam illam controversiam inter S. Stephanum et S. Cyprianum, cæterosque rebaptizantes. Hæc ibi.

Insuper observandum est, his verbis, *ordo, ordinatio, ordinare, ordinari*, non semper apud antiquos significari sacramentum ordinis conferens characterem, sed quandoque restitutionem honoris et privilegiorum, atque exercitii potestatis suspensæ, quæ fiebat resipiscentibus cum impositione manuum, et etiam aliquando adhibitis rursus insignibus et instrumentis ordinationum, ut constat ex hoc capite 28 concilii Tolet. 4, anno 633 : « Episcopus, » presbyter, aut diaconus, si a gradu suo » injuste dejectus, in secunda synodo in-» nocens reperiatur, non potest esse quod » fuerat, nisi gradus amissos recipiat co-» ram altari de manu episcopi : si episco-» pus est, orarium, annulum et baculum; » si presbyter, orarium et planetam; si » diaconus, orarium et albam; si sub-» diaconus, patenam et calicem; et sic re-» liqui gradus ea in reparationem sui reci-» piant, quæ cum ordinarentur percepe-» runt. » *Ex his observationibus facilis erit responsio ad objecta.*

Obj. 1° Concilium Nicænum I, can. 8, jubet ut ordinati a Novatianis *ordinentur, et sic maneant in clero :* ita refertur a Gratiano d. 7, cap. 8. 2° Innocentius I, Epist. 18, ratum habet baptisma, non ordinationes hæreticorum. 3° Synodus Constantinopolitana, can. 4, habet irritas ordinationes factas a Maximo Cynico, qui ejusdem ecclesiæ sedem dolo usurpaverat. 4° Stephanus IV declaravit irritas ordinationes factas a Constantino, in sedem Romanam intruso, et ab ipso ordinatos iterum ordinavit. 5° Synodus octava nullas declaravit ordinationes factas a Photio, sedis Constantinopolitanæ invasore. 6° Leo IX, sæculo undecimo, cassavit ordinationes factas a simoniacis, et plures simoniace ordinatos reordinavit. 7° Hincmarus in synodo Suessionensi irritavit ordinationes Ebbonis exauctorati. 8° Stephanus VII ordinatos a Formoso, prædecessore suo, iterum ordinavit. 9° Cæcilianus, ordinatus episcopus Carthaginensis a Felice Aptungitano, quem Donatistæ dicebant esse traditorem, et ob quam causam rejiciebant ordinationem Cæciliani, dicit ipsis apud Optatum, l. 1, n. 19 : « Ut si » Felix in re, sicut illi arbitrabantur, nihil » contulisset, ipsum tanquam adhuc dia-» conum ordinarent in episcopum. » 10° Denique Ecclesia potest adhibere quædam impedimenta, ut schisma, hæresim, simoniam, quæ ordinationem irritam reddant, sicut apponit in matrimonio.

R. ad primum. 1° Textus Græcus a Dionysio Exiguo sic vertitur, *ut impositionem manuum accipientes, sic in clero permaneant;* ab Herveto, *ut impositis eis manibus, sic in clero maneant :* emendanda itaque lectio Gratiani quam accepit ab Isidoro Mercatore. 1° Dicatur, sive *ordinentur*, sive *impositio manuum*, intelligendum est de restitutione in gradum honoris et exercitium potestatis, ut observabam modo. Sunt quidem qui per impositionem manuum, seu ordinationem, intelligunt ordinationem sacramentalem, non iteratam, sed factam a Novatianis, ita ut sensus sit, *eos qui manus impositionem perceperunt, ita in clero permanere;* seu, *ut qui ex illis erant ordinati, sic maneant in clero.* Ita habent antiquiores versiones, et ita acceperunt S. Hieron. in Dialogo adversus Lucifer. et Innocentius I, Epist. 22 ad episcopos Maced.

Ad secundum. Innocentius habet ratum baptisma et non ordinationes hæreticorum,

quatenus baptizati ab hæreticis dum redeunt ad Ecclesiam, statim sublata fictione, recipiunt gratiam qua privabantur : at ab eis ordinati, non statim ac redeunt recipiunt honorem clericatus et functionem sui ordinis.

Ad tertium. Synodus habuit irritas ordinationes Maximi Cynici, non quoad characterem, sed quoad ejus functiones.

Ad quartum. Similiter Stephanus irritavit ordinationes Constantini quoad gradum et functiones, et eas iteravit ; id est, adhibuit cæremoniam qua, exhibitis iterum insignibus ordinationis, prius ordinati restuebantur in gradum et functiones.

Ad quintum. Eadem est responsio : ordinationes Photii declaratæ sunt irritæ quoad gradum et exercitium functionum, non quoad substantiam et characterem, siquidem ipse Photius et ordinati ab ipso, in suis gradibus postea restituti fuerint absque nova ordinatione.

Ad sextum. Iterum eadem responsio : Leo cassavit ordinationes, id est, prohibuit usum gradus et functionum ; reordinavit, id est, cæremoniis adhibitis restituit in gradum et functiones. *Patet* quia Petrus Damianus narrat quod, cum ex hac cassatione seu suspensione perpetua ab ordinum functionibus, tumultus esset exortus, eo quod divina officia et missæ amplius non celebrarentur, Leo priorem sententiam temperavit, et edixit ut qui scienter a simoniacis ordinati essent « quadra» ginta dierum pœnitentiam agerent, et » sic in accepti ordinis officio ministra» rent. » Dubium ergo quo pulsabatur pontifex et de quo loquitur Damianus, verisimiliter non erat de substantia ordinationis, sed de pœna imponenda sic ordinatis, an deberet esse degradatio seu suspensio perpetua. Quanquam daremus dubitasse ad tempus de substantia ordinationis, nihil noceret ; non enim negamus aliquando de validitate hujusmodi ordinationum dubitatum fuisse.

Ad septimum. Quæ fecit Hincmarus cum collegis in synodo Suessionensi, rescissa sunt a Nicolao I, Epistola data 8 Idus Decembris anno 866. Insuper in toto hoc negotio non agebatur de substantia ordinis accepti, sed de functionum exercitio.

Ad octavum. Ex facto impio et inhumano Stephani in Formosum nihil potest erui contra conclusionem, maxime cum omnes, exceptis paucis qui Stephano adhærebant, starent pro validitate ordinationum Formosi.

Ad nonum. 1° Responsum Cæciliani erat conditionatum, *si Felix nihil contulisset.* 2° Hoc dixit Cæcilianus, *ad irridendos* Donatistas, *quoniam certus erat ordinatores suos non esse traditores*, inquit S. Augustinus in Breviculo Collationis tertiæ diei, cap. 16.

Ad decimum, N. ant. et paritatem. Disparitas est, quod potestas ordinandi fundetur in charactere quem delere non potest Ecclesia : at sacramentum matrimonii fundatur in contractu valido, cujus validitas pendet ex legibus Ecclesiæ et principum ; de quo infra.

Quod objici posset ex S. Cypriano et aliis rebaptizantibus, non urget ; notum est enim eos ordinationis extra Ecclesiam factæ, sicut baptismi extra Ecclesiam collati, validitatem immerito impugnasse. Cætera argumenta require loco citato de Sacramentis in genere.

APPENDIX.

De ordinationibus Anglicis.

Hoc de argumento multa scripserunt his temporibus noster P. Le Quien, P. Hardouin, P. Boucat, D. Tournely, etc. adversus P. Le Courayer, pro harum ordinationum validitate decertantem.

Quæstio est de ordinationibus factis secundum rituale Eduardi VI, approbatum a pseudosynodo Londinensi anno 1562, quo ritu ab hoc tempore factæ sunt et fiunt ordinationes Anglicæ, fatentibus P. Le Courayer et scriptoribus Anglis.

Sic autem statuitur in hoc rituali. 1° Episcopus ordinator exigit ab ordinando mandatum regium, loco bullarum summi pontificis. 2° Exigit juramentum de suprema regis potestate in spiritualibus et temporalibus, rejiciendo *omnes extraneas potestates, superioritates et auctoritates*, consequenter auctoritatem papæ et conciliorum. 3° Interrogat *an sibi persuasum habeat se vocatum esse juxta voluntatem Christi et constitutionum hujus regni*, quæ in eo sita est ut, abdicata summi pontificis obedientia et Ecclesiæ Romanæ doctrina, propugnentur novæ hæreses receptæ in Anglia. 4° Interrogat utrum persuasum habeat *sacras Scripturas sufficienter*

ad salutem requiri; consequenter inutiles et rejiciendas esse traditiones. 3° Interrogat *num paratus sit fidelem et diligentem operam impendere ad exterminandam quamcumque peregrinam, erroneam, verboque divino contrariam doctrinam, aliosque tam privatim quam publice ad idem faciendum provocare atque excitare.* Hæc autem doctrina peregrina, erronea et verbo divino contraria, in sensu interrogationis, est manifeste Romana. His igitur interrogationibus aperte continetur doctrina hæretica, ecclesiæ Romanæ directe contraria.

Postquam episcopus designatus ad hæc omnia interrogata suis responsionibus affirmativis satisfecit, episcopus consecrator, impositis super illum manibus, formam ordinationis pronuntiat his verbis : *Deus omnipotens, Pater noster cœlestis, qui hanc tibi voluntatem concessit, concedat insuper vires ac facultatem* AD HÆC *efficaciter præstanda, ut opus istud suum, quod incœpit in te, absolvat, teque integrum ac inculpabilem inveniat in illo supremo die, per Jesum Christum Dominum nostrum : Amen.* His suppositis,

R. ordinationes Anglicas esse absolute invalidas.

Prob. ex insufficientia formæ in his ordinationibus adhibitæ.

Primo. Christus est auctor omnium sacramentorum; et quorum formas non determinavit in specie, determinandas reliquit, non alicui ecclesiæ particulari, aut privatis hominibus; alioquin tot forent sacramentorum formæ quot sunt particulares ecclesiæ, aut privati hominum conventus; sed universæ et uni suæ Ecclesiæ : atqui ordinationum Anglicarum forma non est ab Ecclesia determinata, sed a privatis hominibus, laïcis et hæreticis : ergo.

Secundo. Forma secundum se et seorsim ambigua, et ex adjunctis circumstantiis aperte hæretica, non est sufficiens ad validam ordinationem : atqui talis est forma ordinationum Anglicarum : ergo. *Prob. min.* Dum dicitur, *Deus omnipotens concedat facultatem ad hæc efficaciter præstanda*, non significatur quid per το *ad hæc* sit intelligendum, ideoque ambiguum; attentis autem interrogatis et responsis immediate præcedentibus, evidens est per το *ad hæc* intelligi hæreticam doctrinam in his contentam, atque perinde esse ac si diceretur : Deus concedat tibi vires et facultatem ad propugnandum primatum regis in spiritualibus, ad debellandam auctoritatem Sedis apostolicæ, ad impugnandas traditiones, ad conculcandam doctrinam ecclesiæ Romanæ et ad asserendos errores novatorum : hæc enim omnia continentur in interrogatis et responsis immediate præcedentibus. Ergo.

Atque hoc duplici argumento arbitror exsufflari omnes argutias P. Le Courayer, ideoque supervacaneum esse plura addere, quæ tamen si videre cupiat curiosus lector, adeat scriptores prius laudatos.

ARTICULUS III.

De subjecto ordinationis.

Triplicem quæstionem hic proponimus resolvendam : primam, quinam sint capaces ordinationis? secundam, quæ dispositiones requirantur in ordinando ut licite recipiat ordines? tertiam, quæ sint obligationes ordinatorum?

§ I. — *Quinam sint capaces ordinationis?*

Difficultas est de mulieribus, de non baptizatis, de infantibus et de invitis. Mulieres non solum in diaconissas, sed in presbyteras et episcopas ordinabant Montanistæ, teste S. Epiphanio Hær. 49, et S. Aug. l. de Hæres. c. 27. Non baptizatos posse valide ordinari, opinati sunt quidam tempore Innocentii III, ineunte sæculo decimo tertio. Infantes esse ordinis incapaces docet Durandus, quem sequitur Honoratus Tournely, contra communem sensum theologorum. Invitum valide ordinari censent Morinus, Decocq, Vanroy et pauci alii : contra quos omnes pono sequentes conclusiones.

Supp. q. 39. a. 1. o. — *Dico* 1°. Mulier est incapax ordinis.

Ratio a priori est voluntas Christi quæ nobis innotescit ex Apostolo et ex traditione.

Ibid. — *Ex Apostolo* qui, 1 Cor. 14, 1 Timoth. 2 et Ephes. 5, scribit mulieri non esse permissum loqui in ecclesia, nec docere, nec dominari in virum, sed eam debere discere in silentio cum omni subjectione : atqui ordinis charactere insignitis competit ex officio loqui in ecclesia, docere et habere aliquam superioritatem et

præeminentiam in alios : ergo. Item Epist. citata 1 Cor, 11, dicit : *Turpe est mulieri tonderi*, eique præcipit ut *velato capite* semper incedat. Ergo nec tonsuræ clericalis est capax.

Ex traditione. Christus, condendo Ecclesiam, solos viros sacerdotes ordinavit in ultima cœna, non mulieres, nequidem sanctissimam Matrem, cui tamen hæc dignitas præ cæteris omnibus mulieribus competebat, si alicui concedenda fuisset. A Christo usque nunc, neque per Apostolos, neque per eorum successores, ulla unquam mulier fuit sacramentaliter ordinata. Ergo.

Congruentias plures protulit Apostolus locis citatis. 1° Quia vir est caput mulieris; sicut Christus Ecclesiæ; ideo non mulier viro, sed vir mulieri debet dominari. 2° Quia mulier est ex viro, non vir ex muliere. 3° Quia mulier est propter virum, non vir propter mulierem. Ad hæc conformiter Doctor noster. — **Ibid.** — Per sacramentum ordinis, inquit, significatur et confertur aliqua eminentia gradus, quæ non habet locum in muliere; cum, ut dictum est, sit collocata in statu subjectionis. et ideo ejus status repugnat significationi sacramenti. Addo ex S. Bonaventura in 4, d. 25, quod Mediator noster, cujus legatione funguntur sacerdotes, vir fuerit, non mulier.

Dices 1°. In veteri Testamento fuerunt quædam mulieres prophetissæ. Item Debbora præfuit populo Israëlitico. Ergo.

R. 1° in his quæ pendent a voluntate Christi non currere *argumentum a pari,* nec ullam aliam rationem esse quærendam nisi voluntatem instituentis.—**Ibid. ad. 1.** — 2° Disparitas est, quod prophetia non sit sacramentum, sed donum Dei : unde ibi non exigitur significatio, sed solum res; et quia secundum rem in his quæ sunt animæ, mulier non differt a viro; nam quandoque mulier, quantum ad animam, invenitur melior multis viris; ideo donum prophetiæ et alia hujusmodi potest recipere, sed non ordinis sacramentum, cujus significatio non convenit statui subjectionis illius. — **Ib. ad. 3.** — Quantum ad Debboram, non præfuit in sacerdotalibus, sed in temporalibus, ex commissione extraordinaria, sicut et nunc possunt mulieres temporaliter dominari.

Inst. 1°. Abbatissæ præsunt in spiritualibus suis monialibus. Ergo.

R. D. ant. Abbatissæ præsunt prælatura ordinaria et proprie dicta, quæ sit jurisdictio ecclesiastica, *N.* alias possent ferre censuras : prælatura ex commissione et improprie dicta, quæ nihil aliud est quam quædam cura domestica quæ ipsis committitur propter periculum cohabitationis virorum ad mulieres, *C.* Insuper jurisdictio externa est ab Ecclesia; jurisdictio interna in animas qualis habetur per sacramentum ordinis, est a Deo : unde *esto* prima concedi posset mulieribus, non sequitur quod secunda concederetur.

Inst. 2°. Secundum plures et probatos auctores, mulier nomine Joanna fuit papa. Ergo.

R. ant. esse fabulosum, ut demonstrabo in Digressione historica. *Sed illo gratis dato,* nihil sequitur : sicut enim ipsa mulier decepit suos ordinatores mentiendo sexum, ut referunt isti auctores, sic ipsa decepta fuit, nec quidquam sacramentalis ordinis, cujus erat incapax, per ordinationem accepit.

Inst. 3°. Saltem in primis Ecclesiæ sæculis erant diaconissæ. Ergo.

R. diaconissas non fuisse sacramentaliter ordinatas, ut etiam ostendam in altera Digressione.

Dico 2°. Homo non baptizatus est incapax ordinationis.

Hæc conclusio probata manet ex his quæ diximus dissert. 3 de baptismo a. 1, petit, 2, ubi probavimus ex jure et rationibus, baptismum, ut januam et fundamentum aliorum sacramentorum, esse necessarium ad eorum validam susceptionem. Vide ibi.

Addo. Nemo potest esse minister publicus in Ecclesia, nisi sit ejus membrum; fit autem Ecclesiæ membrum per baptismum. Item, nemo potest agere et generare nisi sit natus; nascimur autem in Ecclesia per baptismum, et in ea agimus ac spirituales filios generamus per ordinem. Ergo. Unde concilium generale Nicænum I, can. 19, jubet Paulianistas, qui non servabant formam baptismi, rebaptizari, et ab eis ordinatos reordinari.

Dices 1°. Homo per fidem fit membrum Christi. Ergo est capax sacramentorum.

R. D. ant. Homo per fidem fit membrum Christi inchoate et quoad unionem inter-

nam, *C.* perfecte et quoad unionem tam internam quam externam, *N.* Et ideo non est capax sacramentorum, per quæ Deus voluit Ecclesiam suam et ejus membra visibiliter colligari, ut dicit S. Aug.

Dices 2°. Socrates l. 5 Hist. Tripartitæ c. 22, dicit Alexandriæ lectores assumi indifferenter ex fidelibus et catechumenis. Ergo.

Respondi jam alibi, ibi non agi de ordinatione, sed de officio legendi et psallendi, quod etiam laïcis committitur, et catechumenis potest committi.

Ibid. a. 2. 0. — *Dico* 3°. Infantes sunt capaces ordinationis.

Ibid. in a. s. c. — *Prob.* 1° ex cap. *Tuæ litteræ*, de Clerico per saltum ordinato l. 51 tit. 29, ubi Innocentius III eum qui susceptis minoribus ordinibus infra annos discretionis, omisso diaconatu, ad sacerdotium fuerat promotus, jubet ordinari diaconum, non vero iterari minores ordines ante annos discretionis collatos : ergo censebat illos valide collatos.

Prob. 2° ab exemplis. 1° In Vita Euthymii abbatis, auctore Cyrillo Scytopolitano, refertur ipsum triennem fuisse baptizatum, tonsum et lectorem ordinatum. 2° In libro Pontificali legitur Eugenium I, qui creatus est pontifex anno 652, fuisse clericum a cunabilis. Plura in hanc rem legi possunt apud Morinum p. 3 de Sacr. Ordinat. exercit 5, et Martennium l. 1 de Antiquit. Rit. c. 8, a. 3.

Ibid. et 0. — *Prob.* 3° *ratione.* Sacramenta quæ imprimunt characterem non requirunt actum seu consensum ex parte infantis recipientis. Ergo. *Prob. ant.* 1°. In baptismo et confirmatione. 2° Quia hujusmodi sacramenta conferunt non actum, sed potestatem ad actum; potestas autem præcedit actum. Ergo licet infantes non possint habere actum ordinis, possunt tamen habere potestatem seu characterem, sicut habent potentiam ratiocinandi, licet ejus actus non exerceant.

Dices 1° cum Durando. Ad validam susceptionem sacramenti, requiritur intentio suscipientis, vel propria vel interpretativa, qualis est, v. g. intentio parentum in baptismo suorum infantium : atqui neutra intentio est in infante respectu ordinis; non propria, *ut patet;* neque interpretativa, quia voluntas parentum dici non potest voluntas parvulorum, nisi in iis quæ sunt de necessitate salutis, ut in baptismo : ergo.

R. D. maj. Ad validam susceptionem sacramenti, requiritur intentio suscipientis adulti, *C.* propter rationes quas deduximus dissert. 6 de Sacramentis in genere a. 1; vide : suscipientis infantis, *N.* In eo enim neque propria neque interpretativa voluntas requiritur, sed sufficit quod minister illi applicet formam et materiam cum intentione debita. Unde, sicut si, renitentibus parentibus, baptizaretur aut confirmaretur infans, esset valide baptizatus aut confirmatus : ita similiter, si iisdem renitentibus ordinaretur; cum hoc tamen discrimine quod sic baptizatus teneretur legem evangelicam servare, quia est necessaria saluti cui providere tenetur; at sic ordinatus non teneretur legibus clericorum, si vellet abstinere a functionibus ordinis, quia illæ non sunt necessariæ ad salutem.

Inst. In forma ordinationis dicit ordinator : *Accipe potestatem*, etc. Ergo ex parte recipientis requiritur acceptatio, consequenter consensus.

R. N. conseq. Quia ista potestas non traditur per donationem aut contractum, ad quem requiritur consensus contrahentis aut donatarii, sed per efficacem operationem virtute characteris episcopalis, respectu cujus recipiens se habet mere passive, sicut cera respectu sigilli. Nec magis mirandum quod dicatur infanti ordinando, *Accipe potestatem*, quam quod dicatur infanti baptizando, *Accipe sal sapientiæ; accipe signum crucis.*

Inferes. Ergo infans potest esse et dici sacerdos et episcopus, quod videtur absurdum.

R. non esse absurdum quod infans sit et dicatur sacerdos; quia hæc denominatio non est ab actu, sed a potestate illi collata per ordinationem; sicut infans baptizatus dicitur fidelis a fide, non actuali, sed habituali.

Quantum ad episcopatum, S. Th. hic videtur negare infantem ordinatum posse esse et dici episcopum; quia cum episcopus accipiat potestatem in corpus Christi mysticum, requitur actus suscipientis curam animarum pastoralem. Verum duo distinguenda sunt in episcopo, scilicet extensio characteris seu potestas, et cura

pastoralis animarum atque Ecclesiæ quacum init matrimonium spirituale : ad hoc secundum requiritur consensus, non ad primum. Et hoc sensu intelligendum esse S. Thomam, docent nobiles ejus interpretes, Paludanus, Dominicus Soto, Gonet, etc.

Dices 2° cum Honorato Tournely. Nullum extat in tota traditione exemplum ordinationis valide collatæ infanti. Ergo.

R. Ex duabus primis probationibus conclusionis nostræ objicientem falsi convinci.

Dices 3° cum eodem. Nemo potest sine proprio consensu astringi alicui statui cui grave et indebitum onus est annexum, ut est continentia annexa ordini. Ergo.

R. infantem ordinatum, dum ad annos discretionis pervenerit, non teneri, ut jam dixi, ad legem continentiæ, si ab exercitio ordinis velit abstinere.

Inferes. Ergo etiam amentes et dormientes possunt valide ordinari.

R. perpetuo amentes posse valide ordinari, quia eadem est ratio de illis ac de infantibus : amentes autem ad tempus, sicut et dormientes, si ante amentiam vel somnum habuerint voluntatem suscipiendi ordines, possunt valide ordinari; secus non possunt, quia cum sint adulti, requiritur in eis aliqua intentio seu consensus. Confer locum citatum de Sacrament. in genere dissert. 6, a. 1.

Repones. Non datur potestas ad actum impossibilem : atqui in pueris et perpetuo amentibus, actus ordinis est impossibilis : ergo.

R. D. maj. Non datur potestas ad actum impossibilem per se, aut pro semper, *C.* impossibilem per accidens, aut ad tempus, *N.* Sic in utrisque datur potestas ratiocinandi, quamvis in infantibus actus sit impossibilis ad tempus, et in perpetuo amentibus per accidens.

Dico 4°. Nemo absolute invitus valide ordinatur.

Probationes hujus conclusionis cum objectionibus, require loco citato de Sacramentis in genere dissert. 6, a. 1.

§ II. — *Quæ dispositiones requirantur in subjecto ad legitime et licite suscipiendos ordines?*

Diximus § præcedenti de requisitis ex parte subjecti ad validam ordinationem : quærimus nunc de requisitis ad licitam ordinationem.

Dico. Novem conditiones seu dispositiones requiruntur in ordinando, ad licitam susceptionem ordinum; scilicet vocatio, recta intentio, probitas morum, scientia, ætas legitima, interstitia, titulus, ordinatio gradatim et non per saltum, ac tandem immunitas ab irregularitate : quæ breviter probantur et explicantur.

Vocatio.

Prima dispositio in aspirante ad ordines est vocatio a Deo, juxta illud Apost. Heb. 5 : *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron : sicut Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu.* Unde Christus ipse sibi delegit Apostolos.

Ratio est, quia altissima munia et gravissima onera ad quæ vocatur ordinandus, exerceri non possunt absque speciali Dei auxilio. Inter varia autem vocationis indicia potissimum est recta intentio : unde

Recta intentio.

Secunda dispositio est recta intentio ordinandi, scilicet ut, abdicatis curis sæcularibus, liberius et devotius Deo serviat : unde peccat mortaliter qui sacræ militiæ ascribitur principaliter et præcise ut obtineat pingue beneficium, sicque lautius ac honorificentius vivat, ut docet Auctor 2 2, q. 185, a. 1, de episcopo appetente episcopatum propter divitias.

Ratio est, quia utitur fruendis et fruitur utendis in re gravi. Secus tamen si principaliter intenderet Deo servire et secundario frui beneficio. Idem sub eadem distinctione plures censent de eo qui tonsuram tantum et minores ordines suscipit, eo præcise animo ut beneficiis et privilegiis clericalibus ad tempus fruatur, et exinde ducat uxorem, aut aliter statum clericalem dimittat; quod tamen alii non probant.

Probitas morum.

Tertia dispositio est probitas morum ex Tridentino sess. 23, cap. 12, ubi loquens de ordinandis, dicit : « Sciant tamen episcopi, non singulos in ea ætate constitutos debere ad hos ordines assumi, sed dignos duntaxat, et quorum probata vita senectus sit. » Et cap. 14 de pro-

movendis ad sacerdotium : « Ita, inquit, » pietate et sanctis moribus sint conspi- » cui, ut præclarum bonorum operum » exemplum et vitæ monita ab iis possint » expectari. » Qualis debeat esse episcopus, docet Apostolus 1 Timoth. c. 3, et Tit. c. 1; qualis presbyter, ibidem; qualis diaconus, 1 Timoth. 3. Qui conscius peccati mortalis, sine prævia confessione aut contritione, ordines, etiamsi minores, suscipit, peccat mortaliter : secus si tonsuram; quia, secundum nos, minores sunt sacramenta, non tonsura.

Scientia.

Quarta dispositio est scientia, major vel minor, pro ratione ordinis ad quem promovendus est.

Pro tonsura Trid. sess. 23, cap. 4, requirit ut sit rudimentis fidei instructus et sciat legere et scribere saltem suo idiomate. Pro minoribus ibid. cap. 11, requirit ulterius, ut saltem linguam latinam intelligat. « Minores ordines, inquit, iis qui » saltem linguam latinam intelligant, per » tempora interstitiorum, nisi aliud episcopo magis expediens videbitur, conferantur. » Ubi το *nisi aliud episcopo magis expediens videbitur*, secundum probabiliorem et communiorem interpretationem, afficit tantum insterstitia et non intelligentiam linguæ latinæ, in qua proinde dispensare non potest episcopus.

Pro subdiaconatu et diaconatu ibid, cap. 13, requirit ut promovendi, sint litteris et iis quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructi. Pro sacerdotio, ultra quod debeat etiam intelligere suum ordinem, id est, scire materiam, formam, ritum celebrandi, rubricas, in quibus et quomodo obligent, qualis debeat formari intentio in missa, quæ dispositiones mentis et corporis, qui defectus occurrentes et quomodo sit ipsis supplendum, requirit insuper Trid. ibid. cap. 14, ut « ad populum docendum » ea quæ scire omnibus necessarium est » ad salutem ac ad ministranda sacramen- » ta, diligenti examine præcedente, idonei » comprobentur. » Sacramenta autem intellige quæ ministrare potest, scilicet baptismum, eucharistiam, extremam-unctionem, et in necessitate pœnitentiam, cujus formam saltem scire debet. Quantum ad casus conscientiæ, quamvis dedeceat eos penitus ignorare, non tamen ita debet scire sicut ille cui cura animarum incumbit.

Pro episcopatu, sess. 22, cap. 2, requirit quod « Scientia ejusmodi polleat, ut » muneris sibi injungendi necessitati possit satisfacere; ideoque antea in univer- » sitate studiorum magister, sive doctor, » aut licentiatus in sacra theologia vel jure » canonico merito sit promotus, aut publico alicujus academiæ testimonio idoneus » ad alios docendos ostendatur. »

Peccat ergo graviter episcopus admittens ad ordines prorsus illitteratos et ignorantes, præsertim ea quæ a Tridentino decernuntur, prævaricans in suo ministerio in grave damnum et injuriam Ecclesiæ : unde tenetur per se vel per alios examinare, nisi de ipsorum sufficientia constet, ut si habeant litteras dimissorias a suo ordinario, vel a suo superiore regulari; quos nihilominus iterum examinare potest, et insufficientes repertos repellere.

Ætas legitima.

Quinta dispositio est ætas legitima. Quidquid sit de jure antiquo, jure novo Tridentini pro tonsura et minoribus, nulla determinatur ætas, modo initiandi sciant quæ concilium citatum supra requirit in ipsis, et judicentur idonei muniis suis obeundis. Pro subdiaconatu requirit concilium sess. 23, cap. 12, annum vigesimum secundum; pro diaconatu, vigesimum tertium; pro sacerdotio, vigesimum quintum : intellige pro quolibet ordine annum inchoatum, ita ut qui complevit, v. g. annum vigesimum quartum, si vel una hora anni vigesimi quinti effluxerit, possit ordinari sacerdos. Imo quidam docent quod, si inchoetur annus vigesimus quintus a meridie, possit eodem die mane ordinari; quia, inquiunt, in favorabilibus dies incœptus habetur pro completo : ita Ledesma, Diana, etc. quos citat et sequitur Andræas a Matre Dei. Verum id neque certum neque tutum est; sicut nec quod alii dicunt, diem bissextilem non esse computandum; quia annus requisitus computandus videtur juxta ritum et consuetudinem Ecclesiæ. Pro episcopatu autem requiritur trigesimus annus completus, cap. *Cum in cunctis* 7, Extra. l. 1, tit. 6.

Pro beneficio obtinendo ex Trid. sess. 23, cap. 6, et sess. 24, cap. 12, requiritur

decimus quartus annus inchoatus; pro beneficio curato, aut dignitate cui annexa est cura animarum, vigesimus quintus inchoatus; pro aliis dignitatibus quibus non est annexa cura animarum, annus vigesimus secundus inchoatus.

Pius II, constit. *Cum sacrorum*, data 15 Kalend. Decembris 1461, contra *temeritatem* illorum qui ante legitimam ætatem se ordinari faciunt sic animadvertit : « Statui» mus et ordinamus quod omnes et singuli » qui absque dispensatione canonica, aut » legitima licentia, sive extra tempora a » jure statuta, sive ante ætatem legitimam, » vel absque dimissoriis litteris..... ad ali» quem ex sacris ordinibus se fecerint pro» moveri, a suorum ordinum executione » ipso jure suspensi sint, et si hujusmodi » suspensione durante in eisdem ordinibus » ministrare præsumpserint, eo ipso irre» gularitatem incurrant. »

Observandum est circa hanc constitutionem, in ea agi de sacris ordinibus tantum; 2° suspensionem hanc esse perpetuam, et non tantum usque compleatur ætas requisita, ut quidam absque fundamento interpretantur : unde qui etiam post completam ætatem in iis ordinibus ministrare *præsumeret*, id est, scienter, et non ex ignorantia, sine dispensatione pontificia aut episcapali, si factum sit occultum, irregularitatem incurreret.

Observantia interstitiorum et temporis a jure statuti.

Sexta dispositio est observantia interstitiorum et temporis a jure statuti.

Concilium Tridentinum sess. 23, cap. 11 de Reform. jubet ut minores ordines « per temporum interstitia, nisi aliud epis» copo magis expedire videbitur, confe» rantur. » Idem ibidem, a minoribus ordinibus susceptis ad subdiaconatum requirit interstitia unius anni, « nisi necessitas » aut Ecclesiæ utilitas, judicio episcopi, » aliud exposcat. » Attamen consuetudine introductum est in pluribus diœcesibus, ut tonsura et minores simul eodem die conferantur, et subdiaconatus post unum vel alterum diem. Imo plures censent posse eodem die conferri tonsuram, quatuor minores et subdiaconatum, partim ex consuetudine pluribus in locis recepta, partim quia Tridentinum prohibet tantum eodem die conferri plures sacros ordines.

Item eadem sess. cap. 13 et 14, jubet servari interstitia unius anni inter subdiaconatum et diaconatum, similiter unius anni inter diaconatum et sacerdotium; « nisi ob Ecclesiæ utilitatem aut necessitatem, aliud » episcopo videretur. » Ista autem utilitas aut necessitas non debet esse publica et totius Ecclesiæ, sufficit quod sit alicujus ecclesiæ particularis aut monasterii. Annus autem interstitiorum non computatur mathematice a die ad diem, sed ecclesiastice, a quator temporibus unius anni ad eadem quatuor tempora sequentis anni. Qui, non servatis interstitiis, sine dispensatione ordinaretur, peccaret graviter contra Ecclesiæ præceptum; non tamen incurreret suspensionem aut irregularitatem, quia nulla est ideo lata in jure.

Dispensare in interstitiis, pertinet ad episcopum ordinandi, non ad ordinatorem, si vi dimissorialium extraneum ordinet. Quantum ad regulares, quidam tenent ab ipsis suis superioribus posse et debere dispensari, et vi privilegii Alexandri VI posse tribus diebus dominicis aut festis consecutivis tres sacros ordines recipere; neque istud privilegium esse a Tridentino revocatum, quinimo confirmatum et innovatum post Tridentinum a Gregorio XIV et Clemente VIII, apud Rodrigues. Verum *esto* ita sit : quid proderit istud privilegium, si episcopus cui persuasum est sibi propriam esse hac in re dispensandi facultatem, nolit admittere hanc dispensationem, nec ordines conferre ?

Quantum ad tempus ordinationis : quatuor minores solent conferri feria quarta aut sexta ante sabbatum quatuor temporum. Possunt etiam conferri privatim pro aliquibus, non generaliter pro omnibus, quavis die dominica, aut festo duplici, ex pontificali Romano.

Pro collatione vero sacrorum ordinum, sex sabbata a jure determinantur : scilicet sabbatum ante dominicam secundam quadragesimæ, ante dominicam Passionis, ante festum Paschæ, ante dominicam Trinitatis, ante dominicam quartam Septembris et ante festum Nativitatis, nisi incidat in dominicam; tunc enim est sabbatum præcedens. Qui sine licentia summi pontificis ordinatur extra tempora, incurrit suspensionem; et si ministret in ordine, irregularitatem, ut dixi prius ex bulla Pii V.

Quantum ad regulares, videtur quod illustrissimi episcopi, si ita ipsis placeret, possent tuta conscientia, absque dispensatione pontificia illis conferre ordines sacros extra tempora, diebus dominicis aut festis : ita ferunt eorum privilegia ab Alexandro VI, Eugenio IV et aliis concessa, quæ nec videntur revocata a Tridentino. *Et dato* quod possit prætendi aliqua revocatio, ea post Tridentinum confirmarunt et innovarunt Gregorius XIV et Clemens VIII : ita censent Rodrigues, Barbosa, Portellus, Diana, Philibert, etc., quos citat et sequitur Andræas a Matre Dei, hic tract. 8, c. 4, puncto 5.

Titulus.

Septima dispositio est titulus. Est autem titulus jus perpetuum ad necessaria pro congrua et decenti sustentatione clerici, sive ex beneficio, sive ex patrimonio, sive ex professione religiosa : unde triplex est titulus, nempe beneficii, patrimonii et professionis religiosæ.

Circa hanc dispositionem seu conditionem requisitam, sequentia statuit Trid. sess. 21, cap. 2.

1° Requirit beneficium quod *ad victum honeste sufficiat*, consequenter perpetuum : unde quis illicite ordinaretur titulo beneficii judicio prudentum, aut secundum legem diœcesis, insufficientis, nisi adjuncto patrimonio fiat sufficiens, sicque ex utroque coalescat titulus integer. Pariter ordinaretur illicite titulo vicariæ temporalis : licite autem titulo capellaniæ perpetuæ ; item præstimonii seu pensionis perpetuæ ex aliquo beneficio, si aliunde sufficiant ad victum.

2° Requirit beneficium *pacifice possessum* : unde non sufficit beneficium litigiosum, neque speratum tantum, neque simplex præsentatio, aut nominatio ad beneficium.

3° Prohibet ne ordinatus titulo beneficii ipsum « beneficium resignare possit, » nisi facta mentione quod ad illius bene» ficii titulum sit promotus, neque ea re» signatio admittatur, nisi constito quod » aliunde commode vivere possit, et aliter » facta resignatio, sit nulla. »

4° Declarat titulo patrimonii ordinari non posse « nisi eos quos episcopus judi» caverit assumendos pro necessitate vel » commoditate ecclesiarum suarum. »

Nota, ante duodecimum sæculum neminem ordinari nisi titulo beneficii, et primam mentionem patrimonii haberi in concilio Lateranensi III sub Alexandro III, anno 1179, in quo statuitur quod episcopus qui sine titulo beneficii clericum ordinasset, ei ad vitam necessaria ministrare teneretur, nisi ex bonis patrimonialibus habeat subsidium. Idem Innocentius III, cap. *Cum secundum*, de Præbendis, et cap. *Accepimus*, de Ætate et Qualitate, etc.

5° Vult « patrimonium vel pensionem » vere ab eis obstineri, taliaque esse quæ » eis ad vitam sustentandam satis sint. » *Hinc inferes* eos peccare mortaliter contra Ecclesiæ præceptum, qui ordinantur cum patrimonio ficto, sive sit datum eo animo et pacto ut ordinatus ejus dominium non acquirat, nec eo utatur, sive eo pacto ut ejus dominium saltem apparenter acquirat, sed post ordinationem reddat, sive quia est bonum hypothecatum, sive quia declarantur proventus annui longe pinguiores quam sint, et tanquam sufficientes secundum morem seu taxam diœcesis, cum tamen sint notabiliter insufficientes.

6° « Declarat quod hoc matrimonium et » pensio deinceps sine licentia episcopi » alienari aut extingui, vel remitti nulla» tenus possint, donec beneficium eccle» siasticum sufficiens sint adepti, vel aliun» de habeant unde vivere possint. » Unde non est improbabile quod ista alienatio vel remissio sine licentia episcopi sit invalida, tum ex ipso textu concilii, *nullatenus possunt* ; tum quia episcopus in hoc patrimonium quoddam jus acquisivit, ne teneatur alere ordinatum ; tum quia videtur eadem ratio ac de beneficio.

Sed quæstio est utrum, obtento beneficio, aut alia possessione sufficienti, requiratur adhuc necessario licentia episcopi ad alienandum patrimonium. Quidam negant, et hærendo litteræ non est improbabile ; alii affirmant, quia alias frustra requireretur licentia episcopi : is enim ante obtentionem beneficii aut alterius boni sufficientis, nec vellet nec posset dare licentiam prius patrimonium alienandi : requiritur ergo ejus licentia ut, obtento beneficio vel alio patrimonio sufficienti, prius alienari possit : unde hæc particula *donec* limitat consensum episcopi ad tempus novæ acquisitionis, ita ut sensus sit : Non permit-

tat episcopus alienari patrimonium, donec ipsi constet ordinatum hoc titulo habere aliunde quo vivere possit. Et hoc est probabilius.

7° Denique synodus *antiquorum canonum pœnas super his innovat.*

Pœna ordinantis scienter sine titulo, est obligatio alendi promotum, si aliunde non habeat unde vivat, ex concilio Lateran. et juribus supra citatis. Dixi *scienter;* si enim, adhibita sufficienti diligentia, deceptus fuit episcopus, ad nihil tenetur, neque si patrimonium postea destruatur, neque si extraneum cum dimissoriis ordinaverit; mittentis enim est examinare patrimonium sui subditi. Si vero episcopus sive ordinans, sive mittens, examen patrimonii commiserit vicariis generalibus aut examinatoribus, et ipsi falso testentur veritatem et sufficientiam patrimonii, hi tenentur loco episcopi ad alendum promotum.

Pœna ordinati sine titulo aut cum titulo ficto, juxta cap. *Neminem* concilii Chalcedon. et cap. *Sanctorum* Urbani II, d. 70, est suspensio ab ordinis executione. Sed cum Innocentius III, qui obiit 1216, cap. *Cum secundum,* Extra de Præbendis l. 3, tit. 5, hanc clerici sine titulo ordinati pœnam mutaverit in obligationem impositam episcopo illum alendi, videaturque Tridentinum innovasse tantum canonum pœnas quæ tunc vigebant, non vero revocatas; quidam censent ordinatum sine titulo, aut cum titulo ficto, nullam pœnam nunc incurrere.

Attamen probabilius videtur eum incurrere suspensionem latam per antiquos canones. 1° Quia concilium dicit se *innovare,* quo significat se non tantum pœnas tunc vigentes confirmare, sed etiam revocatas innovare. Insuper dicit *antiquorum canonum*, respiciens potius, ut videtur, ad antiquos canones concilii Chalcedonensis et Urbani II, quam ad recentiores concilii Lateranensis et Innocentii III. 2° Quia si episcopus decipiatur ab ordinato, non tenetur illum alere, sicque nulla erit pœna; quod videtur contrarium concilio innovanti pœnas antiquorum canonum. 3° Quia refertur a Fagnano resolutio sacræ congregationis cardinalium, data 27 Novembris 1610, his verbis : « Sacra congregatio cardinalium censuit clericum qui, adhibito » dolo confictoque titulo, ordinatorem de» cepit, esse ipso jure suspensum carere» que ordinum functione. » Hanc autem suspensionem etiam incurrit qui, etsi consentiente episcopo, ordinatur sine titulo.

Petes 1° utrum qui ordinatur cum vero titulo, sed insufficienti, incurrat suspensionem?

R. probabiliter negative. Quia, cum probabile sit juxta antiquos canones non requiri titulum sufficientem ad sustentationem, sed quemcumque; etiam probabile est quod, qui ordinatur cum titulo tenuiori, licet peccet mortaliter contra præceptum Tridentini, non incurrat tamen suspensionem latam ab antiquis canonibus et a Tridentino innovatam.

Petes 2° utrum qui habet patrimonium cum pacto illud reddendi post ordinationem, incurrat suspensionem?

Videtur quod non; quia tempore ordinationis habet verum titulum, licet postea reddendum.

R. tamen probabilius affirmative. Quia hujusmodi donatio tituli post ordinationem reddendi, videtur in foro conscientiæ nulla; non enim donans intendit vere donare et transferre dominium, sed apparenter tantum, ut decipiatur episcopus; alioquin si vere donaret et transferret dominium, donatarius non posset reddere sine licentia episcopi, qui illam certo non concederet. Equidem in foro exteriori, donanti, eo quod Ecclesiam decipiat, non datur actio in donatarium; sed aliud est in foro conscientiæ.

Petes 3° utrum exercens ordinem in hac suspensione, incurrat irregularitatem?

R. affirmative. Quia effectus violationis cujuscumque suspensionis a functionibus sui ordinis, est irregularitas, cap. *Cum æterni* 1, de Sententia et re judicata l. 2, tit. 14 in 6; cap. *Cum medicinalis* 1, et cap. *Is cui* 20, de Sentent. excommunicat. l. 5, tit. 11 in 6.

Quantum ad regulares, eis sufficere pro titulo professionem solemnem in religione approbata, indicatur can. 6 concilii Chalcedon. ubi reponens eos in eodem loco cum beneficiatis, decernit nullum esse ordinandum, « nisi specialiter in ecclesia ci» vitatis, vel pagi, aut in martyrio (hi tunc » erant tituli beneficiorum), aut in monas» terio, qui ordinandus est, pronuntietur. » Quod deinde variis constitutionibus et usu

perpetuo firmatum est; et merito, cum religiosi ex bonis monasterii, aut ex fidelium eleemosynis, habeant unde vivant.

Dixi, *professionem solemnem*, quia novitii et non professi solemniter, non possunt titulo paupertatis ordinari, ex bulla Pii V *Romanus pontifex sacrorum* 75, in qua et ordinatus suspenditur ab exercitio ordinum, et ordinans a collatione ordinum per annum. Excipe tamen patres Societatis Jesu, qui, ex speciali concessione Gregorii XIII, post simplicem professionem possunt ordinari.

Ordinatio per gradus et non per saltum.

Ordinatio per saltum dicitur, quando quis, omisso ordine inferiori, suscipit superiorem, v. g. si subdiaconus, omisso diaconatu, fiat sacerdos.

Supp. q. 35. a. 5. — Quamvis ordinatio per saltum sit graviter prohibita cap. *Sollicitudo*, d. 25, cap. *Tuæ litteræ*, de Clerico per saltum ordinato, et Trid. sess. 23, cap. 14 de Reform. est tamen valida, cum jura laudata jubeant tantum conferri inferiorem omissum, non iterari superiorem susceptum : et aliunde sunt potestates distinctæ, et una, quantum est de sui ratione, non requirit aliam in eodem subjecto; excipe episcopatum, qui essentialiter supponit ordinem, ut dicemus infra.

Probalius est quod ordinatus per saltum incurrat suspensionem, ex cap. *Tuæ litteræ* citato, et ex Tridentino citato, ubi dicitur : « Cum promotis per saltum, si » non ministraverint, episcopus ex causa » legitima possit dispensare. » Supponit ergo incurrisse suspensionem, in qua indiget dispensari.

Qui vero exercet functiones ordinis quem non suscepit, ipso facto fit irregularis, cap. *Si quis baptizaverit*, de Clerico non ordinato ministrante, Extra. l. 5, tit. 28.

Immunitas ab irregularitate.

Irregularitas est impedimentum canonicum, quo quis redditur directe et primario inhabilis ad ordines licite suscipiendos, consequenter ad eos exercendos. Dixi *licite;* quia irregularis valide ordinatur. Amplior explicatio pertinet ad materiam de censuris.

ARTICULUS IV.

De continentia annexa sacris ordinibus.

Clericos majores astringi recitationi Horarum canonicarum ex universali Ecclesiæ consuetudine vim legis habente, dixi in tract. de Religione dissert. 2, a. 3. Præter hanc obligationem, contrahunt aliam de continentia perpetuo servanda : de qua modo.

Dico 1°. In ecclesia Occidentali omnes clerici majorum ordinum, ab episcopo ad subdiaconum inclusive, tenentur servare continentiam perpetuam, ita ut nec post ordinem susceptum matrimonium contrahere possint, nec matrimonio ante ordinem contracto uti.

Constat ex variis textibus juris, cap. *Presbyteris* d. 27, cap. *Si qui*, Extra. l. 3, tit. 3 et pluribus aliis infra citandis. Unde concilium Trid. sess. 24, can. 9, sic definit : « Si quis dixerit clericos in sacris » ordinibus constitutos... posse matrimo- » nium contrahere contractumque validum » esse, non obstante lege ecclesiastica vel » voto... anathema sit. »

Viguit ista lex ab Ecclesiæ incunabulis, saltem quoad sacerdotes et diaconos, ut constat ex concilio Carthag. secundo anno 390, can. 2, ubi dicitur · « Placuit et con- » decet sacrosanctos antistites et Dei sa- » cerdotes, nec non et levitas, vel qui sa- » cramentis divinis inserviunt, continen- » tes esse in omnibus, ut quod Apostoli » docuerunt et ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. »

Dixi, *saltem quoad sacerdotes et diaconos :* videtur enim quoad subdiaconos non eamdem semper fuisse disciplinam in ecclesia Latina. In altero enim concilio Carthaginensi quinto anno 398, can. 8, legitur : « Placuit episcopos et presbyteros » et diaconos, secundum priora statuta, » etiam ab uxoribus contineri... cæteros » autem clericos ad hoc non cogi, sed se- » cundum uniuscujusque ecclesiæ consue- » tudinem observari debere. » S. Leo invenitur primus qui expresse nominavit subdiaconos, prohibens ipsis ut episcopis, sacerdotibus et diaconis, non solum contrahere matrimonium, sed etiam matrimonio ante subdiaconatum contracto uti. Sic enim habet Epist. 34, nunc 12, cap. 4 :

« Nec subdiaconis connubium carnale con-» ceditur, ut et qui habent sint tanquam » non habentes, et qui non habent perma-» neant singulares. Quod si in hoc ordine » qui quartus a capite est, dignum est » custodiri, quanto magis in primo, aut » secundo, vel tertio servandum est! »

Neque tamen tunc ubique obtinuit hoc decretum, siquidem post sæculum integrum, tempore S. Gregorii, subdiaconi in Sicilia adhuc uterentur matrimonio prius contracto. Et anno 721, in concilio Romano sub Gregorio II, can. 1, 2 et 3, et in altero concilio Romano sub Zacharia, anno 743, fit mentio continentiæ presbyterorum et diaconorum, nulla subdiaconorum. Undecimo tantum sæculo, videtur ubique recepta lex de continentia subdiaconorum : unde Leo IX, qui obiit anno 1054, contra Epistolam Nicetæ abbatis : « Omnino, inquit, confitemur non licere » episcopo, presbytero, diacono, subdia-» cono propriam uxorem causa religionis » abjicere a cura sua, scilicet, ut ei victum » et vestitum largiatur, non ut cum illa ex » more carnaliter jaceat... nec sit deinceps » inter eos carnale conjugium. » Refertur cap. *Omnino* d. 31; in concilio Melfensi anno 1089, sub Urbano II, can. 12, sic decernitur : « Eos qui in subdiaconatu » uxoribus vacare voluerint, ab omni sacro » ordine removemus, officio atque bene-» ficio Ecclesiæ carere decernimus. » Mirum videri non debet tardius hanc legem viguisse pro subdiaconis; siquidem subdiaconatus non semper annumeratus fuerit inter sacros ordines.

Dixi, *in ecclesia Occidentali;* quia apud Græcos, quamvis semper fuerit prohibitum saltem presbyteris et episcopis, et etiam nunc sit prohibitum diaconis contrahere matrimonium post ordinem susceptum, attamen a tempore concilii Trullani, seu Quini-Sexti, presbyteri, diaconi et subdiaconi, non episcopi, utuntur matrimonio prius contracto, idque tolerat Ecclesia pro bono pacis.

Ibid. et 2. 2. q. 88. a. 1. 1. — *Dico* 2°. Continentia annexa est ordini sacro, non jure naturali aut divino, sed ecclesiastico.

Hic ibid. — Non jure naturæ; quia, licet congruum sit ut qui sacra sacramenta tractant, munditiam corporalem per continentiam servent, id tamen per se necessario non exigit ordo, quia per illum homo non traditur Deo ad vivendum caste, sicut per religiosam professionem, sed tantum ad sacrum ministerium exercendum, cui essentialiter non repugnat matrimonium, ut patet ex se et in levitis, imo et summis sacerdotibus antiquæ legis qui uxores ducebant.

Non jure divino; quia neque in S. Scriptura, neque in traditione est assignabile, *ut patebit ex sol. object.*

Confirmatur utraque pars. Apud Græcos, clerici majores, exceptis episcopis, licite utuntur matrimonio, ante ordinationem contracto, cap. *Aliter* d. 23, ex Stephano papa, et cap. *Cum olim*, de Clericis conjugatis, Extra. l. 3, tit. 3, ex Innocentio III; item ex concilio Florentino et aliis in quibus, cum ageretur de unione utriusque Ecclesiæ, Latini adversus hanc Græcorum disciplinam non sunt conquesti : atqui si continentia esset annexa ordini sacro, jure naturæ aut divino, clerici majores apud Græcos non uterentur licite matrimonio, etiam accedente dispensatione Ecclesiæ, quippe quæ dispensare non potest in jure naturæ aut divino : ergo.

Dico 3°. Rationabiliter atque convenienter Ecclesia annexuit ordini sacro continentiam.

Est contra novatores qui legem hanc velut injustam, tyrannicam, verbo Dei ac ipsi naturæ contrariam traducunt.

Prob. 1° ex Apost. 1 Cor. 7, ubi vult conjugatos abstinere ad tempus ab usu conjugii, ut vacent orationi : atqui sacrorum ministrorum officium est pro populo semper orare et ministeria sacra peragere : ergo congrue admodum interdicuntur usu conjugii.

2° Idem Apost. 2 Timoth. 2, vult ipsum, ut bonum militem Christi, non implicari negotiis sæcularibus : atqui nihil magis implicat negotiis sæcularibus quam officium conjugale et curæ matrimoniales : ergo.

3° Sacerdotes in antiqua lege tempore vicis suæ ab uxoribus abstinebant. Ergo rationabiliter Ecclesia exigit ut sacerdotes et sacri ministri novæ legis, qui quotidiani et longe dignioris ministerii necessitatibus occupantur, ab uxoribus abstineant. Ita Innocentius I, Epist. 9 ad Victricium Rothomagensem.

4° Si sacri ministri non secus ac sæculares uxoribus uterentur, 1° minus honorarentur a populo; 2° minus expediti essent ad faciendas eleemosynas; 3° proventus ecclesiastici passim applicarentur usibus profanis, et beneficia ecclesiastica ad filios quasi hæreditario jure transmitterentur; sin minus Ecclesia teneretur eos alere. Ergo.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° *contra secundam conclusionem.* Ordini sacro annexum est votum solemne castitatis : atqui hac ratione professio religiosa ex natura rei dirimit matrimonium : ergo.

R. N. ant. si intelligatur de voto stricte solemni. Etenim votum proprie solemne castitatis dicit traditionem personæ voventis ad continentiam servandam : ordinatio autem sacra ex se non dicit traditionem ordinati ad continentiam, sed ad sacrum ministerium, de cujus essentia non est cœlibatus, sicut est de essentia religionis; religio enim essentialiter constituitur ex tribus votis : si quod ergo votum castitatis nunc includat ordinatio sacra, id fit juxta dispositionem Ecclesiæ, nec est votum solemne sed simplex; vocatur quidem solemne a Bonifacio VIII, tit. de Voto et voti redemptione in 6, non quia sit stricte tale, sed quia solemnizatur per solemnem consecrationem, seu sacram ordinationem, secundum quam habet quod dirimat matrimonium sicut votum solemne religionis : unde dici potest et debet solemnizatum et non solemne.

Inst. Sacris ordinibus initiati, sunt Deo sacri seclusa omni lege ecclesiastica et voto : atqui contra naturam est quod res Deo sacra convertatur ad usus profanos, sicut, v. g. quod calix deserviat potui communi : ergo.

R. D. maj. Sacris ordinibus initiati, sunt Deo sacri secundum quid, *C.* simpliciter, *N.* non enim sunt Deo sacri ad paupertatem, continentiam, etc. servandam, ut religiosus, sed ad sacrum duntaxat ministerium, cui licet de congruo, non tamen essentialiter contrariatur matrimonium : unde, *D. min.* Contra naturam est quod res Deo sacra convertatur ad usus profanos essentialiter suæ sacrationi contrarios, *transeat min.* non essentialiter contrarios, *N.*

Obj. 2° *contra eamdem.* Apost. Tit. 1 : *Oportet episcopum continentem esse.* Euseb. Cæsar. lib. 1 de Demonstrat. Evang. cap. 9, dicit, *secundum leges novi Testamenti, debere sacris initiatos ab uxoribus abstinere.* Siricius papa supra citatus, docet Christum voluisse Ecclesiam suam splendore castitatis radiare. Ergo cœlibatus est de jure divino annexus ordini sacro.

R. his testimoniis nihil aliud evinci quam quod cœlibatus ministrorum Ecclesiæ sit ex institutione et præcepto Apostolorum, conformiter intentioni et beneplacito Christi, non tamen secundum ejus institutionem, ut dicant verba subsequentia Syricii : *Sicut per Apostolum suum instituit.*

Inst. 1°. Sacerdotes et levitæ veteris Testamenti jure divino tenebantur abstinere ab usu conjugii tempore suæ vicis : ergo sacerdotes et levitæ novi Testamenti *a fortiori* toto vitæ tempore, quia sunt semper vices eorum in sacro ministerio quod est longe excellentius veteri.

R. N. conseq. Quia pluribus locis veteris Testamenti id erat præceptum a Deo sacerdotibus suis; in nullo autem novi Testamenti id præcipitur nostris, nisi per Apostolos et Ecclesiam.

Repones. Illud præceptum in veteri Testamento, erat morale, adeoque non cessavit in novo. *R. D. ant.* Erat morale secundum congruentiam et condecentiam, *C.* secundum necessitatem absolutam, *N.*

Obj. 3° *contra tertiam conclusionem cum hæreticis.* Ecclesia non potuit præcipere cœlibatum suis ministris. Ergo. *Prob. ant.* 1° Quia Apostolus 1 Timoth. 3, dicit : *Oportet episcopum esse unius uxoris virum.* 2° Heb. 13, jubet esse honorabile connubium, non solum in aliquibus, sed in omnibus. 3° Sextus canon Apostolorum habet, ut *Episcopus aut presbyter nequaquam sub obtentu religionis uxorem abjiciat.* 4° Quia 1 Timoth. 4, Apostolus damnat eos qui venturi erant prohibentes nuptias. 5° Matrimonium est jure naturæ a Deo præceptum, Genes. 1 : *Crescite et multiplicamini;* aut saltem Deus illud reliquit omnibus liberum. Ergo Ecclesia non potuit illud aliquibus prohibere.

R. N. ant. Ad primam probationem, dico sensum Apostoli non esse, quod episcopus post ordinationem suam accipiat

uxorem, sed quod non eligatur in episcopum nisi is qui nec habeat nec ante suam ordinationem habuerit plusquam unam uxorem, ut per hoc excluderet bigamos : qui sensus patet ex hoc quod cap. 5 ejusdem Epistolæ velit viduam eligi in diaconissam, quæ *fuerit unius viri uxor*, id est, quæ non habuerit plures maritos quam unum; implicat enim quod vidua habeat actu virum.

Ad secundam. Sermo Apostoli dirigitur ad conjugatos, hoc sensu scilicet : in omnibus legitime conjunctis honorabile sit connubium, cubile immaculatum, stupris aut adulteriis non dehonestatum; vel, ut alii intelligunt : sit honorabile connubium in omnibus, hoc est, ex omni parte, tam scilicet ex parte sacramenti quam ex parte fidei et prolis, quæ sunt tria bona matrimonii : alterutrum autem sensum esse legitimum *patet* ex eo quod immediate subjungat, *Fornicatores enim et adulteros judicabit Deus.*

Ad tertiam. Eo canone significatur conjugatos qui assumuntur ad clerum, non posse abjicere uxores suas quoad curam victus : sic intellexit S. Leo Epist. 92, cap. 3, et Leo IX in prima conclusione laudatus.

Ad quartam. Apostolus prædicit venturos qui damnaturi erant nuptias ut per se malas, quales fuerunt Tatianus, Marcionitæ et Manichæi; quod non facit Ecclesia.

Ad quintam. Matrimonium est de jure naturæ permissive, non præceptive, respectu saltem cujuslibet particularis, ut dicemus dum de Matrimonio : præceptum autem divinum obligavit singulos eo tempore quo paucitas hominum exigebat ut quilibet generationi vacaret, quæ ratio nunc non urget. Ad id quod additur de libertate matrimonii, *negatur consequentia*, seu *D.* Ergo Ecclesia non potuit prohibere absolute, *transeat;* posita certa conditione libera, *N.* Omnibus enim liberum relinquit nubere absolute; sed si velint sponte ordinari, exigit continentiam; sicut liberum Deus reliquit omnibus esse negotiatorem : quod tamen Ecclesia juste prohibet quibusdam, puta sacerdotibus.

Obj. 3°. Apostoli post resurrectionem Christi habuerunt uxores, *ut patet* ex 1 Cor 9, ubi Apostolus dicit : *Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi ut cæteri Apostoli, et fratres Domini, et Cephas?* Item concilium Ancyranum (*Angouri*) in Galatia, anno 314, can. 9, relato cap. *Diaconi*, dist. 28, sic habet : « Diaconi quicumque » ordinantur, si in ipsa ordinatione pro- » testati sunt et dixerint velle se conjugio » copulari, quia sic manere non possunt : » hi si postmodum uxores duxerint, in » ministerio maneant, propterea quod eis » episcopus licentiam dederit. Quicum- » que sane tacuerint et susceperint manus » impositionem, professi continentiam, et » postea nuptiis obligati sunt, a ministerio » cessare debebunt. » Item concilium generale Nicænum, cum vellet statuere ne clerici majorum ordinum uterentur uxoribus prius ductis, Paphnutius confessor dissuasit, eique acquieverunt cæteri. Ita referunt Socrates l. 1, c. 8; Sozomenus l. 1, c. 22; Nicephorus l. 8, c. 19. Ergo.

R. 1° ex his nihil sequi contra nos. *Esto* enim quod nec Apostoli nec clerici priorum sæculorum servaverint continentiam, id probat tantum quod lex continentiæ non esset tunc imposita clericis; sed non probat quod postea non fuerit juste imposita, quod unum asserimus. Cum enim sit res disciplinæ, potest esse diversa in diversis temporibus, poteratque primitus Ecclesia propter penuriam ministrorum ipsis permittere usum conjugii, quibus postea multiplicatis juste denegavit.

Insuper ex abundantia, ad singula R. Ad primum. De nullo quam de Petro, Matth. 8, constat habuisse uxores; sed etsi habuerint, constat etiam eos illas reliquisse ex illo Matth. 19 : *Ecce nos reliquimus omnia*, etc. Quod autem inter illa omnia comprehendatur uxor, quoad thorum conjugalem, *patet* ex responsione subjuncta Christi, interpretantis quid sit relinquere omnia : *Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem*, etc. Ad locum Apostoli, dicendum quod loquebatur de piis mulieribus quæ quibusdam Apostolis erant comites, ut necessaria vitæ ministrarent. Nec obstat contraria explicatio Clementis Alexandrini apud Euseb. 3 lib. Hist. cap. 24; non enim ipse solus debet præponderare Tertulliano, S. Hieronymo, S. Augustino, etc. licet etiam ipse Clemens intelligat de uxoribus, quas tamen haberent ut sorores.

Ad secundum, dici potest temporariam fuisse hanc dispensationem a lege communi, factam ab episcopo ad protestationem diaconi, ut innuit textus, *propterea quod eis episcopus licentiam dederit* : unde nullum similem canonem legere est in Orientalibus synodis sex priorum sæculorum. Dubitant autem quidam an recte egerint episcopi hujus synodi sic dispensando, nisi forte propter penuriam ministrorum.

Ad tertium. 1° Baroniuz cum multis aliis rejiciunt historiam Socratis, Sozomeni et Nicephori, ut adulterinam in hac parte ; quia neque Theodoretus, neque Rufinus, de Paphnutio loquentes, neque ullus scriptor qui ante tres nominatos de rebus in concilio peractis scripserant, hujus historiæ meminerunt. 2° Supposita veritate hujus historiæ, Patres concilii cum Paphnutio nihil aliud voluerunt, quam quod pœnis non animadverteretur contra clericos qui non abstinebant a conjugibus, dissimulantes malum, quod propter incontinentiam clericorum, quæ tunc serpebat, immedicabile judicabant, ne forte absolute resecando ipsum exasperarent. Ita Domin. Soto in 4, d. 38, q. 1, a. 2. Quod autem Socrates addit ex Paphnutio, *antiquam Ecclesiæ traditionem hoc tantum præcepisse, ut sacris initiati, a nuptiis ineundis abstinerent*, rem locutus est de suo, non quæ fuerit unquam in ore Paphnutii ; aut saltem quoad hoc ipsi opponuntur SS. Epiphanius et Hieronymus.

S. Epiphanius Hæresi 59, sic habet : « Ecclesia adhuc viventem, et liberos gignentem, unius uxoris virum non suscipit, » sed eum qui se ab una continuit, aut in » viduitate vixit, diaconum, presbyterum et » episcopum, et hypodiaconum, maxime » ubi sinceri sunt canones ecclesiastici. At » dices mihi, in quibusdam locis adhuc » liberos gignere, et presbyteros, et dia» conos. At non est juxta canonem, sed » juxta hominum mentem, quæ per tem» pus elanguit. »

S. Hieronymus adversus Vigilantium cap. 1 : « Quid facient, inquit, Orientis » ecclesiæ, Ægypti, et Sedis apostolicæ, » quæ aut virgines clericos accipiunt, aut » continentes, aut si uxores habuerint, ma» riti esse desistunt ? » quoad usum scilicet.

Hæc dicta sint in gratiam eorum qui tenent legem continentiæ pro clericis majoribus, tam Græcis quam Latinis fuisse communem in Ecclesia ab ejus exordio, quamvis ab aliquibus violaretur aut forte aliquando in ea dispensaretur, ut contingit quotidie in legibus ecclesiasticis. Iterum de hac materia, dum de impedimentis matrimonii.

ARTICULUS V.

Variæ quæstiunculæ circa præcedentem materiam resolvuntur.

Petes 1° utrum clerici majores in ecclesia Latina obligentur ad continentiam immediate ex præcepto Ecclesiæ, an mediante voto quod emittunt ?

R. probabilius obligari ex voto. *Patet* ex jure. Greg. l. 1, Epist. 42, refertur cap. 1, d. 20, dicit : Nullum facere diaco» num præsumant episcopi, nisi qui se vic» turum caste promiserit. » Eamdem dist. cap. *Diaconi*, ex concilio Ancyrano : « Quicumque sane tacuerunt, et suscepe» runt manus impositionem, professi con» tinentiam, etc. » Et cap. *Cum olim*, de Clericis conjugatis : « Nos igitur attenden» tes quod Orientalis ecclesia votum con» tinentiæ non admisit. » Similiter plura alia concilia et communiter theologi.

Respondet Franciscus Henno cum quibusdam aliis, jura et theologos sumere votum similitudinarie pro lege obligante ad continentiam, quia clerici se illi voluntarie subjiciunt, sicut qui voluntarie emittunt votum.

Sed contra. 1° In aliis Ecclesiæ præceptis lex nunquam exprimitur nomine voti, quamvis votum quandoque exprimatur nomine legis, quia lex illud præcipit. 2° Quomodo S. Thomas, theologorum princeps, et ad cujus principia accommodavit suam theologiam laudatus scriptor, sumeret votum similitudinarie pro simplici lege obligante ad continentiam, cum infra q. 53, a. 3, expresse distinguat inter legem et votum, et dicat, quod Græci obligentur tantum ratione ordinis, seu legis ordini annexæ ; Latini vero obligentur ratione voti, quod est sacris ordinibus annexum ? et addit « quod hoc votum si quis verbo » tenus non emittat, ex hoc ipso tamen » quod ordinem suscipit secundum ritum » Occidentalis ecclesiæ, intelligitur emi» sisse. » Et inde infert, quod ordo sacer

impediat apud Orientales matrimonium contrahendum, sed non matrimonii prius contracti usum; e contra apud Occidentales impediat et matrimonium contrahendum, et matrimonii antea contracti usum. 3° Si clerici sola lege ecclesiastica, et non voto, tenerentur servare continentiam, posset nunc summus pontifex absque ulla causa, valide si non licite absolvere omnes clericos præsentes ab illa lege, ita ut omnes subdiaconi, diaconi, sacerdotes et episcopi possent nubere; nulla enim ratio requiritur in legislatore ad dispensandum valide in sua lege : quod sane foret magnum inconveniens, nec, ut puto, admissum ab adversariis. Non posset autem si teneantur voto; quia ad valide dispensandum in voto, requiritur legitima causa.

Petes 2° utrum qui susciperet sacrum ordinem ante usum rationis, aut post ex gravi metu injuste incusso, teneretur ad continentiam?

R. negative. Quia votum debet esse ex proprio consensu, cujus est incapax infans; et factum ex gravi metu injuste incusso est irritum : deberet tamen abstinere a functionibus ordinis, si vellet uti matrimonio.

Petes 3° utrum qui ignoraret votum continentiæ esse annexum ordini sacro, ad illam servandam teneretur?

R. affirmative ratione voti impliciti; quia qui vult aliquod officium, implicite vult ea quæ sunt illi annexa.

Petes 4° quid si suscipiens ordinem expresse nollet vovere?

R. Videtur quod non teneretur voto, quod esse non potest sine consensu saltem implicito, qui hic excluditur per voluntatem expresse contrariam; neque, ut videtur, lege ecclesiastica, quia non datur lex apud Latinos immediate de observanda castitate, sed de emittendo voto castitatis : teneretur autem vi istius legis statim emittere votum, et quandiu differret tandiu peccaret, essetque inhabilis vi istius legis ad contrahendum matrimonium.

Petes 5° quo se recipere debent uxores clericorum post ordinationem continentium?

R. Prioribus sæculis habitabant in propriis ædibus maritorum, tanquam sorores, cubiculo tamen semotæ. Can. 12 concilii Trull. id prohibitum fuit episcopis. Apud Latinos vero propter varios clericorum conjugatorum lapsus, cautum est ut eorum uxores in monasteriis recluderentur.

Petes 6° utrum clerici minorum ordinum aliquando fuerint obstricti lege continentiæ?

R. novem prioribus sæculis ab ea lege fuisse immunes : at sæculo decimo et undecimo, in quibusdam conciliis provincialibus Augustano anno 952, Tolosano anno 1056 et aliis fuerunt astricti; sed sequentibus sæculis eæ sanctiones aboleverunt, nec ulla amplius in conciliis de illis facta est mentio, sed tantum de majoribus clericis.

Quærit S. Thomas hic q. 53 de effectu sacramenti ordinis : sed ex dissertat. 3 et 4 de Sacramentis in genere, et ex dictis hinc et inde in præsenti tractatu, constat esse duplicem, scilicet gratiam, qui est effectus communis omnibus sacramentis, et characterem.

DIGRESSIO I HISTORICA.

DE EPISCOPABUS, PRESBYTERABUS, DIACONISSIS ET SUBDIACONISSIS.

Ad § 1 *a.* 3 *præced. dissertat.*

PER QUÆSTIUNCULAS.

Petes 1° quæ fuerint olim episcopæ, presbyteræ, diaconissæ et subdiaconissæ, de quibus apud veteres est frequens mentio?

R. Vario sensu sic dictas fuisse.

1° Sic dictæ sunt quæ erant uxores eorum qui assumebantur ad episcopatum, ad presbyteratum, ad diaconatum et subdiaconatum. Ita vocantur in concilio Turon. II, anno 567, can. 13; in concilio Antissiodorensi anno 578, can. 21; apud S. Greg. l. 4 Dialog. cap. 11; in concilio Romano, anno 721, cap. 1. Hæ autem tenebantur se recipere in monasterium, ut jam dixi, et ibi profiteri; aut si manerent in sæculo, vovere castitatem. Ita concilium Antissiod. cit. Romanum et plura alia.

2° Presbyteræ quandoque dicebantur *viduæ seniores;* presbyter enim est senior. Ita concilium Laodicense, relatum cap. *Mulieres*, dist. 32, et D. Th. hic q. 39, a. 1 o.

3° Diaconissæ præsertim, de quibus est frequentior mentio, dicebantur quæ ad certa munia ecclesiastica alicujus ordinis functionibus affinia deputabantur, *ut patebit ex petitione sequenti :* unde.

Petes 2° quæ erant diaconissarum ministeria?

R. Primum erat subservire episcopo, vel presbytero baptizanti mulieres, ut modeste nudarentur et caute operirentur, ne paterent aspectui baptizantis : ex l. 8 Constit. Apostol. c. 28, et S. Epiphanio, Hæresi 79.

Secundum, aperire et claudere januam ecclesiæ per quam mulieres intrabant ecclesiam : Constit. Apost. ibid.

Tertium, comitari mulieres quæ diaconum vel episcopum adibant; nulli enim mulieri sine diaconissa ad eos accedere licebat : ibid. l. 2. cap. 26.

Quartum, rudibus mulieribus rudimenta fidei et ritus baptismi exponere : ex concil. Carthag. 4, can. 12.

Quintum, mitti ad christianas mulieres consolandi vel sublevandi gratia : Constit. Apostol. l. 3, cap. 15.

Sextum, habere curam pauperum viduarum : ex Apost. Rom. 16. Quædam alia referuntur; sed hæc sunt præcipua.

Petes 3° quæ mulieres assumebantur ad munus diaconissæ?

R. Assumebantur viduæ probatæ, unius viri, et virgines, et Constit. Apost. l. 6, cap. 17; viduæ sexagenariæ, ex Apost. 1 Timoth. 5; et virgines quadragenariæ, ex concilio Chalcedonensi can. 15, quia majus est periculum in junioribus viduis matrimonium expertis quam in virginibus inexpertis. Frequentibus viduæ quam virgines, quia illæ erant magis aptæ pluribus muniis diaconissarum quam istæ.

Petes 4° an aliquo ritu diaconissæ consecrarentur?

R. affirmative; qui tamen ritus non erat ordinatio propria et sacramentalis.

Prob. prima pars 1° ex Const. Apost. l. 8, cap. 19 et 20, ubi præscribitur forma ordinandi diaconissas cum impositione manuum episcopi, præsentibus presbyteris, diaconis et diaconissis, et cum oratione; 2° ex concilio Chalcedonensi can. 15, ubi fit mentio impositionis manuum in ordinatione diaconissæ; 3° ex ordine Romano, edito in Bibliotheca Patrum. tom. 13, pag. 756, ubi legitur ritus ordinandi diaconissam inter missarum solemnia post graduale, cui, consecratione peracta, « ponat episcopus orarium in collo ejus, dicens : *Stola jucunditatis induat te Dominus*, ipsa autem imponat velamen capiti suo, palam omnibus de altari acceptum; » 3° ex eucologiis Græcorum, in quibus etiam referuntur certi ritus consecrandi diaconissas.

Secunda pars constat 1° ex concilio Laodic. can. 11, ubi vetatur mulieres *in ecclesia tanquam ordinatas constitui*, ex concilio Epaunensi anno 517, can. 21, et concilio Arelat. II, can. 17; 2° ex hoc quod nunquam diaconissæ *ad sacerdotii functionem, aut ullam hujusmodi administrationem*, admissæ sint, inquit S. Epiphanius, Hæresi 79, sicut diaconi admittuntur; 3° quia, ut probavimus, sexus fœmineus est incapax ordinationis sacramentalis.

Quando ergo veteres vocant quandoque hunc ritum *ordinem* seu *ordinationem*, sumunt ordinem vel ordinationem improprie pro cæremonia ecclesiastica seu benedictione qua diaconissæ ad ecclesiastica ministeria deputabantur. Nec obstat quod eucologia Græcorum referant ea peragi in ordinatione diaconissæ quæ peragi solent in ordinatione diaconi : *esto* : deest capacitas ex parte subjecti, et intentio ex parte ministri.

DIGRESSIO II HISTORICA.

DE FABULA PAPISSÆ.

Ad eumdem § 1, *à* 3.

Hanc fabulam primus invexit Marianus Scotus; en ejus verba in Chronico, ad annos Christi 853 et 854, si tamen non sint adulterata : « Leo papa obiit Kalendis Augusti : huic successit Joanna mulier annis duobus, mensibus quinque, diebus quatuor. » Quam solidissime confutarunt Baronius, Bellarminus, Florimundus, Remundus, Onuphrius Panvinius, et alii plures; etiam ex hæreticis, Blondellus, minister Calvinianus; recenter et fusissime noster P. Le Quien, in opere cui titulus : *Oriens christianus* tom. 3, p. 381 et sequentibus; sufficienter et bene noster Natalis Alexander in Hist. Ecclesiastica sæc. nono, dissert. 3, cui nonnulla ex dicendis accepta referimus.

Dico. Aperta et putida est fabula mulierem, nomine Joannam, ad summum pontificatum evectam fuisse inter Leonem IV et Benedictum III.

Nota Marianum Scotum, primum hujus fabulæ auctorem, obiisse anno 1086; ideoque ipsum floruisse plusquam ducentis annis post Leonem IV et Benedictum III : nos autem contra ipsum non nisi testi-

monia scriptorum utrique pontifici coævorum aut supparium proferemus.

Prob. 1°. Leoni IV, mortuo 17 Julii anno 855, statim et immediate successit Benedictus III. Ergo aperte fabulosum est inter eos sedisse mulierem duobus annis quinque mensibus et quatuor diebus.

Prob. ant. multipliciter. 1° ex Adone Viennensi, scriptore coævo, in Chronico ad annum 855. « Pontifex Romanus Gre» gorius moritur, inquit, atque ejus loco » Sergius ordinatur. Illo defuncto Leo suc» cedit, quo *obeunte* Benedictus in Sede » apostolica substituitur, jam tunc defunc» to Lothario imperatore. »

2° Ex Anastasio Bibliothecario item coævo, in Vita Benedicti III. « Leo quidem » ubi hac luce subtractus præsul occubuit, » *mox* omnis clerus istius Romanæ pro» tectæ Sedis universique proceres.... uno » consensu unoque cognomine Benedic» tum.... promulgaverunt eligere. »

Item ex eodem Anastasio, in Historia schismatis orti contra electionem Benedicti artibus Arsenii episcopi Eugubini, in qua scribit, Anastasio pseudo-pontifice per legatos imperatoris pulso, Benedictum, ipsis præsentibus, fuisse consecratum pontificem 28 Septembris anno 855; cum electus fuisset prima Augusti, statim a morte Leonis qui obierat eodem anno 17 Julii, et per schisma Anastasii ejus consecratio impedita fuisset.

3° Ex Lupo abbate Ferrariensi etiam coætaneo, qui, Epist. 103 ad Benedictum data, gratulatur ipsi ob ejus exaltationem et virtutum paritatem cum suo prædecessore Leone, testaturque se hanc Epistolam scripsisse statim ac accepit Leonis obitum et ipsius scilicet Benedicti creationem.

4° Ex Annalibus Bertinianis ad annum 855. « Mense Augusto Leo apostolicæ » Sedis antistes defunctus est, eique Be» nedictus succedit. »

5° Ex Hincmaro Rhemensi, Epist. 26, in qua scribit quod nuntii quos Romam direxerat, acceperint in via mortem Leonis papæ; pervenientes autem Romam obtinuerint privilegium quod petebat, *a domino nomine et re Benedicto.* Ergo Benedictus immediate Leoni successit, et non post duos annos et quinque menses, nisi ridicule fingas istos nuntios tres ferme annos in itinere insumpsisse.

6° Ex diplomate quod ipse Benedictus ad episcopos Galliæ direxit pro privilegiis abbatiæ Corbeiensis, *mense Octobri, imperante Lothario et Ludovico ejus filio:* obiit autem Lotharius 28 Septembris anno 855, duobus mensibus post Leonem IV, ut expresse testantur Ado citatus, Annales Bertiniani citati et Regino Prumiensis abbas, in Chronico ad annum 855. Equidem tempore dati diplomatis jam obierat Lotharius; obiit enim 28 Septembris, vel nocte præcedente, et Benedictus prima Augusti electus, consecratus tantum fuit 28 aut 29 Septembris ejusdem anni; sed nondum tunc Romam pervenerat nuntius de morte Lotharii.

7° Ex Photio qui, lib. de Spiritus sancti processione adversus Latinos, Benedictum immediate subjungit Leoni. Similiter Metrophanes Smyrnæus, alter Romanæ ecclesiæ hostis. Porro si mulier tunc temporis sedisset in Romana sede, id procul dubio non siluissent hostes ejus infensissimi, idque ei exprobrassent, sicut postea Leo IX, Epistola ad Michaëlem, episcopum Constantinop. cap. 23, exprobravit Græcis mulierem in sedem Constantinopolitanam irrepsisse, quod certe non ausus fuisset Leo objicere Græcis si tale quid accidisset Romanis. Plura alia in probationem ejusdem *ant.* omittimus; quia quibus hæc non sufficiunt, plura non proderunt.

Prob. 2° *conclusio.* Hæc narratio habet omnes characteres ineptissimæ fabulæ. 1° Nullo coævorum auctorum testimonio fulcitur, sed a recentiore, scilicet Mariano Scoto, post ducentos et amplius annos primum vulgata est.

2° Progressu temporis crevit adjunctis semper novis circumstantiis. Imprimis enim Marianus Scotus simpliciter dixit Leoni IV fœminam successisse duobus annis et quinque mensibus. Martinus autem Polonus, seu verius ejus interpolatores, post annos 185 a Mariano, et 420 ab electione Benedicti, commentum simplex variis figmentis ornaverunt, scribentes fœminam illam vocatam fuisse Joannam Anglicam, in Moguntia oriundam, in solemni supplicatione peperisse inter templum S. Clementis et Colisæum, atque in hujus facinoris execrationem, supplicationes publicas ab hac via deinceps declinasse. Postea Theodoricus Niemius, circa

annum 1413, addidit statuam in ejus eventus memoriam erectam fuisse. Platina deinde circa annum 1481, sedem perforatam seu stercorariam retulit, in qua sexus novi pontificis exploraretur ab ultimo diacono. Alii, post alios centum annos, addiderunt hanc papissam non solum fuisse meretricem, sed etiam præstigiatricem; alii tandem, ipsam coronasse Ludovicum secundum imperatorem: sic fabulæ crescunt eundo.

3° Scatet contradictionibus et ineptiis quæ illam destruunt. 1° Dicit istam Joannam fuisse Anglicam ex Moguntia oriundam, cum Moguntia sit in Germania et non in Anglia. Ut autem hanc contradictionem salvent fabulæ scriptores, inter se pugnant: quidam dicunt natam in Anglia sed ex parentibus Moguntiacis; Platina e contra fuisse natam Moguntiæ, sed ex parentibus Anglis; Magdeburgenses, neque natam neque oriundam ex Anglia, sed ibi educatam. 2° Dicit operam dedisse litteris Athenis, cum constet ex Synesio, qui vivebat paulo post tempora S. Basilii, Epistola 33 ad fratrem suum, jam tunc non superesse Athenis nisi locorum Academiæ nomina: « Athenæ, inquit, quondam civitas fuit sapientum domicilium: nunc » eam mellatores celebrant. » Et ex Cedreno et Zonora, in vita Michaëlis et Theodoræ imperatorum, habeamus quod illic sint restituta tantum studia a Barda Cæsare sub finem imperii Michaëlis, qui contigit sub Nicolao I, Benedicti III successore, consequenter post mortem papissæ fabulosæ. 3° Dicit Joannam, postquam biennium Romæ legisset, et vita atque scientia magnæ opinionis esset, in papam concorditer fuisse electam: at incredibile est quod fœmina ignota, incertæ originis et patriæ, sine ullo ordine et testimonio ante actæ vitæ, sic facta fuerit pontifex, præsertim cum a S. Petro usque ad Formosum, qui fuit electus anno 890, nullus fuerit creatus pontifex qui in ecclesia Romana non esset educatus et per omnium ordinum gradus ad diaconatum saltem non pervenisset. 4° Dicit ab amasio impræg-natam, in supplicatione publica peperisse: at quis credat eam quæ juvenis habuerat amasium sine partu, pontificem factam et jam senem peperisse? Quis credat mulierem novem mensibus gravidam, nulli ex suis familiaribus, medicis, aulicis innotuisse, aut ipsam aperto se prodendi periculo voluisse se exponere? 5° Dicunt Magdeburgenses peperisse cum ex Vaticano vellet invisere ecclesiam Lateranensem. At certum est, teste Onuphrio in lib. de Septem Ecclesiis, Romanos pontifices usque ad tempora Bonifacii IX, id est, usque ad annum 1390, non habitasse in Vaticano, sed in Lateranensi palatio. Quomodo ergo si in Laterano habitabat, volebat ex Vaticano invisere Lateranum?

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° testimonium Mariani Scoti de quo supra.

2° Testimonium Sigeberti in Chronico ad annum 854, ubi hæc habet: « Fama est » hunc Joannem fœminam fuisse et uni » soli familiari tantum cognitam, qui eam » complexus est, et gravida facta peperit » papa existens: eam inter pontifices non » numerant quidam. » Florebat autem Sigebertus ineunte duodecimo sæculo.

3° Testimonium Martini Poloni, ordinis Prædicatorum, Nicolai III pœnitentiarii, qui latius factum exposuit, *ut patebit ex sequenti testimonio.*

4° Testimonium S. Antonini p. 2 Chronicorum tit. 16, cap. 1, § 6, ubi hanc de Papissa narrationem ex Martino Polono sic exscribit: « Post hunc Leonem Martinus » in Chronica sua posuit Joannem natione » Anglicum. Qui sedit anno Domini 850 » in cathedra Petri annis duobus mensibus » tribus diebus sex. Quo mortuo, cessavit » papatus mense uno. Hic, inquit Martinus, ut asseritur, fœmina fuit, et in puellari ætate a quodam suo amasio in habitu » virili Athenas adducta, sic in diversis » scientiis profecit, ut nullus sibi par inveniretur, adeo ut post Romæ in triviis » legens magnos magistros, discipulos et » auditores haberet. Et cum in urbe in » scientia et vita magnæ opinionis esset, » in papam concorditer eligitur post Leonem. Sed in papatu per suum familiarem » impræg-natur; verum, tempus partus ignorans, cum de S. Petro in Lateranum » tenderet, angustiata in partu inter ecclesiam S. Clementis et Colisæum peperit » in via. Et in partu mortua, ibidem se-

» pulta dicitur. Et quia papa eamdem viam » semper obliquat cum Lateranum acce- » dit, creditur a plerisque quod ob detes- » tationem facti hoc faciat. Nec ponitur in » catalogo summorum pontificum, propter » mulieris sexum. »

5° Testimonium Platinæ in lib. de Vitis pontificum in Joanne VIII. « Joannes, in- » quit, Anglicus, ex Moguntiaco oriun- » dus, malis artibus, ut aiunt, pontifica- » tum adeptus est. Mentitus enim sexum, » etc. » ut in testimonio Martini Poloni, præterquam quod addat de sede stercoraria.

6° Pontifices, eundo ad Lateranum, semper declinant a via in qua Joanna peperisse dicitur, licet sit brevior, in detestationem hujus facinoris.

7° Tandem in hujus rei memoriam posita fuit in eadem via statua quædam repræsentans mulierem cum infante, quæ postea aliquo jubente pontifice in Tiberim projecta est. Item Senis in majori templo, inter pontificum statuas collocatum fuit Joannæ papissæ simulacrum usque ad Clementis VIII pontificatum.

R. 1° *generaliter*, scriptoribus coævis quos retulimus majorem esse fidem adhibendam quam recentioribus, præsertim cum eorum narratio contradictionibus scateat et alios habeat characteres fabulæ, ut ostendimus.

R. ad singula. Ad primum. 1° In antiquissimis codicibus Mariani Scoti hanc fabulam non reperiri testatur qui edidit Coloniæ anno 1574, Metropolim Alberti Krantsii et notis illustravit, etsi hanc notam eraserint typographi Francofurtenses, ut observat Leo Allatius. Hujus responsionis veritas inde firmatur, quod nullus ex assertoribus hujus fabulæ post Marianum Scotum, exemptis recentioribus, ejus testimonium proferunt, sed Martini Poloni. « Omnes quos legi, inquit Ptolomæus » Lucensis l. 16 Hist. c. 8, præter Marti- » num (Polonum), tradunt post Leonem IV » fuisse Benedictum III; Martinus autem » Polonus ponit Joannem Anglicum. »

2° *Dato* sic scripsisse Marianum, varii ejus anachronismi etiam in hac ipsa ætate de qua agitur, fidem ipsi auferunt : inter alios scribit Leonem IV obiisse prima Augusti 853, et tamen constat ex Anastasio Bibliothecario Leonem eodem anno 8 Decembris congregasse Romæ concilium, in quo depositus fuit Anastasius cardinalis. Item constat ipsum anno sequenti condidisse urbem Leopolim. Totum ergo tempus quod Joannæ papissæ concedit, ad annos ipsius Leonis spectat, sicque nullum pro papissa relinquitur. Insuper scribit Benedictum III sedisse ad annum 857, et tamen constat ex Anastasio supra citato exaltatum fuisse 19 Septembris 855. Præterea si Leo IV obiit 8 Augusti 853, et Benedictus III fuit tantum creatus anno 857, non igitur duobus tantum annis et quinque mensibus inter utrumque sedit Joanna, ut scribit, sed ad minus tribus annis et quinque mensibus. Plures alios hujus scriptoris nævos refert Natalis Alexander citatus.

Ad secundum. Sigeberti Chronicon hac in parte esse interpolatum, et hæc quæ objiciuntur manu aliena esse addita, constat ex autographo monasterii Gemblacensis, ubi Sigibertus erat monachus, quod testantur se vidisse Joannes Molanus, doctor Lovaniensis, et Aubertus Miræus qui illud edidit, in quo hæc lacinia de Joanne papissa desideratur. Id confirmatur ex eo quod Vincentius Bellovacensis lib. 25 Speculi historialis cap. 36, et Guillelmus Nangius in Chronico, qui Sigebertum in historiis horum temporum de verbo ad verbum exscribunt, nullam Joannæ papissæ mentionem faciant.

Ad tertium. Chronicon Martini Poloni esse pariter corruptum eique assutam fuisse hanc papissæ fabulam, invicte probat noster Echard, in opere cui titulus *Scriptores ordinis Prædicatorum, ad Martinum Polonum*, tom. 1, p. 561.

Advertit 1° eruditissimus scriptor, Martinum in scribendo suo Chronico hanc methodum servasse. In una pagina ad lævam exhibet pontifices, in altera ad dexteram imperatores. Quamlibet paginam in quinquaginta lineas dividit, et in margine ad caput cujusque lineæ annum scribit, adeo ut in qualibet pagina sint quinquaginta anni distincte notati, nomen cujusque pontificis positum est initio lineæ, cui junctus est in margine annus quo iniit pontificatum, totque sibi vindicat lineas quot sedit annis, licet non omnes plenas, sed quandoque vacuas. Idem de imperatoribus. Ea methodo scriptum esse codicem Vaticanum Urbani VIII innuit Allatius, eadem suum Fabricius, eadem quosdam ex Cæsareis

Lambecius, eadem Florentinum S. Mariæ Novellæ testatur ipse Echard qui vidit.

Advertit 2° quod in omnibus codicibus hujus methodi a quibus exulat fabula Papissæ, servetur exacta chronologia. Sic Leo IV seu V in linea scriptus est ad quam e latere signatus est annus 847; et cum dicatur sedisse octo annis tribus mensibus et sex diebus, debentur ei octo lineæ quas implet. Benedictus III collocatur immediate in linea sequenti ad annum 855, et sic habent codices laudati: nullus, *ut patet*, superest locus; nec superesse potest Joanni Moguntino. In codicibus vero ejusdem methodi in quibus assuta est fabula, chronologia est omnino perturbata et confusa; *patet* in codice Victorino, in quo, ut locum Joannæ papissæ reperiret exscriptor, duas integras paginas perturbavit, collocando pontifices Leonem præcedentes annis superioribus quam electi fuerant, paucioresque lineas et annos concedendo quam sederint, et eadem ratione rejiciendo sequentes Leonem ad annos inferiores, et eorum pontificatum intra pauciores annos coarctando.

Advertit 3° codices manuscriptos esse quadruplicis generis. Primi puri et sinceri sunt a quibus omnino exulat fabula, quales sunt Vaticanus Urbani VIII, ab Allatio laudatus, Fabricianus, quatuor Cæsarei a Lambecio laudati, Naudæanus a Labbæo Biblioth. Nov. p. 222, Navarricus et indubie plures alii.

Secundi generis sunt in quibus fabula in margine tantum est addita, pontificum catalogo intacto, quales sunt Florentinus S. Mariæ Nov. Parisiensis D. abbatis de Camps, Tongerloensis a Suffrido laudatus, Leodiensis ornatissimi viri D. Baronis de Crassier, quem in ejus elegantissima atque amplissima bibliotheca ego ipse legi.

Tertii generis sunt secundum methodum Martinianam, et ipsi interpolati, in quibus a margine in textum fabula irrepsit et chronologia est interturbata, ut Victorinus.

Quarti generis sunt citra methodum Martinianam, in quibus vel deest chronologia, vel unus tantum annus in margine, aut in textu apponitur inserta in plerisque fabula; et hi corrupti.

Ex his manifestum apparet, nullam fidem esse adhibendam iis codicibus qui illam fabulam referunt, eamque contra mentem auctoris fuisse assutam.

Conjectat eruditissimus scriptor rem sic evenisse. Cum Chronicon Martini hac methodo scriptum, commodum videretur et omnes desiderarent, aliunde ista fabula jam a pluribus annis in vulgus esset sparsa, eam 1° ad marginem e regione Leonis quidam scripserunt, utut res se haberet: postea vero e margine in catalogum alii invexerunt, et ut locum ei facerent, pontifices Leonem antecedentes et subsequentes, loco eis ab auctore dato moverunt, omninoque in duabus paginis perturbarunt. Nec ibi cessatum : nam cum Chronicon istud ad methodum Martini semper scribere esset molestum, quia id nonnisi in codicibus in folio servari poterat, et forma minori scriptum commodius videretur, quidam chronologiam omnino omiserunt, alii aliquem ex annis cujusque pontificis annotarunt, non attendentes scrupulose an esset primus, vel secundus, vel tertius; et inde in hujusmodi codicibus tanta chronologiæ varietas. Hæc fusius discussa et probata legi possunt apud laudatum Echard. Addam duntaxat, neque in opere interpolato Martini hanc fabulam asseri ut veram historiam, sed ut populari et incerta fama jactatam: « Hic, inquit, *ut asseritur*, fœmina » fuit.... Et in partu mortua, ibidem se» pulta *dicitur*.... Et quia papa eamdem » viam semper obliquat, *creditur* a ple» risque quod ob detestationem facti hoc » faciat. »

Ad quartum. S. Antoninus, ab interpolatoribus Martini Poloni deceptus, eorum duntaxat verba refert et de eorum veritate dubitat, maxime ob silentium Vincentii Bellovacensis et Joannis de Columna : « Vere, inquit, valde mirandum... si » verum fuit quod vulgo dicitur, ut iste re» fert... Vincentius tamen in speculo his» toriali et Joannes de Columna nihil de » hac re referunt. Sed etsi verum fuit, etc.»

Ad quintum. Platina pariter ab interpolatis Martini Poloni codicibus fabulam hausit; nec tamen eam ut veram asserit; quinimo significat potius eam fabularum loco habendam esse; subdit enim : « Hæc » quæ dixi vulgo circumferuntur, incertis » tamen et obscuris auctoribus : quæ ideo » ponere breviter et nude institui, ne ob» stinate nimium et pertinaciter omisisse

» viderer quod fere omnes affirmant. Er- » remus etiam nos hac in re cum vulgo, » quanquam appareat ea quæ dixi ex his » esse quæ fieri posse creduntur. »

Quod vero de sede stercoraria additur ad explorandum sexum pontificis destinata, id ut fabulosum rejicit ipse Platina, aitque pontificem in illa sedere ut se hominem esse et naturæ necessitatibus obnoxium meminerit : unde et stercoraria dicitur. Idque fit non ante electionem, sed post, cum novus pontifex ritu solemni Lateranensem basilicam prima vice ingreditur. Alii volunt hanc sedem lapideam in porticu Lateranensis basilicæ collocatam, *stercorariam* dictam, non a forma neque enim est perforata, sed a versu qui, pontifice in ea sedente, canebatur : *Suscitat de pulvere egenum et de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus et solium gloriæ teneat.*

Adde Platinæ fidem in pontifices esse suspectam, ob injuriam ipsi a Paulo II factam, a quo propter seditionis suspicionem in carcerem detrusus fuerat.

Ad sextum. Pontifices eundo Lateranum deflectunt ab illa via breviori, non in detestationem ullius sceleris, sed quia est angusta et anfractuosa, ideoque incommoda pontificio comitatui, qui semper frequentissimus esse solet. Quanquam, teste Onuphrio, in notis ad Platinam, pontifices per hanc viam non semel transierint, etiam ab eo tempore quo fingitur fabula Papissæ.

Ad septimum. Statua quæ olim visebatur, non mulierem repræsentabat, nec infantem in sinu positum, sed puerum grandiorem præcedentem : unde conjecerunt rei antiquariæ periti in ea repræsentari sacerdotem ethnicum ad sacrificandum, præeunte ministro, pergentem; præsertim cum altera manu ramum palmæ deferret, quod non est insigne pontificum, qui crucem aut claves gestantes repræsentantur. Illa autem statua sublata est tempore Sixti V, qui hanc viam sicut plures alias rectiorem et ampliorem fieri curavit in urbis ornamentum et utilitatem.

Statua templi Senensis equidem Papissam repræsentabat; at imperitiæ eorum qui opus curabant et Senensium connivetiæ, atque errori ac licentiæ sculptoris tribuendum est, juxta illud Horatii : *Pictoribus atque poetis quælibet audendi semper fuit æqua potestas.* Hæc vero statua jussu Clementis VIII sublata est.

DISSERTATIO IV.

DE EPISCOPATU.

D. Th. Suppl. Q. 30.

Episcopus græce, idem est ac latine *inspector, explorator, superintendens;* sacerdos, *sacradonans;* presbyter, *senior;* diaconus, *minister.*

Tria hic potissimum inquirimus : 1° an episcopus sit institutione divina superior presbyteris? 2° an episcopatus sit ordo distinctus a presbyteratu? quot episcopi requirantur ad ordinationem episcopalem?

ARTICULUS I.

Utrum episcopus sit institutione divina superior presbyteris?

Aërius sæculo quarto, ægre ferens repulsam ab episcopatu quem ambierat, ut se solaretur, contendit nullum esse jure divino discrimen inter episcopos et presbyteros : de quo Epiphanius Hæresi 75, et S. Augustinus l. de Hæresibus cap. 53. Similiter Wiclef, spe frustratus obtinendi episcopatum Vigorniensem, eamdem insaniam adoptavit, ut scribit Thomas Valdensis l. 2 Doctrinæ fidei a. 3. Horum vestigia premit Calvinus l. 4 Instit. cap. 4. cui adhærent Puritani seu Presbyteriani in Anglia, pro quibus Blondellus, Calvinistarum minister, prolixam instituit disputationem quam inscripsit : *Apologia S. Hieronymi de episcopis et presbyteris :* hunc enim S. Doctorem vel invitum in suas partes trahere conantur.

Observa quæstionem esse de jure divino : non enim negant hæretici episcopos præeminere presbyteris jure humano, sive tanquam primogeniti qui fuerunt prius admissi in clerum, sive sicut princeps electus est superior civibus, ex eorum electione et institutione : unde plures ex nostris frustra congerunt argumenta quibus probant simpliciter eminentiam episcoporum supra presbyteros, non distinguentes inter jus divinum et humanum : insistendum est ergo juri divino.

Duplex in episcopo distinguitur potestas : una ordinis, qua non solum sacramen-

ta conficit et administrat, sed etiam fideles confirmat, chrisma conficit, sacerdotes et alios ministros consecrat, etc. Altera jurisdictionis, tam in foro interno qua ligat vel absolvit a peccatis, quam in foro externo qua regit Ecclesiam, dogmata definit, disciplinam sancit, mores corrigit, refractarios coercet, etc. Est enim jurisdictio, exterior potestas dicendi jus in alterum etiam invitum. De utraque potestate est quæstio.

Supp. q. 40. a. 4. o. — *Dico.* Episcopi sunt ex institutione divina superiores presbyteris potestate ordinis et jurisdictionis.

Prob. de potestate ordinis. 4° Apostolus Tit. 1, dicit : *Hujus gratia reliqui te Cretæ.... ut constituas per civitates presbyteros.* Potestas instituendi presbyteros est potestas ordinis, nec ab alio quam a Christo potest obvenire episcopis; nihil enim Ecclesia potest in potestatem absolutam conferendi sacramenta : unde, licet possit, v. g. impedire ne sacerdos licite consecret, non potest tamen impedire quin valide consecret. 2° Christus solis Apostolis, et non septuaginta duobus discipulis dixit : *Sicut misit me vivens Pater, et ego mitto vos*, quod comprehendit utramque potestatem ordinis et jurisdictionis, Joan. 20. Item solis Apostolis concessa est potestas dandi Spiritum sanctum per confirmationem, quod est actus ordinis, Act. 8, v. 14 et sequentibus : episcopi autem sunt successores Apostolorum, sicut presbyteri septuaginta duorum discipulorum, ut definit Trid. sess. 23, cap. 4, post Damasum Epist. 4, S. Hieronymum Epist. 27 ad Marcellam et S. Leonem Epist. 88. *Si dicas*, secundum ipsum Trid. sess. 22, cap. 1, sacerdotes etiam succedere Apostolis. *R.* eos succedere Apostolis restricte quoad sacerdotium, seu munus sacrificandi et absolvendi tantum, non vero simpliciter quoad omnia alia munia. Hunc esse sensum Tridentini *patet ex ipso textu.* 3° Ecclesia ab initio constanter agnovit in solis episcopis potestatem confirmandi, chrisma conficiendi, sacerdotes et alios ministros ordinandi; nec alia ratione synodus Alexandrina declaravit Ischyram. S. Athanasii accusatorem, non esse presbyterum, quam quia ordinatus fuerat a Collutho, simplici presbytero : potestas autem conferendi sacramenta, ut jam dixi, non est nisi a Christo.

Prob. de potestate jurisdictionis.—**Ibid.** — 1° Quamvis sacerdotes accipiant in sua ordinatione potestatem absolvendi in foro interno, usum tamen hujus potestatis non habent, nisi dependenter ab episcopo, qui sic denegare aut restringere potest, ut non possit sacerdos valide illa uti; quod inutiliter tentaret episcopus, nisi sic esset ordinatum a Christo; sicut inutiliter restringeret aut impediret usum potestatis consecrandi in sacerdote, quia hæc potestas est a Christo.

2° Episcopi sunt instituti a Christo 1° ad regendam Ecclesiam : sic Apost. Act. 20 : *Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei.* 2° Ad definiendum dogmata fidei et religionis : sic Act. 15, Apostoli in concilio Jerosolymitano congregati dixerunt : *Visum est Spiritui sancto et nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria,* etc. 3° Ad corrigendum : Apost. Tit. 1 : *Reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas*, qua potestate usus est ipse Apostolus excommunicando in nomine Domini incestuosum Corinthium, 1 Cor. 5; quamque dicit se a Deo accepisse 2 Cor. 10 : *Etsi amplius,* inquit, *gloriatus fuero de potestate nostra quam dedit nobis Dominus in ædificationem, et non in destructionem vestram, non erubescam.* 4° Ad judicandum presbyteros : 1 Timoth. 5 : *Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Porro nihil horum legimus unquam fuisse concessum presbyteris vi sui ordinis : ergo jure concludimus hæc episcopis esse concessa ex institutione divina, ut expresse dicit Apostolus de potestate corrigendi devios et regendi Ecclesiam.

Prob. utraque pars. Juxta Tridentinum sess. 23, can. 6, « In Ecclesia est hierar- » chia, divina ordinatione instituta, quæ » constat ex episcopis, presbyteris et mi- » nistris. » Idem docent SS. Patres et concilia. Et eadem sess. cap. 4, dicitur « episcopos, qui in Apostolorum locum » successerunt, ad hanc hierarchiam præ- » cipue pertinere, et *positos*, sicut Apos- » tolus ait, *a Spiritu sancto regere Ec-* » *clesiam Dei;* eosque esse presbyteris su- » periores, ac sacramentum confirmatio- » nis conferre, ministros Ecclesiæ ordi-

» nare, etc. » Et can. 7 : « Si quis dixerit » episcopos non esse presbyteris superio- » res, vel non habere potestatem confir- » mandi et ordinandi, vel eam quam ha- » bent illis esse cum presbyteris commu- » nem : anathema sit. » Ex his constat quod, quamvis concilium non dicat expresse episcopos presbyteris esse superiores jure divino, id tamen aperte indicat; tum quia dicit hierarchiam esse ex institutione divina, et episcopos præcipue ad illam pertinere, quatenus positi sunt a Christo ut regant Ecclesiam et conferant confirmationem et ordines, in hisque sunt superiores presbyteris quibus hæ prærogative non competunt, quod est aperte dicere eos esse ex institutione divina presbyteris superiores; tum quia synodus non definiret tanquam fidei dogma episcopos præeminere presbyteris, si hanc præeminentiam haberent ab hominibus.

Prob. iterum ex SS. Patribus. S. Ignatius martyr, Epist. ad Ephesios : « Epis- » copi per terræ terminos definiti ex Jesu » Christi sunt sententia : unde decet vos » in episcopi sententiam concurrere. » Epist. ad Magnesianos : « Sed et vos de- » cet, inquit, non familiarius ac superbe » uti ætate episcopi, sed secundum virtu- » tem Dei Patris omnem impertiri illi re- » verentiam... non respicientes ad appa- » rentem juvenilem ordinationem, sed ut » prudentes in Deo credentes ipsi, non » ipsi autem, sed Patri Jesu Christi om- » nium episcopo. In honorem igitur illius » qui vult, decet vos obedire sine ulla hy- » pocrisi, quia nequaquam episcopum hunc » quis fallit qui videtur, sed illudit invi- » sibili, etc. « His et aliis S. Ignatii Epistolis nihil habent presbyteriani quod respondeant, nisi quod sint suppositiæ : at eorum germanitatem solide vindicant nostri, inter quos Natalis Alexander dissert. 20 in Hist. primi sæculi, et dissert. 44 in Hist. quarti sæculi.

S. Cyprianus Epist. 57 ad Lapsos : « Do- » minus noster, inquit, cujus præcepta » metuere et observare debemus, episcopi » honorem et Ecclesiæ suæ rationem dis- » ponens, in Evangelio loquitur et dicit » Petro : *Ego tibi dico quia tu es Petrus,* » *et super istam petram ædificabo Ec-* » *clesiam meam,* etc. Inde per temporum » et successionum vices, episcoporum or- » dinatio et Ecclesiæ ratio decurrit, ut » Ecclesia super episcopos constituatur, » et omnis actus Ecclesiæ per eosdem » præpositos gubernetur. Cum hoc itaque » divina lege fundatum sit, miror quos- » dam audaci temeritate sic mihi scribere » voluisse, quando Ecclesia in episcopo et » clero et in omnibus stantibus sit consti- » tuta? » Nihil expressius contra Presbyterianos. Innumeros pene alios Patres omitto, quia prolixius foret eos referre : id unum advertant novatores, Aërianos juxta Epiphanium Hæresi 75, semper in Ecclesia habitos fuisse hæreticos, præcipue quod nullum discrimen agnoscerent inter episcopos et presbyteros.

Ib. in a. s. c. — *Ratio congrua suadet.* Divina ministeria debent, Deo disponente esse magis ordinata quam humana : atqui humanorum officiorum ordo exigit ut in quolibet officio præponatur unus qui sit princeps illius officii; sicut præponitur militibus dux : ergo et sacerdotibus debet aliquis præponi qui sit sacerdotum princeps : et hic est episcopus.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Juxta S. Scripturam, idem est episcopus ac presbyter. Ergo. *Prob. ant.* S. Paulus Philipp. 1, salutat episcopos et diaconos, ubi per episcopos intelligit presbyteros, non enim in una civitate erant plures episcopi. Idem Tit. 1, cum illi dixisset : *Reliqui te Cretæ ut... constituas per civitates presbyteros,* statim subjungit : *Oportet episcopum sine crimine esse.* Et Act. 20, cum vocasset ad se *majores natu Ecclesiæ*, id est, presbyteros, ipsos alloquens, appellat episcopos : *Attendite,* inquit, *vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei.* Ergo.

R. D. ant. Juxta S. Scripturam, idem est episcopus ac presbyter, quoad nomen, *C.* quoad gradum et potestatem, *N.* Quamvis ergo dignitates, gradus, potestates et officia episcoporum et presbyterorum fuerint semper distincta, nomina tamen eorum initio Ecclesiæ erant communia, ita ut episcopi quandoque vocarentur presbyteri, et presbyteri episcopi. Hinc S. Chrysostom. expendens illa verba Epist. ad Philippenses, *Cum episcopis et diaconibus.* « Quid hoc? inquit; unius urbis

» multi erant episcopi? Nequaquam, sed » presbyteros appellavit; tunc enim adhuc » communicabant nominibus : procedente » vero tempore, proprium cuique distri- » butum est nomen, ut hic quidem episco- » pus, ille vero presbyter appelletur. »

Inst. Episcopus potest ordinari a presbytero, ut patet de Timotheo, 1 Timoth. 4, ubi dicitur ordinatus per manum presbyterii. Ergo par est episcopi et presbyteri potestas.

R. N. ant. Per presbyterium enim intelligitur cœtus episcoporum seu presbyterorum, qui præter ordinem presbyteralem, etiam episcopalem habebant : ita S. Chrysost. qui Hom. 13 in 1 ad Timoth. dicit « presbyterium non intelligendum » esse de presbyteris, sed de episcopis; » non etiam presbyteri episcopum ordina- » verant. »

Obj. 2°. S. Hieronymus in cap. 1 Epist. ad Tit. et Epist. 101 ad Evangelum, alias 85, sequentia docet : 1° eosdem esse presbyteros quos et episcopos; 2° eminentiam episcoporum non fuisse ab Ecclesiæ exordio, sed in remedium schismatis; 3° Ecclesiam tunc communi presbyterorum concilio fuisse gubernatam; 4° episcopos magis ex consuetudine Ecclesiæ quam dispositionis dominicæ veritate, presbyteris esse majores; 5° presbyterum fieri episcopum electione compresbyterorum, sicut miles vel tribunus fiebat imperator electione commilitonum, et diaconus archidiaconus nominatione condiaconorum : in electione autem imperatoris aut archidiaconi, non est præter electionem alius ritus seu consecratio quæ conferat characterem seu potestatem aliquam internam. Ergo juxta S. Hieron. episcopi non præeminent presbyteris jure divino, sed humano.

Antequam huic argumento, cui potissimum confidunt Presbyteriani, respondeam, *observo* 1° S. Hieronymum iis ipsis locis objectis dogma catholicum aperte docere. In primo loco comparat episcopos Moysi, « qui, cum haberet in potestate so- » lus præesse populo Israël, septuaginta » elegit, cum quibus populum judicaret. » Indubium est autem Moysen ordinatione divina, majori præditum fuisse potestate quam septuaginta quos elegit. In secundo loco agnoscit in episcopo potestatem ordinandi quam denegat presbyteris. « Quid » enim, inquit, facit excepta ordinatione » episcopus, quod presbyter non faciat? » Sub ordinatione intelligit etiam confirmationem, *ut patet ex mox dicendis.* Ibidem dicit *omnes episcopos Apostolorum successores esse :* erant autem Apostoli jure divino presbyteris quos ordinabant superiores. Tandem hanc epistolam ad Evangelum sic concludit : « Et ut sciamus » traditiones Apostolicas sumptas de ve- » teri Testamento : quod Aaron et filii » ejus atque levitæ in templo fuerint, hoc » sibi episcopi, et presbyteri, et diaconi » vindicent in Ecclesia. » Nemo autem nescit majorem ex institutione divina fuisse potestatem Aaronis quam levitarum; erat enim Aaron summus sacerdos seu pontifex, solus poterat ingredi semel in anno sanctuarium, habebat partem specialem ex oblationibus, et super sacerdotes et levitas amplissimam jurisdictionem; Exod. 28, Levit. 9, Eccli. 45

Eamdem doctrinam aliis in locis constanter tenet S. Doctor. In Dialogo contra Luciferianos dicit potestatem confirmandi in episcopis, *ex auctoritate descendere, quod Spiritus sanctus ad Apostolos descendit.* Epist. 54 ad Marcellam hoc inter Catholicos et Montanistas ponit discrimen : *Apud nos Apostolorum locum tenent episcopi, apud eos episcopus tertius est.* Item lib. 1 adversus Jovin. cap. 19, Epist. 2 ad Nepotiam et alibi.

Observo 2° S. Hieronymum in priori loco agere contra episcopus qui immoderate supra presbyteros se efferebant, in secundo contra arrogantiam Falcidii diaconi, qui se presbyteris coæquabat; et ideo in utroque loco totus est in extollenda presbyterorum dignitate : familiare autem est scriptoribus, cum unum extremum acrius impugnant, ut in aliud extremum impingere videantur.

Observo 3° ut supra, duplicem esse episcopi potestatem, ordinis scilicet et jurisdictionis præsertim hic exterioris; hanc- que posse considerari dupliciter, vel secundum se et in actu primo, vel quoad usum et actum secundum. Quamvis autem, priori modo considerata, sit propria solis episcopis, ejus tamen usum et exercitium in exordio Ecclesiæ communicabant presbyteris, eos adhibentes tanquam consiliarios in regimine exteriori Ecclesiæ,

ad exemplum Moysis, inquit ipse S. Hieronymus citatus, qui cum haberet in potestate solus præesse populo Israël, septuaginta elegit cum quibus populum judicaret.

Ex his facile intelligitur quæ fuerit mens S. Hieronymi, et sponte fluit solutio ad ea quæ ex ipso subjiciuntur : unde

Ad primum, *D.* Secundum S. Hieronymum iidem sunt presbyteri qui et episcopi quoad nomen et aliquem usum jurisdictionis externæ, gratis concessum, *C.* quoad characterem, gradum et ipsam potestatem sive ordinis, sive jurisdictionis, *N. Solutio patet ex dictis*, et partim traditur ab ipso S. Hieronymo in Commentariis citatis in Epist. ad Tit. « In una civi» tate, inquit, plures, ut nuncupantur, » episcopi esse non poterant, sed quia eos» dem episcopos illo tempore quos et pres» byteros appellabant, propterea differen» ter de episcopis quasi de presbyteris est » locutus. » Insuper ex his verbis colligitur S. Hieronymum agnovisse episcopum gradu et dignitate distinctum a presbytero; si enim non poterat esse nisi unus episcopus in una civitate in qua plures essent presbyteri : ergo episcopus gradu et dignitate distinguebatur a presbyteris.

Ad secundum, *eadem est distinctio.* Præeminentia episcoporum supra presbyteros, quoad potestatem ordinis et jurisdictionis, non fuit ab exordio Ecclesiæ, sed in remedium schismatis, *N.* quoad aliquem usum istius jurisdictionis, *C.* Diximus enim tunc ecclesias regi et res ecclesiasticas administrari communi presbyterorum cum episcopo consilio, cui tamen episcopus jure suffragii et auctoritate judicandi et decernendi præsidebat. Cum vero schismata inde orirentur et diceretur in populis : *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ*, ut contigit apud Corinthios, hæc regiminis forma immutata est, et penes solum episcopum omnis Ecclesiæ cura remansit.

Quod vero ex hoc schismate S. Hieronymus repetat institutionem episcoporum, ut prætendit Blondellus, aperte falsum est. Non enim ignorabat S. Doctor B. Jacobum, fratrem Domini, fuisse ordinatum episcopum Jerosolymis, S. Petrum sedisse Antiochiæ, Marcum Alexandriæ et S. Perum, Evodium successorem suum ordinasse, antequam oriretur schisma inter Corinthios.

Ad tertium, *patet solutio ex dictis.*

Ad quartum, *D.* Episcopi magis consuetudine quam dispositione divina sunt majores presbyteris, quantum ad potestatem ordinis et jurisdictionis, *N.* quantum ad actuale regimen Ecclesiæ et totius jurisdictionis usum, *C.* Non enim est juris divini quod res Ecclesiæ a solo episcopo, seclusis presbyteris, de facto administrentur : imo, secundum se, et sepositis inconvenientibus, convenientius foret quod ecclesiæ administrarentur communi senatus ecclesiastici consilio; et hoc sensu addit S. Hieronymus, *episcopos in communi debere Ecclesiam regere.* Hanc esse mentem S. Doctoris clare significat exemplum Moysis, de quo supra, quod immediate subjungit : « Imitantes, inquit, Moy» sen qui, cum haberet in potestate solus » præesse populo Israël, septuaginta ele» git cum quibus populum judicaret. » Ex quo constat, juxta S. Hieronymum, ut jam observavimus quod episcopi sint jure divino presbyteris superiores quoad ipsam potestatem, sicut Moyses erat ex institutione divina superior septuaginta quos elegerat, quamvis initio consueverint usum suæ jurisdictionis communicare presbyteris, sicut Moyses septuaginta electis. Unde quod nunc amplius non communicent, consuetudine potius quam institutione divina effectum est.

Ad quintum. Comparatio S. Hieronymi tenet quoad aliquid, non quoad omnia : in hoc ergo est paritas quod, sicut olim eligebatur imperator a commilitonibus ex corpore exercitus, sic eligebantur episcopi a compresbyteris ex cœtu presbyterorum. Sed in hoc est disparitas quod, præter electionem, requiratur in episcopo consecratio qua illi conferatur potestas interna ordinis et jurisdictionis; secus in imperatore. Hanc autem consecrationem in episcopo requisitam non expendit S. Hieronymus, quia nihil ad suum institutum conferebat.

Si objicias Catonem presbyterum, et S. Britium apud S. Gregorium Turonensem, nec non quosdam alios ex quibusdam historiis Scoticis et Britannicis, qui videntur creati episcopi ex sola sacerdotum aut populorum electione, absque ulla alia con-

secratione. *R.* vel illos non fuisse veros episcopos, ut patet de Catone ex ipso Gregorio Turonensi, vel præter electionem cleri aut populi, fuisse consecratos ab episcopis, sive vicinis, sive extraneis advocatis vel quæsitis, ut probat Natalis Alexander dissert. 44 in Hist. quarti sæculi.

Ex huc usque dictis de S. Hieronymo hatur solutio ad quædam affinia quæ opponuntur ex Chrysostomo, Theodoreto, Theophilacto, Isidoro Hispalensi, Beda, Alcuino, Amalario, Hincmaro et aliis. Multa insuper opponit Blondellus ex aliis SS. Patribus et scriptoribus antiquioribus, sed sunt levioris momenti et parum ex dictis solvuntur : ea sigillatim refert et solide refellit laudatus Alexander dissert. citata; nobis autem diutius iis immorari non vacat.

Obj. 3°. Presbyteri baptizant, consecrant, intersunt conciliis, interdum etiam ordinant et confirmant, ut alibi diximus : quod ergo inter eos et episcopos discrimen? Item, juxta S. Augustinum, S. Hieronymum et Isidorum, hoc est discrimen inter episcopum et presbyterum, quod nom episcopi sit nomen officii, nomen autem presbyteri, nomen ætatis. Denique S. Augustinus episcopus, Epist. 82, olim 19, non audet se præferre S. Hieronymo, simplici presbytero. Ergo.

R. ad primum. Presbyteri baptizant et consecrant, sed non generant alios presbyteros, inquit Epiphanius. Quod si generent ministros inferiores et confirment baptizatos, id non faciunt potestate ordinaria sicut episcopi, sed ex dispensatione et commissione. Intersunt conciliis, non jure suffragii et decisionis, et ideo non subscribunt decretis conciliorum, nisi sint missi ab episcopis; sed jure consultationis, atque ut fidem astruant ac defendant. *Ad secundum.* Laudati Patres recte explicant horum nominum etymologiam; episcopus enim idem est ac inspector, seu superintendens, ut jam dixi, quod est officii; presbyter idem ac senior, quod est ætatis : at aliud est id a quo nomen imponitur, aliud id ad quod significandum imponitur. *Ad tertium.* S. Augustinus non audet se comparare S. Hieronymo, non quoad dignitatem episcopalem, sed quoad ætatem, eruditionem et sanctitatem, quod ejus humilitati tribuendum est.

Obj. 4°. Secundum plurium sententiam, episcopus accipit jurisdictionem a papa. Ergo non est jure divino presbyteris superior saltem quantum ad jurisdictionem.

R. N. conseq. Esto enim episcopus accipiat suam jurisdictionem immediate a papa, de quo nunc non est quæstio, non sequitur quod Christus non sic instituerit, ut episcopus majorem a pontifice jurisdictionem accipiat quam presbyter, sicque sit ex institutione divina presbytero superior etiam quoad jurisdictionem. Hanc autem jurisdictionem accipit episcopus, quando ex apostolicæ Sedis licentia ordinatur.

ARTICULUS II.

Utrum episcopatus sit ordo distinctus a sacerdotio?

Supp. q. 40. a. 5. 0. — Ordo potest dupliciter accipi : uno modo stricte, secundum quod est Sacramentum ordinatum ad eucharistiam; alio modo late, secundum quod est officium quoddam respectu quarumdam actionum sacrarum.

Item episcopatus potest dupliciter considerari : 1° adæquate, secundum omnem potestatem quam essentialiter importat, scilicet consecrandi, absolvendi, ordinandi, confirmandi et gubernandi; est enim episcopus essentialiter sacerdos, ut dicam modo : 2° inadæquate pro eo quod addit simplici sacerdotio, seu pro potestate tantum ordinandi, confirmandi et gubernandi.

Ibid. — *Suppono* 1° episcopatum inadæquate sumptum, esse ordinem in latiori significatione a sacerdotio distinctum; quia confert potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis Christi mystici, scilicet, potestatem ordinandi, confirmandi et jurisdictionis, quam non habet simplex sacerdos.

Suppono 2° episcopatum adæquate sumptum, vere esse et dici ordinem stricte sumptum seu sacramentum ordinis; quia, ut jam dixi et dicam iterum infra, essentialiter importat sacerdotium, et quod illi superaddit non destruit rationem et denominationem ordinis; quia perfectio superveniens generi, non destruit rationem et denominationem illius. Sic rationale superveniens animali, non destruit rationem et denominationem animalis in homine; qualitas ducis superveniens militi, non destruit

rationem et denominationem militis in duce.

Superest itaque quæstio utrum episcopatus inadæquate sumptus pro eo quod addit simplici sacerdotio, sit ordo stricte sumptus pro sacramento, ab ipso sacerdotio distinctus.

Ibid. — *Dico.* Episcopatus inadæquate sumptus pro eo quod addit simplici sacerdotio, probabilius non est ordo stricte sumptus seu sacramentum ordinis, nec consequenter ordo distinctus a sacerdotio, sed est ejus extensio et perfectissimum complementum.

Præter Auctorem, citantur pro ea sententia Magister, Albertus magnus, S. Bonaventura, Scotus, Richardus, Paludanus, Dominicus Soto, Nugno, Bonacinas, Reginaldus, Henriques, Comitolus, Amicus, Gabriel, etc. et communiter Thomistæ, exceptis paucis, contra plures præsertim recentiores.

Prob. 1°. Trid. sess. 23, cap. 2, recensendo ordines, septem tantum numerat et nominat, omisso episcopatu; et can. 2, loquitur de sacerdotio tanquam de supremo ordine ad quem per alios ordines ascenditur : « Si quis, inquit, dixerit præter sa» cerdotium non esse in Ecclesia catholica » alios ordines majores et minores, per » quos velut gradus quosdam in sacerdo» tium tendatur : anathema sit. » Atqui si episcopatus esset ordo distinctus a sacerdotio, non tantum forent septem, nec apparet ratio cur concilium illum omisisset : item nec sacerdotium foret ordo supremus, sed episcopatus.

Respondent, concilium non numerasse episcopatum inter ordines; quia licet a sacerdotio specie distinguatur, genere tamen est unus.

Sed contra. Eadem ratione non debuisset numerare septem ordines, quia licet inter se specie distinguantur, sunt tamen etiam genere seu ratione generica ordinis, unus.

Ib. et q. 57. a. 2. 0. — *Prob.* 2°. Distinctio ordinum accipitur secundum habitudinem quam habent ad eucharistiam, quia potestas ordinis aut est ad consecrationem, aut ad aliquod ministerium ordinatum ad sacramentum eucharistiæ, quæ est finis cæterorum et sacramentum sacramentorum : atqui episcopatus non dicit specialem habitudinem ad eucharistiam consecrandam, sed eam supponit completam et perfectam in sacerdotio; non enim potest episcopus magis consecrare quam simplex sacerdos : ergo.

Respondent, quod dicat habitudinem indirectam et remotam ad eucharistiam, quatenus ordinat presbyteros qui possunt illam conficere, et consecrat calices ad eucharistiam conficiendam.

Sed contra. 1° Episcopatus non ordinat proprium subjectum ad eucharistiam sicut alii ordines, sed alienum tantum subjectum; et cum supponat in proprio subjecto completam potestatem consecrandi ratione characteris sacerdotalis, non potest esse nisi illius complementum, quo scilicet fit potens alios ad eucharistiæ ministerium ordinare. 2° Si per hanc habitudinem indirectam et remotam episcopatus constitueretur ordo distinctus a sacerdotio, esset illi inferior, siquidem potestas sacerdotalis consecrandi corpus Christi sit longe nobilior et excellentior quam potestas consecrandi sacerdotes et calices.

Confirmatur. Si episcopatus esset ordo distinctus a presbyteratu, vel esset ipsi par, vel inferior, vel superior : non par, quia essentiæ rerum non secus ac numeri per inæqualitatem constituuntur; non inferior, quia episcopatus est et dicitur apex sacerdotii, et episcopus dicitur a S. Augustino primus sacerdos, seu princeps sacerdos; non superior, quia, ut modo dicebam, nulla est potestas superior et sublimior potestate in corpus Christi naturale, quam confert sacerdotium, hæcque longe præstat potestati in corpus Christi mysticum, quam confert episcopatus.

Hic ib. in a. s. c. — *Prob.* 3°. Episcopatus includit sacerdotium, non eminenter tantum, sicut, v. g. sacerdotium includit diaconatum, sed essentialiter formaliter, ita ut non possit esse nec concipi episcopus sine sacerdotio; et ideo dicitur sacerdos primus, sacerdos princeps, nec characterem distinctum imprimit, sed sacerdotalem tantum extendit. Ergo non est ordo a sacerdotio; specie distinctus; una enim species non includit formaliter essentialiter alteram, alias jam non forent duæ species, sed una. *Prob. ant.* Si episcopatus contineret tantum eminenter et non formalite essentialiter sacerdotium, sicut

ordines superiores continent inferiores, et imprimeret characterem distinctum, non sacerdos posset valide fieri episcopus, sicut non diaconus potest valide fieri sacerdos; inter enim ordines distinctos non est essentialis dependentia, sic, ut susceptio superioris pendeat a susceptione inferioris: et sicut non diaconus sacerdos consecratus, posset omnia munia diaconi implere, quia illum eminenter continet, ita non sacerdos consecratus episcopus, posset omnia sacerdotis munia exercere, consequenter conficere eucharistiam sine charactere sacerdotali, quia episcopatus illum eminenter continet; quod plane est absurdum. Ergo.

Respondent Tournely et Berti post Estium, ideo non posse valide consecrari episcopum qui non sit sacerdos, quia potestas ordinandi et confirmandi, cum sit eximia, ex divina institutione, solis sacerdotibus communicari potest.

Sed contra. Non advertunt oculatissimi theologi, potestatem consecrandi corpus Christi esse nedum eximiam, sed longe præstantiorem potestate confirmandi et ordinandi, et tamen non esse divinam institutionem, ut non communicetur nisi diaconis. Quare ergo esset divina institutio, ut potestas longe inferior ordinandi et confirmandi non communicetur nisi sacerdotibus? sic enim se habet episcopatus ad sacerdotium, in hypothesi respondentium, sicut sacerdotium ad diaconatum. Gratuita igitur videtur hæc responsio, et aliunde repetenda est hujus disparitatis ratio: nec videtur alia quam quia sacerdotium continet diaconatum eminenter tantum, non formaliter; episcopatus e contra contineat sacerdotium formaliter. Admittimus itaque divinam institutionem, sed eam qua presbyteratus et episcopatus sic sunt instituti, ut episcopatus contineat formaliter presbyteratum; sic autem diaconatus et presbyteratus, ut presbyteratus contineat eminenter tantum diaconatum, ideoque presbyter sine diaconatu possit ordinari, non episcopus sine sacerdotio.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Ex his quæ Apostolus dicit 1 Timoth. 4, *Noli negligere gratiam quæ data est tibi... cum impositione manuum presbyterii;* et 2 Timoth. 1: *Admoneo te ut resuscites gratiam quæ est in te per impositionem manuum mearum,* probant nostri theologi ordinem esse sacramentum, nec habent unde efficacius illud probent ex S. Scriptura: atqui ibi agitur de episcopatu collato Timotheo: ergo vel episcopatus est sacramentum, vel non habemus unde efficaciter probemus ex S. Scripturis contra hæreticos, ordinem esse sacramentum.

R. 1° hoc argumentum non militare contra nos, qui dicimus episcopatum adæquate sumptum esse vere sacramentum ordinis, includens formaliter essentialiter sacerdotium. 2° Etiam sumendo episcopatum inadæquate, *N. conseq.* quia hoc ipso quo est complementum intrinsecum sacramenti ordinis, ex locis S. Scripturæ in quibus agitur de illo, bene probatur ordinem esse sacramentum; quia fieri non potest quod ordo compleatur in ratione sacramenti per episcopatum, nisi ordo sit sacramentum.

Obj. 2°. Plures SS. Patres consecrationem episcopi vocant ordinationem, ordinem, sacramentum. Tridentinum sess. 23, can. 6, definit ecclesiasticam hierarchiam divina ordinatione institutam, constare episcopis, presbyteris et ministris; et cap. 4, declarat episcopos ad eam præcipue pertinere. S. Dionysius cap. 5 de Ecclesiastica Hierarchia, assignat hos tres ordines ecclesiasticæ hierarchiæ, episcopum, sacerdotem et ministrum. Ergo.

R. hæc intelligenda esse, vel de ordine prout est officium ad aliquos actus sacros, qui diversi sunt, secundum diversos gradus hierarchiæ, vel de episcopatu adæquate sumpto, prout includit formaliter sacerdotium: sin minus appellant sacramentum, quia est complementum intrinsecum sacramenti.

Obj. 3°. Consecratio episcopi est cæremonia sensibilis, distincta a consecratione presbyteri; confert gratiam et characterem: ergo nihil ipsi deest quominus sit sacramentum et ordo distinctus a presbyteratu. *Ant. quoad primam partem constat; secunda* traditur a concilio Trident. sess. 23, can. 4, a D. Thoma in cap. 4 1 ad Timoth. lect. 4, et in cap. 1 2 ad Timoth. lect. 1; a sancto Ambrosio de Dignitate episcopali cap. 3 et aliis. *Tertia pars probatur;* quia traditur specialis potestas spiritualis et in-

delebilis ad ordinandum et confirmandum, quæ non competit sacerdoti : atqui character nihil est aliud quam potestas spiritualis indelebilis ad sacros actus : ergo.

R. concessa prima parte ant. ad secundam, sufficere quod episcopatus sit complementum intrinsecum sacramenti, ut conferat gratiam. — **Ibid. ad 2.** — *Ad tertiam, nego* conferri characterem distinctum a sacerdotali, sed hunc extendi, non moraliter, sed per realem et physicum modum ad ministeria ulteriora, sicut in ordinatione presbyteri character sacerdotalis ad consecrandum collatus in porrectione instrumentorum, extenditur ad absolvendum et ligandum, quando postea dicitur : *Accipe Spiritum sanctum; quorum remiseris peccata*, etc.

Obj. 4°. S. Th. Opusc. 18, c. 24, sic habet : « Quod quarto opponitur, quod episcopatus non est ordo, hoc manifeste continet falsitatem, si absolute intelligatur. » Et postea : « Quod autem habeat aliquem ordinem, et non jurisdictionem solam, sicut archidiaconus, vel curatus presbyter, patet ex hoc quod potest multa facere quæ non potest committere, sicut confirmare, ordinare, etc. » Et scribens in 2 ad Timoth. cap. 1, dicit quod in impositione manuum qua Timotheus fuit ordinatus episcopus, data fuerit gratia Spiritus sancti. Hæc autem scripsit post commentaria in 4. unde conclusio nostra desumpta est ; ideo censeri debent probabiliora et præcedentium revocatoria. Ita doctiss. Sylvius.

R. Miror spectatissimum Doctoris Angelici interpretem, hæc non potuisse conciliare cum his quæ hic docet S. Doctor, siquidem aperte se explicet. Dicit ergo quod episcopatus sit ordo, si nempe ordo consideretur « secundum quod est officium quoddam respectu quarumdam actionum sacrarum, non vero secundum quod ordo est sacramentum. » Hæc dicit non solum in præsenti articulo quem expendimus, sed etiam in ipso opusculo 18 citato in objectione, ubi post verba objecta subjungit : « Habet enim ordinem episcopus per comparationem ad corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia... sed quantum ad corpus Christi verum, non habet ordinem supra presbyterum. » Docet autem priori loco quod ordo, ut est sacramentum, attendatur secundum relationem ad corpus Christi naturale. Quantum ad collationem gratiæ, diximus sufficere quod episcopatus sit pars et complementum intrinsecum sacramenti.

ARTICULUS III.

Quot episcopi requirantur ad ordinationem episcopalem?

Suppono 1° tanquam certum, tres episcopos requiri ex præcepto saltem ecclesiastico ad unius episcopi ordinationem licitam, ita ut aliter ordinans et ordinatus peccent mortaliter. Ita enim præcipitur can. 20 concilii Arelat. I, anno 324 ; can. 4 concilii generalis Nicæni I, anno 325 ; can. 12 concilii Carthag. II, can. 39 ; concilii Carthag. III, et in pontificali Romano, atque ita ab Ecclesiæ exordio constanter observatum est.

Suppono 2 etiam ut certum, quidquid dicant aliqui, ordinationem episcopalem, factam ab uno tantum ex dispensatione pontificia, esse et licitam et validam : constat ex variis exemplis. 1° S. Gregorius lib. 10, Epist. 64, interrogatus a S. Augustino, Anglorum episcopo, an posset solus episcopos ordinare, sic respondet : « Et quidem in Anglorum ecclesia, in qua adhuc solus tu episcopus inveniris, ordinare episcopum non aliter nisi sine episcopis potes. » Vitiosa est altera lectio quæ habet, *nisi cum episcopis potes*, ut notat nova editio Parisiensis ; *et patet*, quia non præmisisset Gregorius : *Tu solus episcopus inveniris*, si voluisset significare quod non nisi cum episcopis posset alios episcopos ordinare. 2° Henriques t. 4, cap. 20, refert Gregorium XIII concessisse patriarchæ Æthiopiæ Jesuitæ ut solus consecraret episcopos. 3° Herinx, referente Henno, testatur se vidisse duo indulta Innocentii X, quorum uno concedebat ut Jacobus de la Torre consecraretur archiepiscopus Ephesinus a solo episcopo Neritensi, qui fuit postea Alexander VII, modo assisterent duo in ecclesiastica dignitate constituti ; et altero, permittebat suffraganeo Leodiensi consecrari in episcopum Dionysensem a quolibet antistite catholico, modo concurrerent duo abbates mitrati. 4° Alexander VII anno 1665, teste Andræa a Matre Dei, concessit Josepho a S. Maria Carmelitæ Discalceato,

episcopo Hierapolitano, ut solus cum duobus presbyteris consecraret episcopum in regno Malabar Alexandrum de Compo. 5° Innocentius X, teste Gavardi, tom. 6, p. 526, concessit Godefrido duci Franciæ Orientalis, ut ab uno episcopo, cum assistentia duorum abbatum, ordinaretur episcopus. Hæc autem omnia negare, morosi foret ac pervicacis animi.

Et ex his quidam inferunt, tres episcopos non requiri jure divino ad validitatem ordinationis episcopalis, sed unum sufficere; quia, inquiunt, pontifex non potest dispensare in jure divino. Verum arbitror illegitimam esse illationem : potuit enim Christus instituere ut tres episcopis essent ministri ordinarii consecrationis episcopalis, et quod unus ex commissione pontificis esset minister extraordinarius, sicut diximus de ministro confirmationis et ordinis; in quo casu pontifex non dispensaret in jure divino, sed secundum jus divinum ageret. Et ita censent plures qui sustinent necessitatem trium episcoporum jure divino ad validam consecrationem episcopalem.

Quæstio est itaque utrum, seclusa dispensatione pontificia, tres episcopi jure divino requirantur ad consecrationem validam unius? Plures affirmant, nec improbabiliter. Plures negant, et ut videtur probabilius; cum quibus

Dico. Tres episcopi non requiruntur jure divino ad validam ordinationem episcopalem, sed unus sufficit.

Prob. 1°. In Constit. Apost. quæ tribuuntur S. Clementi l. 8, cap. 27, alias 33, dicitur : *Si necessitas urgeret, episcopus ab uno ordinari posset.* Respondet Gonet. hunc textum esse vitiatum, sed non sufficienter probat. *Si insuper dicas* Constitutiones Apostolicas esse dubiæ fidei, quia sunt apocryphæ, dicam pariter Epistolam Anacleti, in qua potissimum fundantur adversarii, esse dubiæ fidei, quia e iam est apocrypha.

2° In pontificali Romano, unus tantum episcopus vocatur *consecrator,* alii vero *assistentes :* et S. Gregorius citatus, episcopos alios ab uno consecrante vocat *testes.* Quamvis autem non repugnet consecratorem dici assistentem et testem, si tamen omnes æque consecrent, non est ratio cur unus tantum dicatur consecrator, et alii solum assistentes et testes.

Confirmatur. Juxta can. 2 concilii Carthag. IV, ab omnibus episcopis tangitur caput electi, sed ab uno tantum *funditur benedictio,* seu forma pronuntiatur : ergo unus est consecrator. *Si dicas,* Christum sic potuisse instituere, ut plures ponerent materiam et unus proferret formam : ita quidem potuit, sed an fecerit quæstio est, nec supponendum, sed probandum.

3° Unus episcopus habet plenam potestatem ordinis, quæ ex aliorum præsentia non augetur, nec minuitur : ergo potest unus quod possunt tres.

Confirmatur. In aliis sacramentis, sufficit unus minister; quidni in ordinatione episcopi, sive sit sacramentum, sive complementum sacramenti? Neque est quod iterum recurras ad voluntatem Christi sic instituentis; de hac enim voluntate disputatur, nec sufficienter probatur in sententia opposita, *ut patebit ex solutionibus objectionum.*

4° *Prob. exemplis.* Inter plura duo seligo. Primum, Theodoretus l. 5 Hist. cap. 23, refert Evagrium quarto sæculo consecratum fuisse episcopum Antiochenum a solo Paulino, hujusque Evagrii communionem Occidentales retinuisse contra Flavianum etiam episcopum Antiochiæ, consequenter ejus ordinationem ut validam habuisse, quamvis factam contra canones. Item Innocentius Epist. 22 ad Bonifacium jubet ordinatos ab Evagrio recipi, et quamvis causa ejus in synodo Romana, Capuana et Alexandrina fuerit discussa, semper habita fuit valida.

Respondent 1° ex Baronio, Theodoretum, Flaviani partibus addictum, falsa narrasse de ordinatione Evagrii facta a solo Paulino; quia Socrates l. 5, cap. 15, et Sozomenus l. 7, cap. 12, referunt Evagrium non fuisse ordinatum nisi post mortem Paulini. 2° *Dato* Evagrium a solo Paulino ordinatum fuisse, probandum restaret id factum fuisse sine dispensatione pontificis.

Sed contra primum. Sozomenus nihil hac de re habet loco citato a Baronio, saltem in editione Coloniensi 1615, qua utor. Socrates vero dicit tantum « quod, cum » Paulinus morte occubuerat, populus il- » lius ecclesiæ Flavianum detestatus est :

» et propterea Evagrium sive suæ factio-» nis episcopum designari constituit. » Quibus verbis non significatur Evagrium tunc ordinatum fuisse, sed Paulini votis accessisse populi suffragium, eumque episcopum voluisse quem prius ordinaverat Paulinus. Idem dicit ipse Theodoretus : « Cum Evagrius, inquit, ejus (Paulini) sedem post illum obtinuisset. »

Quoad secundum, facile probatur non accessisse dispensationem pontificiam pro hac ordinatione a solo Paulino facta, ex ipso Theodoreto, qui scribit ibidem « Eva-» grium contra legem Ecclesiæ designatum » fuisse, complures canones in ejus ordi-» natione violatos, siquidem canones ne-» que faciunt potestatem cuiquam jam mor-» tem oppetituro, quemquam in locum » suum sufficere : atque omnes provinciæ » episcopos jubent in unum ad eam rem » convocari : quin etiam vetant rursus » quemquam absque tribus episcopis, epis-» copum constitui ; attamen nihil horum » scire cupientes (Romani et Ægypti), » Evagrii communionem sunt illi am-» plexati. »

Alterum exemplum. Concilium Regense anno 439, improbat ordinationem Armentarii, quia ordinatus fuerat episcopus Ebredunensis a duobus tantum episcopis, non expetitis comprovincialum litteris et sine consensu metropolitani : et tamen can. 4, concedit ipsi ut baptizatos confirmet, et ordinatis ab ipso, si sint inculpatæ vitæ, permittit in suis ordinibus permanere.

Respondent, simplicem presbyterum posse confirmare ex dispensatione pontificia, et ordinatos ab Armentario fuisse de novo consecratos. Et hæc, quia in secundo canone ordinatio Armentarii dicitur *irrita, vacuanda et nihil habere quod faceret episcopum.*

Sed contra. Quis credat Patres concilii Regensis presbytero simplici, canonum violatori, indulsisse ut episcopi munia obiret, eamque licentiam a summo pontifice in ejus gratiam emendicasse? Ordinatos ab Armentario, rursus nova ordinatione fuisse initiatos, figmentum est, cujus ne vel umbra in dicto concilio. Ratio autem utriusque responsionis omnino frivola; quia hi termini, *irrita*, *nulla*, *evacuanda*, *non facere episcopum*, *non esse episcopus*, et similes, sunt æquivoci et tam solius executionis quam substantiæ privationem important : sic pontifices et synodi declarant simoniacorum ordinationes esse cassas et irritas. Item concilium Nicænum can. 17, declarat irritam ordinationem factam a non proprio episcopo. His ergo terminis in præsenti materia significatur, non ordinatum a tribus episcopis privari non charactere et potestate episcopali, sed ejus functionibus, honore nominis et gradus, ac si non esset episcopus, eumque esse deponendum ; alioquin sequeretur invalidam etiam esse ordinationem factam, non expetitis comprovincialium litteris et voluntate metropolitani neglecta ; hæc enim jungit concilium defectui trium episcoporum. Confer objectiones sequentes.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Can. *Porro* d. 66, ex Anacleto Epist. 2 ad episcopos Italiæ, dicitur : « Je-» rosolymitanus primus archiepiscopus B. » Jacobus..... a Petro, Jacobo et Joanne » Apostolis est ordinatus, successoribus » videlicet suis dantibus formam ut non » minus quam a tribus episcopis, reliquis » omnibus assensum præbentibus, nulla-» tenus episcopus ordinetur, et communi voto ordinatio celebretur. » Nec obstat quod Jacobus jam esset ordinatus a Christo et tantum fuerit, ut ita dicam, intronisatus a tribus Apostolis; saltem juxta Anacletum, per hunc ritum Apostoli dederunt formam ordinandi episcopum per tres alios episcopos : sine forma autem non subsistit ordinatio. Ergo.

R. Omisso quod opponi posset contra auctoritatem hujus decretalis, quæ communiter habetur apocrypha, *D. maj.* Apostoli in ordinatione Jacobi dederunt formam ordinandi episcopos cæremonialem et accidentalem, sine qua ordinatio est illicita, *C.* essentialem, sine qua ordinatio est invalida, *N.* Veritas hujus solutionis manifesta est ex canone præcedente ibidem, ubi ex Aniceto, Epistola ad episcopos Galliæ, dicitur : « Archiepiscopus ab omnibus suæ » provinciæ episcopis ordinetur... sin ali-» ter præsumptum fuerit, viribus carere » non dubium est, quia irrita erit ejus se-» cus acta ordinatio. » Hæc sane fortius urgent quam quæ objiciuntur, siquidem in

illis declaretur *viribus carere et irritam* esse ordinationem archiepiscopi non factam ab omnibus suffraganeis, quod non habetur in Epistola Anacleti : et tamen nemo censet ordinationem archiepiscopi non factam ab omnibus suis suffraganeis esse invalidam. Hi ergo termini et similes, ut jam dixi, nihil aliud significant quam quod sic ordinatus contra canones, privetur functionibus et honore sui ordinis, habeaturque tanquam non episcopus.

Obj. 2°. Cap. *Chorepiscopi* d. 68, ex Damaso papa, dicitur de chorepiscopis : « Quod autem episcopi non sint qui minus » quam a tribus sunt ordinati episcopis, » omnibus patet; quoniam, ut bene nostis, » prohibitum a sanctis est Patribus, ut qui » ab uno vel a duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi : si nomen » non habent, qualiter officium habebunt? » Idem Joannes III. Ergo.

R. D. Ordinati minus quam a tribus episcopis non sunt episcopi quoad honorem, gradus et officium, ut canon ipse dicit, *C.* quia sunt suspensi a suis functionibus, et quantum ad hoc habentur quasi non episcopi : quantum ad characterem et potestatem episcopalem, *N. Solutio patet ex præcedentibus.*

Inst. Leo III ad episcopos Galliæ tempore Caroli Magni, declarat non esse sacerdotes et diaconos qui erant a chorepiscopis ordinati. Ergo.

R. vel Leonem loqui de chorepiscopis qui erant simplices sacerdotes; vel intelligit ordinatos illicite ab ipsis, non esse sacerdotes et diaconos quoad exercitium sui ordinis, non quoad characterem, ut dictum est.

Urgebis. Episcopi Galliæ et Germaniæ, hoc responso Leonis accepto, pronuntiarunt *irritum* quidquid a chorepiscopis episcopaliter præsumptum est; *nam episcopi non erant,* inquiunt, *quia nec canonice a tribus episcopis ordinati.* Ergo.

R. iterum ut ante. Pronuntiarunt *irritum,* id est, illicitum, dixerunt *non esse episcopos* quoad officium scilicet et usum suarum functionum. Vel dicendum quod, cum essent chorepiscopi duplicis generis, ut alibi diximus, alii simplices presbyteri, alii episcopi, et ubique lex de adhibendis tribus episcopis in ordinatione episcopi servaretur, bene inferebant præsules Galliæ et Germaniæ, eos qui ab uno tantum ordinati fuerant, non fuisse ordinatos in episcopos, sed in simplices presbyteros.

Repones. S. Cyprianus Epist. 68, scribit custodiendum et tenendum esse « de tra- » ditione divina et apostolica ordinatione, » ut ad ordinationes rite celebrandas, cum » plebe, cui præpositus ordinatur, episcopi » ejusdem provinciæ proximi quique con- » veniant. » Ergo.

R. 1° hanc instantiam non favere iis quos oppugnamus, qui tres tantum episcopos de necessitate sacramenti requirunt, non plebem, nec omnes episcopos proximos provinciæ. 2° *N. conseq.* Non enim solum quæ sunt essentialia sacramentis, sed etiam quæ sunt tantum ipsis cæremonialia quandoque habemus ex apostolica traditione, ut patet in mixtione aquæ cum vino ad consecrationem. Unde in hac materia sicut in aliis pluribus, distinguendæ sunt traditiones quæ pertinent ad disciplinam, et quæ statuunt dogmata inviolabilia.

Cæterum his omnibus testimoniis Anacleti, Damasi, Leonis, Joannis et præsulum Galliæ et Germaniæ oppono can. 1 Apost. in quo dicitur : *Episcopus a duobus vel tribus ordinetur;* cap. 2, l. 3 Constitut. Apost. ubi legitur : « Jubemus ut a » tribus episcopis episcopus ordinetur, et » ut minimum a duobus, ita ut ab uno cons- » titui non possit; testimonium enim duo- » rum et trium firmius est et certum. » *Neque dicas*, intelligi duos præter metropolitanum; id enim aperte falsum evincit secundum testimonium; sic enim dicit posse a duobus, ut non possit ab uno: ergo duos sic intelligit ut, altero detracto, remaneat unus. Item dicit, quia *testimonium duorum et trium est firmius et certum;* si autem intellexisset metropolitanum cum duobus aut tribus, debuisset dicere testimonium trium et quatuor. Aliunde probandum foret tunc fuisse motropolitanos in omnibus provinciis in quibus ordinabantur episcopi, quod difficile probaretur. Item oppono cap. 27 Constitut. Apost. l. 8 citato, ubi dicitur quod *si necessitas urgeat, episcopus ab uno ordinari possit.*

Obj. 2°. Novatianus, cum non inveniret Romæ a quo episcopus ordinaretur, accersivit ex aliqua Italiæ provincia tres

viles episcopos, a quibus temulentis et crapula oppressis fuit consecratus : ergo tunc ea erat opinio fidelium, invalidam fore ordinationem episcopalem quæ non fieret a tribus episcopis.

R. N. conseq. Ideo enim voluit Novatianus ordinari a tribus episcopis, ut se conformaret disciplinæ communiter receptæ, ne si eam aperte transgrederetur, majorem in se concitaret invidiam et difficilius pontificatum obtineret.

Obj. 4° Juxta Apost. Heb. 7, *Quod minus est a meliore benedicitur :* atqui unus episcopus non est melior aut dignior alio : ergo ad benedicendum episcopo plures requiruntur qui simul sunt meliores et digniores uno.

R. 1° benedicentem propria auctoritate debere esse meliorem et digniorem; secus si benedicat auctoritate Dei et ut ejus minister. 2° Episcopus nundum benedictus sed benedicendus, est minor episcopo benedicente, nec tres sunt majores et meliores uno intensive.

Verum observandum est quod, quamvis hæc sententia nobis sit speculative probabilior, quia tamen opposita est etiam vere probabilis, et hic agitur de valore sacramenti, quod est maximi momenti, in praxi standum est contrariæ sententiæ.

Et hæc sufficiant de Sacramento ordinis.

TRACTATUS

DE MATRIMONIO.

D. Th. Supp.a Q. 41 ad 67.

SUMMA DOCTRINÆ CATHOLICÆ DE MATRIMONIO.

EX CONCILIIS FLORENTINO ET TRIDENTINO.

Decretum concilii Florentini pro instructione Armenorum.

Sub. Eug. IV. an. 1439. — Ex S. Th. Opusc 5. — « Septimum est sacramentum » matrimonii, quod est signum conjunc- » tionis Christi et Ecclesiæ, secundum » Apostolum dicentem : *Sacramentum » hoc magnum est : ego autem dico in » Christo et in Ecclesia.* Causa efficiens » matrimonii, regulariter est mutuus con- » sensus per verba de præsenti expressus. » Assignatur autem triplex bonum matri- » monii. Primum est proles suscipienda et » educanda ad cultum Dei. Secundum est » fides quam unus conjugum alteri ser- » vare debet. Tertium, indivisibilitas ma- » trimonii, propter hoc quod significat in- » divisibilem conjunctionem Christi et Ec- » clesiæ. Quamvis autem ex causa fornica- » tionis liceat thori separationem facere, » non tamen aliud matrimonium contra- » here fas est, cum matrimonii vinculum » legitime contracti perpetuum sit. »

Canones concilii Tridentini de matrimonio.

Sess. 24. 11 Nov. 1563, sub Pio IV. — I. « Si quis dixerit matrimonium non esse » vere et proprie unum ex septem legis » Evangelicæ sacramentis, a Christo Do- » mino institutum, sed ab hominibus in » Ecclesia inventum, neque gratiam con- » ferre : anathema sit.

II. » Si quis dixerit licere christianis » plures simul habere uxores, et hoc nulla » lege divina esse prohibitum : anathema » sit.

III. » Si quis dixerit eos tantum con- » sanguinitatis et affinitatis gradus qui Le- » vitico exprimuntur, posse impedire ma- » trimonium contrahendum et dirimere » contractum ; nec posse Ecclesiam in non- » nullis illorum dispensare, aut consti- » tuere ut plures impediant et dirimant : » anathema sit.

IV. » Si quis dixerit Ecclesiam non po- » tuisse constituere impedimenta matrimo- » nium dirimentia, vel in iis constituendis » errasse : anathema sit.

V. » Si quis dixerit, propter hæresim, » aut molestam cohabitationem, aut affec- » tatam absentiam a conjuge, dissolvi posse » matrimonii vinculum : anathema sit.

VI. » Si quis dixerit matrimonium ra- » tum non consummatum, per solemnem » religionis professionem alterius conju- » gum, non dirimi : anathema sit.

VII. » Si quis dixerit Ecclesiam errare » cum docuit et docet, juxta Evangelicam » et Apostolicam doctrinam, propter adul- » terium alterius conjugum matrimonii vin- » culum non posse dissolvi ; et utrumque, » vel etiam innocentem qui causam adul- » terio non dedit, non posse altero con- » juge vivente aliud matrimonium con- » trahere, mœcharique eum qui, dimissa » adultera, aliam duxerit, et eam quæ, di- » misso adultero, alii nupserit : anathema » sit.

VIII. » Si quis dixerit Ecclesiam errare » cum ob multas causas separationem in- » ter conjuges, quoad thorum, seu quoad » cohabitationem, ad certum incertumve » tempus fieri posse decernit : anathema » sit.

IX. » Si quis dixerit clericos in sacris » ordinibus constitutos, vel regulares, cas- » titatem solemniter professos, posse ma- » trimonium contrahere, contractumque » validum esse, non obstante lege eccle-

» siastica, vel voto; et oppositum nihil aliud » esse quam damnare matrimonium, pos- » seque omnes contrahere matrimonium » qui non sentiunt se castitatis, etiamsi » eam voverint, habere donum : anathema » sit; cum Deus id recte petentibus non » deneget, nec patiatur nos supra id quod » possumus tentari.

X. » Si quis dixerit statum conjugalem » anteponendum esse statui virginitatis, » vel cœlibatus, et non esse melius ac bea- » tius manere in virginitate, aut cœlibatu, » quam jungi matrimonio; anathema sit.

XI. » Si quis dixerit prohibitionem so- » lemnitatis nuptiarum certis anni tem- » poribus, superstitionem esse tyrannicam, » ab ethnicorum superstitione profectam; » aut benedictiones et alias cæremonias » quibus Ecclesia in illis utitur, damnave- » rit : anathema sit.

XII. » Si quis dixerit causas matrimo- » niales non spectare ad judices ecclesias- » ticos : anathema sit.

DISSERTATIO I.

DE MATRIMONIO SECUNDUM SE.

D. Th. Supp. Q. 41 et 42.

ARTICULUS I.

De nominibus, definitionibus et essentia matrimonii.

NOMINA.

Supp. q. 44. a. 2. — Matrimonium secundum varias consideraciones varia sortitur nomina. Consideratum secundum essentiam, quæ est, ut dicemus, nexus seu conjunctio maris et fœminæ, dicitur *conjugium*, quasi junctio duorum sub uno jugo; unde et *conjuges*. Spectatum secundum causam, quæ est desponsatio seu contractus solemnitas, vocatur *connubium* et *nuptiæ*, a verbo *nubo* seu *velo;* quia in ipsa solemnitate desponsationis capita nubentium velantur, seu velamine obnubuntur in signum pudoris et modestiæ quam inter se servare debent. Consideratum secundum effectum, nempe prolem, vocatur *matrimonium;* quia, ut ait S. Augustinus lib. 19 contra Faustum cap. 26, *Non ob aliud debet fœmina nubere, quam ut mater fiat*. Potius autem dicitur matrimonium a matre, quam patrimonium a patre : tum quia, ut ait Gregorius IX, cap. *Ex litteris*, de Conversione infidel. licet pater sit sexu dignior, matri tamen fœtus est *ante partum onerosus, dolorosus in partu, post partum laboriosus*, maxime enim illi cura prolis incumbit; tum quia prolis certa mater est, non semper certus pater.

DEFINITIONES.

Matrimonium est et contractus civilis in officium naturæ quam propagat et conservat, et sacramentum novæ legis, gratiam conjugibus conferens ad proles christiane educandas et ad sustinenda matrimonii onera.

Ib. a. 3. o. — Ut est in officium naturæ, communiter definitur ex Magistro sententiarum : *Viri mulierisque conjunctio maritalis inter legitimas personas, individuam vitæ societatem retinens;* quibus particulis si addas, *et gratiam conjugibus conferendam significans*, habebis definitionem matrimonii ut est sacramentum novæ legis.

Explicatur definitio. Dicitur *conjunctio*, et hæc particula tenet locum generis; cæteræ particulæ tenent locum differentiæ.

Dicitur *maritalis*, ut distinguatur ab aliis conjunctionibus viri et mulieris, puta filiali, fraterna, negotiationis, etc.

Dicitur *viri et mulieris*, quo designatur subjectum matrimonii, et quidem viri et mulieris in singulari, ut excludatur polygamia.

Dicitur *inter legitimas personas*, id est, inter personas habiles ad contrahendum quæ nullo impedimento sunt irretitæ.

Dicitur *individuam vitæ societatem retinens*, id est, perpetuam et indissolubilem; matrimonium enim sola morte unius conjugis, non consensu partium, ut alii contractus, solvi potest.

Dicitur *gratiam conjugibus conferendam significans*, practice scilicet et efficaciter, quod est proprium sacramentum novæ legis.

ESSENTIA.

In matrimonio plura concurrunt. 1° Mutuus consensus exterius expressus, seu contractus. 2° Mutua corporum traditio. 3° Nexus seu vinculum resultans inter conjuges. 4° Jus mutuum ad copulam. 5° Denique usus matrimonii seu ipsa copula. Quæstio est in quo ex his omnibus sita sit essentia matrimonii considerati in

facto esse et ut est res permanens. Si enim consideretur in fieri et causaliter, constat sitam esse in ipso consensu exterius expresso seu contractu.

Ibid. a. 1. o. — *Dico.* Matrimonium in facto esse, consistit essentialiter in vinculo formali seu nexu indissolubi, resultante ex mutuo contrahentium consensu.

Innuitur his verbis Genes. 2 : *Erunt duo in carne una..... quamobrem derelinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ.*

Prob. Matrimonium in facto esse, non consistit essentialiter in consensu mutuo, sive externo, sive interno, neque in mutua traditione corporum; quia ista transeunt remanente matrimonio : neque in jure mutuo ad copulam, tum quia jus istud ad copulam est quid consequens ad matrimonium jam constitutum; ideo enim conjuges habent jus ad copulam, quia sunt matrimonio juncti ; tum quia subsistit matrimonium absque isto jure, ut in iis qui mutuo consensu se obligant ad servandam continentiam, nisi forte intelligas de jure radicali, quod nihil est aliud quam ipse nexus seu conjunctio formalis et passiva. — **Suppl. q. 42. a. 4. o.** — Neque consistit in ipso usu seu copula : 1° quia usus et operatio rei non est de illius essentia ; facultas enim et potentia est essentialiter constituta antequam operetur. 2° Quia fuit verum matrimonium inter Adam et Evam in paradiso terrestri, cum tamen inter eos non intercesserit copula, nisi post expulsionem e paradiso. Item inter S. Josephum et B. Virginem fuit verum matrimonium sine copula : pariter est verum matrimonium inter eos qui voto mutuo se ad continentiam astringunt, aut qui ante consummationem religionem profitentur. Ergo.

Dixi, *in vinculo formali;* quia non sumitur vinculum causaliter pro re quæ vinculat, sic enim est ipse contractus, sed pro modo et nexu formali seu conjunctione passiva ex vinculo causali resultante, quam Auctor q. *44*, a. 1, reponit in relatione conjunctorum.

Dices 1°. Matrimonium est sacramentum : atqui vinculum istud non est sacramentum, cum non sit aliquid sensibile : ergo.

Ibid. q. 44. a. 1. ad 2. — *R. D. maj.* Matrimonium in fieri et causaliter sumptum, est sacramentum, *C.* in facto esse et essentialiter sumptum, *subdistinguo.* Est sacramentum tantum, *N.* est sacramentum et res sacramenti, *C.* Quod autem est sacramentum et res sacramenti, non necessario debet esse sensibile secundum se, sed sufficit quod sit sensibile in sua causa.

Dices 2°. Matrimonium est in officium generationis et in remedium concupiscentiæ : atqui neutrum habetur nisi per copulam : ergo copula pertinet ad essentiam matrimonii.

Ibid. q. 42. a. 4. ad 3 et 4. — *R. N. conseq.* Quia assecutio finis alicujus rei non est de illius essentia. Insuper remedium contra concupiscentiam, unum est in habitu, et hoc præstatur per gratiam ante copulam, ut scilicet legitimo affectu conjuges possint convenire. Alterum est in actu seu usu per quem satisfaciendo concupiscentiæ cavet ab alia turpitudine ; hoc autem non pertinet ad essentiam matrimonii, sed ad perfectionem seu integritatem ejus secundariam et accidentalem.

Dices 3°. Quod pertinet ad significationem sacramenti, est de illius essentia : atqui carnalis commixtio pertinet ad significationem sacramenti : ergo. *Prob. min.* Matrimonium significat conjunctionem Christi cum Ecclesia : atqui hæc conjunctio significatur per commixtionem carnalem : ergo.

Ibid. ad 2. — *R. D. maj.* Quod pertinet ad significationem sacramenti quantum ad rem in eo contentam, scilicet gratiam, est de illius essentia, *C.* quantum ad rem in eo non contentam, qualis est conjunctio Christi cum Ecclesia, *N.* Insuper duplex est conjunctio Christi cum Ecclesia, una naturalis per Incarnationem, altera moralis seu spiritualis per charitatem et amorem : hæc significatur per mutuum consensum contrahentium ; prima significatur formaliter per commixtionem carnalem, radicaliter et remote etiam per ipsum consensum mutuum qui ordinatur implicite ad copulam.

Possent objici quædam auctoritates Patrum ex Gratiano cap. *Institutum*, cap. *Sic quippe*, cap. *Non dubium*, causa 27, q. 2. Sed Gratianum depravatis SS. Pa-

trum sententiis fuisse deceptum, ostendit Soto in 4, d. 26, q. 2, a. 4; Sylvius hic q. 2, a. 4 et allii.

ARTICULUS II.

De matrimonio ut est in officium naturæ.

Tria in præsenti articulo ponuntur in quæstione : primum, utrum matrimonium sit hominibus naturale? secundum, utrum sit in præcepto? tertium, utrum ejus actus sit licitus, possitque esse meritorius?

§ I. — *Utrum matrimonium sit hominibus naturale?*

Sensus quæstionis non est, utrum coitus maris cum fœmina causa generationis, sit naturalis? id enim indubium est, quandoquidem affectus et instinctus naturæ in rebus corruptioni obnoxiis sit conservare speciem per generationem. Sed sensus est, utrum id sit hominibus, præter alia animalia, a natura inditum, ut mas et fœmina ad officium generationis destinati, nexu indissolubili copulentur? hoc enim intelligitur nomine matrimonii, ut dictum est.

Supp. q. 41. a. 1. 1. — Naturale dupliciter dicitur : uno modo prout distinguitur contra liberum, quod scilicet ex principiis naturæ necessario causatur, ut igni moveri sursum, gravi deorsum; et sic certum est matrimonium non esse naturale. Alio modo dicitur naturale ad quod natura inclinat, licet per liberum arbitrium compleatur, ut actus virtutum exercere, sumere cibum, etc. Quo sensu

Ibid. — *Dico.* Matrimonium est hominibus naturale.

Ibid. — *Prob.* Illud est homini naturale, ad quod ejus ratio naturalis inclinat : atqui ratio naturalis hominis inclinat ad matrimonium : ergo. *Prob. min.* Naturalis ratio hominis ipsum inclinat ad conservationem speciei per generationem prolis, non minus, imo fortius quam ad conservationem individui per sumptionem cibi; quia bonum speciei est universalius et præstantius bono individui : atqui ad hunc finem est necessarium matrimonium : ergo. *Prob. min.* Natura in conservatione speciei non solum intendit generationem prolis, sed et ejus traductionem ac promotionem ad statum perfectum secundum corpus et animam : atqui ad hæc requiruntur determinati parentes, aliquo vinculo colligati, in quo consistit matrimonium, ut diximus : ergo. Conferantur dicenda de indissolubilitate matrimonii.

Inferes. Ergo virginitas et cœlibatus sunt contra inclinationem naturalem; consequenter sunt peccata.

R. Data prima illatione, N. secundam. Non enim omne quod est contra naturalem inclinationem præcise est semper peccatum, sed tantum id quod est contra inclinationem naturalem ex dictamine rationis obligantem : nunc vero, multiplicato sufficienter genere humano, ratio dictat ad id non esse necessarium matrimonium in quolibet, consequenter inclinatio naturalis non obligat ad illud. Adde quod etiam quandoque liceat agere contra inclinationem naturalem propter majus bonum animæ, ut patet in eo qui mortificationis ergo abstinet a cibo utili et aliqualiter necessario corpori, ad quem tamen est inclinatio naturalis.

Dices. Inclinatio naturalis est communis omnibus : atqui non apparet in omnibus inclinatio naturalis ad matrimonium : ergo.

R. esse quidem in omnibus, sed in aliquibus non ita sensibiliter se exerit, eo quod conservationi speciei sufficienter sit provisum. Sit paritas in inclinatione naturali quæ omnibus inest defendendi bonum commune et rempublicam.

§ II. — *Utrum matrimonium cadat sub præcepto?*

Dico 1°. Matrimonium cadit aliquo sensu sub præcepto naturali.

Prob. Medium maxime necessarium ad finem a natura intentum cadit sub præcepto naturæ : atqui matrimonium est maxime necessarium ad finem a natura intentum, scilicet ad debitam et congruam conservationem speciei, *ut patet ex § præcedenti :* ergo. Hoc autem præceptum indicavit Deus dum dixit, Genes. 2 : *Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ.*

Neque simile est de aliis animalibus quibus non datur præceptum, sed sufficit inclinatio naturalis ad conservationem speciei; tum quia non sunt præcepti capacia; tum quia homo, non obstante hac inclinatione naturali, manet adhuc liber ad illi assentiendum vel dissentiendum.

Si petas ad quod præceptum naturale istud reducatur ? *R.* reduci ad præceptum de dilectione proximi.

Ibid. a. 2 o. — *Dico* 2°. Præceptum de matrimonio obligat per se directe et primario communitatem, ut curet aliquos nubere, non unumquemque ut nubat, nisi forte casu quo paucitas hominum exigeret ut quilibet generationi vacaret.

Ibid. — *Prob. prima pars.* Jure naturali quisque tenetur ad ea quæ propriam perfectionem et conservationem spectant : atqui matrimonium spectat perfectonem et conservationem communitatis : ergo præceptum de matrimonio illam per se directe obligat. Verum cum homines propria voluntate sufficienter vacent conservationi speciei, respublica ab illa cura nunc liberatur.

Ibid. in a. s. c. et o. — *Prob. secunda pars.* 1° Apost. 1 Cor. 7, dicit : *Qui non jungit matrimonio virginem suam, melius facit,* scilicet quam qui jungit. Ibidem : *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem.* Item : *Dico non nuptis et viduis, bonum est illis si sic permaneant sicut et ego ;* et alia similia ibidem. 2° Nulli debetur præmium propter transgressionem præcepti ; sed virginibus debetur præmium speciale, scilicet aureola. Ergo. 3° Ad ea quæ spectant perfectionem multitudinis, cum multa sint hujusmodi quorum unum impedit aliud, non obligatur quilibet, alias omnes tenerentur ad agriculturam, ad artem ædificatoriam et similia quæ sunt communitati necessaria ; sed huic inclinationi satisfit cum per diversos diversa de prædictis complentur : atqui ad perfectionem multitudinis humanæ necessarium est aliquos vitæ contemplativæ vacare, quæ maxime per matrimonium impeditur : ergo.

Tertia pars patet. Quia sicut in casu necessitatis quilibet tenetur ad defensionem reipublicæ, ita ad conservationem speciei ; hæc enim non est minus necessaria quam illa.

Dices 1°. Apost. 1 Cor. 7, dicit : *Unusquisque uxorem suam habeat ;* et Exod. 23, præcipitur ut *non sit infœcunda et sterilis in terra Israël.* Ergo.

R. ad primum, hæc Apostoli verba spectare conjugatos, quibus non præcipitur sed permittitur ad vitandam fornicationem sua conjuge uti. *Ad secundum.* Non continetur ibi præceptum, cum non sit in potestate hominum ut mulieres non sint steriles, sed promissio fœcunditatis.

Dices. 2°. Quilibet tenetur ad cibum : ergo et ad conjugium.

R. N. cons. Quia individuum servari non potest absque eo quod quilibet sibi sumat cibum : species autem potest conservari absque eo quod quilibet vacet generationi.

Cætera argumenta require in tractatu de Temperantia dissert. 4, a. 2, ubi probavimus contra Lutheranos virginitatem esse licitam.

§ III. — *Utrum actus matrimonii sit licitus, possitque esse meritorius ?*

Dico. Actus matrimonii est licitus, potestque esse meritorius.

Ibid. a. 3 et 4. o.—Est contra antiquos hæreticos, Saturninum, Marcionem, Manichæos, Encratitas et alios. Sequitur ex dictis ; si enim natura inclinat, imo præcipit matrimonium, evidens est quod ejus actus sit licitus et possit esse meritorius. Insuper tamen

Ibid. a. 3 in a. s. c.—*Prob. prima pars* ex Apost. 1 Cor. 7 : *Si nupserit virgo, non peccavit.* Ibidem : *Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro ;* et plura similia ibidem. 1 Tim. 5 : *Volo juniores nubere, filios procreare.* Lege Matth. 19 et Joan. 2, in quem locum S. August. Tract. 9, dicit quod Dominus invitatus venit ad nuptias ut prædamnaret eos « qui » futuri erant, de quibus dixit Apostolus : » Prohibentes nubere et dicentes quod » malæ essent nuptiæ et quod diabolus » eas fecisset. » Plura alia scribit in hanc rem S. Doctor l. 1 de Nupt. et Concupis. c. 4 de Bono conjugali ; c. 7 de Hæresibus : contra duas Epist. Pelag. et alibi. Item alii Patres.

Ibid. o. — *Accedit ratio.* Ea quæ pertinent ad conservationem naturæ corporalis et ad quæ inclinat natura, non possunt dici universaliter mala et illicita ; natura enim corporalis non est a Deo malo creata, ut somniabant Manichæi et alii veteres hæretici, sed a bono Deo instituta : atqui ex dictis natura inclinat ad actum matrimonii seu prolis procreationem, per quam natura speciei conservatur : ergo.

Ibid. a. 4. in a. s. c. et o.—*Prob. secun-*

da pars. 1° Omnis actus quo impletur præceptum est meritorius, si ex charitate fiat: atqui est hujusmodi actus matrimonii: *Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro :* ergo. 2° Ad actum matrimonii inducere potest virtus vel justitiæ ut debitum reddat, vel religionis ut proles ad cultum Dei procreetur : atqui tunc erit meritorius, si nulla intercedente circumstantia vitietur; omnis enim actus virtutis est meritorius : ergo. Ne tamen inde inferas consulendum esse conjugibus frequentare actus matrimonii; quamvis enim sint boni, non tamen sunt optimi : sic bonum est comedere, melius tamen aliquando abstinere.

Obj. 1° *ab auctoritate.* 1° Luc. 14, matrimonium impedit hominem a cœna patrisfamilias. 2° Rom. 8 : *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt :* quod Siricius papa Epist. 1, cap, 6 et 7, applicat matrimonio; et c. 5, matrimonium vocat pollutiones. 3° Ubi venia seu indulgentia est, ibi culpa : *Evidenter denotat culpam, dum tribuit veniam,* inquit S. Aug. lib. de Peccato originali cap. 38 : at juxta Apost. 1 Cor. 7, matrimonium conceditur secundum indulgentiam. 4° ibid. Apost. dicit : *Bonum est homini mulierem non tangere :* ex quo S. Hieronymus lib. 1 contra Jovin. cap. 4, infert : Ergo malum est tangere. 5° Idem Apost. 1 Cor. 7, dicit; *Qui nubunt, sint tanquam non nubentes :* sed non nubentes non habent actum matrimonialem. Ergo.

R. ad primum, id contingere non conjugii, sed conjugati vitio. *Ad secundum,* sensus est quod qui in carne et secundum carnem vivunt, Deo placere non possunt. Siricius autem locis citatis loquitur de conjugiis sacerdotum, monachorum et eorum qui post publicam pœnitentiam attentabant nova conjugia, quod erat illis prohibitum can. 21 concilii Arelat. II, vel aliunde illicitis fruebantur amplexibus. *Ad tertium,* Apostolus intelligit de usu matrimonii qui licet intra limites matrimonii, non sit tamen propter fines debitos, scilicet causa debiti reddendi vel prolis generandæ, quem esse peccatum veniale dicemus infra. *Ad quartum. Data consequentia* S. Hieron. tangere mulierem est malum non culpæ, sed pœnæ; quia id non fit sine turpi concupiscentia, quæ est pœna peccati originalis, quod tamen excusatur a peccato per bona matrimonii, ut dicam infra. *Alii negant consequentiam* S. Hieronymi, et dicunt Apostolum per *bonum* intellexisse *melius,* sicut ibidem dum dicit : *Qui judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit* : per *bene* intelligit *melius;* statim enim addit : *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, et qui non jungit, melius facit.* — **Ibid. a. 3. ad 1.** — *Ad quintum.* Apostolus in his verbis non prohibuit usum matrimonii, sicut nec rerum possessionem, cum dixit ibidem : *Qui utuntur hoc mundo, sint quasi non utentes;* sed in utroque fruitionem prohibuit : quod patet ex ipso modo loquendi; non enim dixit, sicut non utentes vel non habentes, sed *tanquam* seu quasi non utentes, vel non habentes.

Obj. 2° *a ratione.* 1° Actus matrimonialis habet semper annexam concupiscentiam, concupiscentia autem est turpis. 2° Superfluitas passionis corrumpit virtutem : atqui in usu matrimonii est superfluitas passionis, adeo ut absorbeat rationem quæ est principale bonum hominis : ergo. 3° Nihil excusatur nisi peccatum, sed actus matrimonii indiget excusari per bona matrimonii, ut dicetur infra : ergo. 4° Usus matrimonii dividit hominem a Deo : unde Exod. 19 et alibi, qui debebant Deum videre aut sacra tangere, prohibentur accedere ad uxores : solum autem peccatum dividit hominem a Deo, juxta illud Isaïæ 59 : *Iniquitates vestræ diviserunt inter vos et Deum vestrum.* 5° Matrimonium post peccatum est institutum in remedium concupiscentiæ : ergo qui eo sic utuntur peccant, cum ipsam concupiscentiam expleant. 6° Usus matrimonii est causa originalis peccati in prole. Ergo.

Ib. ad 3. — *R. ad primum ut ante.* Concupiscentia quæ reperitur in actu conjugali est turpis turpitudine pœnæ, provenientis ex peccato primi parentis, non turpitudine culpæ. — **Ibid. ad 6.** — *Ad secundum.* Superfluitas passionis quæ virtutem corrumpit, non solum impedit rationis actum, sed etiam tollit rationis ordinem, quod non facit delectationis intentio in actu matrimonii; quia etsi tunc non ordinetur homo, est tamen a ratione

præordinatus. — **Ib. ad 4. et q. 49. a. 1. ad 2.** — *Ad tertium, D.* Nihil excusatur per bona extrinseca nisi peccatum, *C.* per bona intrinseca, *N.* Bona itaque quæ matrimonium honestant, sunt de ratione ipsius, et idcirco non eis indiget quasi extrinsecis quibusdam ad honestandum, sed quasi causantibus in ipso honestatem, quæ ei secundum se competit, consequenter est secundum se bonum. Dicitur autem excusari, quia habet similitudinem mali et affert quædam incommoda quæ indigent compensari. De hoc latius infra. — **Hic ib. ad 2.** — *Ad quartum.* Actus conjugalis non dividit hominem a Deo quantum ad habitum charitatis, quod est proprium peccato, sed tantum quoad actum contemplationis et amoris, quod accidit etiam iis quæ non sunt peccata; aliqua enim occupatio licita circa res inferiores animum distrahit, ut actu Deo conjungi non sit idoneus, et hoc præcipue accidit in carnali commixtione, in qua detinetur mens propter delectationem intensam. *Ad quintum.* Matrimonium sive ante sive post peccatum non est proprie institutum in remedium concupiscentiæ, sed ad procreationem et educationem prolis; hæc enim est ejus proprius finis in utroque statu. Remedium autem concupiscentiæ est aliquis ejus effectus, quem qui spectant, dum utuntur matrimonio propter proprium ejus finem, aut causa reddendi debiti, non peccant. *Ad sextum, negatur.* Non enim usus matrimonii, sed voluntas Adami est causa peccati originalis. De quo vide dissert. 6 de peccatis a. 2, § 2.

ARTICULUS III.

De matrimonio ut est sacramentum.

ET PRIMO

Utrum sit sacramentum novæ legis proprie dictum?

Sacramentum generaliter et late sumptum, ut alibi scripsi, est quodcumque signum rei sacræ : sacramentum stricte et proprie dictum, prout sumitur in nova lege, est signum practicum et effectivum rei sacræ, gratiæ scilicet nos sanctificantis.

Suppono matrimonium ex institutione divina esse sacramentum late sumptum; fuit enim institutum a Deo ut significaret conjunctionem Christi cum natura humana et Ecclesia, tam naturalem per incarnationem, quam moralem et spiritualem per charitatem. *Patet* ex his quæ Genes. 2 Adam, afflatus divino Spiritu, prophetice dixit : *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea... Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ.* Juxta enim SS. Patres, his verbis Adam prædixit conjunctionem Christi cum Ecclesia in sua incarnatione, figuratam per suum matrimonium cum Eva; Ecclesia enim est ex ossibus Christi in cruce pendentis formata; Christus dereliquit Patrem suum in cœlis, non derelictione divinitatis, sed assumptione humanitatis, et matrem suam Synagogam, erat enim natus Judæus, atque adhæsit indissolubiliter Ecclesiæ sponsæ suæ. Ita interpretantur Tertullianus lib. de Anima, c. 11; S. Hieronymus in cap. 5 ad Ephes. S. Aug. l. 9 de Genesi ad Litt. cap. 19, et ipsum Trid. sess. 24, cap. unico de Matrim. atque aperte exprimit Apost. ad Ephes. 5 : *Propter hoc*, inquit, *relinquet homo patrem et matrem suam et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una : sacramentum hoc magnum est : ego autem dico in Christo et in Ecclesia.*

Neque dicas cum hæreticis, τὸ *sacramentum* in textu Apostoli non referri ad matrimonium, sed ad unionem Christi cum Ecclesia, ita ut sensus sit conjunctionem Christi cum Ecclesia esse magnum *sacramentum*, græce, *mysterium*. Enimvero τὸ *hoc* refertur ad id quod præcedit, *propter hoc relinquet*, etc. id est, ad matrimonium. Quando ergo Apostolus dicit *sacramentum hoc*, intelligit matrimonium. Favet etiam textus Græcus, qui habet *in Christum et Ecclesiam*, significans unionem Christi cum Ecclesia esse terminum seu objectum significatum per unionem conjugalem Adæ et Evæ.

Negant a fortiori Lutherani et Calvinistæ matrimonium esse sacramentum novæ legis proprie dictum. Magister sententiarum, quamvis annumeret matrimonium sacramentis novæ legis, ipsi tamen denegat vim causandi gratiam; Durandus non agnoscit ipsum nisi ut sacramentum late sumptum pro signo rei sacræ : hi duo ante definitiones solemnes Ecclesiæ in conciliis Constantiensi, Florentino et Tridentino, quorum ideo opinionem Doctor Angelicus

non impugnat ut hæreticam, sed tantum ut minus probabilem.

Supp. q. 42. a. 1. et 3. o. — *Dico.* Matrimonium in nova lege est vere et proprie dictum sacramentum.

Quamvis quidam arbitrentur conclusionem probari posse tantum ex traditione, conciliorum definitionibus firmata, non ex Scriptura sacra, duo tamen loca proferimus ex quibus non obscure eruitur veritas catholica.

1° Apost. Ephes. 5, ut jam observavimus, dicit matrimonium esse sacramentum seu signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, et ibi loquitur de conjunctione non solum naturali per incarnationem, quæ est communis toti generi humano, sed etiam de conjunctione morali per gratiam et charitatem, quæ est propria Ecclesiæ; dixerat enim prius: *Viri, diligite uxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam:* atqui matrimonium non posset esse signum hujus unionis moralis, nisi conjuges uniat non solum carnali vinculo, sed etiam gratia et charitate, consequenter nisi sit signum practicum et efficax gratiæ quod est sacramentum stricte dictum; atque ita ratiocinatur Trid. sess. 24, cap. unico de Matrimonio.

2° Christus Joan. 2, invitatus ad nuptias, illas insigni miraculo approbavit, atque illis benedixit, eis conferendo vim causandi gratiam. Ita tradunt SS. Patres. Cyrillus Epist. ad Nestor. a Patribus Ephesinis confirmata, p. 1 Act. cap. 26, dicit, « Christum dispensatorie ipsis tunc bene» dixisse nuptiis, cum in Cana Galilææ cum » sanctis vocatus est. » Idem l. 2 in Joan. scribit Christum ad nuptias venisse, « ut » illas sua præsentia honestaret et vete» rem partus tristitiam depelleret, iisque » quoque qui postea nascituri erant, gra» tiam præstitueret. » Epiphan. hæresi 67: « Nam, inquit, venerabiles esse nuptias et » Dei aspirante gratia regnum obtinere, » quis vel ex eo non agnoscat, quod ad » nuptias invitatus Salvator ipse fuerit, ut » iis benediceret? » S. Aug. tract. 9 in Joan. c. 2: « Per hoc ergo, inquit, Do» minus invitatus, venit ad nuptias, ut » conjugalis castitas firmaretur et osten» deretur sacramentum nuptiarum. »

Prob. traditione. Tertullianus de Præscript. cap. 4, dicit diabolum æmulari *res divinorum sacramentorum in idolorum mysteriis,* tingere suos, frontibus obsignare, mitra condecorare, panem offerre; id est, imitati sacramenta baptismi, confirmationis, ordinis et eucharistiæ; tum addit: *Quid? Quod et summum pontificem in unis nuptiis statuit:* ubi Tertullianus sacramentis proprie dictis matrimonium annumerat.

S. Ambrosius l. 1 de Abraham c. 7: « Cognoscimus, inquit, præsulem custo» demque conjugii esse Deum, qui non pa» tiatur alienum thorum pollui; et si qui » fecerit peccare in Deum, cujus legem » violat, gratiam solvat: et ideo quia in » Deum peccat, sacramenti cœlestis amit» tit consortium. » Siricius papa Epist. 1, cap. 4, vocat violationem matrimonii a sacerdote benedicti, sacrilegium.

S. Aug. l. 1 de Nuptiis et Concup. cap. 10, l. 5 contra Julianum c. 12, l. de Bono conjugali c. 24, duo distinguit in matrimoniis infidelium, nempe finem, qui est generatio prolis, et fidem. Tertium autem addit in matrimoniis fidelium, scilicet sacramentum. « Bonum igitur nuptiarum, » inquit ultimo loco citato, per omnes gen» tes atque homines in causa generandi » est, et in fide castitatis; quod autem ad » populum Dei pertinet, etiam in sanctitate » sacramenti. » Evidens est quod sumat stricte sacramentum, cum illud deneget matrimoniis infidelium, quæ tamen habent rationem sacramenti late sumpti pro signo unionis Christi cum natura humana per incarnationem. Et eodem lib. de Bono conjugali cap. 18, vocat matrimonium *signaculum et sacramentum;* et caput sic concludit: « In nostrarum quippe (mulie» rum) nuptiis plus valet sanctitas sacra» menti quam fœcunditas uteri. » Et l. de Fide et operibus c. 7: « In ecclesia nup» tiarum non solum vinculum, verum etiam » sacramentum ita commendatur. » Plura alia tum S. Augustini, tum cæterorum Patrum testimonia, brevitatis causa omitto. Legi possunt apud Bellarminum et alios.

Hanc traditionem firmant varia concilia. Lucius III, qui florebat sæculo 12, in concilio Veronæ habito, anathema dicit omnibus qui de baptismo, eucharistia, confessione, matrimonio, vel reliquis sacramentis aliter senserint quam sacrosancta

Romana ecclesia. Refertur cap. *Ad abolendam*, extra de Hæreticis.

Concilium Constantiense sess. 13, et in bulla Martini V *Inter cunctas*, Florentinum in decreto Unionis, agnoscunt matrimonium ut sacramentum novæ legis, ac denique concilium Trid. sess. 7, can. 1, annumerat matrimonium septem sacramentis; et sess. 24, can. 1, sic definit : « Si quis dixerit matrimonium non esse » vere et proprie unum ex septem legis » Evangelicæ sacramentis, a Christo Domi» no institutum, sed ab hominibus in Ec» clesia inventum, neque gratiam con» ferre : anathema sit. »

Confirmatur ex hoc quod ab Ecclesiæ incunabulis matrimonium semper celebratum fuerit ut res sacra, in loco sacro, ritibus sacris, coram ministro sacro, quod sane non ita semper observatum fuisset, si esset contractus mere civilis.

Confer insuper dissert. 7 de Sacramentis in genere a. 1, ubi probavimus ex S. Scriptura, Patribus, conciliis ac consensu utriusque Ecclesiæ, Græcæ et Latinæ, esse septem sacramenta.

Vix aliquid momenti objiciunt hæretici, unde eorum argumenta leviter perstringam.

Dicunt itaque 1°. Unum sacramentum non opponitur alteri : sed ordo opponitur matrimonio. Ergo. 2° In unoquoque sacramento assignari debet sacramentum tantum, res et sacramentum, et res tantum, quæ assignari non possunt in matrimonio. 3° Sacramentum efficit quod significat. Matrimonium significat conjunctionem Christi cum Ecclesia per incarnationem et charitatem, et tamen eam non efficit. 4° Non datur pecunia pro sacramentis, datur autem pro matrimonio. 5° Inter primos parentes, deinde in lege naturæ et scripta, ac tum inter infideles, est et fuit verum matrimonium, et tamen nec est aut fuit sacramentum proprie dictum. 6° Matrimonium non causat gratiam, alioquin sequitur quod deserens statum virginitatis quem sancte colebat, adipisceretur augmentum gratiæ, quod videtur absurdum, cum a perfectiori statu ad imperfectiorem deficiat, et est contra Apostolum 1 Cor. 7, dicentem : *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, et qui non jungit, melius facit.* 7° Actus conjugalis est pars matrimonii, et tamen non causat gratiam. 8° Magister et Durandus tenent matrimonium non esse proprie sacramentum, nec causare gratiam, et tamen neque S. Thomas, neque S. Bonavent. illos damnant ut hæreticos. 9° *Esto* matrimonium causet gratiam, non sequitur inde quod sit proprie sacramentum; martyrium enim causat gratiam, neque tamen est sacramentum. 10° Ecclesia in concilio Trid. mutavit materiam matrimonii, irritando consensum clandestinum; quod facere non potuisset, si matrimonium esset sacramentum.

Ibid. a 1. ad 3. — *R. ad primum*, sacramentum ordinis non opponi matrimonio; siquidem sacerdotes Græci utantur matrimono; sed in ecclesia Latina conjugati arcentur ab ordinibus, non ratione sacramenti, sed ratione status conjugalis, qui affert varia impedimenta functionibus sacerdotii.

Ad secundum. N. min. In matrimonio enim sacramentum tantum est consensus mutuus contrahentium exterius expressus, res et sacramentum est vinculum, res tantum est gratia.

Ad tertium. Matrimonium ut sacramentum late sumptum, significat conjunctionem Christi cum Ecclesia quam non efficit; ut sacramentum stricte sumptum, significat gratiam quam efficit.

Ad quartum. Matrimonium est simul contractus civilis et sacramentum : datur pecunia pro illo, non prout est sacramentum, sed prout est contractus civilis, gravia inferens onera, quibus sublevandis necessaria est pecunia.

Ad quintum, D. Inter primos parentes, in lege naturæ et scripta, et inter infideles est et fuit verum matrimonium in ratione contractus civilis in officium naturæ, *C.* in ratione sacramenti, *subdistinguo.* In ratione sacramenti late sumpti pro signo conjunctionis Christi cum Ecclesia, *C.* in ratione sacramenti proprie sumpti pro signo efficaci gratiæ, *N.*

Ad sextum. Comparando statum cum statu, status continentiæ est excellentior statu matrimonii, et melius facit qui non jungit virginem suam quam qui jungit, sed hoc non impedit quin continens, contrahendo matrimonium, crescat in gratia, quia sacramentum, in quocumque statu suscipiatur, confert gratiam : verum si

continens in suo statu mansisset, plus gratiæ invenisset apud Deum quam sit id quod habet per sacramentum.

Ad septimum. Usus matrimonii non est pars matrimonii, sed ejus actus et officium : gratia autem datur dum perficitur matrimonium. *Si dicas* copulam posse esse partem matrimonii, casu nempe quo sponsalibus superveniret affectu maritali in locis in quibus Tridentinum non est receptum. *R.* 1° nihil absurdi esse quod in hoc casu copula secundum se possit causare gratiam, sicut non est absurdum quod sit meritoria ; de facto tamen non causaret, quia Ecclesia semper prohibuit matrimonia clandestina, et ideo peccaret qui sic contraheret, atque gratiæ poneret obicem. *R.* 2° non copulam, sed consensum de præsenti comitantem copulam, efficere sacramentum.

Ad octavum. Magister et Durandus non satis attendentes ad traditionem erraverunt, et in hoc sunt deserendi ; excusantur tamen ab hæresi, eo quod nondum esset tunc solemnis Ecclesiæ definitio.

Ad nonum. Disparitas est, quod martyrium non sit a Deo institutum tanquam instrumentum ordinarium et permanens in Ecclesia ad causandam gratiam, quod requiritur ad rationem sacramenti ; secus matrimonium, ut jam dicam.

Ad decimum. Ecclesia non mutavit materiam matrimonii formaliter, est enim semper consensus legitimus ut erat antea, sed mutavit materialiter tantum, efficiendo quod contractus qui erat legitimus non sit amplius legitimus ; sicut qui converteret vinum in acetum, mutaret materiam eucharistiæ materialiter tantum, non formaliter. De hac distinctione jam dixi dissert. 1 de Sacram. in genere art. 5, object. 3, et amplius dicam infra dum de clandestinitate.

Petes 1° quandonam Christus instituit hoc sacramentum ?

R. id non constare inter auctores. Quidam assignant nuptias in Cana Galilææ, quando eis Christus benedixit et eas sua præsentia ac insigni miraculo honestavit : idque innuunt Patres superius laudati, SS. Cyrillus, Epiphanius et Augustinus. Alii dicunt institutum fuisse quando Christus, Matth. 19, abrogata lege repudii, matrimonium ad suam primam indissolubilitatem revocavit dicendo : *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Alii tandem institutum existimant post resurrectionem intra illos quadraginta dies quibus Christus frequenter de regno Dei cum Apostolis loquebatur.

Petes 2° ad quid valeat gratia sacramentalis matrimonii ?

R. valere ad sanctificationem conjugum, ad fovendum et perficiendum inter eos amorem mutuum ut se caste diligant, se intra limites matrimonii contineant, et infirmitates invicem supportent, atque ad educationem christianam prolium.

ARTICULUS IV.

Utrum matrimonium inter absentes contractum sit proprie dictum sacramentum ?

Suppono matrimonium inter absentes initum, esse validum in ratione contractus civilis, modo serventur conditiones requisitæ a jure, de quibus infra : quia alii contractus inter absentes sunt validi, quidni matrimonialis ? Aliunde jus canonicum cap. finali de Procuratoribus in 6, l. 1, tit. 19, statuit certas conditiones ut matrimonium inter absentes contrahatur : ergo supponit valide contrahi. Item. l. *Sufficit,* l. finali ff. de Sponsalibus, habetur validus contractus matrimonii inter absentes. Et l. *Mulieres,* de Ritu nuptiarum dicitur : *Mulierem absenti per litteras ejus vel nuntium posse nubere placet.* Neque Trid. hæc jura revocavit aut mutavit ullatenus ; sed tantum requisivit præsentiam parochi et duorum testium, quæ conditio servari potest inter absentes.

Difficultas est igitur utrum valeat in ratione sacramenti. Dupliciter autem vel tripliciter matrimonium potest contrahi inter absentes. 1° Per procuratores, qui gerant vices contrahentium dicendo, v. g. *Accipio te in uxorem nomine Petri ;* et mulier respondeat : *Et ego, te mediante, accipio Petrum in meum ;* idque fiat coram parocho et duobus testibus. 2° Per litteras, ut si vir scribat mulieri : *Me tibi trado in maritum et accepto tui traditionem, ubi facta fuerit coram parocho et testibus ;* et mulier vicissim scribat viro : *Me tibi trado in uxorem et accepto tui traditionem, ubi facta fuerit coram parocho et testibus.* Tunc lectis utriusque litteris coram parocho et testi-

bus, perficitur sacramentum; quia litteræ succedunt loco contrahentium, non secus ac procuratores : similiter si loco litterarum contrahant per nuntios qui coram parocho et testibus exprimant mutuam traditionem et acceptationem contrahentium.

Dico. Matrimonium inter absentes contractum, sive per procuratores, sive per litteras, sive per nuntios, est proprie dictum sacramentum. Est communior contra Cajetanum, Cano, Sylvium et quosdam alios.

Prob. 1° Ecclesia permittit hæc matrimonia, *ut patet* ex jure citato, et usu præsertim inter magnates : atqui Ecclesia non permitteret nec permittere posset, si non essent vera sacramenta; tum quia est contra institutionem Christi qui rationem sacramenti annexuit omni valido contractui matrimoniali; tum quia esset privare perpetuo sic contrahentes gratia sacramentali, eo quod traditio et acceptatio corporum semel valide facta, iterari non potest, cum res donata non sit amplius sub dominio donatoris; proindeque si non fuit ab initio sacramentum, nunquam fiet sacramentum, nec consequenter gratiam unquam conferet. Confer infra petitionem 6, art. seq.

2° Christus instituendo sacramentum matrimonii, nihil immutavit in contractu matrimoniali; sed eum validum elevavit ad esse sacramenti : atqui ex suppositis est contractus validus inter absentes : ergo.

Confirmatur. In hoc contractu reperiuntur omnia necessaria ad esse sacramenti, materia, forma, minister, sive sit sacerdos, sive sint contrahentes, et intentio; contrahentes enim sunt moraliter præsentes per procuratores, qui sunt eorum instrumenta. Ergo.

3° Ecclesia judicat de istis matrimoniis : ergo non sunt contractus mere civiles, sed sacri.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Alia sacramenta non recipiuntur per procuratores : ergo nec matrimonium.

R. N. conseq. Disparitas est, quod alia sacramenta non fundentur in contractu sicut matrimonium, cujus ideo naturam sequitur; contractus autem fieri potest inter absentes per procuratorem.

Inst. 1°. Quamvis sacramentum matrimonii fundetur in contractu, ipsa tamen ratio sacramenti superaddita impedit quominus possit conferri absenti. Ergo. *Prob. ant.* Sic quamvis aliquis absens possit judicialiter absolvi in foro externo, attamen absolutio pœnitentialis in foro interno, eo quod sit sacramentalis, non potest conferri absenti. Ergo similiter quamvis, etc.

R. N. ant. Ad probat. Dato ant. N. conseq. Disparitas est, quod in judicio externo alius sit reus, alius accusator, alius testis, nec in reo requiratur dispositio, et ideo potest exerceri in absentes : at in foro interno pœnitentiæ, idem reus, accusator et testis in quo requiritur dispositio, et quæ debet innotescere judici. Quapropter absolutio pœnitentialis, non solum quia est sacramentalis, sed etiam quia est judicialis, non potest exerceri in absentes, *et ideo omisi ant.* Verum nihil obstat quominus matrimonium, cum sit contractus humanus, perficiatur inter absentes, non solum in ratione contractus, sed etiam in ratione sacramenti, quippe quæ fundata est in ipso contractu, et ipsi accommodata.

Inst. 2°. Sicut collatio sacramenti est personalis, ita et ejus receptio : ergo sacramentum matrimonii recipi non potest per procuratorem.

R. D. conseq. Ergo sacramentum matrimonii non potest recipi per procuratorem, sic, ut procurator recipiat sacramentum, *C.* sic ut procurator sit instrumentum mediante quo mandans seu contrahens recipiat sacramentum, *N.* Non ergo procurator sed contrahens recipit sacramentum recipiendo gratiam, sicque receptio est personalis.

Inst. 3°. Hujusmodi matrimonium non potest causare gratiam. Ergo. *Prob. ant.* Cum sacramenta novæ legis secundum nos, causent physice gratiam, debent existere physice : atqui consensus contrahentis quo efficitur matrimonium, dum procurator ejus nomine contrahit, non existit physice, sed moraliter tantum in consensu procuratoris. Ergo.

R. N. ant. Ad probat. Dixi in tractatu de Sacramentis in genere, sacramenta novæ legis causare gratiam physice, quando adsunt conditiones requisitæ ad causalitatem physicam, quarum præcipua est existentia, qua deficiente, causant tantum moraliter.

Inferes. Ergo si, dum procurator contrahit, mandans dormiat, recipiet gratiam dormiendo : atqui id videtur absurdum : ergo.

R. N. min. Sicut enim non est absurdum quod qui ante somnum habuit intentionem suscipiendi baptismum, aut patiendi martyrium, si dormiens baptizetur aut occidatur, recipiat gratiam in somno : ita similiter in nostro casu.

Obj. 2°. Hæc verba, *Baptizo te, Absolvo te*, etc. requirunt præsentiam physicam baptizandi aut absolvendi : ergo et ista, *Accipio te in meam*, etc. requirunt præsentiam physicam contrahentium.

R. N. conseq. Disparitas est, quod hæc verba, *Baptizo te*, *Absolvo te*, etc. directa ad personam præsentem, sint essentialia sacramento baptismi et pœnitentiæ, quia sunt eorum formæ : at hæc verba, *Accipio te in meam, etc.* non sunt essentialia sacramento matrimonii, sed possunt adhiberi quæcumque alia, vel etiam signa aut nutus quibus exprimatur consensus contrahentium, quod proinde potest fieri per procuratores, vel per litteras aut nuntium.

Inst. Concilium Trid. sess. 24, cap. 1 de Reformat. exigit ut parochus, « Viro » et muliere interrogatis, et eorum mutuo » consensu intellecto, vel dicat : *Ego vos* » *in matrimonium conjungo in nomine* » *Patris, etc.* vel aliis utatur verbis, juxta » receptum uniuscujusque provinciæ ri- » tum : » atqui hæc supponunt præsentes contrahentes : ergo.

R. D. min. Hæc supponunt contrahentes præsentes physice, *N.* præsentes moraliter per procuratores, *C.* Dum enim interrogat procuratores, interrogat contrahentes quorum vices gerunt; dum dicit *Conjungo vos*, conjungit contrahentes, non procuratores, qui se habent tantum tanquam instrumenta; sicut dum sacerdos in nomine Christi dicit, *Hoc est corpus meum*, non suum, sed corpus Christi consecrat. Adde Tridentinum ibi præscribere modum ordinarium celebrandi matrimonium in facie Ecclesiæ, non quæ sunt necessaria ad ejus validitatem.

Obj. 3°. Qui contrahunt per procuratores, iterum contrahunt personaliter coram parocho. Ergo matrimonium contractum per procuratores, non erat sacramentum, alioquin iterari non posset.

R. quosdam sentire quod renovent consensum, ut si forte prior fuerit invalidus ad rationem sacramenti, jam nunc valeat. At immerito : contractus enim donationis semel validus iterari non potest, ut jam dixi, cum res semel valide donata non sit amplius sub dominio donatoris, et ideo nec fieri sacramentum, si antea non erat; quia ratio sacramenti sequitur ad contractum in fieri, non in facto esse. Vide petit. 6 art. sequentis. *Negandum est itaque ant.* et dicendum quod suppleantur tantum solemnitates omissæ, et quod contrahentes, ratihabendo matrimonium per procuratores contractum, declarent se perseverantes fuisse in consensu dum contrahebant suo nomine.

ARTICULUS V.

Variæ quæstiunculæ circa præsentem materiam breviter resolvuntur.

Petes 1° quæ sint conditiones a jure requisitæ, ut matrimonium inter absentes sit validum?

R. sex requiri : *prima* est, ut procurator ad hoc habeat speciale mandatum; nec sufficit generalis commissio ad omnia quæ mandantem spectant.

Secunda, quod non possit alium deputare, nisi hoc eidem sit specialiter concessum.

Tertia, quod mandatum non sit revocatum etiam mentaliter antequam procurator contraxerit : si enim revocatum fuerit, licet revocatio neque mandatario neque mulieri cum qua contrahit innotuerit : nullum est matrimonium, quia deest consensus quem jus supplere non potest, sicut potest in aliis contractibus, qui ideo in præsenti casu sunt validi, ut habetur in jure l. *Si mandatum* 15, ff. *Mandati* Clementina unica de Renuntiatione; et cap. *In parte* 33, extra de Rescriptis. Has tres conditiones expresse requirit Bonifacius VIII, cap. finali de Procuratoribus in 6, l. 1, tit. 19.

Quarta, ut mandatum sit speciale non solum de matrimonio contrahendo, sed etiam cum determinata persona, L. generali 34, ff. de Ritu nuptiar.

Quinta, quod mandatarius non excedat fines mandati, l. *Diligenter*, ff. *Mandati*; unde si illi sit mandatum ut sub tali dote,

sub his vel illis conditionibus contrahat, aliter contrahens nihil efficit; secus tamen si formam mandati excedat: ut si mandatum ipsi fuit contrahere secundum formam Tridentini præmissis bannis, et omittat sive ex licentia, sive sine licentia, valet matrimonium; quia mandans non censetur præscripsisse formam aliter quam sit ab Ecclesia præscripta, nec voluisse apponere conditionem sine qua non valeat matrimonium, sed tantum indicare, et certiorem reddere mandatarium, ut hoc modo mandatum exequatur.

Sexto, ut contrahat coram parocho et testibus, secundum formam a Tridentino præscriptam.

Petes 2° an mandatum debeat dari coram parocho et testibus?

R. negative, quia id tantum requirit Trid. quando matrimonium de facto contrahitur.

Petes 3° utrum, si mandans dederit mandatum ficte, valeat matrimonium, si antequam celebretur mutaverit animum et ratum habuerit mandatum?

R. probabilis affirmative; quia verba procuratoris sunt tantum signa consensus pro tunc in mandante existentis, et si consensum præteritum significent, est quatenus censetur moraliter præsens.

Petes 4° an si mandans incidat in amentiam antequam mandatarius contrahat, validum sit matrimonium?

R. probabilius affirmative; quia quandiu consensus non revocatur, semper remanet virtualiter. Vide de Sacram. in genere dissert. 5, a. 7, § 4, concl. 1 in obj.

Petes 5° utrum inter fideles baptizatos possit dari matrimonium validum in ratione contractus, et non in ratione sacramenti?

Suppono posse dari inter infideles, et etiam fideles non baptizatos, scilicet catechumenos, quippe qui defectu baptismi sunt aliorum sacramentorum incapaces.

R. ad quæstionem affirmative, quia Christus, elevando contractum matrimonialem ad esse sacramentale, non minuit vim contractus, sed virtutem tantum supernaturalem superaddidit; sicut elevando ablutionem corporalem in baptismo ad rationem sacramenti, non abstulit illi vim abluendi, sed virtutem tantum supernaturalem abluendi spiritualiter seu sanctificandi contulit, et sic de aliis sacramentis. Sicut ergo qui ablueret sine intentione conferendi sacramentum, vere et efficaciter ablueret corpus, et non conficeret sacramentum; ita qui contractum matrimonii iniret sine intentione sacramenti, vere et valide contraheret, et non faceret sacramentum, quia ad validitatem sacramenti requiritur intentio.

Quamvis ergo Deus instituerit sacramenta independenter a voluntate hominum, noluit tamen hæc in actu poni absque eorum voluntate et intentione, ut alibi probavimus. Neque obstat quod dixerit: *Quod Deus conjunxit, homo non separet;* hoc enim dixit de indissolubilitate matrimonii, non de conjunctione contractus cum sacramento. Aliunde, non omnia quæ Deus conjunxit talia sunt quæ separari non possint, aut debeant: conjunxit animam corpori quam tamen justus judex, occidendo furem, separat.

Petes 6° utrum matrimonium inter infideles contractum, fiat sacramentum dum postea baptizantur, præsertim si renovent consensum?

R. negative; quia sacramentum matrimonii consistit in fieri contractus, sicut omnia alia sacramenta, excepta eucharistia, consistunt in fieri, et in actione transeunte, sic baptismus consistit in actuali applicatione aquæ ad corpus, et sic de cæteris: atqui in casu non potest fieri novus contractus matrimonii, quia res semel donata et tradita, cum non sit amplius sub dominio donatoris, non potest amplius valide donari; sicut qui vendidit et tradidit equum, nihil efficeret si vellet iterum illum vendere.

Unde quando S. Thomas dixit in 4, d. 39, q. unica, a. 2, ad 1, matrimonium infidelium esse *aliquo modo sacramentum habitualiter non actualiter*, sic intelligi debet, quod hujusmodi matrimonium quantum est ex se et ratione contractus, sit aptum ut fiat sacramentum, si contraheretur in fide Ecclesiæ, suscepta per baptismum.

Petes 7° utrum sacramentum matrimonii possit claudicare, ita quod sit in uno contrahentium et non in alio, ut si fidelis ex dispensatione pontificia contraheret cum infideli, aut si fideles contrahentes intendant ambo conficere sacramentum, unus autem non intendat recipere?

R. probabilius negative; quia matri-

monium ut contractus, non potest esse in uno et non in alio, sed est necessario in duobus : ergo similiter matrimonium ut sacramentum ; sequitur enim ut tale naturam contractus : unde quamvis duo contrahentes intendant conferre sacramentum, si unus intendat non recipere, nec alter recipit, non obstante intentione recipiendi ; quia non est subjectum capax : non enim sunt plura sacramenta, quorum unum sit in uno contrahente, et aliud in alio, sed est unum in duobus partialibus subjectis se habentibus per modum unius. *Si dicas* quod unus possit recipere gratiam, et non alter defectu dispositionis : ita est, sed in hoc casu uterque recipit sacramenum, cujus effectui unus ponit obicem, non alter.

ARTICULUS VI.

Quis sit minister matrimonii?

Unanimis fuit antiquorum theologorum sententia, si forte excipias Guillelmum Parisiensem, contrahentes esse ipsos ministros matrimonii, non solum in ratione contractus, sed et in ratione sacramenti, donec Melchior Cano l. 8 de Locis Theologicis cap. 5, in sol. ad 3, novam viam ingressus, docuit sacerdotem esse ministrum sacramenti matrimonti ; verba, *Ego vos conjungo*, esse formam ; materiam, consensum mutuum contrahentium. Hunc non pauci nec ignobiles theologi sunt secuti, Estius, Sylvius, et inter recentiores, Juenin, Tournely et alii. Verum cum scholarum principibus, Magistro sententiarum, Doctore Angelico, Doctore Subtili, cumque antiquiori et etiam nunc communiori sententia,

Dico. Ministri sacramenti matrimonii sunt ipsi contrahentes.

Prob. 1°. Causa efficiens sacramenti matrimonii est illius minister : atqui contrahentes sunt causa efficiens sacramenti matrimonii : ergo. *Prob. min.* ex concilio Florentino in decreto pro Instructione Armenorum, ubi dicitur : *Causa efficiens matrimonii est mutuus consensus, per verba de præsenti regulariter expressus*, seu contrahentes per hunc mutuum consensum. Ergo. Dixit autem concilium, *per verba regulariter expressus ;* quia potest exprimi consensus aliter quam per verba, nempe per nutus ac signa.

Respondet Tournely, quæ dicit concilium de causa efficiente, non spectare matrimonium quatenus est sacramentum, sed quatenus est contractus ex quo resultat vinculum indissolubile. « Et ita esse, inquit, ostendit mutata loquendi ratio, qua uti solet Eugenius in aliis sacramentis : statim enim ac dixit, v. g. Primum omnium sacramentorum est baptismus, addit *hujus sacramenti materia*, etc. At in præsenti casu mutat consuetam loquendi rationem et simpliciter ait : *causa efficiens matrimonii*, etc. ne scilicet rem figeret in scholis hinc et inde agitatam. »

Sed contra. Concilium in his verbis loqui de matrimonio ut est sacramentum, constat 1° quia loquitur de matrimonio quod immediate ante dixerat esse *septimum sacramentum*, id enim exigit sermonis series ; nec verisimile est quod proponens agere de matrimonio ut sacramento, statim ab instituto deflectat. 2° Quia initio hujus capitis de sacramentis dicit : « Ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum..... faciliori doctrina, sub hac brevissima regimus formula. » De sacramentis ergo qua talibus concilium intendit instruere Armenos, consequenter de matrimonio ut sacramento. Et velim, ut quid indigebant instrui Armeni de causa efficienti matrimonii in ratione contractus? Ignorabant forte, quod neminem latet, esse consensum contrahentium? 3° Nullum alium ministrum designat concilium, neque sacerdotis meminit, cujus tamen præsentiam cum aliqua formula debuisset requirere, ne forte ejus defectu nullum esset sacramentum, si vera sit adversariorum sententia.

Conjectura autem Tournely futilis est ac infundata : ideo enim concilium dixit : *Causa efficiens matrimonii*, et non *hujus sacramenti*, ut in aliis sacramentis, ne το *hujus sacramenti* referretur ad conjunctionem Christi cum Ecclesia, de qua immediate locutum fuerat. En ejus verba : « Septimum est sacramentum matrimonii, quod est signum conjunctionis Christi et Ecclesiæ, secundum Apostolum dicentem : *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in*

» *Ecclesia* : causa efficiens matrimonii est, » etc. » Res in aperto est.

Prob. 2°. Concilium Trid. sess. 24, cap. 1 de Reformat. Matrim. declarat quod, quamvis Ecclesia semper detestata sit atque prohibuerit matrimonia clandestina, *ea tamen sint rata et vera matrimonia*, quandiu Ecclesia ea irrita non fecit, et anathemate damnat eos qui ea *vera ac rata* esse negant.

Respondet Tournely, matrimonia clandestina fuisse vera et rata in ratione contractus, non in ratione sacramenti.

Sed contra. Secundum jura, omne matrimonium christianorum ratum est sacramentum; ita declarat Innocentius III, cap. *Quanto* de Divortiis, Extra l. 4, tit. 19. « Etsi, inquit, matrimonium verum inter » infideles existat, non est tamen ratum : » inter fideles autem verum et ratum exis- » tit, quia sacramentum fidei, quod semel » est admissum, nunquam amittitur, sed » ratum efficit conjugii sacramentum. » Vides matrimonium inter infideles esse verum sed non ratum, quia defectu baptismi non est sacramentum; inter fideles autem ratione baptismi esse ratum, quia est sacramentum. Unde Fagnanus ad cap. *Quod nobis* de Clandest. desponsat n. 51, et plures apud ipsum, docent catholicos semper sensisse matrimonium verum et ratum christianorum, cum debita intentione contractum, esse sacramentum, ita ut contrarium asserere sit, secundum illos, periculosum in fide.

Prob. 3°. Sacra congregatio concilii Trid. 2 Martii 1580, declaravit hæc verba, *Ego vos conjungo*, quæ juxta Trid. sess. 24, cap. 1 de Reformat. Matr. parochus, viro et muliere interrogatis, debet dicere, non pertinere ad substantiam matrimonii; « ideoque valere, etiamsi verba prolata » sint tantum a contrahentibus et non a » parocho, dummodo adsit præsentia pa- » rochi quam absque verbis sufficere pu- » tavit. » Palam est congregationem loqui de matrimonio ut sacramento, tum quia de hoc interrogabatur, tum quia loquitur de matrimonio ad sensum Tridentini quod interpretatur.

Respondet Tournely post Sylvium, hanc declarationem nullius esse ponderis, nec illi fidem esse adhibendam; quia Urbanus VIII, decreto dato 2 Augusti 1631, edixit declarationibus congregationis concilii Tridentini, « tam impressis et imprimendis » quam manuscriptis, nullam esse fidem » in judicio et extra adhibendam, sed tan- » tum illis quæ authentica forma, solito si- » gillo et subscriptione eminentissimi car- » dinalis præfecti ac secretarii ejusdem » congregationis pro tempore existentis, » munitæ fuerint. »

Sed contra. 1° Fagnanus vir integerrimus, qui circa tempora Urbani erat secretarius congregationis, et decretum pontificis apprime noverat, refert hanc declarationem ad cap. *Quod nobis* jam citatum; eam autem verisimiliter non citasset, si authentica non fuisset. 2° *Dato* non esse authenticam, Urbanus hujusmodi declarationibus denegat fidem juridicam tantum, non historicam, ut late probavi dissert. 6 de scientia media a. 6, § 8, tit. *de Paulo V*, object. 2. Non enim papa potest efficere, id quod factum est, non fuisse factum.

Prob. 4°. Matrimonium contractum invalide coram parocho et testibus, propter impedimentum occultum gravis metus, si postea accedat consensus spontaneus utriusque partis, fit validum absque præsentia parochi, juxta responsum S. congregationis et declarationem S. Pii V apud Fagnanum ad cap. *Is qui fidem* de Sponsalibus n. 14. Convalescere autem non solum in ratione contractus, sed etiam sacramenti, juxta mentem summi pontificis et S. congregationis, indubitatum videtur, cum non sit credibile summum pontificem et S. congregationem voluisse tantum docere quid esset necessarium ad validitatem contractus civilis, et omisisse quod requiritur ad rationem sacramenti conjugatis summe necessarii.

Similiter matrimonium contractum per verba de præsenti coram parocho et testibus sub conditione de futuro, adimpleta conditione, convalescit absque præsentia parochi, ut declaravit S. Pius V apud Fagnanum loco citato. Id autem fieri non posset si parochus proferens hæc verba, *Ego vos conjungo*, ut formam sacramenti, esset minister, forma enim sacramenti debet proferri dum perficitur sacramentum, ut patet in omnibus aliis sacramentis.

Item dum sacra Pœnitentiaria committit confessario facultatem dispensandi super

matrimonio initó cum impedimento occulto affinitatis ex fornicatione, apponit hanc clausulam : ut commissarius cum taliter conjungatis de nullitate prioris consensus certioratis dispenset, *ut matrimonium secreto inter se contrahere valeant.* Non est autem verisimile, ut jam dixi, sacram Pœnitentiariam esse sollicitam de procuranda validitate contractus civilis, et non curare sanctitatem matrimonii eorum qui ad eam pro dispensatione recurrunt.

Prob. 5°. Christus instituendo sacramentum matrimonii, nihil aliud fecit quam elevare inter christianos contractum matrimonialem validum, ut in usu erat, ad dignitatem sacramenti; si quid aliud, probent adversarii, si possunt, ex S. Scriptura vel traditione. Ergo iidem sunt ministri sacramenti qui et contractus; et qui antea faciebant contractum tantum, jam faciunt sacramentum. *Subsumo.* Atqui ministri contractus, secundum omnes, sunt contrahentes : ergo et sacramenti.

Quantum ad D. Th. expressa est ejus sententia in 4, d. 26, q. 2, a. 1, ad 1. Refertur in Supp. q. 42, a. 1. ad 1. « Verba, » inquit, quibus consensus matrimonialis » exprimitur, sunt forma hujus sacramen» ti; non autem benedictio sacerdotis, quæ » est quoddam sacramentale. » Item in 4, d. 28, q. unica, a. 3 o, Supp. q. 45, a. 3 o, ubi quærit utrum consensus in occulto per verba de præsenti faciat matrimonium, dicit : « Consensus expressus per verba de » præsenti inter personas legitimas ad con» trahendum, matrimonium facit, quia hæc » duo sunt de essentia sacramenti; alia au» tem omnia sunt de solemnitate sacra» menti, quia ad hoc adhibentur ut matri» monium convenientius fiat : unde si omit» tantur, verum est matrimonium quamvis » peccent sic contrahentes, nisi per ali» quam legitimam causam excusentur. » Et cum ibidem secundo loco sibi objecisset : « Sacramentum pœnitentiæ non per» ficitur nisi mediantibus Ecclesiæ mi» nistris : ergo nec matrimonium perfici » potest in occulto absque sacerdotali be» nedictione. » Respondet sic : « Ad se» cundum, dicendum quod actus noster » in pœnitentia, quamvis sit de essentia » sacramenti, non tamen est sufficiens ad » inducendum proximum effectum sacra» menti, scilicet, absolutionem a peccatis; » et ideo oportet quod ad perfectionem sa» cramenti interveniat actus sacerdotis : » sed in matrimonio actus nostri sunt » causa sufficiens ad inducendum proxi» mum effectum, qui est obligatio; quia » quicumque est sui juris, potest se alteri » obligare. Et ideo sacerdotis benedictio » non requiritur in matrimonio quasi de » essentia sacramenti. » Hæc testimonia sole clariora obscurare nititur Sylvius, sed irrito conatu, *ut patebit ex solutionibus objectionum.*

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Concilium Trid. sess. 24, cap. 1 de Reformat. Matrim. præcipit ut parochus intellecto contrahentium consensu, dicat : *Ego vos in matrimonium conjungo, in nomine Patris*, etc. ista autem verba vera sunt : ergo parochus vere illos conjungit in matrimonium; non quatenus est contractus, quia sic jam sunt conjuncti per mutuum consensum : ergo in ratione sacramenti. Ita Sylvius.

R. D. conseq. Ergo parochus vere illos conjungit absolute et coram Deo, *N.* in facie Ecclesiæ, quatenus efficit ut habeantur in jure pro legitime conjunctis, *C.* Vel, ut alii dicunt, conjungit approbative, quatenus approbat et declarat legitimam eorum conjunctionem. *Si dicas*, hoc non esse proprie conjungere, sed declarare conjunctionem, *D. ut ante.* Non est proprie conjungere coram Deo, *C.* in facie Ecclesiæ, *N.* Sic dum quis secreto absolutus ab excommunicatione, postea absolvitur iterum publice a judice per hæc verba : *Absolvo te a vinculo excommunicationis*, sensus est : Te absolvo in facie Ecclesiæ, approbo, declaro legitimam esse tuam absolutionem. Ita similiter in nostro casu.

Porro hunc et non alium esse concilii sensum, nec usquam intendisse hæc verba esse formam essentialem sacramenti, et sacerdotem ea proferentem esse ministrum, manifeste constat ex eo quod non jubeat absolute parochum uti his verbis, sed his, *vel aliis, juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum.* Si autem hæc verba habuisset pro forma essentiali, ea non reliquisset arbitratui provinciarum, sed illis determinate uti jussisset. 1° Quia, quamvis in formis accidentalibus sit cui-

que provinciæ suus ritus, id tamen nunquam passa est nec patitur Ecclesia in formis essentialibus, etiam quoad verba æquivalentia : *patet* ex concilio Florent. quod eamdem materiam et formam sacramentorum, etiam quoad verba determinata, præscribit omnibus provinciis saltem pro ecclesia Latina; et merito, cum in tanta varietate facile posset subrepere mutatio substantialis, eaque tam multiplex varietas dedeceat dignitatem sacramentorum et fundamenta religionis christianæ : unde communiter docent theologi, eum peccare qui verba formarum in sacramentis determinata et recepta ab Ecclesia, mutat in alia etsi æquivalentia; ut si, v. g. pro *baptizo*, dicat, *abluo*. 2° Quia sciebant Patres Tridentini in omnibus fere Ecclesiæ provinciis hæc verba, *Ego vos conjungo*, non haberi pro forma essentiali; *Sic enim omnes fere sentiebant*, inquit cardinalis Palavicinus lib. 20, cap. *4*, n. 1. Item noverant in aliquibus adhiberi quædam verba omnino diversa etiam quoad sensum. Sic forma ecclesiæ Constantiensis in suo rituali est hæc : *Matrimonium per vos contractum, secundum ordinem matris Ecclesiæ, ego auctoritate qua hac in parte fungor, ratifico, confirmo et benedico, in nomine Patris*, etc. Dominicus Soto qui concilio interfuit in *4*, refert in quibusdam Hispaniæ provinciis hanc adhiberi formulam : *Ego vos sponso et sacramentum confirmo;* in aliis istam : *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Approbat ergo concilium has et similes formulas, et tamen non conjungunt, sed conjunctionem supponunt, declarant ac ratificant; seu, ut dixi, conjungunt in facie Ecclesiæ tantum.

Adde quod concilium matrimonia clandestina pronuntiat vera et rata; matrimonium autem ratum, est secundum jura sacramentum, *ut patet ex secunda probatione.* Item S. Pius V et congregatio cardinalium concilii Trident. interpretum declararunt hæc verba, *Ego conjungo vos*, non pertinere ad substantiam matrimonii, *ut patet ex tertia et quarta probatione.*

Instat 1° Sylvius. Sacerdos dicendo, *Absolvo te*, in omni proprietate absolvit : ergo dicendo, *Conjungo vos*, in omni proprietate conjungit.

R. N. conseq. Disparitas est, quod ex definitionibus Ecclesiæ habeamus hæc verba, *Absolvo te*, esse formam essentialem sacramenti pœnitentiæ, non supponere anteriorem absolutionem, et sacerdotem hæc proferre judicialiter tanquam sacramenti ministrum : ex quibus sequitur quod sacerdos vere absolvat in foro Dei et non solum in facie Ecclesiæ, nec tantum declaret aut confirmet absolutionem : at nihil simile habemus ex definitionibus Ecclesiæ pro his verbis. *Conjungo vos*, quin potius suadent contrarium quæ huc usque diximus, et communior doctorum sensus.

Instat 2° laudatus Sylvius. Multa ritualia et concilia provincialia post Tridentinum, declarant sacerdotem esse ministrum hujus sacramenti, ut rituale Atrebatense, Iprense, Mechliniense, synodus Cameracensis, Coloniensis, præsertim in Enchyridio, etc. Ergo.

R. sacerdotem esse et dici ministrum sacramenti matrimonii, quia est minister sacrorum rituum quibus matrimonium juxta Ecclesiæ leges celebratur; sic enim revera suum ministerium exhibet sacramento, licet illud non conficiat : unde in concilio Viennensi, Clementina *Religiosis* lib. 5, tit. 7, celebrantes matrimonium, non dicuntur *conficientes*, sed *solemnizantes*, id est, ministri solemnitatis.

Obj. 2° cum eodem Sylvio ex Patribus. Patres concilii Carthaginensis IV, can. 13; et ante illos, Evaristus Epist. 1, dicunt sponsum et sponsam a sacerdote esse benedicendos. S. Ambros. Epist. 70, nunc 19, ait : *Ipsum conjugium sacerdotali benedictione sanctificari oportet.* Tertull. lib. 1 ad Uxorem cap. 9, Innocentius I Epistola 1 ad Victricium, Siricius Epist. 1 ad Himerium et alii, hujus benedictionis meminerunt. Ergo.

R. N. conseq Benedictio sponsorum requiritur equidem, non ut essentialis et de necessitate sacramenti, sed ut cæremonialis et de necessitate præcepti, quia matrimonia clandestina semper prohibuit Ecclesia. Proferant adversarii, si possunt, aliquem textum in jure vel Patribus, in quo dicatur conjunctionem matrimonii per hæc verba, *vos conjungo*, aut æquivalentia, esse benedictionem nuptiarum: quousque id præstiterint, incassum congerunt testimonia Patrum requirentium benedictionem, cum hæc sola, quam dixi, sit se-

cundum ipsos adversarios benedictio essentialis, cæteræ accidentales.

Inst. 1°. S. Ambrosius citatus dicit hac benedictione sanctificari matrimonium; Evaristus item citatus declarat aliter contracta conjugia esse adulteria et fornicationes; concilium Cathag. ibidem vult quod sponsi, « eum acceperint benedic» tionem, eadem nocte pro reverentia ip» sius benedictionis, in virginitate perma» neant, » quod non præscriberet si esset tantum benedictio cæremonialis; Siricius vocat sacrilegium hujus benedictionis violationem. Ergo.

R. 1° *et insto in dictis.* Hæ benedictiones erantne per hæc verba, *Ego vos conjungo?* dicant, si audeant, adversarii : et tamen sola quæ fit per hæc verba est essentialis secundum ipsos. *Deinde ad singula.*

R. 2° *ad primum*, nihil inde sequi; scriptum est enim : *Qui sanctus est, sanctificetur adhuc.* Quid ergo vetat quod conjugium ex institutione Christi sanctum, adhuc sanctificetur per benedictionem Ecclesiæ?

Ad secundum. Evaristus vocat matrimonia sine benedictione Ecclesiæ, adulteria et fornicationes, non quod non sint valida, sed quia non habent omnem honestatem sibi debitam. Hunc sensum necessario admittere debent ipsi objicientes. 1° Quia ipsi concedunt hæc matrimonia fuisse valida in ratione contractus, consequenter non esse adulteria et fornicationes. 2° Quia Evaristus eodem modo loquitur de matrimoniis contractis sine dote, et sine consensu parentum aut tutorum, quæ tamen constat non esse adulteria et fornicationes. 3° Quia in fine addit : *Nisi voluntas propria suffragata fuerit, et vota succurrerint legitima :* his ergo solis censet confici conjugia.

Ad tertium. Quamvis benedictio nuptialis non sit sacramentum, est tamen aliquid sacramentale, ut ait D. Th. et habet sacramentum adjunctum, in cujus ideo reverentiam non minus decet abstinere eadem nocte ab actu conjugali, quam decebat olim secundum legem vel consuetudinem ab eo abstinere diebus dominicis et festis.

Ad quartum. Eadem ratione, scilicet quod benedictio nuptialis sit quid sacramentale, ejus violatio merito dicitur sacrilegium; non enim violatio sacramenti tantum, sed et accessorii ad sacramentum violatio, est sacrilegium.

Inst. 2°. Alexander III, cap. *Cum in Ecclesiæ* 9, de Simonia, dicit quod sit « Horribile pro sepulturis et exequiis mor» tuorum et benedictionibus nubentium, » seu aliis sacramentis aliquid requiri. » Quibus verbis jungit benedictionem nuptialem aliis sacramentis. Et Martinus V, in fine concilii Constantiensis, jubet suspectos de hæresi interrogari « An credant » quod christianus contemnens susceptio» nem sacramentorum confirmationis vel » extremæ-unctionis, vel solemnizationis » matrimonii, peccet mortaliter? » Ubi solemnizationem matrimonii vocat sacramentum. Ergo.

R. ad primum. Alexander jungit benedictione nuptialem aliis sacramentis, non quia est sacramentum, sed quia sacramentum involvit : est enim benedictio sacramenti, quatenus nubentes benedicuntur, dum in facie Ecclesiæ efficiunt sacramentum; non est tamen forma essentialis sacramenti, nec sacerdos qui benedicit est minister, neque hoc dixit Alexander.

Ad secundum. Martinus sumit solemnizationem matrimonii, non in abstracto, sed in concreto pro ipso matrimonio solemni, seu contracto in facie Ecclesiæ, cujus contrahentes sunt ministri, non parochus, qui est tantum minister solemnitatis.

Iusuper ad utrumque. Ex dictis, ista benedictio vel solemnizatio non fiebat per hæc verba, *Ego vos conjungo;* quis enim id adversariis revelavit? Et tamen hæc sola est secundum ipsos forma essentialis.

Inst. 3°. Si benedictio nuptialis sit essentialis matrimonio, ruit præcipuum fundamentum quo probamus ex traditione contra hæreticos matrimonium esse sacramentum. Ergo. *Prob. ant.* Non alio argumento melius probamus contra novatores, matrimonium esse sacramentum, quam ex benedictione illa sacra, apud SS. Patres toties commendata. Ergo. Ita Tournely.

R. N. ant. Ad probat. N. ant. Nequaquam enim inde probavimus matrimonium esse sacramentum, sed ex eo quod SS. Patres formalibus terminis asserant esse sacramentum : vide art. 5, prob. 2 ex traditione. Neque tamen negamus ex bene-

dictione sacra posse aliqualiter probari matrimonium esse sacramentum ; quia hoc ipso quo celebratur in loco sacro cum benedictione sacra a ministris sacris impertita, infertur legitime non esse contractum mere civilem, sed sacramentum.

Obj. 3°. Juxta concilium Florentinum in decreto Unionis sacramenta novæ legis tribus perficiuntur, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma et intentione ministri : atqui si contrahentes sint ministri, erit sacramentum sine verbis et sine intentione ministri : sine verbis, quia contrahentes possunt nutibus contrahere ; sine intentione ministri, quia, cum ut plurimum contrahentes ignorent se esse ministros, non intendunt conficere sacramentum : ergo.

R. ad primum partem min. D. Erit sacramentum sine verbis formalibus, *C.* sine verbis æquivalentibus, *N.* Cum enim matrimonium sit contractus, et contractus possit iniri nutibus, hi nutus æquivalent verbis, quatenus non secus ac verba significant interiorem consensum ; et nihil aliud requirere concilium constat ex eo quod agens de matrimonio dicat quod causa efficiens sacramenti matrimonii, sit *mutuus consensus, per verba de præsenti regulariter expressus.* Dixit, *regulariter*, quia aliquando exprimitur per nutus qui verbis æquivalent.

Ad secundam partem min. N. Quamvis enim contrahentes ignorent se esse ministros, sufficit quod intendant facere quod alii faciunt, et quod intendit Ecclesia ut faciant.

Inst. Si quis tentaret aliquod aliud sacramentum conficere per nutus et signa, nihil efficeret : ergo similiter in matrimonio.

R. N. conseq. Disparitas est, quod alia sacramenta non fundentur in contractu sicut matrimonium, ex quo fit quod sicut ad contractum efficiunt nutus qui æquivaleant verbis, ita ad sacramentum matrimonii.

Obj. 4°. Ministri aliorum sacramentorum sunt sacerdotes : ergo et matrimonii.

R. 1° *N. ant. universaliter sumptum.* Instantia est in baptismo, cujus minister potest esse laïcus. 2° *Dato ant. N. conseq.* Disparitas est proxime data, quod alia sacramenta non fundentur in contractu, matrimonium autem nihil sit aliud quam contractus elevatus ad esse sacramenti : unde causa efficiens contractum efficit simul sacramentum. Disparitatem amplificat Auctor, ut vidimus in probationibus.

Supp. q. 45. a. 3. ad 3. — *Inst.* 1°. In aliis sacramentis non est idem conficiens et suscipiens sacramentum : ergo nec in matrimonio.

R. N. conseq. Eadem est semper disparitatis ratio. Sacramentum matrimonii id habet speciale quod sit contractus elevatus ad esse sacramenti : unde sicut contrahentes sunt ministri el subjecta contractus, ita et sacramenti. Neque id mirum videri debet, quod in duobus sit unum sacramentum, quia in duobus est unus contractus, quod non contingit in aliis sacramentis.

Inst. 2°. Vel quilibet contrahens sibi, vel unus alteri vicissim sacramentum administrat. Primum dici non potest, quia nullus sibi ministrat sacramentum quod in actione consistit ; secundum difficile concipitur in nostra sententia, vix enim exponi potest an prius vir mulieri, an viro mulier sacramentum conferat, an simul et eodem instanti sibi invicem. Ita Tournely.

R. eodem modo contrahentes sibi invicem conferre sacramentum quo contractum conficiunt ; et quia contractum simul conficiunt per mutuam traditionem et acceptationem, ita simul sibi conferunt sacramentum ; nec refert quod unus prius loquatur, moraliter enim durat ejus consensus datus, donec alter accedat ; quo accedente, completur contractus et sacramentum.

Inst. 3°. Minister cujusvis sacramenti illud confert vice et in persona Christi, juxta illud : *Hic est qui baptizat* : atqui dum contrahentes dicunt, *Accipio te in meum* vel *meam*, non loquuntur vice et in persona Christi ; non enim Christus principaliter accipit in suam, aut uxorem ducit : ergo.

R. D. min. Dum contrahentes dicunt : *Accipio te*, etc. non loquuntur vice et in persona Christi, quatenus ineunt contractum civilem, seu se jungunt in ordine ad carnale commercium, *C.* quatenus faciunt sacramentum seu se jungunt per gratiam sacramentalem, *N.* Sic enim Christus est principalis minister et accipit sponsum in suum et sponsam in suam, sicut accipit in suos omnes quibus confert gratiam.

Inst. 4°. Ante Tridentinum et in locis in quibus non est receptum, copula supplebat et supplet vices horum verborum, *Accipio te*, etc. atqui copula non fiebat, nec fit vice et in persona Christi : ergo.

R. D. maj. Copula præcise supplebat vices verborum *Accipio te*, etc. *N.* copula cum manifestatione consensus mutui in ordine ad contractum matrimonialem, *C.* Causa itaque efficiens sacramentum matrimonii est consensus mutuus, signo externo expressus; sit autem hoc vel illud signum, materialiter et accidentaliter se habet. Cum ergo copula, etiam post sponsalia, possit haberi animo fornicario vel conjugali, non ipsa, sed consensus mutuus maritalis exterius expressus, fit vice et in persona Christi.

Obj. 5°. S. Th. in 4, d, 1, a. 3, ad 5, hæc habet : « Matrimonium, secundum quod » est in officium naturæ, et pœnitentia se- » cundum quod est virtus, non habet ali- » quam formam verborum; sed secundum » quod utrumque est sacramentum, in dis- » pensatione ministrorum existens, utrum- » que habet aliqua verba, sicut in matri- » monio sunt verba experimentia consen- » sum et iterum benedictiones ab Ecclesia » institutæ. » Item d. 17, q. 3, a. 3, q. 1, Supp. q. 8, a. 1, « Solus, inquit, est ille » minister sacramentorum in quibus gra- » tia datur, qui habet ministerium super » corpus Christi verum, quod solius sacer- » dotis est. » Item d. 18, q. 2, a. 2. q. 2 0, Supp. q. 22, a. 2, et l. 4 Cont. Gent. cap. 78, dicit matrimonium esse sacramentum Ecclesiæ, quia per ministros Ecclesiæ dispensatur : « Unde, inquit, et quædam » benedictio nubentibus per ministros Ec- » clesiæ adhibetur. » Ex his infert doctiss. Sylvius quod, si S. Doctor Summam absolvisset, agniturus fuisset sacerdotem pro ministro matrimonii.

R. quod, cum omnia fere quæ objiciuntur scripserit S. Thomas antequam scriberet quæ pro conclusione nostra retulimus, et his prioribus non obstantibus, decretorie asserat conclusionem nostram in sequentibus : ex prius dictis infundate conjicit Sylvius quod, si Summam absolvisset, agnovisset sacerdotem pro ministro matrimonii; sicut enim prius dicta in Commentariis in 4, non obstiterunt quominus in sequentibus asseruerit conclusionem, ita non obstarent si eadem dixisset in Summa : et hoc maxime quia hæc facile conciliantur, si priora intelligantur non de ministro et forma sacramenti quoad substantiam, sed de ministro et forma solemnitatis, ut ipse se explicat primo loco in objectione posito. « Sicut in matrimonio, inquit, verba expri- » mentia consensum, et iterum benedic- » tiones ab Ecclesia institutæ : » ubi aperte affert pro forma essentiali verba exprimentia consensum, et benedictionem sacerdotis pro cæremonia seu forma accidentali, quippe quæ non sit a Christo, sed *ab Ecclesia instituta*. Adde quod si ita non intelligas, cogeris admittere S. Doctorem in posterioribus operibus quæ citavimus pro conclusione nostra, vel mutasse sententiam in favorem nostrum, vel sibi contradicere; idemque foret dicendum, si similia haberet in Summa.

Nec alio sensu accipiendus est textus ex lib. 4 contra Gentes; non enim dixit S. Th. matrimonium esse sacramentum, quia *per ministros Ecclesiæ dispensatur;* quasi existimasset sacerdotem hujus sacramenti ministrum essentialem, sed quia ex eo quod adhibeatur minister Ecclesiæ, dignoscitur tanquam ex signo quod matrimonium sit sacramentum, et non contractus mere civilis. Ita Ferrariensis in hunc locum.

Quantum ad alia quædam argumenta quæ opponi possunt, consule art. sequentem.

ARTICULUS VII.

De materia et forma sacramenti matrimonii.

Qui tenent sacerdotem esse ministrum sacramenti matrimonii, dicunt contrahentes esse materiam remotam seu circa quam; actus sensibiles contrahentium, materiam proximam et ex qua; hæc verba sacerdotis, *Ego vos conjungo*, formam. At aliter qui contrahentes pro ministris agnoscunt : unde

Dico 1° Materia remota et circa quam sacramenti matrimonii, sunt contrahentium corpora; seu, ut alii volunt, quod perinde est, dominium mutuum in corpora in ordine ad usum conjugalem.

Patet, quia matrimonium tam in ratione contractus quam in ratione sacramenti, versatur circa corpora contrahen-

tium, seu circa mutuum eorum dominium, sicut venditio agri versatur circa agrum et ejus dominium. Dixi, *in ordine ad usum conjugalem*, per quod distinguitur ab aliis contractibus in quibus res conceditur ad omnem usum lege permissum.

Dico 2°. Materia proxima et ex qua sacramenti matrimonii, sunt verba contrahentium, prout exprimunt traditionem mutuam corporum; forma, eadem verba prout exprimunt acceptationem traditionis : eadem enim verba, scilicet, *Accipio te in meam*, et *Accipio te in meum*, sic significant acceptationem ab una parte, ut etiam significent traditionem proprii corporis seu ejus dominii; sine enim hac mutua traditione et acceptatione non subsisteret matrimonium, et ideo eadem verba secundum diversas considerationes sunt materia et forma.

Prob. Sacramentum matrimonii nihil est aliud quam contractus civilis elevatus ad esse sacramenti, nulla mutatione facta circa materiam et formam : ergo ea est materia et forma sacramenti quæ contractus. *Subsumo.* Atqui in contractibus civilibus, consequens in matrimoniali, traditio rei seu consensus in traditionem exterius expressus, est materia; acceptatio seu consensus in acceptationem exterius expressus, est forma. Ergo. *Prob. subsumptum.* Illud habet rationem materiæ quod est determinabile, habet autem rationem formæ quod est determinativum, ut dixi de Sacramentis in communi : atqui in omni contractu civili traditio est determinabilis, completurque in ratione perfecti contractus per acceptationem quæ se habet ut determinativum : ergo.

Neque obstat quod acceptatio aliquando videatur præcedere traditionem, ut in eo qui cupit habere antequam alter velit dare: ista enim cupiditas debet potius dici voluntas accipiendi quam acceptatio, quippe quæ est correlativa ad traditionem : nec censetur perfectus contractus nisi, re donata, donatarius perseveret in priori acceptatione, aut eam ratihabeat.

Dices insuper. Consensus est causa efficiens sacramenti : ergo non est neque materia neque forma.

R. D. conseq. Non est neque materia neque forma, sub eadem ratione, *C.* sub diversa ratione, *N.* Quatenus causat vinculum, est causa efficiens; quatenus determinat traditionem compartis, est forma; quatenus vero ut traditio determinatur ab acceptatione compartis, est materia.

Inst. In aliis sacramentis materia distinguitur realiter a forma, et minister efficiens a materia remota : unde concilium Florent. in decreto Unionis, dicit sacramentum perfici tribus, ut realiter distinctis, materia, forma et intentione ministri : ergo et in matrimonio. *Subsumo.* Atqui in nostra sententia ibidem consensus est materia et forma, et minister efficiens est materia remota : ergo.

R. N. conseq. Quia id est speciale matrimonio quod sit contractus; in contractu autem non est distinctio realis inter materiam et formam, sed idem consensus sub diverso respectu est materia et forma. Item potest idem esse causa efficiens et materia remota contractus, ut patet in eo qui se vendit in servum. Quamvis autem Florentinum dixerit sacramenta perfici materia, forma et intentione ministri, non tamen dixit hæc tria in omnibus sacramentis debere distingui realiter.

DISSERTATIO II.

DE SPONSALIBUS.

Div. Thom. Supp. Q. 3.

Postquam Auctor essentiam matrimonii tam in ratione contractus quam sacramenti expendit, agit de sponsalibus quæ sunt dispositiones ad matrimonium et quædam ejus inchoatio : unde sit

ARTICULUS I.

Quid sint sponsalia?

Sponsalia, sic dicta a *spondendo*, sumuntur aliquando late et improprie pro muneribus sponsalitiis quæ dicuntur jocalia, 1 Reg. 18; vel etiam pro ipso matrimonio rato non consummato, quo sensu Matth. 1, B. Virgo dicitur *desponsata Joseph;* quia—**Supp. q. 45. a. 1. ad 6.**—sicut qui init sponsalia proprie dicta, spondet matrimonium, ita qui init matrimonium spondet ordinarie actum matrimonii. Itaque

Ibid. o. — *Dico.* Sponsalia proprie sumpta, sunt et definiuntur a jure, a D. Th. et communiter : *Futurarum nuptia-*

rum mutua promissio, aliquo signo sensibili expressa.

Explicatur. Dicitur, *futurarum nuptiarum*, per quod distinguitur a matrimonio quod contrahitur per verba de præsenti, ut, *Accipio te in meam;* sponsalia vero per verba de futuro, ut, *Accipiam te*, etc.

Dicitur, *promissio*, quia simplex desiderium aut propositum etiam exterius expressum non sufficit.

Dicitur, *mutua promissio;* quia cum sponsalia sint matrimonium inchoatum, ejus naturam sapiunt : matrimonium autem non potest esse sine mutua et reciproca obligatione; unde sicut maritus non est sine uxore, sic non est sponsus sine sponsa : et ideo in jure l. 1, ff. de Sponsalibus, promissio sponsalium dicitur *repromissio.*

Itaque si una pars tantum promitteret et altera præcise acceptaret, non repromittendo, non forent sponsalia, nec induceretur impedimentum publicæ honestatis : teneretur tamen promittens præstare promissum, non vi sponsalium, sed vi promissionis simplicis. Quamvis enim matrimonium fieri non possit absque reciproca obligatione, potest tamen quis promittere et se obligare ad contrahendum matrimonium, si et quando alter voluerit contrahere : sicut, v. g. licet non possit esse venditio sine emptione, potest tamen aliquis promittere et se obligare ad vendendum, puta domum, si et quando alter voluerit emere, absque eo quod iste incurrat obligationem emendi. Aliud ergo est contrahere de facto matrimonium, aliud se obligere ad contrahendum; aliud acceptare fidem alterius, aliud illi suam obligare. Per quod evertitur fundamentum oppositæ sententiæ quam tenent Vasques, Pontius et quidam alii. Supponi tamen debet quod promittens intendat vere promittere et se obligare, etiamsi alter non repromittat; quod fateor rarum esse, nisi forte id quandoque fiat ad significandam gratitudinem pro accepto beneficio.

Dicitur, *signo sensibili manifestata;* quia homines non communicant inter se nisi per signa sensibilia. Vide dissert. 2 de contract. a. 1.

Insuper sponsalia debent habere alias conditiones communes omnibus promissionibus et contractibus : unde debent esse vera promissio, hoc est, cum animo promittendi et se obligandi, alias non esset promissio; non tamen cum animo præstandi promissum, licet in hoc casu teneretur reparare injuriam alteri factam, aut ejus damnum, si quod patiatur. Vide loco citato.

Item debet esse promissio libera, non solum libertate physica, sed etiam morali, ita ut non fiat ex gravi metu injuste incusso; hujusmodi enim sponsalia etiamsi jurata irritantur, cap. *Ex litteris* de Desponsat. impub. Extra. l. 4, tit. 2. Quia juramentum quod sine peccato impleri non potest, non obligat : contractus autem qui propter bonum commune irritantur, qualis est contractus sponsalium ex gravi metu initus, non possunt impleri sine peccato, quia quod est contra bonum commune peccatum est. Vide dissert. 1 de Contractibus art. 6. Sponsalia vero inita ex levi metu injuste incusso, non sunt ipso facto irrita, sed irritanda tantum ad nutum metum passi. Hæc est autem differentia inter sponsalia irrita et irritanda, quod prima non inducant impedimentum publicæ honestatis, secunda vero inducant.

Tandem debet promissio esse acceptata; id enim jure positivo et naturali requiritur ad omnem promissionem validam. Vide dissert. 2 de Contract. art. 1. Utrum vero debeat esse expressa acceptatio, an sufficiat silentium promissarii? *R.* sufficere in ratione simplicis acceptationis, non in ratione repromissionis, ita ut promissio valeat in ratione simplicis promissionis non in ratione sponsalium; quia in rebus in quibus commodum et nihil incommodi sequitur, valet hæc regula 46 juris : *Qui tacet, consentire videtur :* secus ubi incommodum sequitur, quod accideret si ex silentio sequeretur repromissio. Excipitur tamen si parentes acceptent sponsalia pro filiis præsentibus et non contradicentibus; ita expresse statuitur in jure cap. unico de Desponsat. impub. in 6, l. 4, tit. 2.

Petes 1° utrum sponsalia clandestina post Tridentinum sint valida?

R. affirmative. Quia nec in concilio

Trid, nec alibi datur ulla lex positiva civilis aut ecclesiastica irritans sponsalia clandestina : ergo cum jure naturæ sint valida, non est unde fiant nulla.

Dices ex lege *Oratio* ff. de Sponsalibus : « Prohibito matrimonio, censetur prohibitum id omne per quod ad illud pervenitur : » atqui matrimonium clandestinum est prohibitum et irritum : ergo et sponsalia clandestina.

R. verum esse illud allatum axioma, quando matrimonium absolute et omnibus modis prohibetur ; tunc enim sponsalia forent promissio rei illicitæ et ideo nulla. At vero matrimonium a Tridentino non prohibetur absolute, sed tantum ne clandestine fiat : unde cum nulla sit connexio inter sponsalia clandestina et matrimonium clandestinum, possunt enim sponsalia clandestine contrahi et matrimonium publice celebrari, ex irritatione matrimonii clandestini non sequitur ullo modo irritatio sponsalium clandestinorum. Adde quod ratio cur prohibitum sit et irritatum matrimonium clandestinum, scilicet, ad adulteria vitanda, non militet pro sponsalibus.

An autem sint etiam licita? *R.* quod jure communi sint licita et in usu in pluribus diœcesibus, ut in nostra Leodiensi : in quibusdam tamen aliis diœcesibus prohibentur. An sub gravi peccato? *Affirmative respondet* Natalis Alexander et cum ipso Henricus a S. Ignatio, sed, ut nobis videtur, parum dure, cum vix unquam fiant publice, nisi antea contracta fuerint privatim inter amasium et amasiam ; de quo tamen non solent reprehendi.

Verum quia in locis in quibus viget mos contrahendi sponsalia publice, multi ignorant clandestina esse valida, et inde contrahi impedimentum publicæ honestatis, de hoc contrahentes monendi sunt a pastoribus, si subsit periculum quod promiserint matrimonium sorori suæ sponsæ, aut alteri in primo gradu consanguineæ.

Petes 2° utrum matrimonium clandestinum, aut quodvis aliud jure sive naturali sive positivo nullum, habeat saltem vim sponsalium?

R. negative. Contractus enim invalidus nullam inducit obligationem, nec consensus in unum ex natura rei est consensus in alterum, suntque qui velint de facto contrahere et tamen qui nollent promittere matrimonium in futurum, sicut sunt qui hic et nunc volunt dare et tamen nolunt se obligare ad dandum in posterum. Insuper refertur declaratio S. congregationis cardinalium his verbis : « Matrimonium contractum coram testibus, sed » sine parocho, vel alio sacerdote de ejus » licentia, post concilium Tridentinum, » non solum est nullum, sed nec vim habet sponsalium, adeo ut sic contrahentes ad denuo contrahendum compelli » non possint. » Item altera similis declaratio ejusdem congregationis data fuit episcopo Patavino. Hæc leguntur in editione concilii Trid. Antuerpiæ 1633, ad sess. 24, cap. 1 de Reformatione Matrim. pagina mihi 353.

Excipitur matrimonium inter impuberes contractum, propter specialem dispositionem juris, cap. finali de Desponsat. impub. Extra. l. 4, tit. 2, et cap. unico eodem tit. in 6, modo tamen non sit clandestinum, ut habetur in dictis declarationibus concilii Trid. ad cap. 2 ejusdem sess. 24, pag. 373. Ubi de matrimonio inter impuberes contracto dicitur : « Quod si malitia ætatis » defectum non supplevit, hujusmodi ma» trimonium, si, modo forma conservata » concilii, contractum fuit, resolvi in spon» salia de futuro, ex quibus etiam oritur » vinculum publicæ honestatis justitiæ. » Ergo si non servata fuit forma concilii, non resolvitur in sponsalia.

Petes 3° utrum dum vir dicit puellæ : Nullam aliam ducam nisi te, vel e contra puella viro, sint sponsalia?

R. negative. Quia sensus hujus propositionis est disjunctivus, scilicet, Vel nullam ducam, vel si aliquam, te ducam : unde non obligatur ad ducendum, sed tantum casu quo velit nubere, quod ipsi liberum est.

Petes 4° an necessario sint præmittenda sponsalia matrimonio?

R. negative, re spectata secundum se ; quia potest fieri mutua traditio corporum absque eo quod præcesserit promissio tradendi, sicut quis potest vendere domum etsi antea non promiserit vendere. Unusquisque tamen debet sistere moribus suæ diœceseos.

Petes 5° quibus de causis præmittuntur sponsalia matrimonio?

R. 1° Ut matrimonium tot oneribus et

difficultatibus implicatum, cum majori deliberatione et dispositione celebretur. 2° Ut hoc tempore intermedio possit deprehendi an nihil obstet matrimonio. 3° Ut dicit S. Aug. l. 8 Confess. cap. 5, *ne vilem habeat maritus datam, quam non suspiraverit dilatam.*

ARTICULUS II.

Quot modis contrahuntur sponsalia? UBI *De sponsalibus conditionatis.*

Hic q. 43. a. 1. o. — *Dico* Sponsalia duobus modis contrahuntur, absolute et conditionate. Absolute, quatuor modis : 1° nuda promissione, ut cum dicitur, Accipiam te in meam, et e converso; 2° datis arrhis sponsalitiis, ut pecunia vel aliquo hujusmodi; 3° annuli subarrhatione; 4° interveniente juramento. Conditionate autem contrahuntur dupliciter, scilicet sub conditione honesta vel inhonesta. Si honesta, ut, Accipiam te in meam si parentibus placeat; stante conditione, sive sit de præsenti sive de futuro, stat promissio, non stante non stat. Si inhonesta, vel est contraria bonis matrimonii, ut si dicam, Accipiam te si venena sterilitatis procures, et tunc non contrahuntur sponsalia; aut non est contraria bonis matrimonii, ut si dicam, Accipiam te si furtis meis consentias; et tunc stat promissio, inquit S. Doct. sed tollenda est conditio. Verum hoc ultimum D. Thomæ intellige pro foro externo, in quo ejusmodi turpes conditiones habentur pro non adjectis, cap. *Quicumque,* cap. *de Illis*, cap. *Si conditiones* extra de Condition. apposit. et in quo his non obstantibus præsumitur absolutus consensus. In foro tamen interno, si conditio turpis apponatur revera ad indicandum dissensum, seu non esse consensum nisi conditione posita, ut plerumque fit, v. g. dicendo, Accipiam te si dederis mihi copiam tui corporis, non stant sponsalia conditione non impleta; nec etiam starent in foro externo si de tali dissensu constaret : idem dic de conditione impossibili. Vide dissert. 1 de Contractibus art. 7, ubi hæc materia fuse discutitur. Conditione autem quamvis turpis posita, convalescunt sponsalia; quia licet nulla possit esse obligatio ad ponendam conditionem turpem, ideoque rescindenda sint hujusmodi sponsalia, et auferenda sit conditio, ea tamen purificata, licet illicite, oritur obligatio servandi promissum, ut late probavi dissert. 1 de Contractibus a. 8. Vide.

Pctes 1° utrum si conditio sit honesta sed tamen contraria bonis matrimonii, v. g. ut uterque conjux maneat in perpetua castitate, valeant sponsalia?

R. sub distinctione. Si hæc conditio feratur in ipsum jus ad copulam impediendum, non valent; quia jus ad copulam est essentiale matrimonio; si vero feratur tantum in usum copulæ impediendum, concesso jure, sed ligato, valent, quia usus copulæ non est essentialis matrimonio, ut fusius dicam infra dum de objecto consensus matrimonialis.

Petes 2° an contractus sponsalitius, initus sub conditione honesta de futuro, adimpleta conditione statim valeat, absque novo contractu aut consensu?

R. Perseverante eadem contrahentium voluntate, valet. Non perseverante autem, non valet, nisi novus consensus accedat, ad quem quidem pars dissentiens tenetur.

Ratio primæ est; quia perseverante eadem voluntate, perinde est ac si tunc primo poneretur consensus : et hoc modo convalescunt alii contractus, ut probavimus dissert. 1 de Contract. a. 7, concl. 5. Censetur autem perseverare virtualiter quandiu non revocatur.

Ratio secundæ partis est; quia licet in aliis contractibus jura suppleant id quod deest consensus, ita ut, semel posita conditione, in absolutum transeant, id tamen non possunt in matrimonio et sponsalibus, in quibus consensus personalis contrahentium est essentialis.

Ratio tertiæ partis est; quia ex contractu conditionato oritur duplex obligatio : una absoluta expectandi eventum conditionis; altera suspensa et conditionata præstandi quod promissum est, si purificetur conditio. Priorem autem hanc obligationem, utpote ortam ex mutuo consensu, non potuit resiliens propria auctoritate extinguere, sicque tenetur reddere consensum quem illicite revocavit. Vide dissert. 1 de Contract. art. 7, concl. 2.

Hinc inferes, sponsalia inita cum impedimento dirimente dispensabili sub conditione futuræ dispensationis, obtenta dispensatione, probabilius valere sine novo

consensu, modo prior non fuerit revocatus. Utrum idem censendum si de matrimonio conditionato? Dicam infra.

Id autem venit observandum, quod ex sponsalibus conditionatis nullum oriatur impedimentum publicæ honestatis, donec impleatur conditio; quia eo usque sunt invalida. Existimat Sylvius hic quæstiunc. 5, quod oriatur ex matrimonio coram parocho et testibus sub conditione contracto; quia juxta ipsum, matrimonium conditionatum, juxta formam Tridentini contractum, habet vim sponsalium, donec impleatur conditio : id quidem non probat laudatus theologus, sed videtur innui in declaratione S. congregationis ad cap. 2 sess. 24 concilii Trid. citata in responsione ad petit. 2 præcedentis art.

Cæterum nunquam permittant parochi ut tam sponsalia quam matrimonia conditionata contrahantur, sed omnino efficiant ut sint absoluta juxta formam in ritualibus præscriptam.

Petes 3° utrum sponsalia conditionata inter personas habiles ad matrimonium, per copulam subsequentem transeant in absoluta?

R. negative post Tridentinum, in locis ubi est receptum. Ideo enim ante Tridentinum copula auferebat conditionem, quia per eam affectu conjugali habitam efficiebatur matrimonium : at nunc cum non valeat ad matrimonium, conditionem non aufert.

Petes 4° utrum possit apponi sponsalibus conditio pœnalis quæ resilientem obliget?

Secundum jura lib. *Mulier* cap. de Sponsalibus lib. 5, tit. 1, et Novella 18 Leonis imperatoris, duplex pœna hic distinguitur : una de præsenti, ut si quis in ipso contractu sponsalitio tradat aliquid, ut annulum, torquem, pecuniæ summam, etc. quod cedat alteri si tradens resiliat; si e contra recipiens resiliat, reddat acceptum, et insuper æquivalens aut duplum, secundum quod conventum est. Altera pœna est de futuro, ut dum contrahentes inter se paciscuntur de solvenda pecuniæ summa ab eo qui resiliet. Primum in jure dicitur *arrha*; secundum, *pœna*, licet utrobique sit pœna.

R. In contractu sponsalitio illicite et invalide apponitur pœna, tam de præsenti quam de futuro, juste resilienti; aut indistincte juste vel injuste resilienti, nec juste resiliens ad illam obligatur. Licite autem et valide imponitur injuste resilienti, isque ad illam obligatur.

Prob. prima pars. Jura cap. *Gemma*, de Sponsalibus Extra. lib. 4, tit. 1, l. *Titia* ff. de Verborum obligat L. *Mulier*, cap. de Sponsalibus, prohibent et irritant pœnam appositam in contractu sponsalitio, quæ læderet libertatem matrimonii : atqui obligatio ad pœnam, sive præsentem sive futuram, in eo qui habet justam causam resiliendi, læderet libertatem matrimonii, cum, ne perderet arrham vel cogeretur solvere pecuniam, quandoque invitus contraheret matrimonium ex quo jurgia, rixæ et alia plurima inconvenientia orirentur : ergo.

Confirmatur. Non debet imponi pœna, ubi non est culpa : ergo juste resiliens non obligatur ad pœnam. Et de hac pœna imposita juste resilienti intelligendus est S. Th. hic a. 1, ad 4, dum dicit quod *talis conditio non stat.*

Idem dicendum, etiamsi non ipsi contrahentes, sed eorum parentes et amici paciscerentur de pœna, quia damnum parentum et amicorum reputatur proprium, et ejus motu pariter læderetur libertas matrimonii; secus si ab extraneis, non instantibus sponsis, sed motu proprio apponeretur.

Totumque id verum est, etiamsi pœna sit levis; quia jura non distinguunt inter pœnam gravem et levem, sed prohibent absolute ullam pœnam apponi, et ab illa eximunt obligatum. Insuper, quamvis levis, semper minueret aliqualiter libertatem contrahentium; quod si in aliquo casu ita non accidat, erit per accidens : lex autem non attendit ad id quod raro et per accidens, sed quod per se et communiter accidit : excipe nisi pœna adeo esset levis ut pro nihilo reputaretur.

Prob. secunda pars. Si injuste resiliens a sponsalibus non obligaretur ad pœnam, nec liceret eam apponere, ideo esset quia læderet libertatem matrimonii, ideo enim jura prohibent apponi, et est ratio adversariorum : atqui ista ratio non currit in injuste resiliente; quia, etiam seclusa pœna, tenetur stare promissis, et ad hoc ipsa jura eum cogunt : ergo.

Si dicas. Jus civile lib. *Mulier* cap. de Sponsalibus, permittit arrhas, prohibet

pœnas; nos vero de utrisque eodem modo loquimur.

R. hoc jus antiquius esse emendatum per Novellam 18 Leonis imperatoris, nec esse amplius in usu.

Petes 5° utrum si juste resiliens se obligaverit sub juramento solvere pœnam, illud juramentum firmet contractum, aut saltem per se obliget?

R. probabilius negative. 1° Non firmat contractum; quia contractus qui a jure infirmatur propter bonum commune, ut est contractus sponsalitius sub conditione pœnæ juste resilienti impositæ, juramento non firmatur; quia observari non potest sine peccato. 2° Ipsum juramentum per se non obligat; quia juramentum quod non potest servari sine peccato, nullum est; non est enim vinculum iniquitatis. Vide hanc materiam abundanter tractatam dissert. 1 de Contractibus, a. 6.

Petes 6° utrum si juste resiliens solvat pœnam alteri, iste possit retinere?

R. Vel solvens sciebat se non obligari, vel non sciebat. Si primum, recipiens potest retinere; quia tunc alter non censetur dare vi promissionis quam scit esse nullam, sed vel gratuito, vel ut salvet fidem suam coram hominibus, etsi ad hoc non teneatur. Si secundum, recipiens non potest retinere; quia donans censetur dare vi promissionis quæ secundum jura est nulla.

ARTICULUS III.

Qui possint contrahere sponsalia?

Dico 1°. Quicumque habent impedimentum, sive dirimens, sive impediens matrimonium, nec licite, nec valide contrahunt sponsalia; quia promissio illicita est nulla.

Dico 2°. Sponsalia contracta ante usum rationis etiamsi post septennium, sunt invalida; quia promissio est actus humanus qui non est absque usu rationis.

Q. 43. a. 2. o. — *Dico* 3°. Septennium est tempus a jure convenienter determinatum ad contrahenda sponsalia.

De hujus temporis determinatione exstant in jure plura decreta: cap. *Litteras*, cap. *Accessit*, cap. *Ad dissolvendum*, de Desponsat. impub. et cap. *Infantes* eodem tit. in 6.

Ratio hujus convenientiæ est; quia qui contrahunt sponsalia debent habere aliquam providentiam de futuris, cum sint promissiones futurorum: hoc autem communiter contingit in fine primi septennii, in quo incipit illucescere ratio. Ergo.

Hinc inferes, sponsalia contracta notabili saltem tempore ante septennium, ex juris dispositione esse invalida, nec inducere impedimentum publicæ honestatis. Dixi, *notabili saltem tempore*; et ideo

Petes 1° an si paulo ante septennium contrahentes habeant usum rationis sufficientem, valeant sponsalia?

R. probabilius affirmative. Ita determinarunt de matrimonio, quoad tempus pubertatis, Alexander III, c. 9 de Desponsat. impub. et Innocentius III, cap. ultimo eodem tit. Ergo idem dicendum de sponsalibus; quia cum ordinentur ad matrimonium ut ejus inchoatio, debent sequi ejus leges, et aliunde non sunt tanti momenti ac matrimonium, et possunt facilius dissolvi: unde D. Th. sic ait: — **Ibid. ad 7.** — « In sponsalibus etiam similiter, si appropinquant contrahentes ad tempus septennii, contractus sponsalium habet robur; quia secundum Philosoph. in 2 Physic. lib. 2, textu 56, *Quod parum deest, quasi nihil deesse videtur*. Hæc autem propinquitas a quibusdam determinatur tempus sex mensium: sed melius est quod determinetur secundum conditionem contrahentium; quia in quibusdam magis acceleratur usus rationis quam in aliis. »

Dicere quod S. Th. loquatur attento jure naturæ, non positivo, videtur aperte falsum; tum quia in toto articulo nihil aliud intendit probare quam quod septennium sit convenienter a jure positivo determinatum; tum quia argumentum cui respondet, procedit de jure positivo determinante tempus pro matrimonio.

Si dicas argumentum a paritate in positivis non probare. *R.* id esse verum quando nullum est fundamentum interpretandi intentionem legis pro pari. Hic autem habemus fundamentum intelligendi legem de tempore sponsalium ad sensum legis de tempore matrimonii; tum ex ipsa natura contractus sponsalium, qui est inchoatum matrimonium, nec tanti momenti; tum ex D. Th. et ex communiori theologorum sententia. Sic, quia professio religiosa, secun-

dum jura, dissolvit matrimonium ratum, inferunt theologi etiam dissolvere sponsalia.

Inst. Cap. *Litteras* et cap. *Accessit* de Desponsat. impub. pontifex, interrogatus an sponsalia ante septennium completum valeant, respondet negative, attendens ad solam ætatem.

R. ita respondisse pontificem, quia in foro externo præsumitur non adesse sufficientem usum rationis ante septennium, nisi probetur.

Notat tamen Sylvius non fore valida sponsalia eorum in quibus tertio vel quarto anno (dicerem ego, uno vel altero anno) fuisset acceleratus usus rationis; quia intentio Ecclesiæ fuit hujusmodi sponsalia irritare, eo quod communiter non sit sufficiens discretio ante septennium aut circiter; lex enim attendit quod communiter, non quod per accidens et raro contingit.

Petes 2° quis rationis usus requiratur ad contrahenda sponsalia?

R. Quibusdam videtur sufficere illum usum rationis qui satis est ad peccandum mortaliter, sed oppositum expresse docet Auctor; — **Ibid. ad 2.** — quia, inquit, ad peccatum mortale sufficit consensus præsens seu in rem præsentem, sed in sponsalibus est consensus in futurum; major autem discretio rationis requiritur ad providendum in futurum quam ad consentiendum in unum actum præsentem: et ideo potest homo peccare mortaliter antequam posset se obligare ad aliquid futurum.

Petes 3° an parentes possint sponsalia contrahere pro filiis minoribus?

Ibid. ad 1. — *R.* posse quidem ex causa rationabili; sed valida non subsistunt, nisi ratificentur a filiis qui absolute possunt ea non habere rata: unde quod dicitur cap. *Tua nos* de Desponsat. impub. filios debere implere sponsalia contracta a parentibus, debet intelligi de debito decentiæ seu reverentiæ erga parentes, si nulla filii subsistat causa recusandi. Censentur autem, inquit S. Doctor, ea ratificare, cum ad debitam ætatem venientes non reclamant.

Petes 4° an qui contraxerunt sponsalia ante pubertatem (quæ in masculis est annus decimus quartus, in fœminis duodecimus), cum eam attigerint, possint ab eis resilire, etiam invita una parte?

R. affirmative, modo intra triduum resiliant, nec inter eos ante pubertatis annos intervenerit copula carnalis, nec juramento firmata sint: ita in jure cap. *de Illis* et cap. *a Nobis* tit. de Desponsat. impub. et cap. *ex Litteris* de Sponsalibus.

ARTICULUS IV.

De effectibus sponsalium.

Dico. Duplex est effectus sponsalium: primus est obligatio gravis ad contrahendum matrimonium cum ea persona cum qua fuerunt inita. Alter est impedimentum justitiæ publicæ honestatis, quod oritur ex omnibus et solis sponsalibus validis.

De hoc secundo agemus dum de impedimentis matrimonii. Quantum ad primum, præter varia summorum pontificum decreta, *ratio est;* quia omnis promissio acceptata, præsertim mutua, adeoque utrinque onerosa, obligat ex justitia, et quidem graviter ubi est materia gravis, qualis est præsens: unde D. Th. in 4, d. 27, q. 2, a. 1, ad 2, dicit resilientem sine legitima causa, peccare mortaliter.

Petes 1° quo tempore sint adimplenda sponsalia?

R. adimplenda esse tempore præfixo, si quod fuit; si non, primo tempore opportuno, parte petente implicite vel explicite. Qui renuerit censetur esse in mora; quia in omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur, et solvi debet si petatur, reg. juris 14, ff. de Reg. jur. Insuper quando quis promittit matrimonium, promittit alteri pro toto tempore vitæ consortium conjugale: ergo tandiu illum suo jure injuste fraudat, quandiu illo instante et opportunitate data, differt.

Petes 2° an nolens aut differens adimplere sponsalia sit compellendus?

R. compelli debere tam a confessario per negationem absolutionis, quam a judice ecclesiastico etiam per censuras, carcerem, mulctas et similes modos; quia ipsis ex officio incumbit compellere subditos ut reddant quod ex justitia debent. Maxima tamen in his prudentia opus est, cum ex talibus matrimoniis coactis sæpe nimis sequantur exitus perniciosi, jurgia, dissidia, rixæ, divortia, etc. Unde ubi talia fundate metuit judex, si rogando, monendo, obligationem inculcando, non potest nolentem vincere, expedit ut, interposita sua auctoBILL. T. X. 8

ritate, absolutum dimittat, ipsum tamen obligando ut omnia compartis damna inde obvenientia resarciat, imo ipsum egregie mulctando. Unde in his totum negotium relinquitur prudentiæ judicis attentis omnibus. Et juxta hanc explicationem, intelligendum venit capitulum *Requisivit* tit. de Sponsalibus, ubi Lucius III dicit monendam potius quam cogendam eam quæ a sponsalibus juratis vult resilire, quia matrimonia debent esse libera; loquitur enim ex præsumptione metus gravium malorum, qui metus dum cessat, Alexander III ibidem capitulo *ex Litteris* 2, vult ecclesiasticis censuris agendum ut pars reclamans fidem servet.

Petes 3° an obligatio quam habent desponsati tanta sit, ut si alteruter peccatum fornicationis committat cum alia persona, sit peccatum speciale, nedum contra castitatem et temperantiam, sed etiam contra justitiam, adeoque distinctum a simplici fornicatione et in confessione accusandum?

R. probabilius affirmative; quia licet desponsati non habeant jus in re ad corpus alterius, habent tamen jus ad rem; eo quod promissio contractus sponsalium obligans ex justitia, sit promissio faciendi corpus proprium, sponsi vel sponsæ corpus; ex quo sequitur quod si alteri ipsum tradat, sicut tradit per fornicationem, peccet peccato speciali injustitiæ, quod reductive pertinet ad speciem adulterii, sicut imperfectum ad perfectum sui generis, sicut enim sponsalia reducuntur ad matrimonium, suntque matrimonium inchoatum, ita peccata contra sponsalia reducuntur ad peccata contra matrimonium.

Dices. Sic se habent sponsalia ad matrimonium, sicut votum religionis ingrediendæ ad professionem religiosam : atqui qui post votum ingrediendæ religionis committeret peccatum carnis, ejus peccatum non esset distinctum a simplici fornicatione : ergo.

R. D. maj. Sic se habent secundum quid sponsalia ad matrimonium, sicut votum religionis ingrediendæ ad professionem religiosam, *C.* sic se habent simpliciter, *N.* In hoc ergo est paritas, quod sicut sponsalia sunt promissio, et matrimonium traditio, ita votum religionis ingrediendæ est promissio, et professio religiosa est traditio : sed in hoc est disparitas, quod votum religionis ingrediendæ fiat soli Deo; et ex eo religio nullum jus acquirat in voventem. At sponsalia sunt promissio mutua sponsorum, quorum quilibet acquirit jus licet imperfectum, scilicet ad rem, in corpus alterius, quod violatur dum alteri traditur per fornicationem.

ARTICULUS V.

Assignantur causæ ex quibus dirimi possunt sponsalia.

Ib. q. 43. a. 3. ad 3. — 1° Dissolvuntur sponsalia etiam jurata mutuo et libero contrahentium puberum consensu, cap. *Præterea* de Sponsalibus. *Ratio est;* quia omnis contractus natura sua solubilis, potest per eas causas dissolvi per quas potest fieri, nisi jus resistat ejus dissolutioni : atqui contractus sponsalitius fit mutuo contrahentium consensu, est natura sua solubilis, nec jus ejus dissolutioni resistit, imo permittit : ergo. Insuper sic dissolvi possunt omnes alii contractus solubiles, quidni sponsalitius?

2. 2. q. 89. a. 9. ad 2. — Dixi 1°, *etiam jurata;* quia quando juramentum annectitur promissioni homini factæ, pendet ab illa ut accessorium a principali, quo cessante cessat accessorium.

Dixi 2°. *consensu libero;* quia non sufficit si vi vel dolo fuit extortus.

Dixi 3° *puberum;* quia impuberes, quandiu tales, non possunt etiam mutuo consensu valide renuntiare sponsalibus, cap. *A nobis* de Desponsat. impub. Pubères autem facti, possunt, etiam una parte invita, resilire, modo id fiat intra triduum, nec sint sponsalia jurata, nec subsecuta sit copula carnalis; alias non possunt nisi mutuo consensu : eodem cap. et cap. *Ex litteris Sylvani* de Sponsal. Si unus prior pubes factus sit, potest sub iisdem restrictionibus tamen resilire, non expectata alterius pubertate. Si vero dum contraxerunt unus esset pubes, alter impubes, hic adepta pubertate potest pro nutu resilire, non alter nisi ex mutuo consensu.

Observandum quod, ubi sponsalia contrahuntur publice, quamvis secreto consensu mutuo valide dissolvantur, non tamen licite, nisi interveniente auctoritate Ecclesiæ per quam fuere contracta.

2° Solvuntur sponsalia etiam jurata per professionem religiosam; si enim matrimo-

nium ratum per eam solvitur, cap. *Commissum* de Sponsal. et can. 6 sess. 24 concilii Trid. *a fortiori* sponsalia, quorum obligatio minor est quam matrimonii rati : unde tam in sponsalibus quam in matrimonio rato subintelligitur ex jure hæc conditio, *nisi religionem suscepero.* — **Supp. q. 61. a. 2. 0.** — Idque ratio suadet; sponsalia enim sicut et matrimonium ratum non consummatum, nondum important vinculum carnale, sed spirituale tantum : ergo sicut vinculum carnale solvitur per mortem carnalem, ita spirituale per mortem spiritualem, qualis est professio religiosa.

Si petas an sponsalia dissolvantur non tantum per professionem, sed etiam per solum ingressum religionis?

R. quod dissolvantur respectu manentis in sæculo, non alterius; ita ut priori liberum sit alteri nubere, non posteriori, casu quo egrediatur et a comparte requiratur.

Ratio primæ partis est; quod ingrediens religionem censeatur cedere juri suo, et in pejori statu respectu compartis se constituit, cum plures nollent contrahere cum deserente religionem.

Ratio secundæ partis est; quia in tantum religio dissolvit sponsalia, in quantum est mors spiritualis, ut dicit D. Th. citatus; et in quantum inhabilem reddit contrahentem ad matrimonium : atqui hoc facit sola professio, non ingressus religionis : ergo.

Adde quod nullum sit jus dirimens absolute sponsalia in hoc casu. Nec obstat quod dixerimus supra, sponsalia non claudicare; id verum est quidem de sponsalibus in fieri, non in facto esse, ut patet si una pars fornicetur, altera manet libera, non fornicans.

De voto ingrediendæ religionis quid sit censendum, dicemus in fine articuli.

Observandum quod, sicut invita comparte liberum est ac licitum profiteri, ita similiter liberum et licitum sit et ingredi et vovere ingressum religionis, modo tamen id non fiat in fraudem vel cum damno gravi alterius partis, quod aliter quam per matrimonium reparari non possit, ut quod spe matrimonii sit violata cum infamia, aut imprægnata; tunc enim et ingressus religionis et votum de illo, forent illicita et invalida utpote de re mala ex circumstantiis.

Dices. Alexander III, cap. *Commissum* de Sponsalibus juratis, dicit tutius esse religione juramenti servata prius contrahere, et postea si elegerit ad religionem migrare.

R. Dato quod sit tutius secundum vulgi opinionem, non tamen verius. Insuper loquitur pontifex de eo qui, instante matrimonio nondum plene resolutus, adhuc deliberat de religione, *ut patet* ex his verbis, *et postea si elegerit;* cui ut tali tutius est prius contrahere, et postea si, tempore bimestri concesso post matrimonium ratum ad deliberandum, religionem elegerit, ad eam migrare, quam ex intentione nondum firma religionem ingrediendi, sponsum deserere et fidem juratam non servare.

3° Dirimuntur sponsalia per susceptionem ordinis sacri, quia affert impedimentum dirimens matrimonii futuri, cap. unico de Voto in 6; ubi autem promissionis adimpletio fit impossibilis, desinit obligare. Utrum etiam votum suscipiendi ordines sacros pariter dissolvat sponsalia, possitque sponsus invita sponsa illos suscipere, *patebit ex dicendis* in fine articuli de voto simplici castitatis.

Hic q. 43. a. 3. ad 7. — 4° Solvuntur sponsalia per matrimonium subsequens cum altera persona, propter suam indissolubilitatem, cap. *Sicut*, cap. *Si inter* de Sponsal. etc. ita tamen quod mortua uxore debeat redire ad partem relictam si ipsa petierit; quia cum matrimonium subsequens non sit vinculum perpetuum, sicut ordo sacer aut professio religiosa, non extinguit absolute sponsalia, sed potius suspendit, quandiu fortius vinculum durat. Pars autem relicta omnino absolvitur a sua obligatione; quia alter cessit juri suo.

Ibid. ad 4. — 5° Pariter solvuntur si superveniat impedimentum dirimens matrimonium futurum, ut affinitas orta ex copula cum consanguinea alterius in primo vel secundo gradu, aut cognatio spiritualis ex susceptione prolis sponsæ; quia, ut jam dixi, promissio cujus adimpletio est impossibilis, desinit obligare : si tamen pars innocens urgeat promissionis adimpletionem, pars altera quæ contraxit voluntarie impedimentum, tenetur petere dispensationem.

6° Et est regula generalis pro dissolvendis sponsalibus : Si superveniat talis mu-

tatio sive intrinseca sive extrinseca, quæ si tempore contractus extitisset aut prævisa fuisset, homines hujus conditionis prudenter retraheret a contrahendo. *Ratio est;* quia promissio sponsalium, sicut quælibet altera, intelligitur facta, rebus in eodem statu permanentibus, et nulla notabili mutatione superveniente : unde communi hominum sensu censetur apponi hæc conditio, *nisi superveniat tale quid, ratione cujus homo prudens ejusdem conditionis non erat promissurus.*

Nec tamen inde sequitur omnia sponsalia esse conditionata et nunquam inducere impedimentum publicæ honestatis, quia hujusmodi conditio non apponitur ut suspendat valorem contractus, sed ut habeatur jus illum rescindendi ubi ratio sufficiens supervenerit : unde posita conditione, non est de facto rescissus, sed rescindibilis.

Dixi, *quæ viros prudentes retraheret;* non enim sufficit, ut quidam volunt, quod contrahens dicat se, si talis causa substitisset, non fuisse promissurum; inde enim fieret quod quilibet ex levi causa a sponsalibus posset resilire.

Ibid. ad 5. — *Hinc colliges* 1° posse rescindi sponsalia etiam jurata, ob supervenientem gravem et habitualem infirmitatem quæ compartem multum debilitet, ut epilepsia vel paralysis; aut eam multum deformet, ut abscissio nasi, orbitas oculorum, vel aliquid hujusmodi; aut quæ sit contra bonum prolis, ut lepra, etc., cap. *Quemadmodum* de Jurejurando Extra. lib. 2, tit. 24. Addit ulteriorem rationem Auctor : Ne, inquit, invicem sibi displiceant et matrimonium sic contractum malum exitum sortiatur : nec pro pœna punitur relicta, sed ex pœna damnum reportat, quod non est inconveniens.

Idem dicendum si compars propter crimen proprium, vel parentum propinquorum, aut ex alio quovis eventu, patiatur notabile detrimentum in fama, honore aut divitiis.

Colliges 2° sponsalia etiam jurata posse dissolvi propter fornicationem subsequentem alterutrius, eod. cap. *Quemadmodum,* in quo, quamvis fiat tantum mentio de fornicatione sponsæ, quia turpius est ejus delictum, attamen juxta communem sensum theologorum, extendi debet ad sponsum, eo quod uterque frangat fidem; frangenti autem fidem fides non est servanda. Idem etiam videtur dicendum si sponsa vi oppressa fuerit; quia, licet non fregerit fidem, inde tamen facta est vilior. Idem etiam multi censent si sponsa voluntarie admittat ab alio tactus impudicos; quia isti tactus ex parte sponsæ cedunt in magnum dedecus sponsi : non sic similes tactus habiti a sponso cum alia, saltem si transeunter et raro fiant; nam si essent frequentes, indicarent animum in aliam propensum, idque sufficeret sponsæ ad resiliendum.

Sed quid si uterque fornicetur? Quidam volunt neutrum posse resilire; quia datur compensatio delicti. Sed oppositum videtur verius; non datur enim compensatio delicti ubi delicta sunt imparia : at sponsus et sponsa fornicando non sunt in pari delicto quoad omnia; in ordine enim ad matrimonium longe gravius est crimen sponsæ quam sponsi, eo quod major infamiæ nota sit si sponsus ducat sponsam fornicantem, quam si sponsa nubat viro fornicanti : unde sequitur quod in hoc casu possit sponsus fornicans dimittere sponsam fornicantem, non e contra.

Neque simile est de compensatione quæ datur inter conjuges adulterantes; quia in adulterio conjugum sola spectatur fides conjugalis quæ æque a viro ac ab uxore frangitur; in sponsalibus autem insuper spectatur infamia quæ major est in sponsa fornicante quam in sponso.

Quidam volunt quod si una pars inexpectato fiat longe ditior, non possit ideo resilire; sive quia per hoc alleviatur matrimonium; sive quia nulla est mutatio in comparte quæ est objectum consensus. Verum hæ rationes videntur nobis elumbes; his enim non obstantibus, hæc mutatio est talis quæ, si tunc extitisset, retraxisset virum prudenter ejusdem conditionis a contrahendo : quæ ratio sufficit ad dissolvenda sponsalia, ut dictum est.

7° Et est altera regula generalis pro dissolvendis sponsalibus : si comparti ignoranti innotescant causæ antecedentes sponsalia quæ, si fuissent cognitæ, retraxissent virum prudentem ejusdem conditionis ab illis contrahendis, si tamen dederint causam contractui : quia perinde est ac si mutatio notabilis sponsalibus superveniret; censetur enim res fieri cum innotescit; et

e contra idem est non esse et non apparere, lib. *In lege* ff. de Contrahenda emptione, lib. 18, tit. 1 : ideoque, sicut in præcedenti casu censetur apposita hæc conditio : *nisi superveniat cognitioni meæ id quod prudentem virum ejusdem conditionis retraheret a sponsalibus :* igitur causæ quæ supervenientes sponsalibus, de quibus casu præcedenti, sufficiunt ad eorum rescissionem, eædem regulariter sufficiunt si ignotæ præcesserint.

Hinc si sponsus reperiat sponsam corruptam quam credebat virginem, pauperem quam credebat divitem, ignobilem quam credebat nobilem, potest resilire a sponsalibus. Similiter sponsa respectu sponsi, nisi in casu fornicationis sponsi, quæ si præcedat non sufficit ad dissolvenda sponsalia, cum tamen sufficiat si sequatur. Ratio hujus discriminis est; quia antecedenter ad sponsalia fornicando fidem non fregit, quam fregit forniçando post sponsalia, nec ex fornicatione antecedente censetur vilis factus, sicut mulier : aliud tamen esset si ex fornicatione sponsi antecedente nata sit proles expensis familiæ nutrienda; inde enim natæ sunt sequi dissensiones.

Dixi 1° *ignoranti;* quia si scivit, censetur cedere juri suo et velle inire matrimonium cum tali onere : unde etiam si sit dispar conditio, ut si sit longe nobilior comparte, tenetur stare promissis; nisi ex tali matrimonio prævideantur secutura scandala, jurgia et dissensiones inter parentes et consanguineos : quo casu sponsalia etiam jurata non essent servanda, quia essent de re illicita.

Dices. Qui promittit mille aureos meretrici pro usura ejus corporis, non tenetur ad hanc summam, sed ad id quod justum est : ergo qui sciens promittit matrimonium longe dispari, non tenetur eam ducere.

R. Dato ant. N. conseq. Disparitas est, quod hæc magna pecuniæ summa promittatur meretrici in pretium contractus; in pretio autem debet semper servari æqualitas : at in nostro casu non promittitur traditio corporis per matrimonium in pretium, sed ex mera liberalitate illius qui est dominus sui, et cui vult nubere potest.

Dixi 2°, *si tamen istæ causæ antecedentes dederint causam contractui;* quia si contrahendo ita affectus esses ut, si has causas cognovisses, nihilominus contraxisses, non potes resilire, quia in tantum id jus habes in quantum censeris promisisse sub conditione, *Si esset talis causa non contraherem.* Ergo si sis ita affectus ut, non obstante tali causa, contraheres, censeris promisisse nulla apposita conditione sicque resilire non potes.

Petes utrum qui habet defectus occultos teneatur illos detegere comparti ante sponsalia, seu saltem ante matrimonium?

R. sub distinctione. Vel illi defectus sunt comparti probrosi et damnosi, ita ut positive incommodum afferant, reddantque matrimonium odiosum et injuriosum alteri, ut sunt lepra, morbus Gallicus, infamia orta ex genere vel delicto, et ea quæ sive generationi sive educationi prolis officiunt : vel illi defectus non sunt probrosi aut damnosi, ita ut matrimonium non reddant positive odiosum et injuriosum alteri, sed tantum minus gratum et minus commodum; ut si compars sit pauper, ignobilis, corrupta, etc. quæ creditur dives, nobilis, virgo, etc.

Si primum, tenetur detegere; quia nemo potest quærere suum commodum cum damno alterius : et sicut qui vendens equum cum defectu quo redderetur inutilis aut nocivus emptori vel fini ad quem emitur, tenetur illum manifestare; ita in nostro casu. Adde quod ex talibus matrimoniis nati sint sequi infaustissimi eventus.

Si secundum, non tenetur manifestari parti non inquirenti, quia in aliis contractibus, v. g. emptionis, nemo tenetur manifestare defectus occultos, leviores et non positive nocivos; et ea est praxis communis tam in sponsalibus quam in venditionibus et permutationibus. Insuper debet sibi imputare compars quæ diligentiorem inquisitionem non fecerit : excipe tamen nisi compartem deceperit se fingendo divitem, nobilem, virginem, cum non sit.

Dixi, *non inquirenti;* quia si petat, cum habeat jus petendi, videtur inesse obligationem alteri veraciter et sincere respondendi, nisi foret defectus infamans, puta, quod fuerit corrupta, in quo casu potest non quidem negare mentiendo, sed dissimulare.

8° et est tertia regula generalis pro dissolvendis sponsalibus : si pars una ita se gerit, ut moraliter juxta prudentum judi-

cium censeatur resilire; quod duobus modis potissimum contingit, scilicet per lapsum temporis matrimonio contrahendo præfixi, vel per recessum ad alias partes. Itaque

Inferes 1° quod, si una pars non legitime impedita recuset adimplere promissum tempore præfixo ad adimplendum, hoc ipso cessat obligatio ex parte illius qui est paratus adimplere : cap. *sicut ex litteris* de Sponsalibus.

Nec obstat quod l. *Celsus* ff. de Receptis qui arbit. videatur contrarium astrui; ibi enim agitur de tempore præfixo non ad finiendam obligationem, sed ad eam sollicitandam; sponsi autem solent præfigere tempus ad finiendam obligationem, quia nolunt diutius obligari et expectare seu matrimonio frustrari, cum ex longiori mora immineat ipsis periculum non melius nubendi vel incidendi in fornicationem. Aliunde jus civile in hac præsertim materia cedere debet juri canonico, ut mox dicam.

Dixi, *non legitime impedita;* quia qui propter legitimum impedimentum, saltem brevi terminandum, differt, non videtur ideo privandus jure suo : hæc enim exceptio licet non fuerit expressa in contractu, rationabiliter censetur tacite inclusa et habet fundamentum in jure, cap. *Quia diversitatem* de Concessione præbendæ Extra. l. 3, tit 8. Ubi dicitur quod legitime impedito tempus non currat.

At vero si nullum sit tempus præfixum, tunc cessat obligatio ex parte illius qui non est causa dilationis, quando oblata commoda opportunitate contrahendi matrimonium alter, ter aut quater requisitus, ulterius differt, nulla allegata causa dilationis sufficiente; quia censetur tunc moraliter cedere juri suo, cum sciat intentionem compartis non fuisse se tanto tempore privare matrimonio.

Inferes 2° quod, si unus sponsorum sine consensu alterius discedat in alia loca, unde non est brevi rediturus, alter maneat deobligatus : ita Alexander III, cap. *De illis* tit. de Sponsal. et Mat. his verbis : « De illis autem qui præstito juramento » promittunt se aliquas mulieres ducturos, » et postea eis incognitis dimittunt terram, » se ad alias partes transferentes, hoc tibi » volumus innotescere, quod liberum erit » mulieribus istis (si non est amplius in » facto processum, hoc est, secuta copula » aut matrimonium) ad alia se vota transferre, recepta tamen de perjurio pœnitentia, si per eam steterit quominus matrimonium fuerit consummatum. » Et *ratio est*, quia per talem discessum, discedens suam fidem retractare et voluntatem mutare censetur, et insuper gravatur inde sponsa.

Quidam volunt ex jure civili l. 2, c. de Spons. et l. 2, c. de Repudiis, expectandum esse biennio si intra eamdem provinciam discedat, triennio si ad aliam provinciam. Alii excipiunt casum quo ex justa causa discedat, juxta l. *Sæpe* ff. de Sponsal.

Sed contra. Nihil horum meminit jus canonicum citatum : in causis matrimonii vero magis standum est dispositioni juris canonici quam civilis. Cum enim matrimonium sit sacramentum, decisio controversiarum ad illud spectantium, magis spectat ad judices ecclesiasticos quam ad sæculares, et ideo solis primis id committitur a concil. Trid. sess. 24, can. 12. Cur autem hic jura discordent? *ratio est*, quia jus canonicum intendit bonum spirituale, scilicet, vitare periculum fornicationis ex nimia mora : jus autem civile per se intendit publicam utilitatem tantum.

Petes an sponsalia solvantur per posteriora jurata, aut subsecuta copula?

R. negative pro utraque parte. Ratio primæ partis, quia cum promissio posterior sit nulla, utpote de re alteri obligata, juramentum superveniens est etiam nullum quia est de re illicita.

Ratio secundæ partis est : si copula sequens secunda sponsalia, prima irritaret, ideo esset quia est traditio corporis, ut volunt adversarii : atqui *falsum consequens :* ergo. *Prob. min.* Nulla fit traditio valida corporis nisi per matrimonium : atqui post Tridentinum irritans matrimonia clandestina, in locis in quibus est receptum, copula subsequens sponsalia non facit amplius matrimonium : ergo. Unde sententia opposita admitti potest in locis in quibus Tridentinum non viget.

Existimat noster Gonet. quod, si ex copula cum secunda sponsa ignara priorum, ipsi gravia damna obveniant solo matrimonio reparanda, priori autem nullum aliud quam non exhibitio rei promissæ, sponsus debeat ducere secundam non qui-

dem vi posteriorum sponsalium quæ nulla sunt, neque vi præsumpti matrimonii quod nullum est, sed ratione damnorum quæ secunda sponsa injuste pateretur, ad quæ reparanda vir magis obligatur quam ad implendam promissionem, ex cujus omissione nullum aut leve damnum promissario obvenit. Addi potest priorem sponsam in hoc casu teneri ex charitate relaxare obligationem sponsi. Id totum est probabile.

CASUS DUBIUS.

Utrum votum simplex castitatis perpetuæ subsequens sponsalia, illa absolute dissolvat?

Dixi, *subsequens sponsalia;* quia si præcedat, certum est quod illa etiamsi jurata dirimat, quia sunt de re jam Deo obligata, ideoque de re illicita.

Circa casum propositum est duplex sententia ferme æque probabilis, et in hoc versatur difficultas, an in contractu sponsalitio subintelligatur hæc conditio, *nisi statum perfectiorem elegero.* Negant plurimi cum S. Antonino, quia neque ex jure, neque ex natura rei hæc conditio supponitur; alioquin etiam supponeretur ista, *nisi a matrimonio abstinere voluero;* quia perfectius est non nubere quam nubere. Si autem sponsalia sint absolute et sine conditione inita, Deus non acceptat votum de re alteri obligata. Insuper proferunt cap. *Veniens* tit. Qui clerici et voventes, ubi mulier quæ post sponsalia votum castitatis emiserat, jubetur pœnitentiam agere de fide non servata sponso, et permittitur inire matrimonium cum illo.

Alii affirmant hanc conditionem, *nisi statum perfectiorem elegero*, subintelligi in sponsalibus ex voluntate præsumpta contrahentium; quia cum contrahentes non intendant promittere in grave sui præjudicium, præsumuntur contrahere sub hac tacita conditione, *nisi statum perfectiorem elegero;* sicut omnes fatentur ex eodem principio, quod contrahant sub hac tacita conditione, *nisi notabilis mutatio superveniat.* Nec inde sequitur quod etiam contrahant sub hac tacita conditione, *nisi voluero abstinere a matrimonio;* quia non nubere præcise sine voto, non est status nec notabilis vitæ mutatio in melius. Ad caput *Veniens* respondent, quod illa mulier votum emiserat fraudulenter, eo scilicet fine ut non cogeretur illi sponso copulari, sed posset alteri; non enim statuerat servare continentiam : unde jubetur agere pœnitentiam pro fide sponso mentita. Et quia erat periculum fornicationis, dispensatum est ut matrimonium cum eodem posset inire, imposita tamen pœnitentia, etiam pro voto violato, ex quo patet valuisse. Unde Pontifex dicit : « Tu» tius est ut præfata mulier post fidem da» tam et votum simpliciter oblatum matri» monium contrahat, quam fornicationis » reatum incurrat. »

Quantum ad D. Thomam, citatur pro hac secunda sententia infra q. 53, a. 1, ad 1, ubi dicit : *Propter votum simplex sunt sponsalia dirimenda.* Sed reponunt alii, S. Thomam loqui de voto antecedente non subsequente sponsalia, *ut*, inquiunt, *ex argumento et responsione S. Doctoris patet.*

Itaque, juxta priorem sententiam, votum illud tenet tantum ex parte voventis, qui illud servare debet quantum potest sine injuria compartis : ita ut ipsa requirente teneatur inire matrimonium et reddere debitum, nisi primo bimestri, non tamen petere : ipsa vero consentiente, debet absolute servare continentiam, nec potest mortua conjuge ad alias nuptias transire; quia inquiunt, licet Deus non acceptet hujusmodi votum in præjudicium compartis, acceptat tamen in quantum præcise respicit voventem.

Pariter dicunt votum profitendi religionem et votum suscipiendi ordines sacros non irritare sponsalia præcedentia, præsertim cum sint de futuro, imo nec posse suscipi sacros ordines invita comparte; quia eædem rationes militant, scilicet, quod corpus sponsi sit absolute et sine conditione obligatum sponsæ, excepto solo casu religiosæ professionis. Est tamen disparitas inter utrumque votum, quod votum suscipiendi ordinis non impediat petitionem debiti, quam impedit votum castitatis; quia qui vovet suscipere sacros ordines, nondum vovet castitatem.

Juxta vero posteriorem sententiam, potest una pars alia parte invita, vovere non solum castitatem et religionem profitendam, sed etiam susceptionem sacrorum ordinum, et illos de facto suscipere; quia contractus sponsalitius fuit initus sub hac

conditione, *nisi statum perfectiorem eligere voluero*. Quod si vovens, non obstante voto alterutro, ineat matrimonium, tenetur votum servare, quantum potest. Si vovit castitatem, potest reddere debitum, non petere; si vovit profiteri religionem, aut suscipere sacros ordines, potest reddere et petere. Mortua vero conjuge, vel ea consentiente vel adulterante, tenetur profiteri religionem et suscipere sacros ornes; et qui vovit castitatem, eam perpetuo servare, ut dictum est in prima sententia.

Utramque sententiam probabilem cum suis fundamentis et consectariis erudito lectori propono, ut quam probabiliorem judicaverit sequatur. Quantum ad me, quamvis utcumque propendeam in secundam, quænam tamen sit vera definire nolim.

Petes an in omnibus casibus assignatis ipso jure solvantur sponsalia?

Ibid. a. 3. 0. — Respondet Auctor « quod in duobus tantum, scilicet, cum » quis ad religionem confugit, et cum alter » conjugum cum altera per verba de præ» senti contrahit, ipso jure sponsalia dirimantur. Sed in aliis casibus dirimi debent secundum judicium Ecclesiæ. » Hoc ultimum tamen intellige ubi sponsalia sunt publica, et non certo constat de causa sufficienti dissolutionis. Si enim sint occulta, possunt ipsi contrahentes dissolvere : imo etiamsi sint publica, modo causa dissolutionis sit etiam evidens et publica. Si autem sint publica sponsalia et causa occulta, recurrendum est ad judicem, propter evitandum scandalum.

Sed quid si causa occulta probari non possit in judicio, v. g. fornicatio sponsæ?

R. quod secluso scandalo, possit altera propria auctoritate resilire. Si autem sit scandalum et compars juridice urgeat, debet suppresso crimine acquiescere; quia crimen quod non potest probari, injuste aperitur.

ARTICULUS VI.

De bannis, seu publicis futuri matrimonii denuntiationibus.

Bannum est vox germanica, significans edictum, seu publicam proclamationem : igitur banna hic sunt publicæ denuntiationes futuri matrimonii inter tales personas.

Dico. Publicæ denuntiationes futuri matrimonii sunt necessario præmittendæ matrimonio, necessitate præcepti, non sacramenti.

Prima pars constat ex concilio Lateran. III, cap. ultimo de Clandest. desponsat. in quo sic decernitur : « Statuimus ut, » cum matrimonia fuerint contrahenda, in » ecclesiis per presbyteros publice propo» natur, competenti termino præfinito, ut » intra illum qui voluerit et valuerit, legi» timum impedimentum opponat. »

Quod decretum innovans et extendens concilium Trid. sess. 22, cap. 1 de Reformat. matrimonii, ait : « Præcipit (syno» dus) ut in posterum antequam matrimo» nium contrahatur, ter a proprio contra» hentium parocho, tribus continuis diebus » festivis, in ecclesia inter missarum so» lemnia publice denuntietur inter quos » matrimonium sit contrahendum : quibus » denuntiationibus factis, si nullum legiti» mum impedimentum opponatur, ad cele» brationem matrimonii in facie Ecclesiæ » procedatur..... Quod si aliquando pro» babilis fuerit suspicio matrimonium ma» litiose impediri posse, si tot præcesserint » denuntiationes, tunc, vel una tantum » denuntiatio fiat, vel parocho et duobus » vel tribus testibus præsentibus matri» monium celebretur. Deinde ante illius » consummationem denuntiationes in ec» clesia fiant, ut si aliqua subsunt impe» dimenta facilius detegantur, nisi ordi» narius ipse expedire judicaverit ut præ» dictæ denuntiationes remittantur, quod » illius prudentiæ et judicio S. Synodus » relinquit. »

Secunda pars etiam constat, quia quamvis a laudatis conciliis severe prohibeantur matrimonia sine prævis bannis, nullibi tamen irritantur. Nec obstant quædam edicta regum Galliæ quibus declarantur hujusmodi matrimonia *non valide contrahi*. Hæ enim particulæ juxta jurisconsultos et theologos Gallos, referuntur ad defectum præsentiæ parochi aut libertatis, qui etiam in his edictis est insertus; et ita responsum fuisse regis nomine anno 1630 clero Gallicano, qui postulaverat dictæ clausulæ in edicto Ludovici XIII insertæ interpretationem, refert Honoratus Tournely.

Verum cum plura contineat laudatum decretum Tridentini, rem præsentem spectantia, indiget expositione. Quapropter

Exponitur decretum concilii Tridentini.

Imprimis, cum ista lex de præmittendis matrimonio publicis denuntiationibus sit in re gravi, graviter obligat, ita ut tam parochus assistens quam contrahentes illam transgredientes, peccent mortaliter, nisi in casu necessitatis, quo, v. g. quis instante morte vellet ducere concubinam ad legitimandas proles, nec superesset tempus recurrendi ad episcopum pro dispensatione.

2° Dicitur in decreto, has denuntiationes debere fieri *a proprio contrahentium parocho*, ita ut si sint duplicis parochiæ, ab utroque parocho debeant fieri. Si quis tamen a pauco tempore habitaret in una parochia, et ibi vellet contrahere matrimonium, videtur quod convenientius proclamationes fierent a parocho loci in quo prius morabatur quam a parocho loci in quo nunc habitat; alias non obtinetur finis legis, qui est detegere impedimenta matrimonii : quando autem littera adversatur menti legislatoris, est deserenda. Cæterum quisque sequatur mores suæ diœceseos.

3° Dicitur proclamationes debere fieri *ter tribus continuis diebus festivis.* Dies festivi, quo nomine venit etiam dies dominica, intelliguntur continui, quando inter eos non intercedit alius festus dies, licet intercedat dies ferialis. Imo in aliquibus diœcesibus, si tres dies festi se immediate sequantur, nullo alio interjecto, non debent intra istud triduum fieri omnes denuntiationes, sed oportet intra primam et secundam, vel inter secundam et tertiam, diem unam saltem intercedere, ne brevitate temporis eludantur qui aliquod impedimentum revelare tenentur : ita rituale Parisiense. Secundum vero statuta hujus diœcesis Leodiensis, emanata a Georgio Ludovico, secunda proclamatio non debebat fieri nisi infra octiduum a prima.

4° Dicitur, debere proclamari banna *in ecclesia inter missarum solemnia*, quia tunc frequentior est populus, unde facilius detegi potest si quæ sint impedimenta. Non videretur tamen culpandus saltem graviter parochus, qui extra ecclesiam, aut die feriali in solemni concione, vel ubi adest magnus populi concursus, proclamationes faceret; quia in hoc non deviaret a fine legis.

5° Dicitur ordinarium posse dispensare ex legitima causa; et quamvis unam tantum assignet concilium, scilicet, ne matrimonium malitiose impediatur, alias tamen non excludit, *ut patet* ex praxi communi et ex eo quod hanc dispensationem episcopi *prudentiæ et judicio committat*; non tamen sic, ut a solo ejus arbitrio pendeat, sed si occurrat justa causa dispensandi. Unde idem Tridentinum sess. 25, cap. 18, generaliter dicit : « Sciant uni-» versi sacratissimos canones exacte ab » omnibus et quoad ejus fieri poterit in-» distincte observandos. Quod si urgens » justaque ratio et major quandoque uti-» litas postulaverint cum aliquibus dis-» pensandum esse, id causa cognita ac sum-» ma maturitate atque gratis a quibuscum-» que ad quos dispensatio pertinebit, erit » præstandum; aliter facta dispensatio su-» breptitia censeatur. » Hinc viderint qui, ob quamcumque causam etiamsi levem et levissimam, vel ad solam petitionem contrahentium aut parochi, nulla allegata causa sufficiente, dispensant. Nomine ordinarii hic venit etiam vicarius generalis episcopi, nisi episcopus in his dispensandi facultatem sibi reservaverit.

Petes 1° utrum non sint aliquando repetendæ denuntiationes.

R. verbis ritualis Romani : « Si infra » duos menses post factas denuntiationes » matrimonium non contrahatur, denun-» tiationes repetantur, nisi aliter episcopo » videretur. »

Petes. 2° quas pœnas incurrunt tam parochus assistens quam contrahentes matrimonium sine prævíis proclamationibus aut legitima dispensatione?

R. Parochus aut alter sacerdos assistens matrimonio contracto sine prævíis denuntiationibus, debet suspendi ab officio ad triennium : cap. *Cum inhibitio* Extra. lib. 4, tit. 3; ex Innocentio III, in concilio Lateran.

Contrahentes vero sine denuntiationibus in gradu prohibito, etiamsi illum ignoraverint, « Spe dispensationis consequen-» dæ careant... Non enim dignus est qui » Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, » cujus salutaria præcepta temere contem-» psit. » Ita Trid. sess. 24, cap. 5 de Reformat. matrim. Unde in petitione dispensationis super gradu prohibito debet

exprimi iste defectus proclamationum, alioquin dispensatio censebitur subreptitia. Item quamvis, secundum jura, filii nati ex matrimonio contracto in gradu prohibito legitimentur, non sic tamen, si non præcesserint denuntiationes : eodem cap. *Cum inhibitio.*

Petes 3° utrum qui post unam aut duas proclamationes contrahit matrimonium, has pœnas incurrat?

R. Qui post unam denuntiationem contrahunt matrimonium, non incurrunt pœnas latas a concilio Lateran. cap. citato *Cum inhibitio*, quia concilium non requirit plures denuntiationes, sed tantum quod publice proponatur in ecclesia matrimonium esse contrahendum, *ut patet ex ejus textu initio articuli.* Qui vero post duas denuntiationes contraherent, probabile est quod etiam non incurrerent pœnam latam a Tridentino, secus si post unam tantum : quia hæc pœna est lata contra eos *qui solemnitates requisitas neglexerunt;* qui autem adhibuit duas proclamationes, non neglexit solemnitates sed solemnitatem tantum. Odiosa porro sunt restringenda et stricte intelligenda : non tamen culpa vacaret.

Petes 4° utrum qui novit impedimentum, teneatur revelare?

R. 1°. Si sit impedimentum dirimens, sive publicum sive occultum, quod possit probari, tenetur secundum omnes revelare; quia ideo fiunt proclamationes, et alioquin tacens causa foret cur contrahentes viverent in continuo concubinatu, aut cum scandalo separarentur.

2° Si impedimentum dirimens non possit probari, et contrahentes sint in bona fide, quidam censent non esse revelandum; quia inutilis foret revelatio. Alii dicunt esse revelandum; quia hic non agitur de reo puniendo, ad quod requiruntur duo testes omni exceptione majores, sed de malo vitando, ad quod, inquiunt, sufficit unus testis fidei probatæ et juratus qui deponat ex certa scientia; idque colligi putant ex jure. Hoc autem testimonio fretus parochus potest et debet denegare assistentiam matrimonio. Verum si lis ea de re moveatur coram officiali, quid continget? Dicant jurisperiti.

3° Si impedimentum sit tantum impediens, ut votum simplex castitatis, tenetur resciens revelare eo fere modo quo tenetur revelare impedimentum dirimens, quatenus scilicet tenetur impedire in quantum potest, peccatum proximi.

4° Quæ possunt et debent revelari, potest et debet resciens revelare, etiamsi sciat sub secreto naturali; quia secretum naturale debet cedere honori sacramenti et saluti proximi, etiam cum aliqua ejus infamia : nisi forte secretis monitionibus possint contrahentes a matrimonio retrahi.

Sed quid si parochus noverit impedimentum ex sola confessione sacramentali?

R. Si ex confessione impediti, debet in quantum potest a matrimonio contrahendo deterrere; quod si non obtineat et pœnitens petat matrimonium, non potest parochus recusare propter religionem sigilli. Si autem sciat ex confessione compartis aut alterius, debet ipsum monere de obligatione revelandi impedimentum, qui, si nolit satisfacere, non est absolvendus.

DISSERTATIO III.

DE CONSENSU AD MATRIMONIUM REQUISITO.

D. Th. a Q. 45 ad 49.

ARTICULUS I.

Utrum possit esse matrimonium sine consensu conjugum?

Matrimonium, ut jam observavimus, potest considerari vel causaliter et in ratione contractus, vel formaliter et in ratione vinculi. Certum est matrimonium non posse etiam de potentia Dei absoluta subsistere in ratione contractus sine consensu mutuo conjugum, quia contrahere est consentire, et contractus est mutuus conjugum consensus; nec consequenter potest esse sacramentum sine consensu contrahentium, quia sacramentum fundatur in contractu, et est ipse contractus ad esse sacramenti elevatus. Quæstio est igitur de matrimonio in ratione vinculi, cujus causa efficiens, inquit Florentinum, est consensus contrahentium.

Dico. Deus potest absolute efficere vinculum matrimonii, sine mutuo conjugum consensu, non aliqua potestas humana.

Prob. prima pars. Cum Deus sit supremus dominus corporum et animorum,

potest tradere dominium corporis viri mulieri et vicissim, eisque inspirare amorem mutuum quem connaturaliter exigit matrimonium : atqui ex ista traditione dominii mutui in corpora, adjuncto præsertim amore mutuo, resultat vinculum inter utrumque, sicut resultat dum mutuo consensu sibi invicem tradunt dominium in sua corpora : ergo. Quod si forte nolis hoc vinculum vocari matrimoniale, quia non efficitur a consensu matrimoniali, non disputabimus de nomine, modo fatearis esse vinculum æquivalens matrimoniali, quod unum intendimus.

Prob. secunda pars. Nulla potestas humana, sive civilis, sive ecclesiastica, potest tradere dominium corporis viri in mulierem, nec mulieris in virum in ordine ad matrimonium : atqui in illa mutua traditione situm est vinculum matrimoni, seu ex illa resultat : ergo. *Prob. maj.* Nulla est potestas humana contra bonum sive commune, sive privatum ; non enim datur a Deo in destructionem, sed in ædificationem : atqui talis potestas foret exitiosa bono communi et privato : ergo. *Prob. min.* Quia ex hujusmodi matrimoniis sine consensu et amore mutuo, quem potestas humana infundere non potest sicut Deus, nati sunt sequi infaustissimi eventus in perniciem boni communis et privati, continuæ dissensiones, jurgia, homicidia, adulteria, divortia, pessima prolium educatio, etc. Ergo.

Confirmatur. Nunquam Ecclesia aut respublica usa est hoc jure, quamvis eo utendi, si habuisset, non raro fuerit necessitas pro regnorum tranquillitate aut fidei propagatione : ergo illud non habet.

Obj. contra primam partem. 1° Matrimonium est corporum et animorum conjunctio : atqui non potest esse conjunctio animorum sine consensu : ergo. 2° Non datur vinculum religionis sine voto : ergo nec vinculum matrimonii sine consensu. 3° Non datur relatio mutui juris in qua consistit vinculum matrimonii sine fundamento; istud autem fundamentum quid est nisi consensus mutuus ? Ergo.

R. ad primum, N. maj. Patet in eo qui metu juste incusso ducit mulierem sibi exosam, vel qui amore divitiarum aut honoris, potiusquam mulieris, matrimonium init ; item in eis qui divortio sunt disjuncti. Dicitur ergo matrimonium unio animorum, non quod amor sit illi essentialis, sed quia illum connaturaliter exigit et fovet; hunc autem Deus in casu infunderet.

Ad secundum, N. ant. Potest enim Deus ratione supremi dominii subjicere aliquem religioni et ejus oneribus, sicut ipse se per votum subjicit. Quod si velis hoc vinculum non debere dici religionis, quia non est ex voto ; dicam ut ante esse quæstionem de nomine.

Ad tertium. Fundamentum hujus relationis in casu foret voluntas Dei tradentis dominia corporum.

Obj. contra secundam partem. 1° Respublica habet dominium in corpora civium ; potest enim ex causa eos vita privare seu tradere in servitutem. Ergo. 2° Ecclesia potest cogere invitum ad acceptandum episcopatum, qui est matrimonium spirituale episcopi cum Ecclesia : ergo similiter. 3° Ante Tridentinum, juxta cap. *Is qui fidem* de Sponsalibus, sponsalia transibant per copulam in matrimonium : et cap. *Finali* de Condition. appos. habetur validum matrimonium sub conditione impossibili contractum : atqui in his casibus non videtur adesse consensus : ergo.

R. ad primum D. ant. Respublica habet dominium in corpora civium in ordine ad bonum commune, ut contingit in casibus assignatis, *C.* contra bonum commune, ut accideret si invitos in matrimonium compelleret, *N.*

Ad secundum, D. ant. Ecclesia potest præcepto vel minis cogere, hoc est, inducere invitum ut consentiat in episcopatum, *C.* ut sine consensu fiat episcopus, *N.* Similiter Ecclesia potest quandoque justis de causis cogere seu inducere præcepto vel minis virum et mulierem ad consentiendum matrimonio ; non autem efficere ut sine consensu sint matrimonio juncti.

Ad tertium. Ecclesia in his casibus supponit adesse consensum.

ARTICULUS II.

Qualis debeat esse consensus ?

Supp. q. 45. a. 4. o. — *Dico* 1°. Consensus necessario requisitus ad matrimo-

nium debet esse interior, nec sufficiunt verba consensus exterius prolata.

Prob. 1°. Secundum omnia jura et omnes theologos, consensus requiritur ad matrimonium : atqui hoc vocabulum *consensus*, dicit actum interiorem voluntatis : unde communiter dicitur ex causa 27, q. 2, c. 1 : *Matrimonium non coïtus facit, sed voluntas.* 2° Innocentius III, cap. *Tua nos* de Sponsalibus, declarat irritum fuisse matrimonium alicujus viri qui, licet verba exterius protulisset, quia tamen nomen proprium simulaverat, credebatur non habuisse propositum contrahendi, addens pro ratione : *Quoniam..... sine consensu cætera nequeunt fœdus perficere conjugale.* Et causa 27, q. 2, cap. *Sufficiat*, Nicolaüs papa dicit : *Si consensus in nuptiis solus forte defuerit, cætera omnia etiam cum ipso coïtu celebrata frustrantur.* Ratio est : quia nemo transfert a se dominium rei quam habet, nec graves sibi imponit obligationes, nisi velit : idque est essentiale omni contractui, ut latius probavi diss. 1 de Contract. a. 2; inspice.

Petes 1° ad quid teneatur qui ficte consentit?

R. regulariter et per se loquendo, teneri ponere consensum et partem deceptam ducere; quia quando duo contrahunt, una parte sincere procedente, tenetur altera pariter sincere procedere, alioquin alteri illudit et contra justitiam agit : atqui hoc debitum per ejus fraudem non extinguitur : ergo. Unde dicit Auctor — **Ibid. ad 1.** — quod fraus et dolus ei « non patrocinantur, nec in foro » conscientiæ, nec in foro Ecclesiæ, quia in » utroque foro pro hoc punitur, » quatenus scilicet in utroque obligatur ducere eam quam decepit.

Dixi, *regulariter et per se loquendo;* quia in certis casibus non tenetur. 1° Si tanta sit conditionis disparitas, vel tanta evidentia fictionis, ut merito censeatur mulierem voluntarie fuisse deceptam. 2° Si mulier deceperit virum, simulando se virginem; tunc enim datur compensatio injuriæ. 3° Si decipiens legitime contrahat cum alia; quia hoc secundum matrimonium est validum et primum invalidum : unde, inquit Auctor — **Ibid. ad 3.** « Debet potius excommunicationis sententiam sustinere quam ad primam uxorem accedere, » vel debet in alias regiones remotas fugere. » Tenetur tamen injuriam priori illatam arbitrio prudentum compensare : sed hic casus rarus est, quia Ecclesia ordinarie præsumit pro primo matrimonio, nec secundum permittit. 4° Si grandia mala ex tali matrimonio fundate timeantur : quo casu sufficit compensatio pecuniaria.

Petes 2° utrum pars decepta teneatur alteri simpliciter asserenti se non consensisse, credere et ab usu conjugii abstinere?

R. negative. Nec enim ipsa Ecclesia sic asserenti credit, sed potest existimare quod qui asserit se prius mentitum fuisse, nunc mentiatur. « Indignum est, inquit Innocentius III, cap. *Per tuas* de Probationibus, ut quod sua voce quispiam dilucide est protestatus, in eumdem casum proprio valeat testimonio infirmare. »

Si tamen evidentia proferret indicia se non consensisse, teneretur alter credere et posset ad alias nuptias convolare, accedente tamen judicis ecclesiastici sententia, si matrimonium fuit publicum et passim habitum pro valido. Idem quidam dicunt, si juret se non consensisse, modo sit de quo præsumi possit quod non pejeret.

Ibid. a. 2. o. — *Dico* 2°. Consensus internus debet exterius exprimi per verba aut signa de præsenti.

Ita Florentinum in decreto Unionis. *Causa efficiens matrimonium*, inquit, *regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus.* Ubi 1° *regulariter*, ut jam observavi, non afficit *consensum exterius expressum*, sed *verba;* quia regulariter consensus exprimitur per verba; potest tamen exprimi per alia signa verbis æquivalentia.

Ratio conclusionis est; quia matrimonium et est sacramentum, consequenter signum sensibile, et contractus humanus : contractus humanus postulat ex natura sua fieri aliquo signo humano et sensibili; per eum enim homo agit cum homine ut homo est, constans corpore et anima, nec aliter fiunt cæteri contractus. Plura vide dissert. 2 de Contract. a. 1.

Dices. Cap. *Tuæ fraternitati* de Sponsalibus l. 4, tit. 1, Innocentius III dicit : « Matrimonium in veritate contrahitur per » legitimum viri et mulieris consensum, » sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consensum exprimentia de » præsenti. » Ergo.

R. Innocentium loqui de verbis proprie dictis quæ dicit esse necessaria quoad Ecclesiam, quia talis est ejus praxis, et certius per ea illi constat de consensu interno. *Patet ex verbis immediate sequentibus :* « Nam, inquit, surdi et muti possunt » contrahere matrimonium per consensum » mutuum sine verbis, » non tamen sine » signis æquivalentibus.

Inst. Cap. *Cum loco* ibid. cap. *Sufficiat* causa 27, q. 2 et alibi, dicitur per solum consensum perfici matrimonium. Ergo.

R. το *solum*, non excludere verba vel signa consensum exprimentia, sed quædam accidentalia, ut cæremonias, consensum parentum, etc.

Repones. Deus, qui videt animos, potest consensus internos approbare. Ergo.

R. Potest quidem, sed non sic approbat ut efficiant matrimonium, quod voluit et instituit fieri humano modo. Alia argumenta require loco citato de Contractibus.

Ibid. ad 2. — Dixi 1°, *per verba vel signa*, verbis utique æquivalentia; quia modo per hæc exprimatur consensus, sufficiunt in matrimonio sicut in aliis contractibus : unde Innocentius III mox citatus, definit matrimonium posse contrahi a surdis et mutis, et Florentinum dicit contrahi *regulariter* per verba, innuens posse aliquando contrahi aliter. *Si petas* quæ signa sufficiant?

R. et sit regula generalis. Quoties signum, vel ex natura sua, vel ex juris dispositione, vel ex regionis consuetudine, est certa nota interni consensus conjugalis erga sponsum aut sponsam, sufficit ad matrimonium.

Hinc in quibusdam sufficit annuli subarrhatio, in aliis porrectio manus, in aliis traductio solemnis sponsæ in domum sponsi, etc. — **Ibid. ad 3.** — imo et consensus parentum præsente et tacente sponsa præ verecundia : nisi forte taceret quia non consentiret.

Observandum tamen, præsentes debere per verba contrahere quando loqui possunt, quia sic certius innotescit et facilius potest probari consensus. Unde qui recusaret, juxta Sylvium et quosdam alios, peccaret mortaliter; quia sine causa recederet a notabili ritu quem Ecclesia semper observavit et videtur præcepisse observari cap. citato *Tuæ fraternitati.* Alii tamen reputant tantum peccatum veniale, quia non videtur res gravis momenti, nisi signa sint æquivoca.

Ibid. o. 3. o. — *Dico* 2°, *per verba vel signa de præsenti;* quia qui promittit aliquid se facturum, nondum facit illud : qui autem consentit per verba de futuro, ut cum dicit, *Accipiam te in meam, habebo te in uxorem*, promittit tantum se cum illa contracturum matrimonium. Ergo. *Confirmatur.* Matrimonium consistit non in promissione tradendi corpora, sed in ipsa mutua traditione : ergo non potest exprimi per verba de futuro, dicendo, *Accipiam te*, quæ solum important promissionem, sed per verba de præsenti, dicendo, *Accipio te*, quæ important actualem traditionem.

Observandum tamen, quandoque verba grammaticaliter esse de futuro, quæ ex adjunctis habent sensum de præsenti, et e contra v. g. hæc : *Ex nunc habebo te in meam : habebo* grammaticaliter est de futuro; propter tamen *ex nunc* adjunctum, est de præsenti. E contra, *Accipio te pro Paschate proximo : accipio* grammaticaliter est de præsenti, revera tamen de futuro propter adjunctum. Quando autem attentis omnibus dubium est an sint de præsenti vel de futuro, consulenda est intentio contrahentium.

Præter has conditiones, requiritur insuper quod consensus sit in facie Ecclesiæ et immunis ab errore et metu. De primo agit Auctor hic art. 3; de secundo, q. 51, art. 4. De utroque dicemus dum de impedimentis. De tertio agit q. 47, a. 3. Pro quo sit

ARTICULUS III.

Utrum matrimonium ex metu initum sit irritum, et quo jure?

Pro præmissis ad hunc articulum habeat et legat studiosus lector quæ dixi dissert. 1 de Contract. art. 3, cui titulus est : *Utrum metus irritet contractum?* His suppositis, nunc

Supp. q. 47. a. 3. o. — *Dico.* Matrimonium contractum ex gravi metu, a causa libera injuste et ad extorquendum consensum incusso, irritum est jure positivo, non naturali.

Ib. in a. s. c. — *Prob. prima pars* ex pluribus locis juris, cap. *Significavit* 2,

De eo qui duxit; cap. *Cum locum* 14; cap. *Veniens* 15, et cap. *Consultationi* de Sponsalibus.

Neque dicas jura præsumere metu coactum non vere consensisse, contrarium enim aperte *patet* ex cap. citato *Significavit*, ubi pontifex diserte significat, eum qui consensit in unam, sed per vim et non sponte, validum cum altera matrimonium contraxisse. Insuper, ut arguit Auctor, — **Ibid. c.** — Ecclesia non præsumit peccatum de aliquo nisi probetur : præsumeret autem peccatum mendacii, si existimaret eum, qui coactus est, non consensisse quando dicebat se consentire.

Prob. secunda pars. Si metus gravis injuste incussus ad extorquendum consensum jure naturæ irritaret matrimonium, esset vel propter defectum consensus voluntarii, vel propter injuriam illatam patienti metum : atqui ex neutro capite id præstat : ergo. 1° Non propter defectum consensus voluntarii, quia quæ fiunt ex metu sunt simpliciter voluntaria. Et licet omnimoda spontaneitas convenientior foret matrimonio ob perpetuitatem ejus, non tamen essentialiter requiritur, sed sufficit illud voluntarium quod satis est ad translationem dominii corporis, ut in aliis contractibus ; alias sequeretur quod matrimonium contractum ex metu gravi justo a causa libera vel naturali, foret etiam invalidum, cum nec ista sit spontaneitas omnimoda; quod tamen nullus admittit. 2° Non propter injuriam illatam, quia supposito consensu sufficienti ad translationem dominii corporis, nulla injuria ullum contractum ex natura rei irritat, sed dat tantum jus vel rescindendi si rescindibilis sit, vel petendi satisfactionem; sufficit enim jure naturæ ad validum contractum consensus voluntarius contrahentium. Insuper sequeretur quod metus injuste incussus ob alium finem quam ad consensum extorquendum etiam irritaret matrimonium, cum tunc non minor irrogetur injuria; quod tamen communiter non admittitur.

Dixi 1°, *ex gravi metu.* Si enim sit levis metus, non irritatur matrimonium; quia jura requirunt metum cadentem in virum constantem. Et lib. *Nec timorem* ff. De eo qnod metus causa fit, metus levis pro nihilo reputatur. Sed

Petes 1° quæ mala debent timeri ut censeatur gravis metus?

Ib. a. 2. ad 2.— *R.* hæc isto versu contineri : *Stupri sive status, verberis atque necis;* et similia ejusdem momenti, vel gravis infamia; sive ista immineant timenti, vel proximis ejus parentibus, patri, matri, uxori, fratribus, etc.

Petes 2° an si minora mala timeantur, sed timens sit pusillanimis et timidus; censeatur etiam metus gravis irritans matrimonium?

R. sub distinctione. Vel, spectata hujusmodi conditionis personarum qualitate, indole, etc. ejusmodi mala, ut gravia ab eis solent apprehendi; vel non, sed solum ab hac particulari persona, ob ejus specialem meticulosam indolem talia apprehenduntur. Si primum, metus censetur respective gravis irritans matrimonium. Secus si secundum.

Ratio primi est ; quia licet talis metus non sit absolute gravis, est tamen talis respective, nec minus voluntarium et libertatem minuit, respectu talium personarum, quam gravis absolute respectu constantium virorum. Adde quod l. *Metus autem* 3, ff. Ex quibus causis majores, dicitur, justum metum intelligi ex affectu ejus qui eum patitur : quod tamen sic intellige, ut ita evenire soleat in personis ejusdem conditionis : unde

Ratio secundi est; quia jura non respiciunt quid in particulari sit huic proprium, sed quid communiter soleat accidere : alias omnia essent plena litibus et incerta.

Petes 3° an metus reverentialis censeatur gravis?

R. Vel consideratur pro solo pudore et verecundia quam habent proles respectu parentum, pupilli respectu tutorum, subditi respectu magistrorum, etc. si eorum voluntati non acquiescant : et tunc ille metus censetur levis, et insufficiens ad irritandum matrimonium. Vel consideratur ut habet adjunctas graves minas, periculum diuturnæ offensionis cum asperitate vultus et verborum ejus cui reverentia debetur : et tunc, respectu præsertim puellarum, censetur gravis metus.

Dixi 2° *a causa libera ;* quia si a causa naturali, v. g. a tempestate, bello, peste, etc. sit incussus metus, non irritat matri-

monium, cum nulla tunc contrahenti irrogetur injuria, ad quam maxime attendunt jura. Hinc valet matrimonium si quis concubinam ducat metu inferni vel mortis ex naufragio.

Dixi 3°, *injuste;* quia si a causa libera quidem, sive publica, sive privata, sed juste metus incutiatur, non irritat matrimonium; quia tunc nulla fit injuria coacto, qui potius a suo delicto, adeoque a seipso cogitur quam ab alio. Unde solet Ecclesia etiam sub gravissimis pœnis cogere ad matrimonium stupratores virginum, aut qui a sponsalibus injuste resiliunt.

Hinc si parentes minentur adducere coram judice inventum in stupro, et tali metu compulsus stupratam ducat, validum est matrimonium. Si autem minarentur mortem per se inferre, aut aliud grave malum, nisi ducat; compulsus hoc metu invalide contraheret, quia in hoc casu foret injuste incussus metus. Habent enim parentes jus accusandi coram judice stupratorem, non autem per se mortem aut vulnera inferendi. Si autem ex ira velint interficere stupratorem, ipse autem sua sponte offerat matrimonium, sperans se ita iratos animos posse placare et mortem evadere, valide contrahit, quia metus non est incussus in ordine ad matrimonium: unde

Dixi 4°, *et ad extorquendum consensum incusso;* quia si incutiatur ad alium finem, per accidens se habet ad matrimonium, ac proinde habendus est eodem loco ac si fuisset incussus a causa mere naturali. Hinc valet matrimonium, si ad mortem damnatus et petitus ab aliqua in conjugium, cum ea contrahit, ut mortem evadat; item si puella, ne occidatur a sicario, offerat ipsi nubere, etc.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° *contra primam partem.* Si matrimonium ex metu gravi, etc. initum, sit jure positivo irritum, sequitur sic contrahentem necessario reum esse mendacii et sacrilegii: mendacii, in quantum dicit, *Accipio te in meam,* quod non intendit; sacrilegii, in quantum utitur forma sacramenti super materiam indebitam; sicut qui metu mortis proferret formam absolutionis in subjectum indispositum: atqui hoc videtur absurdum: ergo.

R. N. utramque sequelam. Quantum ad primam, etsi verum sit quod si contrahens, sciens tale matrimonium esse nullum, verba proferat formaliter, et intus non consentiat, peccet mentiendo, ad id tamen non necessitatur; potest enim consentire quantum fieri potest ex parte sua, vel proferre verba solum materialiter more psittacorum, quia in his circumstantiis non tenetur respondere juxta intentionem cogentis, et verba a circumstantibus sic intelligi possunt et debent, cum sciant talem in matrimonium efficaciter consentire non posse: utrovis modo fiat potest non esse mendacium.

Ex quo etiam patet ad secundam sequelam, scilicet nullum esse sacrilegium: proferens enim verba alterutro modo, ea non profert ut formam sacramenti, nec ponit illius materiam, sed se habet sicut qui, missam exercendo, verba consecrationis super hostiam chartaceam proferret.

Ad exemplum de proferente verba absolutionis super indispositum, disparitas est, quod ille ex persona Dei falsum judicium exterius proferat et consentiat ei qui directe petit aliquid impium et sacrilegum: unde externum sacrilegium committit. Matrimonium autem directe tantum petitur, ut est contractus, non qua sacramentum. Quare contrahentes non sustinent immediate personam Christi sua merita dispensantis, sed personam privatam ineuntis contractum, cui per accidens adjuncta est a Christo ratio sacramenti; atque ita metu contrahens, cum manifestum sit talem contractum esse nullum, non fingit sacrilege se dispensare merita Christi, aut sacramentum ponere, sed tantum inire contractum, qui cum nullus sit, nullum est etiam sacramentum, adeoque nullum sacrilegium.

Repones. Talis contrahens utitur quibusdam ritibus sacris contra eorum reverentiam.

R. quod hæc reverentia in tanto periculo non obliget.

Inferes. Ergo metu coactus licite poterit contrahere cum quovis alio impedimento.

R. quod si impedimentum sit juris ecclesiastici, poterit eadam ratione: si vero impedimentum sit juris divini aut naturalis, quidam tenent non licere; quia sic contrahere esset intrinsece malum, quippe

contra jus naturæ tale matrimonium prohibens. Alii vero dicunt licere: ratio est, quia est una parte non fit matrimonium, neque ponitur id cui annexa est ratio sacramenti, adeoque abest sacrilegium. Ex altera autem parte consensus ille inefficax in matrimonium, ex gravi metu a peccato excusatur.

Nec refert quod videantur attentare id quod est contra jus naturæ: attentant enim duntaxat inefficaciter sine animo, imo cum certitudine non faciendi; suppono enim quod non intendant consummare, alias peccarent.

Obj. 2° *contra secundam partem.* Vinculum matrimonii est perpetuum et indissolubile: atqui metus repugnat perpetuitati; coacta enim non durant, ut dicitur communiter: ergo jure naturæ est irritum matrimonium ex metu contractum: et ita arguit S. Thomas, hic o.

R. D. min. Metus repugnat connaturaliter perpetuitati, *C.* essentialiter, *N.* Potest enim esse vinculum perpetuum etsi coactum, ut in servitute; et ut non excurramus extra præsentem materiam, matrimonium initum ex metu a causa naturali vel libera, sed juste incusso, aut etiam injuste, sed sine ordine ad matrimonium, inducit vinculum perpetuum, et tamen non est minus coactum quam illud quod est in quæstione. Non diffitemur tamen matrimonium ob perpetuitatem exigere connaturaliter esse liberum a metu; et hac ratione mota est Ecclesia ut aliter contractum irritaret. Nec aliud intendit S. Thomas, afferens duntaxat rationes congruentes quæ moverunt Ecclesiam ut hujusmodi matrimonia declararet invalida.

Inst. Matrimonium est vinculum amoris: atqui metus injustus impedit amorem: ergo.

R. matrimonium dici vinculum amoris, quia, ut jam observavi, amor ordinarie in illud inducit, et ab illo fovetur: non vero quod amor sit illi essentialis, ut patet in iis qui ex metu naturali, aut solo amore divitiarum vel honorum, matrimonium ineunt; item in eo qui ex metu juste incusso ducit puellam sibi exosam, quam defloravit; item in iis qui divortio sunt sejuncti.

Obj. 5°. Donatio facta latroni jure naturæ est invalida: ergo similiter matrimonium ex metu contractum.

R. D. aut. Donatio facta latroni, præcise ut cesset ab injusta vexatione, est invalida, *C.* ob alium finem, *N.* Ideo in primo casu ista donatio est invalida, non ob defectum voluntarii, sed quia cessatio ab injusta vexatione non est materia de qua possit contrahi: cum enim sit ex justitia debita vexationem patienti, non est vendibilis magis quam equus furto sublatus sit vendibilis suo domino. At in matrimonio, ultra cessationem a vexatione, datur corpus, quod est materia contractus. Vide loco citato de Contractibus conclus. 1.

Obj. 4°. Si tale matrimonium jure naturæ sit validum, non potest irritari a jure positivo. Ergo. *Patet ant.* Quia jus positivum nihil potest in jus naturæ.

R. D. ant. Non potest irritari factum, *C.* faciendum, *N.* Quia jus positivum potest apponere certas conditiones sine quibus non subsistit matrimonium, ut patet de præsentia parochi: nec in hoc jus positivum dominatur juri naturæ: quia jus naturæ hic se habet tantum permissive sicut circa divisionem bonorum et similia.

Inferes. Ergo tale matrimonium erit validum inter infideles?

R. affirmative, si nulla lex civilis sit apud eos quæ illud irritet.

Petes 1° utrum matrimonium ex metu gravi initum et jure positivo nullum, firmetur juramento, aut saltem juramentum obliget?

R. negative; quia contractus qui a jure positivo irritantur propter bonum publicum, ut contingit in præsenti casu, juramento non firmantur, ut docuimus dissert. 1 de Contract. art. 6. Neque juramentum superveniens secundum se obligat; quia quod est contra bonum publicum, est contra bonos mores et illicitum; juramentum autem non obligat ad illicitum. Vide loco citato.

Si tamen qui contraxit ex metu, postea sponte et libere juret se validaturum hujusmodi matrimonium, ad id virtute religionis tenetur, quia hoc matrimonium validari non est illicitum.

Utrum autem hoc matrimonium validetur per copulam, aut per consensum clandestinum sequentem liberum et spontaneum, dicemus infra.

Petes 2° utrum, si coactus ad contra-

hendum matrimonium similiter cogatur ad consummandum, possit licite?

R. negative, quia matrimonium est absolute nullum.

Petes 3° quæ sint pœnæ cogentium ad matrimonium?

R. ex concilio Tridentino sess. 24, cap. 9 de Reformat. Matrim. « dominos temporales et magistratus, qui quovis modo » directe vel indirecte subditos suos vel » quoscumque alios cogunt quominus libere matrimonium contrahant, » ipso facto incurrere excommunicationem. De aliis cogentibus qui non sunt domini temporales aut magistratus, silet concilium.

Petes 4° utrum proles natæ ex matrimonio defectu consensus, aut ratione alicujus impedimenti nullo, sint legitimæ?

R. si matrimonium fuit contractum in facie Ecclesiæ et cum bona fide saltem ex parte unius conjugum, proles in tali matrimonio natas, imo et conceptas ante ejus dissolutionem esse legitimas. Ita declaratur in jure cap. *Cum inter* et cap. *Ex tenore* Extra. l. 4. tit. 17. Et ita docent jurisconsulti, tam canonici quam civiles.

ARTICULUS IV.

De matrimonio conditionato.

Quæ spectant matrimonium conditionatum prævenimus dissert. 1 de Contractibus art. 7, § 1; et dissert. præcedenti a. 2 de sponsalibus conditionatis; eadem enim est ratio de matrimonio conditionato ac de sponsalibus conditionatis, cum utrinque sit contractus humanus: unde ne eadem tædiose repetamus præsertim in materia infrequenti, breviter

Dico 1°. Matrimonium initum sub conditione sive de præterito, sive de præsenti, sive de futuro non necessario, sive possibili, sive impossibili, sive honesta, sive turpi, modo bonis et substantiæ matrimonii non sit contraria, posita conditione subsistit matrimonium, non posita non subsistit, saltem in foro interno. Quia vinculum matrimonii dependet a contrahentium voluntate: ergo si illud non velint non posita conditione, et velint ea posita, non habetur non posita conditione, et ea posita habetur. Explicationem hujus conclusionis require locis citatis.

Dico 2°. Probabilius est matrimonium sub conditione de futuro contingenti contractum, conditione posita statim convalescere absque novo consensu, modo prior non fuerit revocatus.

Prob. 1° Quia prima voluntas virtualiter durans se habet ac si de novo poneretur; censetur autem virtualiter durare quandiu non revocatur. 2° Quia alii contractus sic convalescunt, et de matrimonio sic declarasse S. Pium V et Clementem VIII, refert Fagnanus in cap. *Super eo* de Conditionibus appositis.

Dices 1°. S. Th. hic 6, dicit « quod idem » sit judicandum de tali consensu, sicut » de consensu qui fit per verba de futuro: » unde non facit matrimonium. » Ergo.

R. cum Sylvio, S. Thomam loqui respective ad tempus quo initur iste contractus conditionatus, non respective ad tempus quo adimpletur conditio. Et sic verum est quod dum initur iste contractus, sit judicandum de illo quod non sit matrimonium sicut nec ille qui fit per verba de futuro; quia non est absolutus, sed pendens in futurum. Nihilominus plus valet quam contractus sponsalitius; est enim medius inter sponsalia et matrimonium absolutum, magisque accedit ad hoc quam ad illa, quia consensus exprimitur per verba de præsenti, licet suspendatur in futurum.

Dices 2°. Matrimonium est sacramentum: ergo aliquid ejus sensibile debet existere physice, dum perficitur: atqui dum conditio ponitur, nihil tale existit: ergo.

R. N. assumptum. Existit enim tunc physice ipsa conditio per quam ex pacto contrahentium sensibilis efficitur eorum consensus virtualiter perseverans; in illam enim conditionem dirigitur et ad illam usque extenditur.

Intelligendam arbitror hanc sententiam; modo parochus et testes, in locis ubi Tridentinum est receptum, adsint præsentes, et dum consensus ponitur, et dum adimpletur conditio, aut de ea certiorentur; quia si adsint tantum dum ponitur consensus, vere non assistunt matrimonio; cum enim tunc non sit præsens, sed futura tantum corporum traditio, consequenter non est præsens matrimonium, aut saltem de illo non erunt certi si non sufficienter ipsis significetur adimpletio conditionis. Si vero adsint tantum adim-

pletioni conditionis, non fuerunt præsentes consensui, qui proinde debet coram eis renovari.

Plures aliæ difficultates possunt circa præsentem materiam proponi; sed quia ut plurimum sunt solutæ locis citatis de Contract. et dissert. præced. de sponsalibus conditionatis, et aliunde rarissime permittantur et fiant matrimonia conditionata, eas ut inutiles aut jam præoccupatas omittimus.

ARTICULUS V.

De objecto consensus matrimonii.

Suppono consensum contrahentium debere necessario ferri in ipsam mutuam corporum traditionem, seu in vinculum inde resultans; quia, ut alibi dixi, in eo sita est essentia matrimonii : unde difficultas est an etiam debeat necessario ferri in copulam carnalem. *Quidam* absolute *negant; quidam* absolute *affirmant;* alii, media via incedentes cum Auctore, dicunt consensum implicitum in copulam requiri, non explicitum. Cum quibus,

Supp. q. 48. a. 1. o. — *Dico.* Consensus explicitus in copulam non est necessarius ad matrimonium, sed implicitus.

Ib. in a. s. c. — *Probat. utraque pars simul.* Consensus qui facit matrimonium, sic est in copulam sicut copula se habet ad matrimonium; quia consensus qui facit matrimonium, est consensus in matrimonium, hoc est, in essentialia matrimonii; effectus enim proprius voluntatis est ipsum volitum : atqui copula carnalis non continetur explicite et essentialiter in matrimonio sed implicite tantum, sicut actus in potentia et effectus in causa : ergo. *Prob. min.* Matrimonium, ut diximus diss. 1, a. 2, non est essentialiter ipsa copula carnalis, sed jus seu potestas ad illam. Ergo.

Prob. prima pars seorsim. Jus seu potestas est distincta et separabilis ab usu, sive, ut alii dicunt, dominium directum est distinctum et separabile a dominio utili; sæpe enim lege fit ut habens dominium directum et proprietatem, non habeat dominium utile seu usum, ut patet in feudo et emphiteusi; item in pupillis, quorum dominium in propria bona est ligatum et impeditum quoad usum. Ergo possunt conjuges sibi tradere jus seu dominium directum in mutua corpora, non tradendo nec intendendo explicite tradere usum. *Subsumo.* Atqui in tali jure seu dominio directo consistit essentialiter matrimonium : ergo.

Confirmatur. Qui cum animo expresso ingrediendi religionem ante consummationem matrimonii, contrahit matrimonium, valide contrahit, *ut patet* ex cap. *Commissum* de Sponsal. atqui talis non potest explicite intendere copulam : ergo. Imo inter baptizatos omne matrimonium sub tali conditione et pacto contrahitur, ut neuter teneatur reddere debitum, si velit ante consummationem religionem ingredi. Tandem inter B. Virginem et S. Joseph. fuit verum matrimonium, ut docet S. Th. 3 p. q. 29, a. 2, et dicam infra : atqui tamen B. Virgo nunquam consensit explicite in copulam, utpote virgo mente et corpore.

Prob. secunda pars. Qui consentit in id quod essentialiter ordinatur ad copulam carnalem, consentit implicite in illam : atqui qui consentit in matrimonium, consentit in id quod essentialiter ordinatur ad copulam : ergo. *Prob. min.* Qui consentit in matrimonium, formaliter et explicite consentit in jus et potestatem ad copulam et in causam illius : atqui jus essentialiter ordinatur ad usum, potentia ad actum, causa ad effectum : ergo.

Unde quod quidam dicunt, requiri tantum consensum implicitum in copulam ex parte contractus, non ex parte contrahentis, non videtur admittendum : est enim implicantia quod quis intendat jus et contractum essentialiter ordinatum ad copulam, et eam ipse implicite non intendat. Quamvis enim alio actu tale jus possit suspendere et ligare, vi tamen actus quo jus intendit, implicite, licet inefficaciter, usum intendit.

Hinc colliges, consensum implicitum in carnalem copulam non ita esse accipiendum, quasi esset propositum quoddam virtuale copulæ carnalis; sed quia est consensus in eam potestatem in qua talis copula continetur implicite, ut actus in potentia et effectus in causa.

Solvuntur objectiones.

Objicies 1° contra primam partem. Copula carnalis pertinet ad essentiam ma-

trimonii : ergo debet esse consensus explicitus in illam sicut in matrimonium. *Prob. ant. multipliciter.* 1° S. Aug. l. 19 contra Faustum c. 26 : « Matrimonium, » inquit, ex hoc appellatum est, quod non » ob aliud fœmina debeat nubere nisi ut » mater fiat. » 2° Idem l. de Bono viduitatis c. 9, dicit ex Apostolo 1 Timoth. 5, quod voventibus virginitatem, non solum nubere, sed et velle nubere damnabile est : id autem non esset damnabile nisi ratione copulæ quæ sola opponitur virginitati. 3° Idem S. Doctor apud Grat. cap. *Institutum*, causa 27, cap. 39 : « Non du- » bium est illam mulierem non pertinere » ad matrimonium cum qua docetur non » fuisse commixtio sexus. » 4° In commixtione corporum consistit ratio sacramenti, ut constat ex cap. *Societas* ibid. desumpto ex S. Leone Epist. 92, ubi legitur : « Cum » societas nuptiarum ita a principio sit » instituta, ut præter commixtionem se- » xuum non habeant in se nuptiæ conjunc- » tionis Christi et Ecclesiæ sacramentum, » non dubium est illam mulierem non per- » tinere ad matrimonium cum qua doce- » tur non fuisse nuptiale ministerium. » 5° Denique referuntur multi Patres qui docent matrimonium perfici carnali commixtione. Ergo.

R. N. ant. ut patet ex probationibus conclusionis et ex a. 2 dissert. 1 hujus tractatus. *Ad primam probationem*, S. Aug. loquitur de illis quæ nubunt propter carnales amplexus, et docet quod non debeant illos appetere propter concupiscentiam, sed propter prolem generandam, seu ut matres fiant, quod probat ex ipso vocabulo matrimonii.

Ad secundam. Apostolus et S. Aug. loquuntur de virginibus quæ volunt nubere cum intentione aut periculo consummandi matrimonium, ut fit ordinarie; et sic intelligenda est responsio D. Thomæ hic ad primum, conformiter ad ea quæ dicit in 4, d. 30, q. 2, a. 1, q. 2, ad 3. Alioquin votum virginitatis non repugnat matrimonio; hæc enim duo simul constituunt, vovere Deo perpetuam continentiam, et tradere homini potestatem corporis qua certo scis nunquam usurum.

Ad tertiam. Hæc verba non sunt S. Augustini, sed Gratiani, ut notatur in emendatione decreti.

Ad quartam. Item verba S. Leonis non referuntur fideliter. Sic habet S. Leo : « Unde, cum societas nuptiarum ita ab » initio instituta sit, ut præter sexuum con- » junctionem, haberet in se Christi et Ec- » clesiæ sacramentum; dubium non est » eam mulierem non pertinere ad matri- » monium in qua non docetur nuptiale » fuisse mysterium. » Quibus verbis docet S. Leo concubinam non esse uxorem; quia quamvis non desit commixtio sexuum, non est tamen cum ea initum mysterium seu fœdus nuptiale, significans conjunctionem Christi et Ecclesiæ.

Ad quintam. Patres intelligunt matrimonium perfici per copulam, perfectione non essentiali, sed accidentali, sicut potentia perficitur per suum actum.

Obj. 2°. Si mulier dicat viro : *Consensio in te, dum tamen non cognoscas me*, est invalidum matrimonium : atqui si non requireretur consensus explicitus in carnalem copulam, foret validum : ergo. *Prob. maj.* Quia talis conditio est contra substantiam matrimonii. Ergo.

R. D. maj. Si conditio illa apponatur ut impeditiva juris concedendi, *C. maj.* si ut impeditiva usus tantum, *N. maj. Ad hunc sensum D. ejus probationem.* Talis ergo conditio, *modo non cognoscas me* et similes, ex intentione contrahentis potest apponi, vel quia non vult ipsi concedere jus in proprium corpus, vel quia licet jus tale concedat, vult tamen ipsum ligari et ipsum denegat. Si primo modo, repugnat substantiæ matrimonii; et quia iste sensus est hujus conditionis et locutionis connaturalior, ideo D. Th. hic ad 3, et Gregorius IX cap. *Si conditiones* de Conditionibus appositis, dicunt quod repugnet substantiæ matrimonii. Si secundo modo, non repugnat substantiæ matrimonii; quia 1°, ut diximus, matrimonium essentialiter consistit in jure ad usum et non in ipso usu. 2° Quia illam apponere possunt si velint ingredi religionem, et sic quidem semper de jure censetur apposita. 3° Quia pactum de servanda castitate, consistere potest cum matrimonio jam contracto, adeoque et contrahendo; quod enim est contrarium essentiæ alicujus rei, nunquam cum ea sive in fieri sive in facto esse consistere potest; vel enim illam elidit, vel ab illa eliditur. Neque obstat quod

impedimentum superveniens matrimonio stat cum illo jam contracto, non tamen cum contrahendo; disparitas est enim, quod impedimentum dirimens se teneat ex parte causæ, reddens scilicet personam inhabilem ad contrahendum : defectus autem qui est in causa efficiente habet bene quidem vim impediendi effectum secuturum, non destruendi jam factum; quia effectus a causa pendet in fieri, non in facto esse; sed conditio sive obligatio quæ essentiæ ipsius contractus repugnat, ei sive in facto esse sive in fieri repugnat, cum sit eadem essentia in fieri et in facto esse.

Inst. Talis conditio apposita obest bono prolis : ergo est contra substantiam matrimonii.

R. Obest bono prolis positive, *N.* negative, id est, nihil confert ad bonum prolis, *C.* Sed ad hoc nihil tenentur conferre nubentes, cum possint variis de causis abstinere ab usu conjugii. Et si possint post matrimonium ex mutuo consensu continentiam servare, quidni possint nubendo illam Deo promittere, salvo matrimonio et nihil agendo contra substantiam ejus?

Insistes. Totum dominium reale quod per matrimonium acquiritur in corpora, nihil est aliud quam ipsum jus utendi corpore conjugis ad usum generationis : atqui jus utendi non stat cum conditione seu obligatione non utendi, alias esset jus et non jus : ergo.

R. Data maj. D. min. Jus utendi proximum et expeditum non stat, etc. *C. min.* jus utendi remotum et ligatum, etc. *N. min.* Illud autem sufficit ad matrimonium contrahendum siquidem sufficiat contracto. Sic in pupillis stat jus remotum et ligatum disponendi de rebus suis, quod dicitur dominium directum et proprietatis, cum obligatione tamen non disponendi.

Replicabis. Talis conditio aut etiam intentio nunquam exercendi copulam, non stat cum consensu etiam implicito in copulam; quia sunt intentiones contrariæ : atqui tamen ex secunda parte, requiritur etiam ex parte contrahentis consensus implicitus in copulam : ergo.

R. D. maj. Talis conditio, etc. non stat cum consensu implicito efficaci in copulam, *C. maj.* cum consensu implicito inefficaci, *N.* Nihil enim obstat aliquem velle aliquid inefficaciter, dum vult contrarium efficaciter, maxime dum illud quod inefficaciter intenditur, non in se sed in alio a quo separari potest intenditur ut fit in præsenti casu; in tantum enim contrahens dicitur intendere copulam, in quantum intendit jus ad illam; quod tamen cum velit ligari, copulam inefficaciter intendit.

Repones. Tale jus nullum habebit usum eritque omnino inutile : ergo nullum.

R. 1° *N. conseq.* Quia cum dominium distinguatur ab usu, nihil repugnat aliquem habere dominium inutile, ut patet in pupillis.

R. 2° *N. ant.* Quia tale jus et dominium efficit 1° ut conjuges nequeant aliud matrimonium contrahere; 2° quod accessus ad aliam sit adulterium; 3° quod si se mutuo cognoscant non sit fornicatio, imo si non voverint castitatem nullo modo peccent; 4° efficit bonorum communionem et vinculum charitatis qua se mutuo juvant et solantur in administratione familiæ et casibus adversis; 5° individuam vitæ societatem.

Urgebis tandem. Qui transfert dominium equi ad certum usum, censetur et ipsum usum concedere : ergo qui concedit jus corporis ad usum copulæ censetur et copulam concedere.

R. D. conseq. Ergo censetur, etc. ordinarie, *C.* si pactum de contrario interveniat, *N.* Cur autem in primo casu ita semper transferatur usus cum dominio? ideo est quia alias equi concessio foret inutilis et nugatoria, imo nociva : non sic in nostro casu, *ut patet ex solutione præcedenti.* Argumentum contra secundam partem præoccupavimus in probationibus. De matrimonio inter B. Virginem et S. Joseph. dicemus infra in digressione historica.

ARTICULUS VI.

Utrum ad matrimonium requiratur necessario consensus parentum?

Lutherani et Calvinistæ contendunt matrimonium sine consensu parentum, esse irritum jure naturali et divino positivo. Inter catholicos quidam volunt esse irritum jure humano.

Suppono Ecclesiam potuisse illud irritare; quia cum sit contractus, potuit reddere filios inhabiles ad contrahendum sine consensu parentum, sicut reddidit omnes

inhabiles ad contrahendum sine præsentia parochi et duorum testium.

Dico 1°. Matrimonium sine consensu parentum contractum, non est irritum jure naturali nec divino positivo.

Prob. prima pars 1° Non parentum, sed contrahentium consensus est causa efficiens matrimonii. 2° Filius sufficientis ætatis et rationis, habet plenum dominium in proprium corpus in ordine ad statum totius vitæ eligendum, ut iterum dicam conclusione subsequenti. 3° Ex natura rei convenit ut homo sit plene liber et soli Deo subditus in disponendis iis quæ ad totius vitæ statum pertinent, ut sunt matrimonium, continentia perpetua, professio monastica : unde canones maxime cavent ne lædatur ista libertas, ut vidimus in præcedentibus. Hæc autem libertas valde minueretur si filiifamilias penderent a consensu parentum ad contrahendum valide matrimonium. 3° Si jure naturali matrimonia filiorum sine consensu parentum essent irrita, neque filii emancipati, neque viduæ possent valide contrahere sine consensu parentum, quod non admittitur. Ergo.

Prob. secunda pars. S. Scriptura nullibi irritat matrimonium filiorum sine consensu parentum contracta, *ut patebit ex sol. obj.* E contra exhibet plura matrimonia valida sine consensu parentum inita, ut matrimonium Jacob cum Lia et cum ancillis, Genes. 29 et 30; matrimonium Tobiæ junioris, Tob. 7; matrimonium Esaü cum tribus mulieribus, invitis Isaac et Rebecca, Genes. 26. Et Apost. 1 Cor. 7, de vidua dicit : *Cui vult nubat, tantum in Domino.* Ergo.

Dico 2°. Matrimonium filiorumfamilias sine consensu parentum contractum, non est jure humano invalidum.

Prob. Cap. *Sufficiat* causa 27, q. 2, dicitur : « Sufficiat secundum leges solus » eorum consensus de quorum conjunc» tionibus agitur. » Cap. *Eum virum* Extra. de Regularibus l. 3, tit 31 de puella nubili dicitur : « Quia liberum habet ar» bitrium in electione propositi sui, sequi » parentum non cogitur voluntatem. » Sed maxime Trid. sess. 14, cap. 1 de Reform. Matrim. « anathemate damnat eos qui fal» so affirmant matrimonia a filiisfamilias » sine consensu parentum contracta, irrita » esse et parentes ea rata vel irrita facere » posse. »

Repondent quidam, Tridentinum his verbis voluisse duntaxat damnare Lutheranos et Calvinistas, qui dicunt hujusmodi matrimonia jure naturali et divino esse irrita ; non autem statuisse disciplinam universalem contrariam legibus plurium regnorum.

Sed contra. 1° Concilium statuit parentes non posse irritare hujusmodi matrimonia ; si autem intendisset tantum damnare hæreticos intactis legibus civilibus contrariis, possent adhuc modo parentes vi illarum hæc matrimonia irritare. 2° Concilium non distinguit inter jus naturale aut divinum et jus humanum, sed pronuntiat indefinite proindeque universaliter hæc matrimonia non esse irrita, nec irritari posse a parentibus : figmentum est ergo istud decretum restringi ad jus divinum aut naturale, præsertim cum quæstio maxime controverteretur in concilio an expediret hæc matrimonia lege ecclesiastica irritari ?

Rationes quibus mota est S. Synodus ut matrimonia filiorum sine consensu contracta declararet valida, sunt : 1° quia interdum filii sunt parentibus prudentiores, præsertim dum sunt jam ætate provecti, et parentes, præ senio minus sapientes ; 2° quia quandoque parentes sunt perversæ et suspectæ religionis ; 3° quia sæpe contingit parentes esse sordide avaros, qui, ne dotem solvere in filiorum vel filiarum nuptiis cogantur, aut eorum laboribus priventur, recusant aut procrastinant consensum cum magno animarum detrimento, aut uxores magis dotatas quam morigeratas quærunt ; 4° quia quandoque ex zelo præpostero vel etiam ex deteriori causa, filios aut filias in monasterium detrudere volunt ; 5° quia plerumque non attendunt ad filiorum seu filiarum inclinationem etsi rationabilem, quæ tamen maxime est necessaria matrimonio, sed solum ad majus commodum et decus familiæ. Ex matrimonio autem absque inclinatione et amore mutuo contracto quid expectare licet, nisi continuas discordias, odia, jurgia, adulteria, divortia et alios infaustissimos eventus, ut infelici et quotidiana experientia comprobatur ? 6° Multi sunt filii et filiæ extra patriam potestatem, ut emancipati, il-

legitimi, vidui, viduæ, longe distantes, quos omnes iniquum foret ea lege astringi, ut sine consensu parentum non possent valide matrimonium inire.

Supp. q. 47. a. 5. 0. — *Dico.* Pater non potest per se præcepto cogere filium aut filiam ad matrimonium, sed potest eum inducere ex rationabili causa : et tunc sicut se habet filius ad causam, sic se habet ad præceptum patris, ut scilicet si causa illa cogat de necessitate vel de honestate, et præceptum patris similiter, alias non.

Ibid. — *Prob. prima pars.* 1° In matrimonio est quasi quædam servitus perpetua, in quam ordinarie inducit amor et ad quam connaturaliter requiritur : atqui pater non potest præcepto cogere filium ad hanc perpetuam servitutem, cum sit natus liberæ conditionis, et coactio impediat amorem, seu saltem non inducat : ergo.

Neque dicas, secundum jura antiqua, patrem posse vendere filium in servum. Disparitas est, quod servitus civilis non sit perpetua, potest enim redimi pecunia, neque connaturaliter exigit amorem sicut matrimonium.

2. 2. q. 104. a. 5. 0. — *Prob.* 2°. Superioris est aliquem compellere præcepto : atqui pater non est filio superior dum agitur de matrimonio eligendo : ergo. *Prob. min.* verbis et ratione Auctoris. In his quæ ad naturam hominis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo, quia omnes homines sunt natura pares, non hoc sensu quod attenta sola natura nulla foret hominum inæqualitas, sed quod quantum ad ea quæ spectant naturam, hoc est, corporis sustentationem et prolis generationem, omnes homines sint pares et nullus alteri obedire teneatur per se loquendo, sicque ubi agitur de matrimonio contrahendo et de sustentatione corporis per cibum et potum, neque servi dominis, neque filii parentibus per se obedire tenentur.

Secunda pars patet. Quia filii, propter pietatem et reverentiam debitam parentibus, tenentur eorum voluntati acquiescere pro ratione et justitia eorum voluntatis, etiam in his rebus in quibus illis non subduntur, alioquin gravem pro gravitate materiæ illis irrogaturi injuriam.

Juxta hanc rationem, ista obligatio, *ut patet*, non est obedientiæ, sed pietatis et reverentiæ. Potest etiam esse obedientiæ per accidens. Si enim filius aliunde teneatur ad matrimonium, puta, quia virginem defloravit sub spe matrimonii, aut matrimonium est necessarium ad sedandas graves et inveteratas inimicitias, vel ad sustentandam inopiam patris; potest pater præcipere filio ut faciat id ad quod aliunde tenetur, et consequenter ut ineat matrimonium, circa quod libertatem amisit; cui præcepto tenetur filius per accidens obedire, et ideo dixi in conclusione, *per se.*

Dico 4°. Quamvis matrimonia inconsultis aut etiam invitis parentibus sint rata et valida, quamvis parentes per se non possint filios aut filias præcepto cogere ad matrimonium, plerumque tamen hæc matrimonia sunt graviter illicita.

Prob. 1° Quia jure tam civili quam canonico severe prohibentur, *ut patebit ex sol. obj.* 2° Quia, ut modo dicebam, honor debitus parentibus exigit ne liberi quid magnum et perpetuum, quale est matrimonium, suscipiant absque consilio et consensu parentum. 3° Quia interest parentum quem generum aut quam nurum sint habituri, cui dotem numerent, et parentis officia tanquam filio et filiæ impendant. 4° Quia parentes, experientia et ætate plerumque, filiis prudentiores, possunt illis recte consulere, idque volunt, quia eos impense diligunt. 5° Quia filii etiam conjugati in multis adhuc indigent consilio et auxilio parentum.

Dixi, *plerumque;* quia in certis casibus licitum est filiis contrahere matrimonium inconsultis aut etiam invitis parentibus, ut si filius longe distet a parentibus et urgeat honestum ac utile matrimonium, vel si parentes sint aut prudenter judicentur irrationabiliter inviti, puta, sicut modo dicebam, si contradicant ex odio, ex morositate, ex avaritia, quia nolunt solvere dotem aut privari laboribus filiorum, vel quia ex pietate præpostera volunt inducere in religionem.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° *contra primam conclusionem.* S. Scriptura passim filiorum conjugia constituit in potestate parentum, Exod. 22 et 34, Deuter. 7, Eccli. 7, 1 Cor. 7. Ergo.

R. ex S. Scripturis nihil aliud evinci

quam quod ad parentes pertineat cura providendi filiis matrimonia convenientia, et quod honestas et reverentia debita parentibus exigant quod filii et maxime filiæ, quæ sunt verecundiores, acquiescant in hoc consiliis parentum.

Inst. Si filia aliquid voverit, pater potest illius votum irritare, Num. 3. Ergo pariter matrimonium.

R. legem hanc secundum aliquos spectare puellam impuberem, secundum alios spectare vota de rebus domesticis, non de his quæ pertinent ad statum vitæ.

Obj. 2° *contra secundam conclusionem.* Evaristus papa Epist. ad episcopos Africanos, quæ refertur causa 30, q. 5, cap. 1, dicit, non esse legitimum matrimonium sine consensu parentum, et aliter contracta vocat adulteria, stupra et fornicationes. Ergo.

R. Evaristum ibidem præter consensum plura alia requirere ad legitimum matrimonium, ut quod puella dotetur, quod a paranymphis custodita et sociata offeratur, quod matrimonium benedicatur a sacerdote cum precibus et oblationibus, et quod conjungendi biduo vel triduo orationi vacent et castitatem servent; atque aliter contracta matrimonia dicit pariter esse illegitima et vocat adulteria, fornicationes, etc. Quis tamen dicat matrimonia absque his omnibus circumstantiis inita, esse illegitima, fornicationes et adulteria? Palam est ergo Evaristum vocare hæc matrimonia illegitima, non quia sunt invalida, sed quia non contrahuntur secundum leges; vocat autem adulteria, fornicationes, etc. secundum quamdam exaggerationem, quia sunt illicita et prohibita; manifestum est enim non esse adulteria. Habent tamen speciem fornicationis et adulterii; quia furtive fiunt, et meretricio magis quam maritali affectu suscipiuntur : unde pontifex paulo post vocat ea mala et illicita, non præcipit tamen ea dissolvi, sed puniri.

Inst. S. Basilius Epist. ad Amphilochium cap. 42, matrimonia contracta invitis parentibus vocat sicut Evaristus fornicationes. Cap. 40, idem affirmat de conjugiis servorum sine consensu domini. Et can. 42, hanc rationem profert : « Quia eorum » qui sunt in alterius potestate, pacta » conventa firmi nihil habent. » In eamdem rem laudantur Tertullianus lib. 2 ad Uxorem cap. 9, S. Ambros. lib. 1 de Abraham cap. ultimo, S. Leo Epist. 92, cap. 2, concil. Aurel. anno 541, Paris. 557, Turon. 757 et alia.

R. hæc SS. Patrum dicta et statuta intelligenda esse de matrimoniis illicitis, non invalidis, aut de invalidis, non in foro conscientiæ, sed in foro Ecclesiæ quæ de occultis non judicat. *Nisi dicas* cum quibusdam, hæc matrimonia, juxta veterem quarumdam ecclesiarum disciplinam, habita fuisse olim invalida, sed hanc veterem disciplinam et antiqua jura particularia esse emendata per posteriora, præsertim per Tridentinum. Quod non nocet nostræ conclusioni, nec favet hæreticis qui dicunt hæc matrimonia esse irrita jure naturali et divino.

Obj. 3° leges et edicta plurium regum Galliæ quibus matrimonia filiorumfamilias sine consensu parentum declarantur invalida, *non valablement contractés.* Ita fert edictum Henrici III in comitiis Blesensibus anno 1579, annis sexdecim post concilium Tridentinum : hoc autem edictum fuit confirmatum edicto Henrici IV 1616, et Ludovici XIII 1629 et 1639. « Volumus, inquit in priori edicto, om» nia matrimonia contra dicti statui (Ble» sensis) tenorem contracta, declarari in» valide contracta : obligabunturque ju» dices ecclesiastici causas matrimoniales » convenienter huic articulo dijudicare. » Ergo.

R. his edictis matrimonia sine consensu parentum contracta declarari invalida quoad civiles effectus tantum, nempe quoad dotem uxoris, jus ad hæreditatem, prolium legitimationem et similia, non vero quoad contractum humanum et spiritualem sacramenti. Ita respondit Ludovicus XIII libello supplici cleri Gallicani in comitiis generalibus Parisiis congregatis anno 1629. Tenor libelli supplicis sic est : « Rex humillime supplicatur ut con» siderare non pigeat quantum sit mo» mentum in hoc articulo, qui eget expo» sitione ad duarum difficultatum eluci» dationem. Prima est, ut non aliter in» telligantur hæ voces *valide* aut *invalide* » contractum matrimonium, quam per re» lationem ad contractum civilem, et nul» latenus ad contractum spiritualem sacra» menti. Secunda, ut non astringantur ec-

» clesiastici ad judicandum secundum hu-
» jus edicti simulque Blesensis articulos,
» sed juxta sacros canones et ecclesiastica
» decreta, quæ sunt unica regula et norma
» judicii ecclesiasticorum. Hi enim nec
» possunt nec debent jurisdictionem quam
» a solo Deo collatam habent circa res
» spirituales, ab ipsis laïcis mutuare. Qua-
» propter necesse est ex ipso articulo re-
» secare hæc verba : *et obligabuntur ec-*
» *clesiastici judices in causis istius-*
» *modi matrimonium judicare ad hujus*
» *articuli normam.* »

Huic cleri Gallicani supplici postulationi, rex Christianissimus, per regii sigilli custodem *de Marillac* aliosque selectos comites consistorianos, sic respondit : « Commonitio cleri quod spectat ad » priorem difficultatem sic resoluta fuit, » valide aut invalide contracta matrimo- » nia non esse aliter explicanda quam per » solam relationem ad contractum civilem » per laïcos judices : altera pariter diffi- » cultas, justa et rationi congrua visa est. » Ita refert Honoratus Tournely ex tom. 5 Commentariorum cleri Gallicani.

Inst. 1°. Ita his edictis matrimonia sine consensu parentum declarantur invalida, ut iis qui sic contrahunt fiat potestas convolandi ad alias nuptias, quod constat ex pluribus arrestis supremarum curiarum in Gallia, quæ referunt collectores : ergo declarantur nulla non solum quoad effectus civiles, sed etiam quoad contractum humanum et spiritualem sacramenti.

R. Et imprimis his arrestis oppono alia etiam supremarum curiarum quibus dicta matrimonia declarantur valida. Hæc arresta, teste Tournely, referunt auctor Diarii audientiarum tom. 1, pag. 177 et 284; Bardet in sua collectione tom. 2, pag. 227 et 329; Bonagius in Commentariis in consuetudinem Normanniæ tom. 2, pag. 31. Oppono insuper declarationem contrariam Ludovici XIII de qua paulo supra. Ut ergo ista omnia concilientur, *R.* 2° arrestis in instantia relatis matrimonia sine consensu parentum declarata fuisse nulla, non præcise propter defectum consensus parentum, sed propter vel clandestinitatem, vel raptum, vel aliquod aliud impedimentum dirimens simul occurrens, vel saltem ex præsumptione quod qui insciis parentibus contrahunt, in aliquem defectum matrimonio essentialem impingant; nec contrarium evinci potest ex laudatis arrestis.

Inst. 2°. Matrimonia filiæ Caroli Calvi cum Balduino comite, et Gastonis ducis Aurelianensis fratris Ludovici XIII cum Margarita Lotharinga anno 1635, ob solum defectum consensus regis, judicio ecclesiastico et civili declarata fuerunt invalida. Ergo.

Respondent scriptores Galli, hoc esse speciale privilegium regum Galliæ, *antiqua consuetudine præscriptum et ecclesiastica auctoritate munitum*, ut loquitur clerus Gallicanus in comitiis generalibus anni 1637, quod sine eorum consensu invalida sint matrimonia filiorum suorum et aliorum regii sanguinis principum qui solio sunt proximi.

Denique toti huic argumento sit hæc brevis responsio. Cum causas matrimoniales ad judices ecclesiasticos et non ad laïcos pertinere definiverit sub anathemate concilium Trid. sess. 24, can. 12, sicque quoad præsentem casum declaraverit Ludovicus XIII. jura civilia hac in re cedere debent juri ecclesiastico.

Petes an sint justæ leges civiles permittentes parentibus exhæredare filios, contra eorum voluntatem contrahentes matrimonium?

Quidam negant, eo quod noceant libertati matrimonii ; *alii* tamen *communius affirmant;* quia videntur necessariæ ad refrenandos stultos et indiscretos adolescentum amores, ex quibus tot infelicia et scandalosa matrimonia sequuntur. *Ad rationem oppositam, R.* eas leges nocere quidem libertati matrimonii effrenatæ, at non honestæ et moderatæ. Ubi enim probatur injustus parentum dissensus, nulla est aut esse debet exhæredatio ; non enim censentur leges eam in hoc casu permittere. Cæterum meminerint parentes libertatis matrimonii, nec nimis rigide his legibus insistant.

ARTICULUS VII.

Quomodo matrimonium invalide contractum, ratum effici possit et debeat?

Observandum imprimis, matrimonium posse duplici modo invalide contrahi 1° inter personas inhabiles ratione impedimenti dirimentis; 2° inter personas aliun-

de habiles, defectu solius eorum consensus, quia nempe vel ficte, vel ex metu, vel ex errore consenserunt, nullo alio irretitæ impedimento. Item matrimonium est invalidum vel occulte, vel publice : voco hic publice invalidum, non solum quando est deductum ad forum contentiosum, sed etiam quando duobus testibus idoneis ejus invaliditas probari potest. His observatis,

Suppono 1°, ad matrimonii invalidi revalidationem (venia sit verbo), necessario esse adhibendum et supplendum quod ipsi defuit : unde si defuit consensus inter personas habiles, debet saltem qui non consensit, aut coacte vel ex errore consensit, libere consentire. Si personæ erant inhabiles ratione impedimenti, debent reddi habiles obtenta dispensatione impedimenti, et tunc de novo consensum mutuum exterius exprimere. 1° Quia dispensatio per quam remotum est impedimentum, non dat valorem matrimonio prius contracto, sed solum facit illas personas habiles ad contrahendum. 2° Quia consensus antea expressus erat omnino illegitimus, utpote inter personas inhabiles et super materiam illegitimam, ac propterea nullus : ergo debet novus accedere. Nec potest dici quod prior perseveret, quia consensus qui nunquam fuit verus non potest permanere.

Suppono 2° quod, quando matrimonium est publice nullum, aut ejus nullitas potest probari duobus saltem testibus sufficientibus, debeat de novo contrahi coram parocho et testibus, quantumvis jam fuerit antea solemnizatum; quia si tunc sufficeret consensus clandestinus ad matrimonium valide de novo contrahendum, ex tali matrimonio oriri possent inconvenientia, propter quæ Trid. voluit irrita esse matrimonia clandestina, scilicet dissolubilitas hujus veri matrimonii, perpetuus cum alia concubinatus, etc. Posset enim probari ejus nullitas et non posset probari validitas, sicque impune conjuges possent ad nutum separari et ad alias nuptias convolare.

Quidam idem censent si aut parochus aut unus testium noverit nullitatem; quod quidem verum existimo si aliunde quam ex confessione nullitatis conscius fuerit, quando prior contractus actu celebrabatur; quia tunc non potest dici testis matrimonii, nec potest de ejus valore testificari : secus vero si tunc ignorabat et postea resciat, sed taliter quod non possit probari in foro externo; quia tunc fuit testis contractus præsumpte validi in facie Ecclesiæ, idque potest testari, quod sufficit. Non enim debent nec possunt testes testificari reipsa esse validum matrimonium, cum id scire nequeant, sed tantum quod secundum formam Ecclesiæ, nullo apparente defectu, contraxerint.

Difficultas est igitur 1° an quando consensus unius tantum defuit, debeat ex parte utriusque renovari; 2° an nullitas matrimonii debeat innotescere parti cujus requiritur de novo consensus, vel utrique si utriusque requiratur antequam consensum innovent. 3° An consensus debeat iterum exprimi coram parocho et testibus. Graves sunt istæ difficultates pro praxi, nec parum implicatæ. Probabiliora sequendo,

Dico 1°. Quando matrimonium est nullum defectu consensus unius qui nempe, vel ficte, vel metu, vel errore consensit, probabilius sufficit, ut convalescat, hunc poni consensum, quandiu alter adhuc in priori consensu perseverat, seu eum non revocavit.

Colligitur ex D. Th. q. *47*, a. *4*, ad 2, ubi dicit quod « Ex consensu libero illius » qui coactus est, non fit matrimonium, » nisi in quantum consensus præcedens in » altero adhuc manet. » Ergo censet fieri matrimonium si consensus præcedens perseverat, censetur autem perseverare quandiu non revocatur. Citantur etiam pro ea sententia S. Bonaventura, S. Antoninus, Paludanus, Soto, Richardus, Navarrus, Sylvius et alii; eamque esse communem theologis et canonistis probat Fagnanus ad cap. *Licet* de Sponsa duorum, num. 2. Contradicunt tamen plures, Lessius, Pontius, Hurtado, Aversa, Henno, etc.

Ratio fundamentalis nostræ assertionis est, quia consensus alterius fuit quantum est ex se, validus et legitimus ac sufficiens ad matrimonium, nec est revocatus; imo ita moraliter et virtualiter perseverat, ut vi illius persistat in possessione alterius compartis tanquam rei suæ, subindeque nihil ex parte ejus desideratur, sed solum deest consensus legitimus alte-

rius : ergo hoc accedente, convalescit matrimonium.

Confirmatur. 1° Secundum omnes, conjugum consensus non debent simul exprimi, id enim foret ridiculum, sed sufficit quod unus ponatur quando alter adhuc moraliter perdurat. 2° Matrimonium spirituale quod contrahitur inter eligentes et electum, valet licet electi et eligentium consensus eodem tempore non ponantur, cap. *Cum inter canonicos* de Election. 3° Si pars quæ coacte contraxit, spontanee postea cohabitet, vel alteri commisceatur affectu conjugali, convalescit matrimonium, juxta cap. *Ad id* de Sponsal et Mat. cap. *Significavit*, De eo qui duxiit et cap. *Proposuit* de Conjugiis servor. Tandem ita convalescunt alii contractus civiles.

Dices. Consensus alterius vere consentientis fuit etiam nullus et illegitimus : ergo etiam debet renovari. *Prob. ant.* Fuit consensus sub conditione si altera pars nunc consentiat, ita scilicet, *Trado me tibi si tu de præsenti me acceptes;* item, *Accepto te si nunc te mihi tradas;* non enim valet traditio unius sine acceptatione alterius, nec acceptatio sine traditione : atqui alter tunc non traditur, non acceptavit : ergo.

Confirmatur ex eo quod Clemens VIII responderit, utriusque consensum de novo requiri, ut refert Comitolus lib. 1 Resp. moral. cap. 120.

R. N. ant. Ad. probat. N. maj. Verum enim quidem est consensum alterius fuisse sub conditione, *Si acceptes, si vicissim te mihi tradas*, non tamen pro tempore præsenti tantum ; ubi enim hoc scriptum est et quo fundamento probatur ? Sed consensus fertur in tempus præsens cum perseverantia in subsequens tempus, donec revocetur, ut fit in aliis contractibus civilibus, v. g. venditionis, emptionis, etc. Unde consensus partis serio et libere contrahentis fuit ex se intrinsece validus, valida traditio, valida acceptatio pro quocumque tempore quo alter vere consentiret, vere traderet et acceptaret, et solum extrinsece quoad effectum pro tunc fuit invalidus, vel potius suspensus quandiu altera pars legitime non consentiret, qua proinde consentiente simpliciter matrimonium convalescit.

Ad Clementis VIII rescriptum, R. de eo non constare authentice, vel non fuisse datum nisi tanquam a doctore particulari sequente quod est tutius. Nam similiter requirit novam parochi et testium præsentiam ; cujus tamen oppositum declarasse Pium V refertur.

Petes utrum saltem ille novus consensus unius partis, non debeat aliquo signo exteriori exprimi ?

R. tutius et probabilius affirmative. Quia cum debeat esse sensibiliter expressus, non videtur posse reddi sensibilis per priorem consensum tandiu antecedentem. Cæterum ad hoc sufficit quodcumque signum quo quis alteram partem tanquam conjugem tractat et habet.

Dico 2°. Per se loquendo, ut matrimonium nullum convalescat, nullitas matrimonii debet innotescere parti cujus consensus requiritur, vel utrique si utriusque requiratur antequam consensum innovent. Est communis.

Ratio est ; quia cum prius matrimonium fuerit nullum, debent contrahentes novum intendere : atqui contrahens inscius nullitatis matrimonii, novum matrimonium non intendit, cum persuasus de validitate primi credat id sibi impossibile, sed intendit ad summum prius factum confirmare : ergo.

Non est tamen semper necesse ut causa nullitatis aperiatur ipsi ignoranti, si inde periculum infamiæ aut scandali subsit, ut si, v. g. sit impedimentum affinitatis ortum ex copula illicita cum sorore conjugis ; sed sufficit indicare ob aliquem defectum in genere invalidum fuisse prius matrimonium. Existimat Sylvius posse allegari defectum consensus, etsi fuerit datus ; quia, inquit, cum fuerit invalidus, potest appellari non consensus.

Dixi, *per se loquendo ;* quia si ex declaratione nullitatis matrimonii parti eam ignoranti, gravia mala et scandala timerentur, ut desertio, matrimonii dissolutio, prolium expositio, infamia gravis, rixæ et odia, etc. ut non raro contingit : tunc sufficeret si novus consensus partis ignorantis procedat ex cognitione non quidem expressa nullitatis matrimonii, sed æquivalenti ; ut si conscius nullitatis sollicite alium in sui amorem et dicat : *Ita tibi afficior, ut si non esset inter nos matrimonium, nihilominus te acciperem, et jam de fac-*

to ita te accipio, numquid tu similiter? Si respondeat quod sic, matrimonium convalescit; quia ignarus nullitatis non solum intendit permanere in matrimonio prius contracto, sed etiam inire novum, si prius non fuerit validum. Unde talis consensus ex errore non procedit. Ubi adverte, non sufficere verba velleitatis, *Te acciperem si non esses mea conjux*, sed requiri verba absoluta de præsenti, *Te accipio in uxorem si non sis*, vel, *Accipio te in meam quasi nunquam accepissem, idem ego facio*, etc.

Quis autem modus et quando sit adhibendus, ut talem consensum obtineat a difficili comparte, petendum est ex conjugis conditione variisque circumstantiis rata prudentia perpensis. Cæterum extra casum talis extremitatis et necessitatis, sistendum est conclusioni.

Sed si nec talis consensus possit obtineri? Hoc opus, hic labor est : tunc vel absolute, secreto tamen, sunt separandi saltem quoad thorum; vel si uterque ignoret nullitatem, in bona fide sunt relinquendi.

Dico 3°. Ut matrimonium occulte nullum convalescat, non videtur requiri nova præsentia parochi et testium, sed sufficit, obtenta dispensatione si requiratur, ut conjuges nullitatis conscii, ut dictum est, inter se solos renovent consensum.

Est probabilior et communior. Ita Navarrus, Binsfeld, Henriquez, etc. quos citat et sequitur Sylvius, Coninch, Layman, Bonacinas, Henricus a S. Ignatio, etc.

Dixi 1°, *occulte nullum;* quia si esset publice nullum, aut duobus testibus ejus nullitas posset probari, deberet iterum exprimi consensus coram parocho et testibus, ut advertimus in capite articuli.

Dixi 2°, *nova præsentia;* suppono enim quod prius contraxerint, licet invalide propter occultum impedimentum coram parocho et testibus : alias indubitatum est coram illis secundum consensum debere exprimi, cum secus utrobique foret matrimonium clandestinum, adeoque nullum.

Prob. conclusio. Tota ratio quæ movit concilium Trid. ad irritanda matrimonia clandestina, est, ut impedirentur grandia mala quæ ex eis oriri solent, puta, quod contrahentes sæpe cohabitent sine vero matrimonio, aut si verum sit, cum probari non possit, dissolvant ad libitum, et ad alias nuptias transeant : atqui ista ratio cessat in nostro casu, nec talia inconvenientia inde obvenire possunt; constat enim Ecclesiæ de ejus valore quantum constare potest, nec potest malitiose dissolvi, cum fuerit contractum in facie Ecclesiæ et ejus nullitas non possit probari, ut supponimus. Imo gravia incommoda et gravissima scandala sæpissime sequerentur, si matrimonia quæ publice valida habebantur, iterum coram parocho et testibus contrahi deberent : ergo merito colligimus Tridentinum suo decreto non comprehendisse casum quo matrimonium antea publice contractum, sed occulte invalidum, revalidari debeat.

Confirmatur 1°. Concilium Trid. *ut ex textu patet*, solum intendit irritare matrimonia clandestina quæ jam erant antea prohibita : atqui nullibi apparet prohibitam fuisse occultam revalidationem matrimonii, prius in facie Ecclesiæ celebrati, sed ob impedimentum occultum invalidi. *Confirmatur* 2°. Quia, juxta stylum curiæ, in rescripto dispensationis super hunc casum, a majori pœnitentiario ponitur : *Dispenso ut matrimonium secreto inter se contrahere valeant.*

Opponitur ex Comitolo l. 1 Resp. moral. q. 120, contraria resolutio Clementis VIII. Verum nos vicissim opponimus aliam resolutionem S. Pii V, Clementinæ contrariam, ex Navarro cap. 22, n. 7, et lib. 4 Concil. Cons. 14; item aliam S. congregationis pariter contrariam, ut legitur in remiss. ad concil. Trid. sess. 24, c. 1 de Reform. Matr. At neque ex illa neque ex istis declarationibus aliquid certo erui potest pro alterutra sententia, quia non sunt authenticæ. Et forte in casu Clementis VIII, nullum periculum aut damnum sequebatur ex iteratione publica matrimonii : unde merito præcipiebat quod est tutius; forte autem sequebatur in casu S. Pii V.

Sic enim et nos quantum ad praxim, suademus quod est tutius, scilicet revalidationem publicam matrimonii, in quantum fieri potest sine gravi damno aut scandalo. Et si parochus difficile adesse possit, confessarius ab eo obtineat licentiam, quam in hoc casu dare tenetur parochus, et coram duobus fidissimis testibus res secreto agatur. Sed si nec ita res tacite fieri possit, tunc locus est sententiæ assertæ.

Petes an si in rescripto dispensationis ponantur hæc vel similia verba : *Dispenso ut inter se publice et servata forma Tridentini contrahant,* possint nihilominus renovare consensum inter se sine parocho et testibus, si jam prius contraxerant coram illis?

Respondent affirmative Sylvius hic q. 45, a. 2, Pontius, Sporer et alii ; quia forma concilii quam intendit dispensatio jam servata est, nec ipsi attentarunt aliter contrahere quam coram parocho et testibus.

DIGRESSIO HISTORICA.

UTRUM INTER B. VIRGINEM ET S. JOSEPHUM FUERIT VERUM MATRIMONIUM?

Ad art. V præced. dissertat.

3. p. q. 29. a. 2. 0.—*Dico.* Inter B. Virginem et S. Josephum fuit verum matrimonium. Est communior et verior.

Prob. ex S. Scriptura. Matth. 1, dicitur : *Jacob genuit Joseph virum Mariæ.* Item : *Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph.* Item : *Joseph vir ejus.* Et : *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Luc. 2, Joseph ascendit in Bethleem *cum Maria desponsata sibi uxore prægnante.*

Confirmatur ex verbis Virginis, Luc. 2, sic alloquentis Filium : *Pater tuus et ego dolentes quærebamus te ;* item verbis ejusdem Evangelistæ : *Erant pater ejus et mater mirantes.* Non sic locuta fuisset Mater Filio, nec Evangelista fidelibus, nisi Joseph fuisset Mariæ conjux. *Confirmatur* iterum ex eo quod Judæi vocabant Jesum filium Joseph, filium fabri, et Joseph patrem ejus. Hujus autem Judæorum opinionis, tametsi falsæ, alia ratio non fuit quam quia notum erat Joseph et Mariam esse vere conjuges ; alioquin Judæi Christo indubie exprobrassent ipsum ex fornicatione esse natum.

Prob. ex SS. Patribus. S. Ambrosius l. de Inst. Virginis c. 6, contra id quod objiciebatur tunc et etiam nunc objicitur, inter B. Virg. et Joseph non fuisse verum conjugium, quia inter eos non intercessit copula carnalis, dicit : « Nec illud moveat quod ait, quia Joseph accepit conjugem suam ; cum enim initiatur conjugium, tunc conjugii nomen asciscitur. » Non enim defloratio virginitatis facit conjugium, sed pactio conjugalis : denique cum jungitur puella, conjugium est, non cum virili admixtione cognoscitur. »

S. Aug. l. 5, cap. 12 adversus Julian. qui dicebat Mariam fuisse conjugem Joseph in hominum opinione tantum, sicut Luc. 3 dicitur de Christo quod putabatur filius Joseph, sic arguit : « Numquid et angelus loquens unus ad unum, contra conscientiam et suam et ipsius cui loquebatur, secundum opinionem potius quam secundum veritatem fuerat locutus, qui ei dixit : *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam?*.... Dicit autem Lucas evangelista de Domino, quod *putabatur filius Joseph,* quia ita putabatur, ut per ejus concubitum genitus crederetur. Hanc falsam voluit removere opinionem, non Mariam illius viri negare conjugem, contra angelum testem. » Eamdem veritatem asserit S. Augustinus variis in locis. Serm. 65 de Diversis, l. 1 de Nupt. et concupis. c. 11, l. 2 de Consensu Evang. c. 1 et alibi. Similiter alii Patres.

Ibid. a. 1. 0. — Huc accedunt rationes propter quas congruebat ut Christus nasceretur ex virgine desponsata. Duodecim enumerat S. Thomas, quarum præcipuæ sunt : 1° ut per genealogiam Joseph, cui Maria erat cognata, origo quoque Mariæ monstraretur ; 2° ne ipsa Virgo, si extra matrimonium filium haberet, infamaretur tanquam fornicaria, aut etiam lapidaretur secundum legem Deuteron. 22, et filius ejus tanquam ex fornicatione natus pro Messia non reciperetur ; 3° ut B. Virgo fugiens in Ægyptum haberet solatium, atque inde revertens ipsa et filius haberent obsequia et subsidia paterna ; 4° ut ejus partus celaretur diabolo, dum occasione matrimonii deceptus, putat illum non de virgine, sed de uxore natum : quamvis enim potuisset discernere inter virginem et corruptam, attamen vel id ex divina dispensatione non fuit permissum, vel ad singula in rebus humanis non semper attendit.

Obj. 1° *ex S. Scriptura.* Matth. 1, Luc. 1 et 2, Maria virgo dicitur tantum *desponsata Joseph :* ergo non erat conjugata. Item ibid. Joseph cum invenisset Mariam habentem in utero, *voluit occulte dimittere eam :* juxta vero Deuter. 24, vir non po-

terat dimittere uxorem nisi dato illi libello repudii : ergo Joseph non habebat Mariam pro uxore.

R. ad primum. Juxta morem S. Scripturæ, ii dicuntur sponsi et sponsæ, qui, quamvis per verba de præsenti sint conjuncti, nondum tamen sunt carnaliter commixti ; sic etiam nos loquimur dum in nuptiarum celebratione vocamus conjunctos sponsum et sponsam : unde Luc. 2, Joseph dicitur ascendisse in Bethleem *cum Maria sibi desponsata uxore :* ex quo manifestum est fuisse eamdem simul desponsatam et uxorem.

Ad secundum. Libellus repudii secundum legem non dabatur nisi cum vir sic dimittebat uxorem, ut illi faceret potestatem alteri nubendi ; non autem sic Joseph volebat dimittere uxorem ut ipse aliam duceret, et illi permitteret alium ducere : sed volebat eam occulte dimittere quoad habitationem tantum. Cum enim videret illam fœtam et causam ignoraret, et aliunde perspectam haberet ejus pudicitiam, noluit eam traducere ut adulteram, voluit tamen occulte se ab ea separare, ne forte, si vi illata, aut aliqua alia ratione sibi incognita, fuisset imprægnata, eam retinendo aliquam infamiam incurreret.

Obj. 2° *ex SS. Patribus.* Multi Patres dicunt Mariam mansisse innuptam, et non fuisse uxorem Joseph. S. Epiph. hæres. 78 : *Desponsata,* inquit, *fuit Maria, non nupta,* et *videbatur uxor et non erat.* S. Hieron. cont. Helvid. et in cap. 1 Matth. ad hæc verba, *Jacob genuit Joseph virum Mariæ,* ait : « Cum virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis S. Scripturarum, » quod sponsi viri et sponsæ uxores vocantur. » S. Aug. Serm. 17 de temp. de B. Virg. scribit : « Concepit Virgo antequam » sponsum haberet, parit antequam nubat. » S. Greg. in Evang. lib. 2, Hom. 26, de Joseph ait : *Qui tamen ad ejus* (Mariæ) *nuptias non pervenit.* Ergo.

R. SS. Patres propugnantes contra hæreticos virginitatem Mariæ, in his et similibus sententiis vocare nuptias consummationem matrimonii, et nuptas seu uxores, jam viro cognitas ; sicut innuptas et sponsas vocant quæ, licet sint matrimonio junctæ, nondum tamen sunt cognitæ viris. Unde S. Epiphan. loco citato dicit, quod Virgo non fuerit uxor Joseph, *quatenus nullam cum eo habuit corporis copulationem ;* et S. Hier. *quatenus oscula amplexusque non miscuerunt, nec rem egerunt nuptiarum.* Idem censendum de aliis. Insuper sermo laudatus de tempore non est S. Augustini.

Obj. 3°. Secundum communem opinionem, B. Virgo emiserat votum castitatis antequam desponsaretur Joseph : atqui stante ejus voto non poterat matrimonium inire : ergo.

R. Hujus argumenti solutio patet ex art. 3 præced. dissert. Sive ergo B. Virgo ante desponsationem voverit castitatem conditionate tantum, ut sentit Auctor 3 p. q. 28, a. 4, sive absolute, ut volunt alii, votum ejus non repugnabat matrimonio ; quia matrimonium, ut diximus, consistit in traditione potestatis in mutua corpora, quæ potestas potest separari ab usu : solus autem usus repugnat voto castitatis. — In 4. d. 30. — Cum itaque B. Virgo sciret ex divina revelatione et instinctu quod usus nunquam sequeretur, potuit sine læsione voti etiamsi absoluti tradere potestatem sui corporis Josepho et acceptare potestatem illius, sicque facere verum matrimonium.

Petes utrum matrimonium inter B. Virginem et S. Joseph fuerit perfectum?

R. fuisse perfectum perfectione essentiali, quæ consistit in mutua traditione et acceptatione potestatis in corpora : defuit autem illi aliqua perfectio accidentalis, nempe copula carnalis, per quam significaretur unio Christi cum Ecclesia per naturam : sed non erat opus hic illa significatione, quia in illo matrimonio res ipsa erat exhibenda, scilicet Verbi incarnatio, per quam conjungitur Ecclesiæ secundum naturam.

DISSERTATIO VI.

DE BONIS ET ACTU MATRIMONII.

D. Th. Q. 49 et 64.

ARTICULUS I.

De bonis matrimonii.

Ex S. Augustino et aliis Patribus impugnantibus hæreticos qui negabant nuptias esse licitas, inductum est in scholas, nuptias per quædam bona excusari, ideoque esse licitas. — Suppl. q. 49. a. 4. 0. — Excusatio hic non sumitur ex parte agen-

tis, ut cum quis agit quod est per se malum excusatur per ignorantiam aut inadvertentiam, sed ex parte actus, quatenus fit bonus et licitus.

Ib. a. 2. 0. et in res. ad arg. — Tria assignantur matrimonii bona, *proles*, *fides* et *sacramentum*. Per *prolem* non intelligitur sola ejus procreatio, sed etiam ejus educatio et religiosa institutio. Per *fidem* intelligitur fidelitas quam conjuges sibi invicem debent, sic ut neuter comparti petenti debitum deneget, nec alteri commisceatur. Per *sacramentum* intelligitur firmitas et indissolubilitas quam habet ex sacra significatione. Quamvis enim vinculum matrimonii sit ex se indissolubile, ut dicemus, ex hoc tamen quod Deus ipsum instituit ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia, majorem habet firmitatem et indissolubilitatem : unde hæc tria bona reperiuntur etiam in matrimoniis infidelium; ordinantur enim ad prolem, obligant ad fidem, et habent aliquam sacram significationem.

Ib. a. 1. et 2. — *Dico.* Convenienter assignantur tria bona, *proles*, *fides*, *sacramentum*, quibus excusatur matrimonium.

Ibid. — *Prob.* Nemo sapiens debet jacturam aliquam sustinere nisi pro aliqua recompensatione alicujus æqualis vel melioris boni : atqui in matrimonio plures incurruntur jacturæ, plura damna et incommoda quæ his tribus bonis assignatis compensantur : ergo. *Prob. min.* Tria potissimum damna et incommoda incurruntur in matrimonio. Primum libido et ex ea resultans detrimentum usus rationis, debilitatio corporis et sensuum obtusio; et hoc damnum compensatur bono prolis, seu procreatione liberorum quibus genus humanum propagatur et Deus perpetuo colitur. Secundum damnum est sollicitudo molesta placendi comparti, suscipiendi, concipiendi, parturiendi, educandi proles et rebus familiæ providendi; et hoc damnum compensatur bono fidei, qua alter alteri tenetur reddere debitum, nec potest alteri commisceri. Tertium damnum est perpetua quædam subjectio seu servitus qua vir uxori et uxor viro obligatur; et istud damnum compensatur bono sacramenti, id est, vinculi indissolubilis quo conjuges repræsentant conjunctionem Christi cum Ecclesia, tenenturque se invicem diligere sicut Christus dilexit Ecclesiam. Sumitur enim hic sacramentum, ut dictum est, pro vinculo indissolubili matrimonii quod est res et sacramentum. Quanquam etiam multo magis compensetur hoc damnum bono sacramenti proprie sumpti pro signo efficaci gratiæ, quatenus sanctificat conjuges, eis confert auxilia supernaturalia ad se mutuo diligendum, præstandaque suaviter et fideliter usque ad finem vitæ cætera munia et onera matrimonialia.

Dices. Vel matrimonium est de se bonum, et sic non indiget magis excusari quam alia bona; vel est malum, et sic nulla excusatio sufficit; vel est indifferens, et neque sic opus habet excusatione, quemadmodum nec aliæ res indifferentes, ut ambulare, loqui, etc. Ergo.

Ibid. a. 1. ad 2. — *R.* matrimonium esse simpliciter et absolute bonum, ideoque revera nullis bonis extrinsecis indigere quibus honestetur, quomodo ea quæ sunt indifferentia, aut in malum sonantia de se non bona, possunt honestari. Quia tamen secum affert multa incommoda, indiget illis bonis quæ vocantur bona matrimonii, quæ quidem sunt de ratione ipsius, quantum nempe ad intentionem, si non contrahentium, saltem instituentis matrimonium; et hoc sensu dicitur excusari et honestari per ea quasi per sua essentialia et causantia in illo honestatem quæ ipsi secundum se competit.

Inferes. Ergo omnia alia quæ sunt ex se bona, possunt etiam dici excusari et honestari per sua essentialia et intrinseca.

R. N. conseq. Quia alia bona non semper cum afferunt speciem turpitudinis, nec tot et tanta incommoda quæ compensari indigeant sicut matrimonium : unde cum majori proprietate dicitur illud excusari et honestari per sua bona quam aliæ res, seu actus boni.

ARTICULUS II.

De actu matrimonii.

§ I. — *Utrum actus conjugalis excusetur per bona matrimonii?*

Quamvis dissert. 1 hujus tractatus art. 2 § 3, jam probaverimus actum matrimonii esse licitum et posse esse meritorium, occasione tamen bonorum matrimonii, hic adhuc breviter inquirimus cum Auctore an

et quomodo per ista bona excusetur : unde

Dico. Actus matrimonialis sic excusatur per bona assignata, ut sit bonus, et possit esse sanctus.

Ratio primæ partis ; quia per bonum prolis habetur intentio debiti finis ; per bonum fidei habetur debita materia, et per hæc actus recedit a duobus extremis, mollitie et fornicatione, inter utrumque tenens medium, sicque constituitur in ratione virtutis moralis quæ consistit in medio.

Ratio secundæ partis est ; quia indissolubilitas quæ dicitur sacramentum, ex divina institutione significat conjunctionem Christi et Ecclesiæ in carne, in gratia, charitate et gloria. Si ergo conjuges adjuti gratia intendant in actu matrimonii hunc finem, scilicet procreare prolem, non solum ut filium hominis naturalem, sed ut Ecclesiæ colonum, filium Dei adoptivum et cœlestis regni hæredem, religiosa educatione perficiendum, actus matrimonii non solum erit bonus generali ratione virtutis, sed etiam sanctus et meritorius.

Dices 1°. Qui sustinet damnum majoris boni propter minus bonum, peccat ; quia inordinate agit : atqui bonum rationis quod læditur in ipso actu conjugali est majus quam hæc tria bona conjugum : ergo prædicta bona non sufficiunt ad excusandum, etc.

Ibid. a. 4. ad. 1. — *R. D. maj.* Qui sustinet damnum majoris boni quoad habitum propter minus bonum, peccat, *C. maj.* qui sustinet damnum majoris boni quoad actum brevem propter, etc. *N. maj.* Non enim est inconveniens quod quandoque aliquis actus, qui est melior secundum genus suum, tantillam patiatur eclypsim propter minus bonum, quod est permanentius et ad perpetuitatem boni communis necessarium ; sic licet quandoque dormire, quandoque ab actu contemplationis vacare, ut vacetur activæ vitæ : jam autem damnum rationis quod homo incurrit per actum matrimonii non est per modum habitus, sed per modum actus transeuntis.

Inferes. Ergo pariter licebit se inebriare ad recuperandam sanitatem.

R. N. illationem. Disparitas est 1° quod se inebriare secundum se sit malum, consequenter nullo bono fine cohonestandum ; non sic actus matrimonialis. 2° Ebrietas neque a Deo neque a natura est ordinata ad recuperandam sanitatem, sicut actus matrimonii est ordinatus ad generandam prolem. 3° In ebrietate totaliter absorbetur ratio et aufertur potentia proxima ad illam pro nutu recuperandam : non sic in actu matrimonii. Vide plura de hoc arg. dissert. 3 de Temperantia, art. 3.

Dices 2°. Hæc bona efficere non possunt quominus delectatio in illo actu sit immoderata, neque possunt ejus verecundiam abstergere : atqui immoderatio passionis est vitium in moribus, et verecundia non est nisi de malo : ergo.

Ibid. ad 3. et 4. — *R. D. min.* Immoderatio passionis sumpta pro quantitate et intentione est vitium in moribus, *N.* sumpta pro excessu supra limites rationis, *C.* Superabundantia igitur passionis quæ facit vitium in moribus non attenditur præcise secundum quantitatem ipsius ad intentionem, sed secundum disproportionem ejus ad rationem : unde tunc solum passio reputatur proprie immoderata, quando excedit limites rationis : delectatio autem quæ est in actu matrimonii, quamvis sit intensissima secundum quantitatem, non tamen excedit limites sibi a ratione prius præfixos, quamvis in ipsa delectatione ratio eos ordinare non possit, et ideo sit malum pœnæ. De verecundia similiter respondetur, quod non sit tantum de malo culpæ, sed etiam de malo pœnæ, qualis est turpitudo illius actus ; quia de quolibet defectu homo naturaliter erubescit.

Inst. S. Greg. causa 33, q. 4, c. *Vir cum propria,* dicit voluptatem quæ in actu conjugali reperitur, nullatenus posse esse sine culpa.

R. S. Gregorium loqui de voluptate quæ dominatur, et propter quam exerceatur copula, ut inferius subdit.

§ II. — *Utrum actus conjugalis excusari possit sine bonis matrimonii, atque adeo exerceri ob solam voluptatem, aut fornicationem in se vitandam ?*

Ibid. ad 5. — *Dico* 1°. Actus conjugalis excusari non potest sine bonis matrimonii ; quia remota causa removetur effectus qui ab ea dependet : atqui causa honestatis actus conjugalis sunt bona matrimonii, ut dictum est : ergo sine eis excusari non potest. Præterea actus conjugalis non differt a fornicario, nisi in prædictis bonis.

Ibid. — *Hinc inferes,* duobus solum mo-

dis conjuges absque omni peccato posse convenire, nempe causa generandæ prolis quod spectat primum bonum, et debiti reddendi; quod pertinet ad bonum fidei : bonum autem sacramenti potius pertinet ad matrimonium secundum se quam ad ejus usum; licet possit etiam intendi, ut dictum est, et actus fieri meritorius; sed etiam tunc intenditur bonum prolis. Verum ut hæc de quibus non omnes conveniunt distinctius exponantur,

Ibid. et a. 6. — *Dico* 2°. Actus conjugalis ob solam voluptatem, aut fornicationem in se vitandam, est venialiter malus.

Sequitur ex præcedenti quoad utramque partem; quia licet adsit bonum fidei et bonum sacramenti, deest bonum prolis, seu saltem non intenditur. Insuper

Prob. prima pars 1° ex hac propositione damnata ab Innocentio XI : *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa ac defectu veniali :* est nona inter damnatas.

Prob. 2°. Perversum est ordinare ad delectationem operationem ad quam ipsa delectatio est a natura ordinata : atqui natura ordinavit delectationem ad operationem, et non operationem ad delectationem, ut in confesso est apud omnes : ergo.

Confirmatur. Agere propter delectationem sensibilem, est proprium brutorum et non hominis, qui debet in omnibus agere ut homo, id est, secundum rationem, consequenter intendere bonum honestum, seu rationi conforme, ut amplius probavimus dissert. 6 de Act. human. art. 6; confer.

Prob. secunda pars de qua major est difficultas. 1° Ex S. Scriptura. 1 Cor. 7, postquam Apostolus dixit : *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram,* subdit : *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium :* atqui indulgentia, seu, ut græce habetur, *ignoscentia,* denotat culpam, ut ait S. August. Enchyrid. c. 78 : « Quis autem peccatum esse » neget, inquit, cum dari veniam facien» tibus Apostolica auctoritas fateatur? »

Prob. 2° *ex Patribus.* Idem S. August. lib. de Bono conjugali cap. 7 : « Reddere » debitum conjugale nullius est criminis; » exigere autem ultra generandi necessi» tatem, culpæ venialis. » S. Fulgentius Epist. 1 de Conjugali debito c. 4 : « Ma» culam contrahit... quisquis non pro sola » generatione, sed etiam propter fragili» tatem carnis suæ miscetur uxori. » S. Greg. lib. 32 Moral. cap. 17 : « Tunc, in» quit, solum conjuges in admixtione sine » culpa sunt, cum... pro suscipienda prole » miscentur : » intellige petendo.

Ibid. a. 3. o. — De D. Thoma non potest esse dubium : « Duobus solis modis, » inquit, conjuges absque omni peccato » conveniunt, scilicet causa procreandæ » prolis, et debiti reddendi; alias autem » semper est ibi peccatum ad minus ve» niale. » Item : — **Ibid. ad 2.** — « Si in» tendat vitare fornicationem in se, sic est » ibi aliqua infirmitas, et secundum hoc est » peccatum veniale, nec ad hoc matrimo» nium est institutum nisi secundum in» dulgentiam, quæ est de peccatis venia» libus. »

Prob. 3° *ratione.* Obsequi ac servire libidini etiam intra limites matrimonii, est peccatum veniale, *ut patet ex dictis :* atqui qui mere ad vitandam in se incontinentiam copulatur, obsequitur libidini intra limites matrimonii, quamvis nolit obsequi extra limites illius : ergo. *Prob. min.* Ille revera quærit in matrimonio voluptatem, ne eam quærat extra, eamque pro fine copulæ habet, licet simul intendat abstinere a voluntate non matrimoniali; sicut tentatus ad carnes manducandas die prohibito, si ad hoc evitandum velit delectari in esu delicato piscium, ne delectet se in esu carnium, revera obsequitur gulæ circa materiam licitam, ne ei obsequatur circa materiam illicitam. Ergo.

Si dicas, hanc delectationem assumi in matrimonio ut medium ad vitandam delectationem extra matrimonium. *Esto :* semper verum est eam assumi ut finem proximum copulæ matrimonii, sicque operationem ordinari ad delectationem; quod est perversum, ut diximus. Insuper delectatio in copula matrimonii, non est medium a Deo vel natura ordinatum ad vitandam delectationem extra matrimonium : sicut delectatio in esu piscium die prohibito, non est medium ordinatum ad vitandam delectationem carnium : unde sicut iste inordinate agit, sic et ille.

Prob. 4° evertendo præcipuum fundamentum adversæ partis. Si actus conjugalis esset licitus ad vitandam in se fornicationem, ideo est quia vitatio fornicationis est finis saltem secundarius matrimonii; sic volunt adversarii : atqui ista ratio nulla est : ergo. *Prob. min.* Evitatio fornicationis in se dicitur finis secundarius matrimonii, non quod Deus aut natura directe et immediate illum ordinaverint ad fornicationem vitandam (Deus enim sub hac ratione indulget tantum, ut vidimus, et natura ordinat ad generationem prolis), sed quia concupiscentia per copulam matrimonialem sedata, non ita stimulat ad fornicationem; ad quod etiam juvat gratia sacramentalis : unde debet potius dici effectus consequens ad matrimonium quam ejus finis secundarius, nisi secundum indulgentiam, ut dicit Auctor.

Ibid. — Dixi, *venialiter malus;* quia usus rei aliunde licitæ, ob solum defectum debiti finis, non est semper mortaliter malus, ut patet in eo qui manducat et bibit moderate ob solam voluptatem. Posset tamen contingere peccatum mortale, si nempe quis non attendat in conjuge quod sit conjux, sed quod sit mulier, affectu actuali paratus idem facere cum ea si non esset conjux; quia tunc copula exercetur animo fornicario.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Matrimonium est concessum humanæ fragilitati, ut fornicatio vitetur : ergo qui eo utitur ad hunc finem, non peccat.

Ib. a. 5. ad 2. — *R. D. maj.* Est concessum humanæ fragilitati, ut fornicatio vitetur, mediante copula exercita propter bona matrimonii, *C.* mediante copula exercita propter ipsam fornicationem vitandam, *subd.* Est concessum secundum indulgentiam ut minus malum, *C.* ut quid licitum et bonum, *N. Solutio patet ex probationibus.*

Inst. Licitum est petere debitum ad vitandam incontinentiam in comparte : ergo et propriam.

Ibid. — *R. N. conseq.* Disparitas est 1° quia dum petit debitum propter alterius periculum, in effectu potius reddit quam petit, quia altera pars tunc interpretative petit : cui ideo ex justitia et ex charitate tenetur petendo reddere. 2° Disparitas est, quia unusquisque potest suo periculo occurrere per alia remedia, ut per voluntatem propriam gratia Dei adjutam resistendo, orando, jejunando : periculo autem alterius non potest, cum non habeat in sua potestate voluntatem alienam sicut suam.

Repones. Pars quæ propter periculum incontinentiæ propriæ interpretative petit, illicite petit secundum nos : ergo alter non potest nec tenetur ei reddere.

R. D. ant. Petit illicite venialiter et ex parte sua, *C.* illicite mortaliter et ex parte actus, *N.* Subest autem justa causa in reddente, permittendi istud peccatum veniale in petente, ut dicemus infra de redditione debiti.

Obj. 2°. Qui utitur re sua ad libitum, non facit injustitiam : ergo non peccat. *Subsumo.* Atqui per matrimonium uxor efficitur res viri, et e contra : ergo.

Ibid. ad 3.—*R. N. conseq.* Ex hoc enim quod quis non peccet contra justitiam, non sequitur quod non peccet omnino; quia una debita circumstantia non sufficit ad hoc quod actus sit bonus, et ideo non oportet quod qualitercumque quis utitur re sua sit bonus, ut patet in prodigo, sed quod utitur re sua ut debet secundum omnes circumstantias.

Obj. 3°. Bonum est vitare fornicationem, et actus conjugalis est honestus aptusque ad illum finem obtinendum : ubi ergo peccatum? Quod enim est bonum ex genere, non efficitur malum nisi ex mala intentione, ut recte arguit S. Th. arg. 4.

R. in hoc esse peccatum, quod actus conjugalis non sit a natura ordinatus nec a Deo, nisi secundum indulgentiam, ad illum finem obtinendum : est autem malum intendere bonum per media indebita et ad id non ordinata. Adde quod in casu sit obsequi libidini et agere propter illam, *ut probatum est.*

Inst. 1°. Hoc ipso quod aliquod medium habet aptitudinem et proportionem ad aliquem finem obtinendum, etsi a natura non sit ad illum primario ordinatum, censetur tamen finis ejus secundarius, ita ut ad illum sine peccato possit ab agente ordinari : v. g. oculi sunt a natura inditi ad videndum, licite tamen quis eis utitur aliquando ad significandum aliquid alteri;

vox est a natura ordinata ad exprimendos alteri suos conceptus, licitus est tamen ejus usus ad cantum. Imo ipsum matrimonium est institutum ad conservationem speciei, non peccaret tamen qui illud contraheret propter alium finem honestum, v. g. propter probos mores sponsæ, propter conformitatem humorum, propter inimicitias componendas in regno vel in familia, propter socialem vitam tranquilliorem habendam, etc. Ergo licet actus conjugalis sit primario ordinatus ad generationem prolis, quia tamen potest esse aptus ad fornicationem vitandam, non videtur illicitum eo uti ad illum finem qui potest dici ejus finis secundarius.

R. N. conseq. et paritatem. Disparitas est, quod neque in usu oculorum aut vocis, aut in ipso matrimonii contractu, ulla reperiatur inordinatio aut detrimentum rationis : in usu autem matrimonii semper sequitur inordinatio libidinis, detrimentum et absorptio rationis propter quæ mala non videtur adhibendus nisi ad eos fines ad quos Deus seu natura permisit aut ordinavit; sicut non potest ebrietas adhiberi ut remedium sanitatis, quamvis ad eam possit aliquando juvare.

Inst. 2°. Actus matrimonialis propter sanitatem conservandam aut recuperandam, est licitus : atqui tamen ad hunc finem non est ordinatus : ergo pariter.

Ibid. ad 4. — *R.* 1° *majorem a S. Th. diserte negari.* « Quamvis, inquit, intendere sanitatis conservationem, non sit » per se malum, tamen hæc intentio effi» citur mala si ex aliquo sanitas intendatur » quod non est ad hoc de se ordinatum; » sicut qui ex sacramento baptismi tantum » salutem corporalem quæreret. Et simili» ter etiam est in proposito in actu matri» monii. » Adde quod emissio seminis, quando fit ex libidine, sit magis nociva corpori quam proficua. 2° *Etsi daretur major*, semper foret disparitas, quod qui exercet actum conjugalem propter fornicationem in se vitandum, agat propter libidinem et ei obsequatur; secus qui illam exercet propter sanitatem.

Inferes. Ergo saltem juxta sententiam D. Thomæ, casu quo quis minaretur conjugi mortem nisi exigat debitum et coeat cum parte, non poterit talis conjux etiam pro evitanda morte certo infligenda petere copulam si compars sit senex, sterilis, aut jam gravida.

R. Vel ille qui minatur mortem, cogit ut coeant coram se, quod est ex se verecundum, pudendum et maxime scandalosum, adeoque ex hoc solo capite illicitum; vel ut coeant in ipsius absentia, et tunc occurrunt alii plures modi tale periculum evadendi, adeo ut casus evadat metaphysicus. Cæterum, stando in sententia D. Thomæ, non licet facere malum morale etsi veniale tantum pro quovis maximo bono physico.

Obj, 4°. Potest quis inire matrimonium propter vitandam incontinentiam, ut colligitur ex Apostolo 1 Cor. 7, dicente : *Quod si non se contineant, nubant; melius est enim nubere quam uri;* non enim id videtur dictum ex indulgentia, sed videtur permissio positiva et consilium : ergo potest etiam uti matrimonio propter eumdem finem.

R. 1° *ant.* non erui ex textu Apostoli ; licitum est enim consulere minus malum volenti committere majus. 1° *D. ant.* Potest quis inire matrimonium propter vitandam incontinentiam per copulam exercendam propter debitos fines, scilicet generationem prolis aut redditionem debiti, *C.* sicut enim qui exercet copulam propter istos fines, potest intendere et expectare tanquam effectum sedationem concupiscentiæ, sic *a fortiori* cum init matrimonium, præsertim cum matrimonium sit secundum se honestum, nec quidquam inordinatum contineat, sicut ipsa libido in actu matrimoniali : per copulam exercendam propter libidinem, *N.* Cum enim talis copula sit illicita, non potest intendi a contrahente matrimonium.

Obj. 5° *ab inconvenientibus.* Ex nostra sententia sequitur 1° quod mulieribus gravidis, sterilibus et senibus sit illicitus actus conjugalis, et viris illicitum cum eis decumbere; 2° quod senes et steriles non possint sine peccato matrimonium inire, cum ipsis non sit amplius spes prolis, et quod Ecclesia non possit talibus matrimoniis assistere nisi saltem contrahentes moneat de non exigendo debito ; 3° quod status matrimonii sit continuis peccatis venialibus obnoxius : quæ omnia dura sunt, odiosa et quodam modo absurda juxta praxim communem.

R. ad primam sequelam, actum conjugalem esse quidem illicitum mulieribus gravidis, sterilibus et senibus, exigendo, non tamen reddendo; viris autem est licitum cum talibus decumbere, non ad exigendum debitum, sed ad reddendum petenti: intellige tamen de mulieribus gravidis quarum ita venter intumuerit, ut superfœtatio sperari non possit.

Ad secundam illationem, N. Conjugium enim non est propter solam filiorum procreationem, sed etiam propter ipsam naturalem in diverso sexu societatem, mutua obsequia, etc. ait S. Aug. lib. de Bono conjug. cap. 3. Eo ergo fine possunt senes inire matrimonium, intendendo caste vivere, vel etiam matrimonio uti, reddendo tamen, non exigendo debitum; quod si aliud intendant, ut sæpe fit, peccabunt, sed venialiter tantum.

Nec sequitur Ecclesiam imprudenter agere assistendo talibus matrimoniis et ea permittendo, tum quia propter rectum finem assignatum senes et steriles contrahere possunt. Quod si intendant copulam ad delectationem, aut ad concupiscentiæ sedationem, id ipsis prudenter permittit cum Apostolo in minus malum ad vitandum majus. Neque necesse est ut eos moneat de non exigendo debito, sicut non monet juvenes de non exigendo ob solam voluptatem, cum id sciat vix aut ne vix ab ipsis esse servandum: unde melius est dissimulare eis minus malum, quam commonendo exponere eos gravioribus peccatis incontinentiæ extra matrimonium; quod etiam ab ipsis confessariis observandum est.

Ad tertiam. Agnosco esse veram non quidem ratione status matrimonii præcise, sed ex hominum corruptione, qui ideo in hoc statu sæpe debent dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Unde cupit Apostolus ut omnes sint sicut ipse; et S. Petrus dicit quod *non expedit nubere.*

Cæterum sedulo advertant confessarii, ut jam monebam, nunquam avertere a matrimonio contrahendo aut copula exercenda eos qui dicunt se id velle in remedium concupiscentiæ, ne sapientes supra Apostolum eos inducant in mortalia quos a venialibus indiscrete retrahere satagunt. Idem agendum cum iis qui accedunt ad mulieres steriles, senes, aut gravidas, cum sit par ratio. Imo expedit nunquam de hac materia loqui coram uxoratis, utramvis sententiam teneas: si enim dicas id licere, ampliabunt ultra limites; si dicas ipsis non licere, eris ipsis in laqueum ad graviora perpetranda.

Petes 1° utrum sit etiam venialis culpa quando intenditur partim delectatio, partim prolis generatio?

R. probabilius affirmative; quia tunc intenditur revera etsi inadæquate finis ad quem actus ex natura sua non ordinatur, serviturque libidini quodam modo dominanti, cum propter eam agatur.

Petes 2° utrum eam delectationem admittere et ei consentire ut medio tantum ad actum propter generationem prolis vel redditionem debiti exercitum, sit etiam venialis culpa?

Respondet Sylvius affirmative, quod conatur probare quibusdam SS. Augustini et Fulgentii auctoritatibus, quæ tamen possunt explicari ad sensum petitionis præcedentis.

Ratio fundamentalis hujus sententiæ est; quia illa delectatio in natura corrupta est in se turpis, immoderata, inhonesta, rationi non obediens, sed eam obscurans, cui ideo nihil deest ad rationem peccati, nisi voluntarium: atqui in casu petitionis ei voluntarie consentit ratio et ei obsequitur: ergo.

Unde iste auctor vult tantum licere conjugibus eam permittere, non ipsi consentiendo, sicut princeps potest permittere usuras quibus non consentit, quando habet justam causam eas permittendi.

Neque necesse reputat voluntatem consentire libidini, eo quod consentiat actui cui ipsa adjungitur; non enim qui consentit uni, statim consentit omni conjuncto cum illo: sic claudus, licet libentissime ambulet, non tamen libenter claudicat. Et si forte sit impossibile rationem in ipso actu libidinem refrenare, quia ea quasi absorbetur, *potest tamen eam ordinare ante principium*, ait D. Th. q. 41, a. 3, ad 6, et hic a. 4, ad 3. Hæc sententia est probabilis, sed difficillimæ praxis. Unde

Respondet Dominicus Soto hic d. 31, q. 1, art. 3, cum multis aliis, nullam esse culpam etiam venialem consentire delectationi propter actum, sive accedere ad con-

jugem cum delectatione placente, in casu conclusionis.

Ratio ejus est; quia exercere actum conjugalem ea ratione et conditione qua a natura instigatur, nullum est peccatum : atqui natura sagaciter illi actui delectationem adjunxit propter conservandæ speciei necessitatem, sicut sumptioni cibi et potus propter conservationem individui : unde S. Hieron. Epist. 10, dicit quod voluptas huic actui sit a Deo insita. Et certe quis ab illo non abhorreret, si voluptas non alliceret? Ergo sicut nullum est peccatum cibum et potum cum delectatione sumere, modo non edatur propter delectationem, ita nec exercere pariter conjugalem amplexum. Et qui contrarium sentiunt, inquit præfatus auctor, contendunt homines privare naturali sensu, cum tunc vix aut ne vix possit ratio delectationi dissentire.

Huic sententiæ favere videtur S. Doctor, cum dicit hanc delectationem esse secundum se bonam sicut actus ad quem sequitur est per se bonus et honestus : et quidem voluptas sensuum non est per se mala, sed bona; unde etiam in statu innocentiæ actus conjugalis habuisset voluptatem, ut ait D. Th. 1 p. q. 98, art. 2 ad 3.

Verum utraque sententia conciliari potest, si prius advertas delectationem veneream in actu matrimoniali posse considerari dupliciter, 1° ut delectatio est præcise, prout fuisset in statu innocentiæ, absque eo quod nunc est in ea inordinatum; 2° ut est per peccatum originale, inordinata, immoderata, rationem non sequens, sed obtenebrans, adeoque turpis et pudenda, quomodo sortitur nomen libidinis. Quo notato,

R. Consentire delectationi in actu matrimonii ad sensum petitionis, præcise ut est delectatio, dissentiendo ejus excessui et inordinationi, nullum videtur esse peccatum etiam veniale; idque probant rationes secundæ sententiæ. Neque debet reputari impossibile consentire delectationi et non ejus inordinationi conjunctæ, siquidem prima sententia non reputat impossibile consentire in actum et non in delectationem annexam : potest ergo in unum consentire et aliud tantum permittere, dum subest ipsi non consentiendo.

Consentire vero delectationi immoderatæ et inordinatæ, ut nunc est in natura corrupta, videtur venialis noxa; et id probant rationes primæ sententiæ.

ARTICULUS III.

De aliis peccatis conjugum in usu matrimonii.

Præter peccata quæ conjuges committere possunt ex indebito fine in usu conjugii, ut vidimus art. præced. possunt alia committere ex parte modi, situs, temporis, loci aliarumque circumstantiarum copulæ. Pro quo, præmissa elevatione mentis ad Deum,

Nota pro fundamento resolutionum, tanquam principium generale, modum essentialem copulæ quæ est principaliter ordinata ad generationem prolis, esse ut fiat cum immissione et retentione seminis intra vas naturale; alioquin, nisi ibi recipiatur et retineatur semen, impossibilis erit generatio.

Quoad modum et situm copulæ.

Dico. Usus copulæ inter conjuges in quo non servantur tria substantialia assignata, vas debitum, immissio et retentio seminis in eo, aut periculum morale subsit ne non serventur, est peccatum mortale contra naturam, gravius inter conjuges quam inter solutos, utpote quasi adulterium contra fidem, quæ prohibet omnem usum carnis extra limites conjugii, et obligat ut uterque servet alteri corpus suum.

Si vero, his tribus substantialibus servatis et certo servandis, accidat inordinatio circa accidentalia tantum copulæ in modo et situ, non est plusquam veniale; quia substantialia copulæ servantur ad finem generationis.

Hinc colliges 1°, copulam inter conjuges in vase præpostero, vel quocumque alio non naturali, ore, aure, etc. sive eam ibi consumment, sive propter majorem delectationem ibi inchoent, cum intentione consummandi et seminandi in vase naturali esse nefandissimum flagitium contra naturam, includens insuper rationem aliquam adulterii, ut dixi, et sodomiæ imperfectæ; attamen, parce, pudice lector, simpliciter osculari, lambere obiter, solum ore excipere verenda viri, aut ea fricare in superficie vasis posterioris uxoris, excusant a mortali Fillucius, Jacobus Mar-

chantius, Sanchez, quos citat et sequitur Sporer; quia sic habentur pro tactibus impudicis.

Colliges 2°, quod omnis pollutio voluntaria inter conjuges, aut effusio seminis extra vas legitimum, abrupta, vel nondum inchoata copula, sit lethale crimen. Si tamen, ait Soto in 4, d. 31, art. ultimo, dum vir bona fide legitime congredi conatur, festinantius fortasse extra vas seminat, non est vitio dandum, etiamsi metus aliquis eum prius subierit, quia illud festinationi naturæ tribuendum est. Idem videtur dicendum si id præter intentionem accidat ob senium, vel ob indispositionem partis alterius etiam voluntariam, quandiu spes probabilis remanet copulam debite perficiendi : ita Sporer post Cajetanum, Sanchez, etc.

Colliges 3°, uxores quæ semen jam receptum ejiciunt, aut conantur ejicere, quacumque de causa faciant, sive paupertatis ne multiplicetur proles, sive infirmitatis vitandæ, sive etiam periculi mortis in partu, peccare mortaliter.

Si tamen cessante omni periculo pollutionis in utroque conjuge, mutuo consensu copulam abrumpant, antequam saltem fœmina seminaverit, ne proles generetur, ob inopiam, sive ob aliam causam, non peccare mortaliter docent satis communiter doctores, Cajetan. Palud. Armilla, Sporer, Basilius Pontius et alii; quia illa vasis fœminei penetratio, absque seminatione et pollutionis periculo, reputatur instar tactuum pudendorum qui inter conjuges excusantur saltem a mortali. Dixi, *antequam fœmina saltem seminaverit*, quia si fœmina jam seminavit, aut ad id excitata sit, lethale crimen erit abrumpere copulam ante seminationem viri.

Colliges 4° quod, quando vir uxori resupinus succumbit, aut præpostere accedit in vase tamen naturali, non videtur peccatum mortale, sed veniale, crassum quidem, obscenum et viris probis exhorrendum. Quod sit peccatum saltem veniale, *patet;* quia est inversio ordinis naturæ. Quod non sit mortale, *etiam patet;* quia nisi ob peculiarem corporis dispositionem aut morbum, non est periculum seminationis extra vas, aut conceptionis impediendæ, eo quod semen non recipiatur in matricem per infusionem seu descensum, sed per virtutem attractivam, sicut cibus in stomachum : imo multi volunt, et bene, nullum esse peccatum præpostere, in vase tamen naturali, aut viro succubo coire, si adsit justa causa, v. g. ne proles suffocetur si uxori prægnanti vir incumbat, etc. Unde in tribunali, quando conjuges confitentur se sic convenisse, non est opus communiter inquirere an semen extra effuderint, sed tantum acriter eos objurgare et a tali coïtu deterrere, ubi non est justa causa.

Utrum necesse sit ad conceptionem prolis, conjuges simul seminare? Id tanquam magis prolificum requirunt medici, non ut absolute necessarium : unde non peccat saltem mortaliter vir se tactibus ad venerem excitans, sciens se ob id citius fœmina seminare; et postquam seminavit, non tenetur fœminæ seminationem expectare : ubi autem vir semine intra vas recepto membrum virile extraxit, potest fœmina quæ nondum seminavit tactibus se excitare ad seminationem; quia ista excitatio est actus conjugalis consummatio et perfectio, et alioquin maximo periculo committendi peccata mortalia exponeretur.

Quantum ad circumstantias loci et temporis.

Dico 1°. Locum secretum esse oportere, ipsa naturalis verecundia dictat; et ne fiat in loco sacro, debita ipsi reverentia et lex Ecclesiæ prohibent sub mortali, etiam probabilius in casu necessitatis, de quo vide de Temperantia dissert. 6, art. 8.

Dico 2°. Tempus secretum et nocturnum suadet verecundia naturalis, non videtur tamen stricte obligare.

Supp. q. 64. a. 3. 6. 7.—*Dico* 3°. Convenientissimum et decentissimum est abstinere a carnali copula diebus festivis, præsertim die quo SS. eucharistia recipienda vel recepta est, ita tamen quod non sit plusquam veniale in petente, in reddente autem sæpe nullum, maxime si carnales illecebræ non diu hæreant imaginationi; de quo vide de Eucharistia dissert. 6, art. 4, § 2.

Dico 4°. Exigere copulam tempore menstrui seu puerperii, multi cum S. Bonaventura accusant peccati mortalis; reddere, venialis, propter periculum prolis vitiosæ et monstrosæ, quod est tali copula

imminet : at cum raro credatur conceptio fieri in congressu tempore menstrui, et rarissima appareant in prolibus damna, licet innumeri tunc copulentur, Sylvius cum Paludano, S. Antonino, Cajetano, Navarro et aliis quos citat, tenent esse duntaxat veniale in petente, in reddente autem nullum, si non possit commode recusare.

Affertur quidem ab adversariis in contrarium lex Levitici 15, 18, 20, et Ezechiel. 18, quam S. Augustinus lib. 3 de Peccatorum meritis, cap. 2, inter illa præcepta annumerat quæ non sunt figurate accipienda. Sed

R. præceptum vetans congressum mariti cum menstruata esse quidem naturale, quatenus ille congressus est jure naturæ malus propter materiæ indispositionem, indecentiam ac turpitudinem. Non videtur tamen hac ratione obligare sub mortali; quapropter ex ea parte qua lex pœnam mortis comminatur, est judicialis, ac proinde sub hac ratione abrogata.

Dico 5°. Actus conjugalis cum uxore gravida, ubi nulla est spes superfœtationis, est peccatum tantum veniale ex parte petentis, nullum ex parte reddentis, si commode recusare non potest, nisi immineat periculum abortus. Unde

Dico 6°. Generaliter exercere actum conjugalem cum periculo morali abortus, monstrosæ prolis, gravis detrimenti salutis corporalis in alterutro conjuge, est per se loquendo peccatum, vel mortale, vel veniale, pro gravitate vel levitate periculi et detrimenti. *Per se patet;* quia sicut non licet ista damna creare, ita nec illorum periculum subire. Id magis explicabitur art. seq.

Quantum ad accessoria copulæ, oscula, tactus, amplexus, aspectus, delectationes morosas, etc.

Dico 1°. Quæcumque oscula, tactus, amplexus, aspectus, turpiloquia libidinosa inter conjuges præsentes sine periculo pollutionis et intra terminos honestatis naturalis, sunt licita, si fiant in ordine et ex intentione copulæ; sunt autem peccata duntaxat venialia, si in eis sistatur, nec ordinentur ad copulam.

Dico 2°. Tactus et aspectus libidinosi proprii corporis in uno conjuge, saltem altera parte absente, sunt peccata mortalia.

Dico 3°. Delectatio venerea de copula in conjuge absente, probabilius est peccatum mortale, propter commotionem carnis quæ in casu non ordinatur ex se ad copulam, sed ad pollutionem.

Has tres conclusiones probatas et explicatas habes in tract. de Temperantia dissert. 6 : duas primas art. 17, tertiam art. 15, § 4; illuc te remitto, lector benevole, ne actum agam.

ARTICULUS IV.

De obligatione reddendi debitum.

§ I.— *Utrum conjux teneatur petenti reddere debitum ?*

Est inter debitum conjugale et alia debita discrimen, quod qui petit debitum conjugale petat usum rei suæ; per matrimonium enim corpus viri transiit sub dominium uxoris tanquam res sua, et corpus uxoris vicissim in dominium viri : qui autem petit alia debita sive ex contractu sive ex delicto, non semper petit usum rei suæ, sed ut res fiat sua : unde petens debitum conjugale potest comparari repetenti depositum, cum hac tamen differentia, quod repetens depositum solus eo utatur, petens autem debitum conjugale, eo non utitur, nisi simul compars utatur : ex quo jam habes quod quando iste usus est intrinsece malus, non possit magis reddi quam peti.

Suppono conjugem per se non teneri petere debitum; quia potest cedere juri suo et non uti re sua.—**Supp. q. 64. a. 2.** Dixi, *per se;* quia per accidens aliquando tenetur, si nempe judicet compartem desiderare et præ verecundia non audere petere expresse, quod frequentius est in fœminis quam in viris; idque præsertim si videant imminere periculum incontinentiæ : sed tunc est potius redditio debit quam petitio, quia alter tacite petit.

Ibid. a. 1. o. — *Dico.* Conjugi serio et rationabiliter petenti expresse vel tacite debitum conjugale, compars reddere tenetur sub mortali.

Ratio est, quia in contractu matrimoniali facta est mutua traditio et acceptatio corporum ad usum conjugalem, ex quo oritur obligatio justitiæ reddendi petenti serio et rationabiliter corpus ad hunc

usum : et cum ista obligatio sit in re gravi, est gravis : unde Apost. 1 Corinth. 7 : *Uxori*, inquit, *vir debitum reddat, similiter et uxor viro;* rationemque reddit : *Quia mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.*

Ex quo inferes, graviter peccare viros contra hanc obligationem, qui, sive pollutionibus, sive frequenti accessu ad alias, sive laboribus aut macerationibus indiscretis, se reddunt impotentes ad redditionem debiti; similiter mulieres qui indiscretis abstinentiis aut mortificationibus ita se deformes exhibent, ut reddantur exosæ maritis : secus tamen si abstinentiis et macerationibus moderatis se minus potentes aut minus gratas redderent; quia non censentur se obligasse ad omittendum moderatum exercitium virtutis cum detrimento salutis, ad satisfaciendum huic debito.

Inferes item, conjugem non posse diu abesse, conjuge invita, maxime si immineat periculum incontinentiæ; nisi forte id absolute requirant necessitates familiæ, aut nisi contrahendo matrimonium sciverit aut præmonita fuerit compars de absentiis futuris conjugis, ut si duxit negotiatorem, militem, aulicum; tunc enim censetur consensisse.

Dixi 1°, *serio petenti*, tanquam scilicet debitum justitiæ, quod colligitur si instanter petat, nec nisi ægre et cum asperitate repulsam patiatur : secus si petat amicabiliter, ut amicus ab amico petit quod aliunde est debitum, sed nolens in rigore obligare; quod colligitur in viro si facile acquiescat, non in uxore, quæ sæpe ex verecundia non audet urgere.

Dixi 2°, *petenti rationabiliter*, ita ut nulla subsit causa justa, sive ex parte petentis, sive ex parte reddentis, sive copulæ, sive prolis, denegandi vel differendi; sic enim intelligitur omnis contractus humanus, nec ullus prudenter contrahens censetur se obligare ad aliquid irrationabile.

Hinc inferes 1°, non peccare conjugem negando debitum petenti in amentia, in furore vel absoluta ebrietate; quia non petit rationabiliter et ut homo, sed ut bestia. Excipe nisi ad aliam esset accessurus aut se polluturus, tunc enim per accidens ex charitate tenetur reddere. Item non peccat denegando frequentius et importunius petenti, ut si ter quaterve in eadem nocte petat, si diu noctuque, neque etiam si rationabiliter petenti parum differat, ut in aliis debitis, nisi forte sit periculum incontientiæ in mora.

Ibid. a. 1. 0. — *Inferes* 2°, non peccare qui denegat in morali periculo mortis aut gravis morbi, ut si petens laboret lepra, morbo venereo, vel alio contagioso, aut si mulier, ex medicorum consilio, vel experientia, constituatur in periculo probabili mortis si concipiat aut pariat. « Quia, in» quit Doctor noster, matrimonium prin» cipaliter institutum est in officium natu» ræ, et ideo in actu ipsius servandus est » naturæ motus, secundum quem nutritiva » non ministrat generativæ nisi illud quod » superfluit ad conservationem individui; » quia hic est ordo naturalis, ut prius ali» quid in seipso perficiatur et postmodum » alteri de perfectione sua communicet, et » hic est etiam ordo charitatis quæ natu» ram perficit. Et ideo cum uxor in virum » potestatem non habeat nisi quantum ad » generativam virtutem, non autem quan» tum ad ea quæ sunt ad conservationem » individui ordinata, vir tenetur uxori de» bitum reddere in his quæ ad generatio» nem prolis spectant, salva tamen prius » personæ incolumitate. » Imo nec liceret in tanto periculo reddere; quia homo non habet dominium sui corporis aut vitæ, etiamsi adverteret in comparte periculum incontinentiæ; quia non est in extrema necessitate, cum possit aliis remediis suæ incontinentiæ subvenire : posset tamen sancte et laudabiliter reddere in hoc ultimo casu, profundens ex charitate vitam temporalem, ne proximus in æternum pereat.

Si huic illationi opponas Alexandrum III, cap. 2 de Conjug. lepros. sic respondisse : « Si virum vel uxorem leprosum fieri con» tigerit, et infirmus a sano debitum exi» gat, generali præcepto Apostoli, quod » exigitur est solvendum. » *Respondent communiter theologi*, pontificem locutum fuisse ex præsumptione quod non adsit periculum proximum infectionis, quippe quod caveri potest vestitu aut situs mutatione : ita etiam intelligendus est S. Th. hic ad *4*.

Similiter non eximeretur mulier a reddendo debito, propter levem febrim, dolorem dentium, aliosve dolores et infirmi-

tates prægnantibus et parturientibus communes.

Inferes 3° quod, si sit periculum morale abortus, aut prolem non esse edendam vivam, nec petere nec reddere liceat cum tanto damno tam corporali quam spirituali prolis : quod si sit tantum periculum infirmitatis in prole, licet reddere; quia, — **Ibid.** — ut ait Auctor, melius est ei sic esse quam penitus non esse.

Inferes 4° probabilius non esse per se licitum negare petenti debitum ob multiplicationem prolium; quia matrimonium est ad id institutum, et melius est proli quod vivat inops quam quod non vivat, præsertim cum inter christianos vix unquam eveniat extrema paupertas, Deo, qui volatilia pascit, providente, et piorum hominum charitate opitulante.

Dixi, *per se;* quia multi opinantur quod, si parentes nec in re nec in spe habeant unde provideant liberis decenter ad suum statum; in hoc casu licitum sit petenti denegare, secluso tamen incontinentiæ periculo, quod ego arbitror raro abesse quando perseveranter et diu denegatur. Consultum foret conjugibus in hoc casu pacisci de non petendo nec reddendo debito, quod licite possunt propter hunc finem.

§ II. — *Utrum sit reddendum debitum illicite petenti?*

Plures hic distinguunt inter petitionem injustam et illicitam. Dicunt petitionem esse injustam quando petens privatur jure petendi, ut si contraxit affinitatem per copulam incestuosam cum consanguinea uxoris in primo vel secundo gradu; petitionem esse illicitam quando petens non est privatus jure petendi, peccat tamen petendo, ut si sit astrictus voto castitatis. At, salva doctissimis theologis reverentia debita, existimo neutrum privari jure petendi debitum, sed in utroque ligari : in uno per legem ecclesiasticam; in altero per votum seu promissionem de non concedendo usu sui corporis alteri; primus enim non minus quam secundus retinet dominium in corpus suæ compartis, et ideo si copulentur non sunt adulteri : ergo retinet jus quod est ipsum dominium aut in quo fundatur; nisi dicas utrumque privari jure proximo et expedito, quod non negamus.

Potest autem copula esse illicita, vel ex parte petentis, ut si prohibeatur petere propter votum, aut affinitatem dictam, aut cognationem spiritualem, contractam ex baptismo seu susceptione prolis matris seu communis. Vel est illicita ex parte actus, ut si petatur indebito modo, loco, tempore, aut cum periculo suffocationis prolis, etc.

Dico 1°. Quando copula est mortaliter illicita ex parte actus, ut si petatur in loco sacro vel publico, in vase præpostero, cum periculo suffocationis prolis, etc. non licet reddere petenti debitum. Est communis et certa; quia cum reddens ponat copulam sicut ipse petens, concurrit cum ipso ad eumdem actum malum.

Dico 2°. Quando copulam est mortaliter illicita ex parte solius petentis, sive ob affinitatem aut cognationem spiritualem, sive ob votum, si debitum possit commode negari, non licet reddere; si vero ex denegatione prævideantur gravia incommoda, iræ, dissensiones, odia, accessus ad aliam, etc. potest et debet reddi.

Ratio primæ partis est; quia alioquin reddens concurreret indirecte ad peccatum petentis, quod tenetur impedire dum commode potest. *Neque dicas* licitum esse dare bursam latroni, usuras usurario, depositum furenti; nec enim id tibi licitum est si commode possis impedire, nec in eo excusaris, nisi propter necessitatem et periculum graviorum incommodorum.

Ratio secundæ partis est; quia tunc reddens se habet permissive ad peccatum alterius, cum habeat justam causam illud non impediendi. Pro utraque conclusione confer quæ dixi dissert. 8 de Jure et justitia a. 13, § 6.

Quidam consulunt pro praxi, ut pars libera, suspicans partem impeditam petituram debitum, ipsa prius petat; quod si præveniatur a comparte, nihilominus convertat redditionem in petitionem.

Dixi in conclusione utraque, *quando copula est mortaliter illicita;* quia plures existimant quod, si sit tantum venialiter mala, possit et debeat reddi. Et quidem id videtur certum si sit tantum venialiter mala ex parte petentis, quia non tenemur semper corripere fratrem venialiter delinquentem, nec abstinere ab actu alias licito propter peccatum veniale alterius; alias vix subsisteret societas humana. Non autem est ita certum si copula sit venialiter illicita ex

parte actus, quia esset positive concurrere ad actum secundum se malum. At dicunt quod non sit venialiter malus nisi propter aliquam indecentiam, quam abstergit necessitas. Cæterum nollem ingerere scrupulum ingenuæ mulieri quæ, pro bono pacis et ne quid pejus contingat, in his morem gereret marito, dum impedire commode non potest.

Petes 1° quid sit censendum si uterque conjux habeat impedimentum affinitatis aut voti?

R. neutrum posse per se petere nec reddere; quia, sive petendo, sive reddendo, peccat contra legem aut votum. Si tamen ex negatione redditionis sequerentur gravissima mala, multi volunt quod tunc possit reddi, etiamsi votum mutuo consensu esset emissum; quia, inquiunt, nec Ecclesia obligat, nec Deus votum acceptat cum tanto damno.

Non potest autem conjux sine consensu compartis votum castitatis emittere, quia invalidum est votum de re quæ est alterius aut alteri obligata : an saltem possit vovere non petere debitum? Require dissert. 4 de Religione artic. 8, conclus. 7.

Petes 2° utrum si mulier violenter opprimatur a consanguineo viri sui, impediatur petere debitum?

R. quod, quamvis affinitatem contrahat, non prohibeatur tamen petere debitum; quia pœna non imponitur nisi propter culpam; hic autem non est culpa. Aliud esset si ex gravi metu consentiret, quia esset ibi culpa, quamvis aliis contrarium non improbabiliter videatur; quia Ecclesia, benigna mater, non censetur velle tam gravi pœna mulctare eos qui in tali angustia non servant ejus leges.

Petes 3° utrum conjux consentiens concubitui incestuoso suæ compartis, contrahat inde impedimentum petendi debitum?

Respondent multi affirmative. Quia cap. *Discretionem*, et cap. *Tuæ fraternitatis* De eo qui cognovit l. 4, tit. 15, dicitur quod affinitas ista *non debet officere ei qui hujusmodi iniquitatis particeps non existit.* Ex quo inferunt a contrario sensu quod si particeps fuerit, ei noceat. Verum respondent alii, nec minus probabiliter, in odiosis et pœnis non recte argui a contrario sensu; neque pœnam tam gravem esse asserendam, nisi exprimatur formaliter in jure, quod non fit in præsenti casu.

Petes 4° utrum contrahant hoc impedimentum qui ignorant legem?

R. impedimentum ortum ex copula incestuosa contrahi ab ignorante legem ecclesiasticam, quia non ignorat legem naturalem quam transgreditur : pœna autem imponitur ab Ecclesia, non solum propter transgressionem suæ legis, sed etiam propter transgressionem legis naturalis quam vult observari. Non incurreret tamen si ignoraret mulierem ad quam accedit esse consanguineam suæ uxoris in primo vel secundo gradu, quia tunc non foret incestus formaliter. Impedimentum autem ortum ex baptismo vel susceptione prolis matris seu communis, non incurritur ab ignorante hanc legem, quia ipse non peccat; ubi autem non est peccatum, non est pœna. Confer quæ dixi dissert. 5 de Peccatis art. 7.

Petes 5° quid in dubio de valore matrimonii, quantum ad petitionem vel redditionem debiti?

R. 1°. Conjux dubitans de valore matrimonii, dubio non levi aut scrupuloso (illud enim debet contemni), sed fundato et discreto, non potest petere debitum, sed petenti debet reddere. Ita expresse quoad omnes responsionis partes Innocent. III, cap. *Inquisitioni* de Sentent. Excommunicat. *Et ratio est*, quia in dubio tutius est eligendum : tutius autem est non petere; quia petendo se exponit periculo fornicationis sine necessitate, cum sit ipsi liberum non petere : et tutius est reddere; quia licet reddendo exponatur etiam periculo fornicationis, non reddendo exponitur periculo injustitiæ contra compartem, quæ non dubitat, et ideo habet jus petendi; gravius autem est peccatum injustitiæ quam fornicationis, ideoque tutius est se exponere periculo fornicationis quam injustitiæ.

At forte ideo dubitat de valore matrimonii, quia dubitat de morte prioris conjugis? In quo casu erit etiam periculum injustitiæ si reddat : ergo non poterit reddere. *R. N. conseq.* Quia si non reddat ultra periculum injustitiæ, erit simul ex parte petentis periculum iræ, blasphemiæ, pollutionis, commixtionis cum alia forte uxorata, aut consanguinea, aut moniali : quæ omnia cum periculo injustitiæ, sunt

quid gravius quam periculum simplicis injustitiæ quod incurrit reddendo.

R. 2°. Si uterque conjux dubitet de valore matrimonii, neuter potest petere debitum aut reddere per se loquendo. Non petere ; quia sine necessitate exponitur periculo fornicationis, ut modo dicebam. Non reddere ; quia petens in dubio peccat petendo. Si tamen ex denegatione redditionis prævideantur secutura gravia mala, pejora quam periculum fornicationis, potest reddere et se habere permissive ad peccatum petentis ; cum sint justæ causæ illud non impediendi, sicque semper eligit tutius. Harum responsionum fundamenta habentur in tract. de Actibus humanis dissert. 6 de opinionum probabilitate, art. 2.

Petes 6° utrum adulter privetur jure petendi debitum ?

R. non sic privari quod peccet petendo, sed sic quod compars posset illi denegare ; quia frangenti fidem fides merito non servatur. Et aperte colligitur ex cap. 5 et 9 Matth. Si autem compars sit etiam adultera, negare non potest ; quia jam est compensatio injuriæ : similiter si pars innocens semel remisit injuriam, sive expresse verbis, sive tacite signis, ut sponte reddendo debitum, aut exhibendo signa amoris conjugalis, modo tamen his non obstantibus animo non gerat servare suum jus.

DISSERTATIO V.

DE UNITATE ET INDISSOLUBILITATE MATRIMONII.

A Q. 59 ad 67.

Postquam egimus de essentia, dispositionibus, causa efficiente et bonis matrimonii, nunc de ejus proprietatibus, quæ sunt unitas et indissolubilitas, quas bona matrimonii important.

ARTICULUS I.

De unitate matrimonii.

Unitatem matrimonii voco, quando est unius cum una, et dicitur *monogamia.* Illi opponitur multiplicitas virorum cum una, et dicitur *biviratus ;* et multiplicitas uxorum cum uno viro, quæ si sit simultanea, dicitur *polygamia ;* si sit successiva post mortem prioris uxoris, dicitur *bigamia.*

Supp. q. 65. a. 1. ad 7. — Suppono ut certum, biviratum. seu multiplicitatem virorum simul cum una muliere esse jure naturæ illicitum, quia est contra primarium finem matrimonii, consequenter contra prima præcepta legis naturæ ; finis enim primarius matrimonii est prolium generatio et educatio ; per commixtionem autem plurium seminum impeditur generatio, ut patet in meretricibus, et ex plurium congressu cum una incertum est cujus viri sit proles, sicque nullus illius educationis curam suscipit : et ideo nunquam lege vel consuetudine permissum est unam mulierem habere simul plures viros. Est ergo quæstio de polygamia et bigamia : unde

§ I. — *Utrum polygamia sit jure naturæ prohibita?*

Ibid. 0. — *Dico.* Polygamia non repugnat finibus primariis matrimonii, sed secundariis ; consequenter non est contra jus primarium naturæ, sed contra secundarium : quia id quod est contra finem primarium a natura intentum in certa materia, est contra primarium naturæ præceptum non universalissimum, sed in ista materia ; quod autem reddit istum finem difficilem, seu est contra finem secundarium a natura intentum, est contra secundarium naturæ præceptum.

Ibid. — *Prob. prima pars.* Finis primarius matrimonii est procreatio et educatio prolis : atqui unus homo sufficit pluribus fœminis fœcundandis et pluribus prolibus ex eis educandis : ergo.

Prob. secunda pars. Finis secundarius matrimonii est socialis et pacifica vita atque mutua obsequia : atqui his finibus repugnat pluralitas uxorum ; inde enim natæ sunt sequi dissensiones propter zelotypiam naturalem in sexu fragili, causatam sive ex inæqualitate affectus unius viri, sive quia unus vir non potest satisfacere pluribus simul petentibus debitum, sive quia communicatio plurium in eodem officio causat lites, sicut figuli corrixantur ad invicem.

Alter finis secundarius matrimonii est significatio conjunctionis Christi cum Ecclesia, quem etiam tollit polygamia ; Christus enim est unus et Ecclesia una.

Denique cum uxor totaliter tradat corpus suum, æquitas naturalis exigit ut vir totaliter etiam suum tradat.

Obj. contra primam partem. Matrimonium essentialiter consistit in mutua traditione corporum : atqui quod est semel traditum uni, non potest alteri tradi : ergo. *Confirmatur.* Apostolus 1 Cor. 7, dicit : *Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir ; similiter nec vir potestatem habet sui corporis, sed mulier.* 2° Id quod habuit matrimonium in prima sua institutione, videtur de ejus essentia : atqui ex dictis matrimonium habuit ex sua prima institutione esse unius cum una : ergo. 3° Unum ex primariis et universalibus naturæ principiis est : *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris :* atqui vir non vellet uxorem habere alios viros : ergo. 4° Obligatio reddendi debitum petenti est essentialis matrimonio : atqui vir non potest reddere debitum pluribus uxoribus simul petentibus : ergo. 5° Polygamia est contraria educationi prolis, quam diximus esse de primario fine matrimonii. Ergo. *Prob. ant.* ex D. Th. hic art. 1, ad 4, ubi dicit, animalia in quibus ad educationem prolis requiritur sollicitudo maris et fœminæ, naturali instinctu servare conjunctionem unius ad unam, sicut patet in turture et columba et hujusmodi ; et inde probat polygamiam esse contra jus naturæ, ergo quia est contra educationem prolis ; alioquin ejus probatio esset inefficax.

Ib. ad 6. — *R. ad primum, D. maj.* Essentia matrimonii consistit in mutua traditione corporum, quantum ad usum conjugalem necessarium fœcundationi uxoris, *C.* quantum ad omnia, *N.* Unde attenta præcise essentia matrimonii, non repugnat quod vir etiam alteri tradat, cum possit plures fœcundare.

Inferes. Ergo hæc conditio, quod poterit corpus alteri tradere, potest apponi in contractu matrimoniali. *R. D. illatum.* Hæc conditio potest apponi, attenta præcise essentia matrimonii, *C.* intelligendo scilicet de aliis uxoribus : attento statu legis Evangelicæ in quo polygamia est abrogata, et matrimonium revocatum ad suam primam institutionem, ut dicemus, *N.*

Et hinc patet responsio ad confirmationem. Quia loquitur Apostolus de matrimonio attento statu legis Evangelicæ, non attenta præcise ejus essentia.

Ibid. ad 5. — *Ad secundum, N. ant.* Quia natura humana absque omni defectu instituta est, et ideo non solum fuerunt ei indita illa sine quibus matrimonii finis principalis esse non potest, sed etiam illa sine quibus secundarius finis matrimonii habere non posset, et hoc modo homini in ipsa sui institutione habere unam uxorem sufficit.

Ibid. ad 7. — *Ad tertium.* Illud præceptum legis naturæ, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris,* debet intelligi eadem proportione servata ; non enim si prælatus non vult sibi resisti a subdito, ipse subdito resistere non debet. Et ideo non oportet ex vi illius præcepti, quod, sicut vir non vult quod uxor sua habeat plures viros vel alium virum, ipse non habeat aliam uxorem ; quia unum virum habere plures uxores, non est contra prima præcepta legis naturæ, ut dictum est ; sed unam uxorem habere plures viros, est contra prima præcepta legis naturæ.

Ibid. ad 6. — *Ad quartum,* jam responsum est quod, attenta præcise essentia matrimonii, vir non dat per matrimonium sui corporis potestatem uxori quantum ad omnia, sed solum quantum ad illa quæ matrimonium requirit. Non autem requirit matrimonium ut quolibet tempore uxori petenti vir debitum reddat, nisi quantum ad id ad quod matrimonium est principaliter institutum, scilicet ad bonum prolis ; et hoc est quantum sufficit ad imprægnationem.

Ad quintum, N. ant. Ad probat. ex D. Th. *N. conseq.* Nam S. Th. in corpore articuli expressis verbis asserit quod polygamia « neque aliqualiter impedit matri- » monii primum finem, cum unus vir suf- » ficiat pluribus uxoribus fœcundandis et » educandis filiis ex eis natis. » Ergo juxta ipsum, polygamia non est contra educationem prolis. Nec tamen sequitur quod ejus probatio sit efficax ; in hoc enim sita est, quod, sicut in animalibus sollicitudo de prole causa est cur retineant conjunctionem unius ad unum, ita in hominibus, cum hoc tamen discrimine, quod in animalibus pluralitas fœminarum immediate hanc sollicitudinem impediret, in hominibus impediat tantum aliquid secundarium, sequens ad hanc curam, scilicet socialem vitam et communicationem in mutuis obsequiis, quod est finis secundarius matrimonii.

Obj. contra secundam partem. 1° S. Ambrosius citatus c. *Dixit* causa 33, q. 4,

excusans Abraham quod præter Saram duxerit Agar, dicit : *Non commisit in legem, sed legem prævenit :* ergo censebat polygamiam non esse contra legem naturæ. 2° S. Aug. lib. 22 contra Faust. c. 47, dicit pluralitatem uxorum factam fuisse licitam in antiqua lege ex consuetudine: *Quando*, inquit, *mos erat, crimen non erat, et nunc propterea crimen est, quia mos non est :* atqui consuetudo non potest contra jus naturæ prævalere : ergo. 3° Aliquando pluralitas uxorum est necessaria fini primario matrimonii, ut si uxor sit sterilis : fines autem secundarii debent cedere primario : ergo. 4° Uxor potest in toto cedere juri suo, v. g. consentiendo ut vir fiat religiosus : ergo potest cedere in parte, consentiendo ut vir alteri nubat.

R. ad primum, S. Ambrosium loqui de lege positiva quæ tunc nondum erat prohibens sub pœna adulterium et polygamiam. Vide § seq.

Ad secundum. S. Augustinus intelligit de consuetudine fundata in legitima dispensatione, quæ hanc consuetudinem induxit : nunc autem quia cessavit dispensatio, cessavit et consuetudo.

Ibid. a. 2. 0. — *Ad tertium*, *D. min.* Fines secundarii debent cedere primario ex dispensatione legislatoris, *C.* secus, *N.* Itaque ea quæ sunt contra legem naturæ quoad secundaria præcepta tantum et conclusiones deductas ex primis, qualis est pluralitas uxorum, ut dictum est, variari possunt secundum diversas conditiones personarum, temporum et aliarum circumstantiarum ; sed quia non facile determinare hujusmodi varietates, ideo illi ex cujus auctoritate lex efficaciam habet, reservatur ut licentiam præbeat legem prætermittendi in illis casibus ad quos legis efficacia se extendere non debet; et talis licentia dispensatio dicitur. Quamvis ergo in aliquibus casibus fines secundarii debeant cedere primario, hoc determinare non pertinet ad quemlibet, sed ad eum qui legem statuit, ut ex ejus dispensatione licite fiat : seu brevius, ut alibi dicit S. Doctor, hoc est per accidens; quod autem est per accidens non cadit sub determinatione legis, sed quod est per se.

Ad quartum, *D.* Uxor potest cedere juri suo in quantum est in ejus favorem, *C.* et sic potest consentire ut vir fiat religiosus ; in quantum est in favorem matrimonii, *N.* Unde non potest consentire seu præbere facultatem viro ut aliam ducat; quia hoc est contra naturam matrimonii.

§ II. — *Utrum polygamia fuerit aliquando licita.*

Ibid. a. 2. 0. — *Dico.* 1°. Post diluvium polygamia fuit licita ex dispensatione divina

Prob. 1° *ex S. Scriptura.* Deuteron. 21, Deus per Moysen dicit : *Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam et alteram odiosam, genuerintque ex eo liberos, et fuerit filius odiosæ primogenitus, voluerit que substantiam inter filios suos dividere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum et præferre filio odiosæ.* Ibi aperte supponitur fuisse apud Judæos consuetudinem habendi plures uxores, nec reprobatur.

2° *Ab exemplis* sanctissimorum patriarcharum Abrahæ, Jacob et Davidis, qui plures habuerunt uxores, nec in hoc reprehenduntur.

3° *Ex SS. Patribus.* Ambrosius l. 1 de Abraham c. 4, dicit conjugium Abrahæ cum Agar non fuisse peccatum ; quia Deus id voluit ad significandum mysterium. S. August. in pluribus locis lib. 16 de Civit. cap. 30, lib. 22 contra Faust. cap. 47, lib. de Bono conjugali c. 17, lib. 3 de Doctr. Christ. c. 12, asserit veteres non peccasse sibi copulando plures uxores. Pariter S. Chrysost. Hom. 56 in Genes. et Innocent. III, cap. *Gaudemus* De Divort. « Nulli, » inquit, unquam licuit simul plures uxo» res habere, nisi cui fuit divina revelatio» ne concessum; sicut Jacob a mendacio, » Israëlitæ a furto, Samson ab homicidio, » sic et Patriarchæ et alii viri justi, qui » plures leguntur simul habuisse uxores, » ab adulterio excusantur. »

Obj. 1°. Joan. 8, Judæi dicebant : *Nos ex fornicatione non sumus nati;* id est, non descendimus ex Agar, sicut Ismaëlitæ, sed ex Sara legitima uxore. Et S. Ambros. lib. 4 citato de Abraham cap. 4, volens excusare accessum Abrahæ ad Agar, dicit 1° adulterium tunc temporis nondum fuisse prohibitum ; 2° quod non amore libidinis, sed posteritatis hoc fecerit ; et quod *pro hujus facti pœnitentia Deus dixit illi : Ego sum Deus tuus, emerere in conspectu meo, et esto sine querela*, Genes. 17,

v. 1. Ergo juxta S. Ambrosium Deus non dispensaverat in polygamia. Item S. Aug. lib. 22 contra Faust. cap. 30 et lib. 16 de Civit. cap. 25, hac etiam sola ratione excusat Abraham, quod *non libidine, sed prolis gratia, idque uxore cogente fecerit* : efficacius autem excusasset, si Agar fuisset vera uxor Abrahæ.

R. dictum Judæorum intelligendum esse de fornicatione spirituali, id est, idololatria, quippe quæ in S. Scripturis sæpe appellatur fornicatio. *Patet* ex præcedentibus et subsequentibus, prius enim dixerant : *Pater noster Abraham est;* et post verba instantiæ, *unum patrem habemus Deum.* Quasi dixissent : Nos non descendimus ex idololatris, sed ex Patriarchis qui unum Deum colebant. *Sed esto* quod de fornicatione carnali loquerentur, non sequitur quod de fornicatione Abrahæ cum Agar intelligerent : *et hoc iterum dato*, nihil nos cogit falsæ eorum opinioni subscribere.

Ad S. Ambrosium. Equidem laboravit in excusando Abraham, et videtur in hoc aliquando fluctuasse. Quantum ad primam ejus rationem, jam diximus intelligendum esse de lege positiva : quod si de lege naturali intellexerit, admitti in hoc non potest, cum certum sit adulterium omni tempore fuisse lege naturæ prohibitum. Quantum ad secundam rationem, revera per eam excusandus venit Abraham secundum quid et magis quam si ex libidine id fecisset, licet, ut omnino excusaretur, non sufficeret sine dispensatione in lege. Quod autem addit, quod *Deus pro hujus facti pœnitentia dixit illi, Emerere coram me*, sumit pœnitentiam improprie, pro majori conatu quam antea ad perfectionem et fiduciam; subdubitabat enim Abraham an Sara sterilis et nonagenaria posset parere. Habet Vulgata nostra : *Ambula coram me et esto perfectus.* Attertiam rationem et hanc veram addit S. Ambrosius cur non peccaverit in hoc Abraham, scilicet, quia Deus voluit id eum facere propter mysterium.

Ad S. Augustinum. Hanc solam rationem ibi adduxit S. Doctor, quia ejus scopo sufficiebat; agebat enim contra Manichæos, qui objiciebant libidinem Abrahæ, quibus respondet *non lubrico carnis, sed posteritatis amore ad multas accessisse uxores.* Alibi autem agnoscit veteres non peccasse in polygamia, *ut patet ex probationibus.*

Obj. 2°. Mulieres quibus antiqui Patriarchæ copulabantur, erant concubinæ; sic enim passim vocantur in S. Scripturis : ergo non vere uxores.

R. N. conseq. Quia sæpe in S. Scripturis nomine concubinæ significatur vera uxor, sed quæ non cum tanta solemnitate fuerat ducta, neque in omnibus bonis et honoribus communicabat, neque admittebatur ad gubernationem familiæ sicut præcipua uxor, habebat tamen jus ad thorum conjugalem : sic Agar, Cethura, Bala et Zelpha modo uxores, modo concubinæ vocantur, Genes. 16, 25, 30, 35.

Inst. 1°. S. Leo Epist. 2, alias 92 ad Rusticum, distinguit uxorem a concubina et liberam ab ancilla, dicitque concubinam non esse vere uxorem, in cujus probationem affert exemplum Saræ et Agar. Ergo.

R. S. Leonem, dum affert exemplum Saræ et Agar, loqui tantum de libera et ancilla; neque inde prætendit eamdem semper esse ancillam et concubinam, cum sint plures concubinæ liberæ. Si quid aliud intendat S. Leo, velitque Agar non fuisse veram uxorem Abrahæ, in hoc est deserendus.

Inst. 2°. Salomon reprehenditur quod plures habuerit uxores, 3 Reg. 11. Ergo.

R. Salomonem non fuisse reprehensum præcise quia accepit plures uxores, sed quia accepit alienigenas et idololatras, *per quas cor ejus depravatum est, ut sequeretur deos alienos.*

Obj. 3°. Deus non dispensat in lege naturæ : atqui, secundum nos, polygamia est contra jus naturæ. Ergo.

R. D. maj. Deus non dispensat in jure naturæ quoad primaria et universalissima ejus præcepta, *C.* quoad secundaria, *subdistinguo.* Non dispensat proprie, *C.* improprie mutata materia, vel mutatis circumstantiis, *N.* Deus autem in præsenti casu mutavit materiam legis, quatenus ut supremus corporum Dominus, integram potestatem super corpus viri, quæ uni tantum competere poterat, divisit in plures; et decernendo cultum divinum esse propagandum per prolium multiplicationem, necesse erat uni viro plures jungi mulie-

res; — **Ibid. a. 2. o.** — quia principalior finis magis est observandus quam secundarius. Unde cum bonum prolis sit principalis matrimonii finis, ubi prolis multiplicatio necessaria erat, debuit negligi ad tempus impedimentum quod posset in secundariis finibus evenire. Confer pro hac solutione dissert. 2 de Legibus art. 4.

Dixi in conclusione, *post diluvium;* quia Lamech ex nepotibus Caïn qui ante diluvium primus accepit duas uxores, Genes. 4, ab omnibus reprehenditur tanquam transgressor legis matrimonii. Vide in jure cap. *An non* 24, q. 3, et cap. *Quomodo* 31, q. 1. Nulla enim tunc necessitas urgebat, cum longæva ætas hominum sufficeret ad multiplicationem generis humani.

Petes 1° quandonam facta sit hæc dispensatio?

R. probabilius statim post diluvium factam fuisse Noë, et per ipsum posteris communicatam; quia tunc urgebat necessitas multiplicandi genus humanum, cujus supererant tantum octo animæ, nec ætas hominum esset longæva sicut ante diluvium.

Ibid. ad 3. — *Petes* 2° quomodo facta sit hæc dispensatio?

R. factum fuisse per internam inspirationem; quia cum lex de monogamia non fuerit scripta, sed cordibus impressa, utpote lex naturæ, sic dispensatio non fuit scripto tradita, sed per internam inspirationem factam, ut dixi, Noë et forte aliis Patriarchis, et per eos aliis communicatam: qualis enim est lex, talis debet esse dispensatio legis.

Petes 3° quibus de causis fuerit dispensatum in lege monogamiæ?

R. primam fuisse multiplicationem generis humani ad Dei cultum propagandum; secundam, ad significationem mysteriorum, nempe distinctionis graduum in Ecclesia tam militante quam triumphante, reductionis populi gentilis et Judaïci in unum corpus, duorum testamentorum, Galat. 3, et aliorum de quibus agit S. Aug. lib. 22 contra Faustum cap. 54, 55 et 56, et tract. 11 in Joan.

Petes 4° utrum hæc dispensatio etiam pertineret ad gentiles?

R. probabilius affirmative. 1° Quia S. Scriptura refert Esaü, qui non erat de populo Dei, plures accepisse uxores, nec in hoc ipsum reprehendit. 2° Quia piissima Esther non fuisset passa se jungi in matrimonium regi Assuero jam habenti uxorem; licet enim Vasthi esset repudiata, erat tamen adhuc vera uxor; neque Mardocheus vir timens Deum hoc conjugium consuluisset et approbasset, si illicitum et invalidum fuisset: unde S. Aug. lib. 22 contra Faust. cap. 47, docet Jacob licite accepisse plures uxores a Laban idololatra, in terra gentilium, scilicet Mesopotamia, ob inculpabilem quæ tunc ibi vigebat consuetudinem. *Quando mos erat*, inquit, *peccatum non erat; nunc propterea crimen est, quia mos non est.*

Neque tamen inde sequitur nunc adhuc esse licitam inter infideles polygamiam, quia Christus omnia matrimonia tam fidelium quam infidelium ad primævam institutionem revocavit, ut jam sum dicturus. Unde

Dico 2°. A tempore legis Evangelicæ, polygamia est illicita et irrita.

Prob. Christus, Matth. 19, revocans matrimonium ad primævam suam institutionem, dicit Pharisæis ipsum interrogantibus an liceret dimittere uxorem quacumque ex causa: *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum et fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una; itaque jam non sunt duo, sed una caro... Dico autem vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur.* Et Marc. 10: *Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committit super eam.* Porro si adulter est qui dimissa uxore alteri conjungitur: ergo *a fortiori* ea retenta.

In eamdem veritatem asserendam concurrunt Patres et jura. Concil. Milevitanum secundum, can. 17; S. Ambrosius lib. 1 de Abraham c. 7; S. Aug. lib. 2 de Adult. conjug. cap. 4; Innocentius lib. Epist. 3 ad Exuperium cap. 6; Nicolaüs lib. in respons. ad Consulta Bulgarorum cap. 51, cap. *Gaudemus* de Divort. c. *Licet* de Sponsal. duorum, etc.

Unde Trid. sess. 24, can. 2, sic definit: « Si quis dixerit licere christianis plures » simul habere uxores, et hoc nulla lege » divina esse prohibitum: anathema sit. »

Hinc inferes, polygamiam, ut jam dixi, etiam in infidelibus esse nunc prohibitam, quia lex Christi est universalis : *Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, mœchatur.* Idque docet Innocent. III, cap. citato *Gaudemus.*

Dices. Gregorius III apud Gratianum causa 32, q. 7, cap. *Quod proposuisti*, concessit cuidam facultatem ducendi secundam uxorem propter infirmitatem prioris.

R. 1° hoc S. Gregorii rescriptum pluribus videri supposititicum. 2° Supposita ejus veritate, in eo agitur de muliere quæ impotentia antecedente perpetua laborabat, seu, ut fert rescriptum, quæ *non valuerit debitum viro reddere*, consequenter invalide contraxerat.

Oppones insuper quædam exempla imperatorum christianorum, Constantii, Lothari et Valentiniani, qui plures habuerunt uxores, idque aliis, legibus latis, permiserunt. Ergo.

R. ex inique factis nullum jus statui. Constantius erat Arianus ; Lotharium cum sua pellice excommunicavit Nicolaüs papa cap. *An non,* causa 24, q. 3. Valentinianus, ut averteret a se duplicis conjugii dedecus, hanc legem inique tulit, si tamen tulit, nullibi enim præterquam in Socrate lib. 4, cap. 2, ejus mentio reperitur : et Baronius ad annum 370, ostendit hanc Socratis narrationem fabulosam esse, Valentinianumque, Severa priore conjuge mortua, Justinam duxisse, ex qua inter cæteros habuit Valentinianum juniorem.

Ex his inferes, vinculum prioris matrimonii, etiamsi non consummati, quod dicitur *ligamen,* esse impedimentum dirimens subsequens matrimonium : et ita definitur in jure cap. penult. de Sponsal. cap. *Licet* et cap. finali de Sponsal. duorum.

§ III. — *Utrum bigamia sit licita?*

Supp. q. 63. a. 1. et 2. — *Dico.* Bigamia est licita et verum sacramentum.

Prob. prima pars. 1° Ex Apost. 1 Cor. 7, ubi dicit : *Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit : quod si dormierit vir ejus, liberata est ; cui vult nubat, tantum in Domino.* Et ibid. *Dico autem non nuptis et viduis, bonum est illis si sic permaneant sicut et ego : quod si non se contineant, nubant ; melius est enim nubere quam uri.* Similiter Rom. 7. In his, *ut patet*, Apostolus non restringit jus bigamiæ ad secundas, tertias aut quartas nuptias, sed indefinite loquitur.

2° Ex concilio Nicæno I generali, can. 8, ubi jubet ut Novatiani qui secundas nuptias damnabant, redeuntes ad Ecclesiam, profiteantur inter cætera, *bigamis se communicare.*

3° Ex SS. Patribus qui videntur hac in re unanimes, SS. Clemens Alexandrinus, Greg. Nazian., Chrysost. Epiphan. Ambros. August. Hieron. Inter cæteros S. Basilius qui specialiter opponitur, can. 4 Epist. ad Amphiloch. sic habet : « Quæ in » viduitate potestatem sui habet, et viro » cohabitat, ab omni accusatione libera est, » si nemo est qui conjugium divellat ; cum » Apostolus dicat, si mortuus sit maritus, » libera est ut nubat cui velit, tantum in » Domino. »

4° Ex praxi universalis Ecclesiæ, et ratione. Nam per mortem prioris conjugis vinculum matrimonii est solutum : ergo nihil impedit quominus licitum sit et validum secundum et ulterius matrimonium, sicut primum fuit licitum et validum.

Hinc concilium Florentinum in speciali decreto pro Armenis, dato pridie Nonas Februarii 1441, quod legitur tom. 13 Conciliorum Labb. pag. 1211, declarat ex Apostolo, « non solum secundas nuptias, » sed tertias et quartas et ulteriores, si ali- » quod canonicum impedimentum non » obstat, licite contrahi posse. »

Prob. secunda pars. In secundis et ulterioribus nuptiis inveniuntur omnia quæ sunt de essentia sacramenti, scilicet debita materia, quam facit personarum legitimitas ; debita forma, nempe expressio consensus interioris per verba de præsenti; ac tandem intentio ministri, qui sunt ipsi contrahentes. Ergo

Confirmatur. Juxta Trid. sess. 24, can. 1, verum matrimonium est sacramentum : atqui secundum et ulterius matrimonium est verum matrimonium, ut probavimus : ergo. Item omne sacramentum quod non imprimit characterem potest iterari : atqui matrimonium non imprimit characterem : ergo.

Obj. 1° *contra primam partem.* Multi SS. Patres damnant secundas et maxime

tertias et quartas nuptias, præcipue S. Basil. Epist. ad Amphiloch. can. 4, ubi vocat bigamiam, *castigatam fornicationem;* et can. 50, tertium matrimonium, *Ecclesiæ inquinamentum :* et quod plus est, eodem can. 4 citato, dicit tertium virum non esse verum maritum, sicut de quinto quem habebat mulier Samaritana dixit Christus : *Quem nunc habes, non est maritus.* Idem dicit de secundo viro. S. Hieron. lib. 1 cont. Jovin. et S. Chrysost. Hom. 32 Operis imperf. in Matth. dicit secundas nuptias esse veram fornicationem. Ergo.

Ibid. a. 1. ad 1. — *R.* SS. Patres damnasse secundas nuptias non in se, nec ratione sui, sed ratione principii, scilicet incontinentiæ et libidinis, a quo ut plurimum procedunt; et quia in ipsam incontinentiam vehementi impetu invehebantur, visi sunt ipsas secundas nuptias damnasse. Sic sæpe contingit in disputationibus, ut dum quis aliquem errorem vehementius impugnat, videtur in errorem oppositum impingere, ut de seipso fatetur S. Augustinus, disputans pro libero arbitrio et pro gratia. Hanc interpretationem si non admittas, cogeris admittere 1° quod isti Patres damnaverint praxim et fidem universalis Ecclesiæ, quæ semper secundas et ulteriores nuptias ut legitimas agnovit et admisit, quod non est credibile de tantis Patribus. 2° Quod sibi aperte contradicant, cum alibi secundas et ulteriores nuptias ut licitas agnoscant, *patet* de S. Basilio *in probationibus;* item de S. Hieronymo Epist. 30, olim 50 ad Pammachium, quæ est apologia pro suis adversus Jovinianum scriptis, ubi sic ait : « Aperiant, quæso, aures obtrectatores » mei, et videant me secundas et tertias » nuptias concessisse in Domino. » Ibid. « Omnia licent, sed non omnia expediunt : » non damno bigamos, imo nec trigamos, » si dici potest, octogamos, etc. » Et de S. Chrysost. Hom. 19 in Epist. ad Cor. et Hom. 20 ad Ephes. Insuper opus citatum in objectione non est S. Chrysost. quippe in quo plures reperiuntur errores.

Obj. 2° Convolantes ad secundas nuptias fiunt irregulares; imo in pluribus conciliis, Næocæsariensi, Ancyrano et Laodiceno, qui illas ineunt pœnitentia plectuntur : ubi autem non est culpa, non imponitur pœna.

Ibid. ad 4. — *R.* quantum ad irregularitatem, eam non semper incurri propter culpam, sed propter defectum significationis, ut patet in judice, et sic in præsenti casu; quia secundum matrimonium, si consideretur respective ad primum, non satis significat matrimonium Christi et Ecclesiæ, quod est unius cum una.

Quantum ad pœnitentiam bigamis impositam, ea fuit severior quarumdam ecclesiarum particularium disciplina in hac re, sicut in pluribus aliis, quam universalis Ecclesia nunquam probavit et quæ jam diu inolevit. Cæterum pœnitentiam injungebant, non præcise propter ipsas nuptias in se, sed propter ipsam incontinentiam a qua, ut jam dixi, plerumque procedebant; *patet*, ex ipso concilio Laodiceno, quod can. 1, agnoscit secundas nuptias ut legitimas, et tamen imponit pœnitentiam illis qui eas contrahunt, *Hinc ad probationem patet* non impositam fuisse pœnam sine culpa; ipsa enim incontinentia, propter quam pœna imponitur, culpa est.

Obj. 3° *contra secundam partem.* Significatio est de essentia sacramenti : atqui significatio deest secundo matrimonio, non enim significat unionem Christi cum Ecclesia, qui non est unius cum una, et ideo non benedicitur : ergo.

Ibid. a. 2, ad 3. — *R. D. min.* Atqui significatio accidentalis deest secundo matrimonio, *C.* essentialis, *N.* In unione Christi cum ecclesia, quam significat matrimonium, reperitur quod sit unius cum una, et hoc est ipsi primum et essentiale; item quod non fuerit prius cum altera, et hoc est ipsi secundarium et accidentale. Igitur secundum matrimonium, si consideretur secundum se, est unius cum una : unde in eo reperitur significatio essentialis. Si autem consideretur respective ad præcedens, fuit cum alia, et sic deest ipsi significatio unionis Christi quoad aliquid secundarium et accidentale; et ratione hujus defectus non benedicuntur secundæ nuptiæ, si tamen sunt secundæ ex parte mulieris : nam si virgo contrahat cum viro qui habuit aliam uxorem, nihilominus nuptiæ benedicuntur; salvatur enim aliquo modo significatio etiam in ordine ad primas nuptias : quia Christus, etsi unam

Ecclesiam sponsam habeat, habet tamen plures personas desponsatas in una Ecclesia : sed anima non potest esse sponsa alterius quam Christi, quia alias cum dæmone fornicatur, nec est ibi matrimonium spirituale. Et propter hoc, quando mulier secundo nubit, nuptiæ non benedicuntur propter defectum significationis.

Petes 1° utrum sufficiat probabilitas de morte prioris conjugis ad contrahendum secundum matrimonium?

R. negative, sed requiritur certitudo moralis. Ita resolvit Clemens III cap. *In præsentia* de Sponsal. ubi dicit : « Consultationi tuæ taliter respondemus quod, » quantocumque annorum numero ita re» maneant, viventibus viris suis, non pos» sunt ad aliorum consortium canonice » convolare ; nec permittas auctoritate »Ecclesiæ contrahere, donec certum nun» tium recipiant de morte virorum. » Unde ad id quod opponitur ex cap. *Cum per bellica*, sufficere existimationem de morte conjugis, et ex cap. *Quoniam* § *Porro*, sufficere verisimilitudinem, intelligendum est de existimatione et verisimilitudine certa moraliter, habita per certum nuntium : vel dicendum hæc jura esse correcta per posteriora. Ratio plane suadet; quia nemo prudenter agit, maxime in re tanti momenti, in qua gravissima inconvenientia occurrere possunt, nisi sit moraliter certus de honestate suæ actionis, ut fuse probavimus dum de probabilitate.

Per certum autem nuntium, non intelligitur unus tantum testis, siquidem secundum jura unus testis sit nullus testis, neque sola fama publica, cum possit esse ab incerto auctore, nisi adsint adminicula quæ judicio prudentum simul cum uno teste aut cum fama publica mortem moraliter certam reddant : ut si cum uno teste vel fama publica diu sit absens, et nihil de ipso auditum ; si erat senex, aut infirmæ valetudinis ; si fuerit in prælio, et, diu expectatus, non est reversus ; et similia.

Observandum quod secundum matrimonium, quantumvis cum certitudine morali de morte prioris conjugis initum, sit nullum si revera prior conjux non sit mortuus ; ita ut conjux quæ convolavit ad secundas nuptias, ubi hoc resciverit, debeat separari a secundo viro, et redire ad primum si compareat : atque ita statutum est cap. *Dominus* de Secundis nuptiis.

Petes 2° utrum conjux dubitans de morte conjugis, vel etiam putans eum esse vivum, valide contrahat si revera obierit prior conjux?

R. Si credat se posse sic contrahere, et revera contrahat sub conditione mortis conjugis, aut meliori quo potest modo, ut validum sit matrimonium, valide contrahit ; quia nihil deest ad validitatem matrimonii. Si vero credat secundum matrimonium esse impossibile, non contrahit valide, cum non possit esse voluntas absoluta ad impossibile. Et idem dicendum de contrahentibus cum aliis impedimentis dirimentibus.

ARTICULUS II.

De indissolubilitate matrimonii.

Triplex distinguitur matrimonium : legitimum, ratum et consummatum. Legitimum seu verum, est quod valide et secundum leges est contractum, ut est inter infideles. Ratum, est quod per sacramentum baptismi firmatur, ut inter christianos, in quibus est sacramentum proprie dictum et indissolubile, nisi in uno casu religiosæ professionis, ex privilegio Christi. Consummatum, est quod per carnalem copulam maritalem et commixtionem seminum completur ; quia tunc conjuges fiunt una caro, et perfecte significat inseparabilem Christi unionem cum Ecclesia per incarnationem.

Dixi, *et commixtionem seminum ;* quia neque per solam penetrationem vasis sine seminatione, neque per solam viri sine seminatione mulieris consummatur matrimonium in foro conscientiæ, licet consummatum præsumatur in foro exteriori ; quia sine commixtione seminum apta generationi, non fiunt una caro inchoative, quæ inchoatio completur per prolem, in cujus una carne complete adunantur.

Plures quæstiones hic occurrunt resolvendæ. Prima, an et quo jure matrimonium sit indissolubile? Secunda, an et quo jure matrimonium infidelium consummatum dirimi possit? Tertia, an matrimonium dissolvi possit propter adulterium unius conjugis? Quarta, utrum et quo jure matrimonium ratum dissolvatur per religiosam professionem? Quinta, utrum sum-

mus pontifex possit dispensare in matrimonio rato? Sexta, de divortio. Septima tandem, de libello repudii apud Judæos. Sit itaque

§ I. — *An et quo jure matrimonium sit indissolubile?*

Dico 1°. Omne matrimonium verum et legitimum jure divino est indissolubile.

Prob. 1° ex ejus institutione et Evangelio cum Tridentino sess. 24, cap. unico de Matrimonio : « Matrimonii perpetuum » indissolubilemque nexum, inquit concilium, primus humani generis parens, » divini Spiritus instinctu pronuntiavit, « cum dixit : *Hoc nunc os ex ossibus meis, » et caro de carne mea; quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, » et adhærebit uxori suæ, et erunt duo » in carne una....* Ejusdem nexus firmitatem (Christus) ab Adamo tanto ante » pronuntiatam, his verbis confirmavit : » *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* » Concilium ergo colligit indissolubilitatem matrimonii et ex ejus institutione et ex verbis Christi; loquitur autem concilium de matrimonio secundum se vero et legitimo, sive sit consummatum, sive non, *ut patet ex toto textu capitis.* Equidem sunt qui verba Adami intelligunt de matrimonio consummato ex his verbis : *Erunt duo in carne una.* Verum, licet per consummationem modo perfectiori fiant una caro, possunt tamen vero sensu dici fieri una caro per contractum matrimonialem, partim quia fiunt unum principium ad generationem ordinatum, partim propter potestatem quam habet unus conjux in corpus alterius, partim propter affectum quo se mutuo diligunt tanquam unum corpus. Insuper Adam instinctu divino non pronuntiavit firmitatem solius matrimonii consummati, sed indistincte firmitatem matrimonii legitimi iniți.

Quantum ad verba Christi, videntur aperte respicere omne matrimonium legitimum etsi non consumatum; quia Deus non minus in matrimonio rato quam consummato operatur vinculum conjugale : *Quod autem Deus conjunxit*, inquit Christus, *homo non separet.*

2° Marci 10, Christus dicit : *Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committit super eam.* Et Luc. 16 : *Omnis qui dimittit uxorem suam et alteram ducit, mœchatur; et qui dimissam a viro ducit, mœchatur.* Hi autem termini, *quicumque*, *omnis*, spectant sine exceptione omnes conjuges, sive ante, sive post consummationem matrimonii.

3° Apost. 1 Cor. 7, dicit iis qui matrimonio juncti sunt : *Præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptum, aut viro suo reconciliari.* Similiter ibid. v. 39, et Rom. 7. Qui autem legitimum matrimonium iniverunt, sunt etiam ante consummationem, *matrimonio juncti.*

Supp. q. 67. a. 1. 0. — *Dico* 2°. Matrimonium saltem consummatum est jure naturæ indissolubile.

Ibid. — *Prob.* Matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad prolis educationem, non solum ad aliquod tempus, sed per totam vitam prolis. Natura enim parentibus hanc curam et sollicitudinem perpetuam filiorum, in quovis sint statu et ætate, indidit, estque de lege naturæ quod parentes filiis thesaurizent, et filii sint parentum hæredes : atqui proles est commune bonum viri et uxoris, et ad earum educationem utriusque conjugis cura concurrit : ergo oportet eorum societatem perpetuo manere indivisam, secundum dictamen legis naturæ.

Confirmatur. Ex dissolubilitate matrimonii eadam nata sunt sequi inconvenientia quæ ex fornicatione : atqui fornicatio est contra legem naturæ : ergo et dissolubilitas matrimonii.

Si dicas, posse aliunde provideri prolium educationi. *R.* id pariter fieri posse in fornicatione, quo tamen non obstante, fornicatio est contra legem naturæ. *Et ratio est;* quia utrobique, id est, per accidens, natura autem intendit id quod est per se et non per accidens. Has rationes cum præfata instantia fusius discussas require dissert. 6 de Temperantia a. 4, ubi de fornicatione.

Dixi, *saltem consummatum;* quia multi negant matrimonium non consummatum esse jure naturæ indissolubile. Id tamen non est improbabile, partim quia matrimonium naturaliter exigit amorem mutuum et mutua obsequia; ubi autem libe-

rum est uni ab alio discedere, frigescit amor et languent obsequia : partim quia matrimonium definitur, *individua*, id est, *indissolubilis vitæ societas;* quod autem ponitur in definitione, pertinet ad naturam rei : partim quia id est de lege naturæ quod natura accepit in suo principio, matrimonium autem accepit in suo principio indissolubilitatem. Ergo.

Obj. 1°. Deus non potest dispensare in jure naturæ : atqui dispensat in indissolubilitate matrimonii etiam consummati infidelium : ergo.

R. solutione jam prius data, D. maj. Deus non potest dispensare in jure naturæ quoad prima et universalissima præcepta. *C.* quoad secundaria præcepta quale est indissolubilitas matrimonii, *subdistinguo.* Non potest dispensare proprie, *C.* improprie mutando materiam præcepti, *N.* Sic autem fit in præsenti casu, quatenus Deus, ut supremus corporum dominus, aufert potestatem quam habebant conjuges in mutua corpora, qua sublata, non est amplius matrimonium : unde quamvis jus naturæ sit invariabile formaliter, materia tamen in secundariis præceptis mutari potest. Vide dissert. 2 de Legibus a. 4, ubi hæc quæstio ex professo discutitur.

Obj. 2°. Natura et finis matrimonii sunt propter prolem : atqui sæpe nulla est spes prolis, ut in matrimonio sterilium : ergo matrimonium tunc ex natura sua exigit dissolubilitatem.

R. D. min. Sæpe nulla est spes prolis, et hoc est per accidens, *C.* et hoc est per se, *N.* Lex autem attendit id quod est per se et non per accidens, ut jam dictum est.

Obj. 3°. Multi imperatores christiani permiserunt repudium, ut Constantinus Magnus lib. 5 Codicis Justiniani tit. 16 de Repudiis, et Justinianus Novella 117. Imo mutuo consensu olim dissolvi matrimonium probat Basilius Pontius lib. 9, cap. 1. Ergo.

R. N. conseq. A facto enim ad jus non valet consequentia. Factum est : ergo licet : non sequitur. Neque cogimur agnoscere omnes leges civiles esse justas et conformes legi æternæ, licet forte legislatores bonum finem intenderent; plures namque jam fuerunt emendatæ et plures sunt adhuc emendandæ : unde S. Hieron. Epist. 84, alias 30 : « Aliæ sunt, inquit, » leges Cæsarum, aliæ Christi; aliud Pa- » pinianus, aliud Paulus noster præcipit.» S. Ambros. lib. 8 in cap. 16 Lucæ : « Di- » mittis ergo uxorem, quasi jure sine cri- » mine, et putas id tibi licere, quia lex » humana non prohibet; sed divina pro- » hibet. » Et S. Aug. Serm. 392, alias 49, inter 30 : « Hoc non licet jure poli, etsi » liceat jure fori. »

Obj. 4°. Per quascumque causas res nascitur, per easdem dissolvitur, ut dicitur in jure : atqui matrimonium fit mutuo consensu contrahentium : ergo per eundem dissolvi potest, et ita alii contractus dissolvuntur.

R. hoc juris principium valere duntaxat in iis quæ sunt natura sua dissolubilia, non in iis quæ semel facta, ratione finis exigunt perpetuitatem, ut contingit in matrimonio.

§ II. — *An et quo jure matrimonium infidelium consummatum dirimi possit?*

Supp. q. 59. a. 5. o. — *Dico.* Matrimonium infidelium etiam consummatum jure divino dissolvi potest, si unus conjugum ad fidem convertatur, et alter vel discedat, vel nolit cohabitare sine contumelia Creatoris, vel conjugem fidelem pertrahat ad peccatum mortale.

Ita in terminis Innocentius III, cap. *Quanto* de Divortiis : « Si alter infide- » lium conjugum, inquit, ad fidem catho- » licam convertatur, altero, vel nullo » modo, vel non sine blasphemia divini » Numinis, vel ut pertrahat ad peccatum » mortale, ei cohabitare volente; qui re- » linquitur, ad secunda, si voluerit, vota » transibit : et in hoc casu intelligimus » quod ait Apostolus : *Si infidelis disce-* » *dit, discedat; frater enim et soror non* » *est servituti subjectus in hujusmodi.*»

Ex his ergo Apostoli verbis 1 Cor. 7, Ecclesia colligit matrimonium infidelium, uno ad fidem converso, in tribus casibus assignatis, ex dispensatione divina posse dissolvi. Nec obstat quod Apostolus assignet tantum pro causa discessum infidelis; quia qui non vult cohabitare nisi cum contumelia Creatoris, licet physice non discedat, discedit tamen aut quærit moraliter discedere.

At dices. Per *discedat* Apostolus intel-

ligit tantum separationem quoad cohabitationem, non quoad vinculum. Ergo. *Prob. ant.* ex præcedentibus. Cum enim prius dicit Apostolus : *Iis autem qui matrimonio juncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari*, per το *discedere* intelligit tantum separationem quoad cohabitationem : ergo similiter dum postea dicit : *Si infidelis discedit, discedat.*

R. N. ant. Ad probat. N. conseq. In prioribus enim verbis manifestum est ex his particulis, *manere innuptam., aut viro suo reconciliari*, Apostolum loqui de separatione quoad habitationem tantum et non quoad vinculum : at in posterioribus verbis, dicit simpliciter et indefinite sine his adjunctis : *Si discedit, discedat.* Propositio autem indefinita æquivalet universali, et alioquin conjux fidelis maneret subjectus servituti seu vinculis hujus matrimonii; merito igitur inde colligit Ecclesia separationem quoad vinculum.

Ibid. — *Ex dictis colliges* contra Bellarminum, Coninch et quosdam alios, quod si infidelis velit cohabitare pacifice, sine contumelia Creatoris, conversus non possit solvere vinculum conjugii; quia citato cap. *Quanto* assignantur tantum tres causæ dissolutionis matrimonii, nempe, *altero non converso; vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini Numinis, vel ut pertrahat ad peccatum mortale, ei cohabitare volente.* Et cap. *Gaudemus* ibid. idem Innocentius III expresse definit quod « nunquam, ea vivente (uxore), » licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi » conversus habere, nisi post conversio- » nem ipsius illa renuat cohabitare cum » ipso, aut etiamsi consentiat, non tamen » absque contumelia Creatoris, vel ut » eum pertrahat ad mortale peccatum. » Ita etiam expresse docet sanctus Doctor noster supracitatus. *Ratio item suadet.* Quia istud privilegium non est a Deo concessum nisi in gratiam fidei, et ne conjuges fideles perpetuo maneant cœlibes, quod plures posset retrahere a professione fidei : hoc ipso autem quod infidelis vult cohabitare pacifice, fides non periclitatur et conversus non manet cœlebs.

Petes 1° quandonam matrimonium in casu censeatur solutum?

Ibid. ad 2. — *R.* non solvi nisi quando conversus de facto contrahit matrimonium. *Patet* ex citato c. *Gaudemus* de Divortiis, ubi Innocent. III, post assignatas tres causas dissolvendi matrimonium hujusmodi, addit quod « Si conversum ad fi- » dem et illa conversa sequatur antequam » propter causas prædictas legitimam ille » ducat uxorem, eam recipere compelle- » tur. » Ergo propter tres causas assignatas non erat solutum vinculum matrimonii, sed solum per subsequens matrimonium; alias vir fidelis non compelleretur recipere uxorem postea conversam.

Hinc inferes 1°, infidelem invalide contrahere matrimonium cum alio, priusquam conversus de facto ad alias nuptias transierit.

2° Quod si post secundum matrimonium initum, contingat conjugem infidelem converti, non teneatur prius conversus, mortua secunda conjuge, ad priorem conversam reverti; quia fuit extinctum vinculum primi matrimonii.

3° Quod debeat non conversus moneri an velit legitime cohabitare, antequam contrahantur secundæ nuptiæ; quia non possunt valide contrahi nisi in casu quo nolit legitime cohabitare, ut dictum est. Excipe nisi monitio esset moraliter impossibilis, vel ob periculum vitæ, aut subversionis, vel ob locorum distantiam. Ita concessit Greg. XIII Angolanis, Æthyopibus, Brasiliensibus et aliis Indorum nationibus, cujus litteras describit Basilius Pontius lib. 7, cap. 48, n. 33.

Petes 2° utrum conjuge fideli transeunte ad alias nuptias, infidelis possit pariter inire aliud matrimonium?

R. affirmative. Quia per novum matrimonium fidelis, solvitur vinculum matrimonii : solutum autem ex una parte, solvitur ex altera, quia non claudicat matrimonium.

Petes 3° utrum fidelis conversus possit aut debeat cohabitare cum infideli nolente converti, volente tamen pacifice et legitime cohabitare?

Ibid a. 3. 0. — *R.* infidelitatem et adulterium pari passu currere quoad cohabitationem et redditionem debiti; quia utrumque est contra bonum prolis : unde sicut vir innocens potest manere cum adultera sub spe correctionis (non autem si in peccato adulterii sit obstinata, ne videatur

patronus turpitudinis), quamvis etiam cum spe correctionis possit illam libere dimittere; similiter fidelis conversus potest cum infideli commanere cum spe conversionis, si eam in infidelitate obstinatam non viderit, et bene facit commanendo, tamen non tenetur. Et de hoc est concilium Apostoli dicentis 1 Cor. 7 : *Cæteris ego dico, non Dominus : Si quis frater uxorem habet infidelem, est hæc consensit habitare cum illo, non dimittat illam.*

Ibid. ad 2. — Observandum quod in primitiva Ecclesia, cum Judæi et gentiles passim convertebantur ad fidem, erat spes de conversione infidelis. Procedente vero tempore, Judæi facti sunt obstinatiores, et ideo cap. *Judæi* 28, q. 1, prohibitum fuit in quibusdam Hispaniarum provinciis, quod conversus habitaret cum uxore Judæa, secus cum gentili. Nunc autem, inquit Auctor, cum gentiles et Judæi sint obstinati, non permittitur converso habitare cum uxore sive Judæa, sive infideli. Attamen paulo ante tempora D. Thomæ, Innocentius III, qui obiit 1226, cap. *Gaudemus* de Divortiis, permittit, in favorem religionis et fidei, ut viri conversi maneant cum mulieribus non conversis; ne, inquit, mulieres timentes se a viris deseri, ipsos a susceptione fidei avocent : unde in casu omnia perpendenda sunt judicio vel episcopi, vel confessarii, vel viri prudentis, et quod videbitur tutius et utilius eligendum.

Petes 4° utrum matrimonium fidelium solvatur per unius hæresim?

R. negative. Ita Trid. sess. 24, can. 6, sic : « Si quis dixerit propter hæresim aut » molestam cohabitationem, aut affectatam » absentiam a conjuge, dissolvi posse ma- » trimonii vinculum : anathema sit. » Idem prius definierat Innocentius III, citato cap. *Quanto*, qui rationem hanc affert; quia matrimonium inter fideles contractum, cum sit sacramentum, firmius est quam contractum inter infideles. Neque hic valet argumentum a paritate; quia totum pendet ex voluntate divina.

§ III. — *Utrum matrimonium dissolvi possit propter adulterium unius conjugis?*

Hanc quæstionem adeo obscuram sibi aliquando visam fuisse testatur S. Augustinus, ut l. de Fide et Oper. c. 19, dicat : « In ipsis divinis sententiis ita obscurum » est, utrum et iste cui quidem sine dubio » adulteram licet dimittere, adulter tamen » habeatur si alteram duxerit, ut quantum » existimo, venialiter ibi quisque fallatur. » Unde mirum non est si quidam veteres in re implicata et nondum definita, obscure et dubie locuti fuerint.

Dico. Matrimonii vinculum dissolvi non potest propter adulterium alterius conjugis.

Prob. 1° ex verbis Christi, Marc. 10 et Luc. 16, § 1, concl. 1 relatis : *Quicumque dimiserit uxorem*, etc. et : *Omnis qui dimittit uxorem, etc. mœchatur* : quæ propositiones sunt universales et absque exceptione ulla. Unde S. Aug. illas expendens lib. 1 de Adulterinis conjugiis cap. 9, » dicit : « Qui ergo sumus nos ut dicamus, » Est qui mœchatur, uxore sua dimissa, al- » teram ducens; et est qui, hoc faciens, » non mœchatur; cum Evangelium dicat, » omnem mœchari qui hoc facit? »

2° Ex Apostolo, qui, ut vidimus § citato, dicit generaliter, esse præceptum Domini ut mulier sit alligata viro et ab eo non discedat quandiu vivit.

3° Ex SS. Patribus, quorum longum catalogum texunt Bellarminus, Tournely et alii, apud quos legi possunt; eos enim omnes referre majoris esset otii.

4° Denique Trid. sess. 24, postquam cap. unico asseruit absolutam indissolubilitatem matrimonii, can. 7 sic definit : « Si » quis dixerit Ecclesiam errare, cum do- » cuit et docet, juxta Evangelicam et apos- » tolicam doctrinam, propter adulterium » alterius conjugum matrimonii vinculum » non posse dissolvi, et utrumque, vel » etiam innocentem, qui causam adulterio » non dedit, non posse, altero conjuge vi- » vente, aliud matrimonium contrahere, » mœcharique eum qui, dimissa adultera, » aliam duxerit, et eam quæ, dimisso adul- » tero, alii nupserit : anathema sit. » Porro si non errat Ecclesia dum docet, juxta Evangelicam et apostolicam doctrinam, matrimonium non posse dissolvi propter adulterium alterius conjugis : ergo errat contra Evangelicam et apostolicam doctrinam, qui dicit posse dissolvi : consequenter dogma fidei est, et non solum res disciplinæ.

Totus difficultatis nodus situs est in interpretatione horum verborum Christi Matth. 5 et 19, ubi interrogatus a Pharisæis, *an liceret homini dimittere uxorem qua-*

cumque ex causa, respondit : *Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur.* Ergo, *inferunt a contrario*, qui dimiserit ob fornicationem, et aliam duxerit, non mœchatur; sicut si dicatur : Quicumque peccaverit, nisi pœnitentiam agat, peribit, valet a contrario : ergo si pœnitentiam agat, non peribit.

R. has particulas, *nisi ob fornicationem*, afficere duntaxat το *dimiserit*, et non το *aliam duxerit*; quasi dixisset : *Quicumque dimiserit uxorem suam, quod non licet nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur.* Duo ergo docet hic Christus : primum, non licere dimittere uxorem, nisi ob gravem causam, qualis est fornicatio; secundum, quod qui, dimissa uxore, aliam ducit, mœchatur : etsic adæquate respondet interrogationi Judæorum. Duo enim continebat, saltem implicite, interrogatio Judæorum : primum, utrum liceret dimittere uxorem quacumque ex causa; alterum, an ea dimissa liceret aliam ducere : hæc enim duo continebat dimissio familiaris apud Judæos, quæ licet non distinguebant in interrogatione, prudenter tamen Christus illa distinguit ad ampliorem eorum instructionem. Hanc interpretationem esse legitimam constat ex duobus aliis Evangelistis, Marco et Luca, apud quos, ut vidimus, Christus absolute et absque hac clausula exceptiva (nisi ob fornicationem) pronuntiat, *Quicumque* et *omnis qui dimiserit uxorem, et aliam duxerit, mœchatur;* item ex Apostolo et Trid. in probationibus.

Quapropter non valet hæc illatio a contrario : *Ergo qui dimiserit uxorem ob fornicationem, non mœchatur*; quia non est ibi contrarium, quod debet esse de eodem, sub eadem ratione; prima enim propositio Christi continet duo membra, scilicet, Qui dimittit, nisi ob fornicationem, peccat, et, Qui alteram ducit, mœchatur; ita ut *mœchatur* afficiat tantum *qui aliam duxerit* : in illatione autem, το *mœchatur* afficit et *dimiserit* et *duxerit* : sicque argumentum non est in genere contrariorum. *Et hinc patet responsio ad paritatem;* cum enim dico : Quicumque peccaverit, nisi pœnitentiam agat, peribit, ideo valet ista illatio a contrario : Ergo si pœnitentiam agat, non peribit; quia prima propositio non est bimembris, et exceptio, *nisi pœnitentiam egerit*, non potest afficere nisi unum, scilicet ipsam pœntenitiam, vel ejus absentiam : sicque sunt contrariæ istæ propositiones, Qui pœnitentiam agit, non peribit; Qui pœnitentiam non agit, peribit : unde valet argumentum a contrario : at non sic in propositione Christi, ut dictum est.

Inst. Si particula exceptiva afficiat tantum το *dimittere*, sequitur quod propter nullam aliam causam quam propter fornicationem, licebit dimittere uxorem quoad cohabitationem : atqui *falsum consequens*, cum constat propter plures alias rationes posse separari conjuges quoad cohabitationem · ergo.

R. D. sequelam. Sequitur quod propter nullam aliam causam quam propter fornicationem licebit dimittere uxorem, sicut potest dimitti propter fornicationem, *C.* absolute, *N.* Idœo ergo Christus solam fornicationem (sub qua intellige alia graviora crimina in eodem genere) assignavit, quia propter hanc solam potest fieri dimissio perpetua et jure matrimoniali, ita ut pars adultera, etsi emendata, possit ex justitia repelli a thoro et cohabitatione; non sic aliæ causæ dimissionis : unde *distincta min. ad hunc sensum, N. conseq.*

Repones. Cap. *Quædam* 33, q. 7, dicitur : « Quædam cum fratre viri sui dormivit : » decretum est ut adulteri nunquam conju- » gio copulentur; illi vero cujus uxor stu- » prata est, licita conjugia non negentur. »

R. ibi agi de matrimonio ineundo mortua conjuge, quo in pœnam privabantur olim adulteri, non pars innocens.

Quantum ad argumenta quæ opponi possunt ex Patribus et decretis antiquis, legendi sunt Sixtus Senensis l. 6 Annot. 81, Bellarminus de Matrimon. cap. 17, Tournely q. 5 de Matrimonio art. 2 et alii : his, ut jam dixi, immorari non vocat. Id unum observo, quod, cum hæc difficultas antiquitus esset implicita, nec eliquata et definita sicut nunc, quidam antiqui obscure et dubie de illa re visi sunt loqui, quos benigne et bono sensu juvat explicare, uno vel altero excepto, qui videntur aperte contrarium sensisse; sed id traditioni innumeris pene aliorum testimoniis innixæ non officit, cum constet aliquos interdum Patres in aliis materiis veritatem non attigisse, nec ideo concussam fuisse traditionem.

Quantum ad Græcos, equidem recen-

tiores tenent matrimonium posse dissolvi propter adulterium alterius conjugis; sed in hoc recedunt a suis Patribus, ut probant auctores laudati et Arcudius.

§ IV. — *Utrum et quo jure matrimonium ratum per professionem religiosam dissolvatur?*

Supp. q. 61. a. 1. o. — Suppono tanquam certum, matrimonium consummatum non solvi per professionem religiosam, sive unius, sive utriusque conjugis, sive invita comparte, sive ex mutuo consensu : tum quia Ecclesia nunquam agnovit hanc dissolutionem, quinimo in juribus infra referendis contrarium supponit; tum quia, ut ratiocinatur Auctor, per consummationem matrimonii compars non solum transfertur in dominium, sed etiam in carnalem possessionem compartis, quod non fit in matrimonio rato tantum : quod autem est alteri traditum et ab illo possessum, non potest Deo offerri.

Ibid. a. 2. o. — *Dico* 1°. Matrimonium ratum et non consummatum dissolvitur per solemnem religionis professionem.

Constat ex concilio Trident. sess. 24, can. 6, sic definiente : « Si quis dixerit » matrimonium ratum et non consumma» tum, per solemnem religionis professio» nem alterius conjugum non dirimi : ana» thema sit. »

Id antea definiverant summi pontifices, Innocentius III, cap. *Ex parte tua* de Convers. conjugatorum, asserens se in hoc sequi vestigia suorum prædecessorum, Alexander III, ibid. cap. *Ex publico,* et cap. *Verum*, ubi probat definitionem suam exemplis sanctorum et hac ratione, quia conjuges ante consummationem non sunt una caro. Idem cap. *Commissum* de Sponsal. et Joannes XXII, Extravag. *Antiquæ.*

Confirmatur exemplis sanctorum, qui in prioribus sæculis, post initum sed non consummatum matrimonium, sponsos aut sponsas reliquerunt, ut perpetuam continentiam profiterentur, voto, ut verisimile est, secundum morem hujus temporis, solemni emisso. De S. Thecla testantur S. Ambrosius lib. 2 de Virg. cap. 3, et S. Epiphan. hæresi 78. De duobus militibus narrat S. Aug. lib. 8 Confess. cap. 6; de Macario eremita apud Grat. cap. *Scripsit* 27, q. 2; de virgine Gregoria, S. Gregorius lib. 3 Dialog. cap. 14; de Leobardo, Greg. Turon. lib. de Vitis Patrum, cap. ultimo; de Edildrida regina, Venerabilis Beda lib. 4 Hist. Anglorum cap. 19. Nemini non notum est exemplum S. Alexii.

Unde hic currit regula S. Augustini lib. 4 contra Donatistas cap. 24 : « Quod uni» versa tenet Ecclesia, nec conciliis insti» tutum, sed semper retentum est, non » nisi auctoritate apostolica traditum rec» tissime creditur. » Hanc autem doctrinam tenet universa Ecclesia, nec inveniri potest quando primum instituta est : ergo est ex apostolica traditione.

Dixi, *per solemnem religionis professionem :* unde non solvitur matrimonium ratum per ingressum religionis; et ideo pars manens in sæculo debet expectare professionem compartis, antequam possit inire novum matrimonium. Neque dissolvitur per vota simplicia quæ emittuntur in societate post biennium novitiatus, aut a coadjutoribus formatis; quia non sunt professio solemnis, nec perpetua ex parte societatis admittentis.

Dico 2°. Matrimonium ratum probabilius non solvitur per professionem religiosam jure naturæ, neque jure pontificio, sed solo jure divino.

Prob. prima pars. 1° Quia, attenta sola rerum natura, matrimonium ratum potius dissolveret religiosam professionem, quam ab ea solveretur; siquidem res uni tradita, sicut fit per matrimonium ratum, attenta rerum natura, non potest valide alteri tradi.

2° Ideo secundum adversarios professio religiosa jure naturæ dissolvit matrimonium ratum, quia est mors spiritualis, et matrimonium ratum vinculum tantum spirituale : sicut autem mors corporalis solvit vinculum carnale matrimonii consummati, ita mors spiritualis solvit vinculum spirituale matrimonii rati : atqui ista ratio, quæ est Auctoris, est congrua tantum, et illam ut talem profert S. Doctor; non vero convincens : ergo. *Prob. min.* Quia mors illa primo est metaphorica, secundo est compossibilis cum vinculo conjugali, ut patet in iis qui mutuo consensu, post matrimonium consummatum, profitentur religionem.

Prob. secunda pars. 1° Summi pontifices qui declarant matrimonium ratum solvi per votum solemne, hoc jus non agnoscunt ut suum, sed ut traditione ad se transmis-

sum. Alexander III citatus illud eruit *secundum interpretationem sacri eloquii*; et Innocentius III etiam citatus, ex revelatione. 2° Si matrimonium ratum per professionem religiosam solveretur jure pontificio, posset summus pontifex auferre istud jus seu dispensationem, et efficere ut matrimonium ratum non solveretur per professionem religiosam : atqui *falsum consequens*, nec puto probatum adversariis : ergo. 3° Matrimonium ratum dirimi per professionem religiosam, est certissimum et a nemine negatur; posse autem summum pontificem dispensare in indissolubilitate matrimonii rati, est incertum et a pluribus negatur, *ut patebit § sequenti, ex quo præsens conclusio confirmabitur*. Ergo.

Restat ergo quod matrimonium ratum per professionem religiosam dissolvatur jure divino, seu ex privilegio a Christo professioni religiosæ annexo, quod privilegium Ecclesiæ per traditionem innotescit; ita ut vi illius in omni contractu matrimoniali tacite includatur hæc conditio : *Nisi ante consummationem religionem profitear* : quod non potest dici de aliis casibus, nisi simile privilegium probetur. Unde argumenta a ratione et a paritate hic deficiunt, et hoc uno solvuntur : Sic voluit Christus in hoc casu, non in aliis.

Ib. a. 2. d. 2.—*Dico* 3°. Conceditur a jure bimestre conjugibus, ad deliberandum de ingressu religionis, intra quod tempus non tenentur reddere debitum petenti, quo transacto tenentur. Ita cap. *Ex publico* de Convers. conjugat. Extra lib. 4, tit. 32.

Petes 1° an elapso bimestri, sed non consummato matrimonio possit adhuc conjux ingredi religionem, et, si in ea profiteatur, dissolvatur matrimonium?

R. non posse licite invita comparte, quia elapso bimestri tenetur reddere debitum petenti, sicque non potest invita comparte licite profiteri religionem, quæ est incompossibilis cum usu matrimonii. Videtur tamen quod valide profiteretur et hac professione dissolveretur matrimonium; quia jura et specialiter Tridentinum in gratiam religionis absolute statuunt, per professionem religiosam dissolvi matrimonium inconsummatum : istud autem in casu, etiamsi elapso bimestri, imo post decem aut viginti annos, est inconsummatum. Ergo. Unde bimestre non censetur ad Ecclesia concessum, nisi ut intra illud possit negari debitum petenti, ultra illud non possit.

Petes 2° utrum conjux qui non intendit ingredi religionem possit intra bimestre negare debitum?

R. probabilius affirmative. Quia licet nunc non intendat, potest tamen mutare animum, et utitur jure suo non sibi præcludendo aditum ad hunc statum.

Petes 3° an uxor vi oppressa a marito intra bimestre, possit adhuc ingredi et profiteri religionem?

R. probabilius affirmative, quia per violentiam sibi illatam non debet privari jure suo. In hoc tamen casu professio religiosa non solveret matrimonium; quia est vere consummatum : unde pars manens in sæculo non potest transire ad alias nuptias, nisi post mortem compartis. Dixi, *intra bimestre*; quia eo elapso, non habet amplius jus negandi debitum, sicque conjux non facit ipsi injuriam si etiam vi copulam extorqueat.

§ V. — *Utrum summus pontifex possit dispensare in matrimonio rato?*

Suppono tanquam certum, papam non posse dispensare in matrimonio consummato : tum quia est indissolubile jure naturæ, in quo nihil potest summus pontifex, tum quia Christus dixit : *Quod Deus conjunxit, homo non separet*, quod ad minus intelligi debet de matrimonio consummato; tum denique quia nunquam id fuit attentatum ab ullo summo pontifice, licet sæpe fuerint rationes urgentissimæ dispensandi.

Dico. Probabilius est papam non posse dispensare in matrimonio rato.

Prob. Papa non potest dispensare in iis quæ sunt juris divini, nisi constet id ipsi a Deo esse concessum : atqui indissolubilitas matrimonii rati est juris divini, ut superius probatum est; nec constat sive ex S. Scriptura, sive ex traditione, sive ex ratione, facultatem in ea dispensandi esse ipsi a Deo concessam : ergo. *Prob min.* Non ex S. Scriptura, nihil enim ex ea proferri potest quod non æque probet facultatem dispensandi in matrimonio consummato; illud enim, *Quodcumque solve-*

ris, etc. non magis probat facultatem dispensandi in matrimonio rato, quam in consummato; quod tamen fatentibus adversariis est indispensabile a papa. Imo S. Scriptura contrarium docet his Christi verbis: *Quod Deus conjunxit, homo non separet;* quod debet etiam intelligi de matrimonio rato, ut supra probatum est, cum Deus etiam matrimonium ratum conjungat. Non traditione: nam ante Martinum V, qui obiit anno 1431, non legitur ullum pontificem id attentasse. Non denique ratione; quæ enim posset afferri? Necessitas? At hæc quandoque magis urget pro dissolutione matrimonii consummati, qua tamen non obstante manet indispensabile a papa.

Dices. 1°. Plures pontifices dispensarunt in matrimonio rato: Martinus V, teste S. Antonino 2 p. tit. 1, cap. 21: Paulus III et Pius IV, teste Navarro in Summa cap. 22. Henriques lib. 2 de Matrimonio cap. 8, refert Gregorium XIII unico die dispensasse cum undecim. Item plures alii.

R. His pontificibus oppono Alexandrum III, in appendice concilii III Lateranensis parte 6, cap. 8; Innocentium III, cap. *Ex parte* de Convers. conjugat. et Nicolaüm I, cap. *Hi qui matrimonium* causa 32, q. 7, qui hanc potestatem in se nec agnoverunt nec admiserunt. Priores itaque pontifices secuti sunt sententiam quam reputabant probabiliorem, et eatenus tutiorem quod hac probabili facultate uterentur ad graviora mala avertenda; sed ex pontificum facto non necessario statuitur jus certum, seu, ut dicit Dominic. Soto in 4, d. 27, q. 1, a. 4, *Factum pontificum non facit articulum fidei*, præsertim cum ab aliis pontificibus non admittitur. Idque ulterius *patet* ex ipso Alexandro III loco citato c. 8, 17 et 18, ubi fatetur nonnullos ex suis prædecessoribus censuisse matrimonium ratum dirimi per subsequens consummatum, cujus ipse contrarium resolvit ibid. cap. 8. Neque inde detrahitur quidquam infallibilitati summorum pontificum: non enim dicuntur infallibiles, nisi cum loquuntur ex cathedra, proponendo aliquod dogma toti Ecclesiæ credendum sub anathemate.

Dices 2°. Papa dispensat in votis. Ergo.

R. N. conseq. Disparitas est, quod potestas papæ dispensandi in votis constet ex traditione, non patestes dispensandi in matrimonio rato. Insuper cum homines facile promittant et facile eos pœniteat promisisse, rarissime autem occurrat necessitas dispensandi in matrimonio rato, longe magis expediebat ad pacificum Ecclesiæ regimen ut pontificibus concederetur facultas dispensandi in votis, quam in matrimonio rato. Adde iterum. Deum facilius remittere jus sibi quam proximo acquisitum.

Dices 3°. Alexander III, in appendice concilii Lateranensis p. 12, cap. 4, refertur partim cap. 2, de eo qui cognovit, jubet conjugium ratum, non consummatum, cum puella cujus matrem ipse maritus postea cognovit, rescindi, si crimen sit publicum secus si sit occultum: en verba: « Quod » si occultum esset hujus delictum, non » posset rescindere matrimonium quod » publice contractum esset; verum si pu» blicum est quod matri sponsæ carnaliter » adhæsit, imponenda est pœnitentia pau» lo major quam de adulterio, et exinde » peracta pœnitentia vel parte pœnitentiæ, » poterit ex dispensatione cum alia matri» monium contrahere, et illa alii nubere. » Cæterum si sponsam cognoverit ante» quam matrem vel post, nunquam poterit » eam vel aliam in uxorem accipere. »

Quidam respondent, ibi agi de sponsalibus, non de matrimonio, propter hæc ultima verba, *nunquam poterit eam* (quam intelligunt sponsam) *vel aliam accipere.* Verum expresse loquitur pontifex *de matrimonio quod publice contractum est*, per quod intelligi non possunt sponsalia, maxime cum dicat: *Quod si delictum sit occultum, non debeat rescindi*, quasi vero propter tale delictum etsi occultum non possent rescindi sponsalia. *Unde hac responsione omissa,*

R. N. ant. Non hoc dicit pontifex, sed dicit quod si crimen sit occultum et matrimonium publicum, non debeant separari neque quoad vinculum, neque quoad habitationem. Si vero crimen sit publicum, non dicit quod solvatur vinculum matrimonii, sed quod debeat imponi pœnitentia marito nocenti, qua vel ejus parte peracta, poterit dispensari cum eo ut ducat aliam, et uxor alteri nubat, scilicet, ille post mortem uxoris et illa post mortem

viri; in quo pontifex relaxat rigorem antiquorum canonum, quibus conjugi reo prohibebantur ulteriores nuptiæ. Ac tandem dicit quod si cognovit sponsam ante vel post matrem, non possit eam, id est, matrem, neque aliam ducere, etiam uxore defuncta. Et sane quis credat ipsum pontificem qui negat se posse dispensare in matrimonio rato, ibidem dispensasse?

Dices 4°. Extravag. *Antiquæ* de Voto, pontifex dicit, votum solemnizatum in susceptione ordinis sacri non dirimere matrimonium ratum ; « quia neque jure divino, » neque per sacros canones reperimus hoc » statutum : » ergo supponit per sacros canones sic posse statui.

R. N. conseq. Sic enim respondet pontifex, non quod crederet id Ecclesiam posse, sed ut rationem redderet in utraque sententia, sive quæ dicit id fieri posse auctoritate Ecclesiæ, sive quæ negat. Quidam intelligunt sacros canones, non ut statuentes jus, sed ut explicantes jus divinum.

§ VI. — *De divortio, per quæstiunculas.*

Divortium est separatio conjugum : dicitur enim a divertendo, eo quod conjux divertat a conjuge. Triplex distingui potest conjugum separatio : una quoad vinculum, de qua huc usque diximus ; altera quoad thorum tantum ; tertia quoad thorum et cohabitationem, quæ proprie divortium dicitur, de quibus hic quærimus. Unde

Petes 1° utrum possit fieri divortium propter adulterium alterius conjugis?

Supp. q. 62. a. 1. 0. — *R. affirmative*, exceptis quibusdam casibus. Quia Christus, Matth. 5 et 29, docens non esse dimittendam uxorem, excipit casum fornicationis seu adulterii : et quamvis loquatur tantum de viro, id tamen etiam intelligitur de muliere ; — **Ib. a. 4. 0.** — quia paria sunt jura viri et mulieris quoad thorum. *Ratio responsionis est,* quia ex jure naturali non est obligatio servandi fidem illi qui eam frangit.

Nomine autem fornicationis seu adulterii, intelliguntur alia peccata graviora in eodem genere, ut sunt bestialitas et sodomia saltem completæ, scilicet, cum seminatione intra vas sive ordinarium sive extraordinarium, quia alias non censetur divisio carnis ; licet alii existiment sufficere pollutionem : idque videtur declaratum cap. *Idololatria*, 28, q. 1 ; et S. Thomas hic ad 4, dicit : *Etiam propter vitium contra naturam, potest procedi ad divortium.* Sed dubium est an per vitium contra naturam intelligat hic pollutionem : quia dicit quod *rarius accidat*, dici autem non potest quod pollutio rarius accidat quam adulterium. Cæterum praxis favet primæ opinioni.

Ibid. a. 1. — Dixi, *exceptis quibusdam casibus.* Septem recenset Auctor in quibus vel uxor immunis est a culpa, vel uterque est culpabilis. *Primus* est si compars similiter adulterata fuerit, cap. *Ex litteris* de Divortiis ; quia tunc est injuriæ compensatio. Nec refert quod unus tantum semel, alter vero pluries adulteratus fuerit, neque quod unus simplex adulterium, alter sodomian aut bestialitatem commiserit; quia jura attendunt ad fidei fractionem et carnis divisionem, quæ utrobique reperitur. Intellige tamen nisi, post mutuam condonationem et reconciliationem, alter in adulterio perseveret ; tunc enim datur locus divertio.

Secundus, si vir uxorem prostituerit, aut prostitutionis fuerit particeps, ei consentiendo, vel eam tolerando, cum posset commode impedire ; ipse enim sibi debet imputare : non tamen si causam tantum adulterandi remotam dederit, ut habetur expresse cap. *Significasti* de Divortiis ; *a fortiori*, ut videtur, si tantum debitum negaverit.

Tertius, si uxor, virum suum probabiliter mortuum credens propter longam ejus absentiam, alteri nupserit, cap. *Cum per bellicam* causa 34, q. 1. *Quartus,* si latenter cognita fuerit ab aliquo sub specie viri lectum subintrante. *Quintus*, si fuerit vi oppressa.

Sextus, si reconciliavit eam sibi, sive verbis sinceris, sive factis, ut copula, osculis, amplexibus, animo reconciliationis exhibitis, cum notitia sui juris.

Septimus, si, matrimonio in infidelitate utriusque contracto, vir dederit uxori libellum repudii, et uxor alteri nupserit ; tunc enim si uterque convertatur, tenetur vir eam recipere.

Petes 2° utrum non solum liceat, sed etiam debeat ex præcepto fieri divortium propter adulterium alterius conjugis?

Ibid. a. 2. o et ad 1. — *R.* Si adulter non pœniteat, nec possit verbis aut verberibus corrigi, et prudenter credatur per dimissionem corrigendus, debet dimitti; alioquin alter, *patronus turpitudinis et lenocinii reus habetur*, cap. *Apud misericordiam* causa 32, q. 1 et cap. *Si vir* de Adulteriis; deestque debito charitatis erga compartem, omittendo media ejus correctioni necessaria. Cum tamen rarum sit quod vir propter dimissionem se corrigat, rarum est etiam quod uxor virum, etsi non emendatum, dimittere teneatur.

Extra hunc casum, non tenetur pars innocens dimittere compartem adulteram; quia cum dimissio adulterantis sit præcepta ad ejus correctionem, si pœniteat, aut alio modo possit corrigi, cessat obligatio dimittendi. Potest tamen attenta justitia dimittere, sed charitas non suadet, maxime si agatur de dimissione uxoris, cum per dimissionem detur ei occasio adulterandi.

Petes 3° utrum præter adulterium sint aliæ causæ divortii?

R. esse alias, ut contra hæreticos expresse definit Trid. sess. 24, can. 8. Prima est sævitia conjugis tanta ut alter sine periculo cohabitare non possit : ita cap. *Litteras* de Restit. spol. et cap. *Transmissa* ibid. Ad hanc causam reducuntur odium implacabile, verbera, continua jurgia aut convicia; item morbus contagiosus, gravis infamia quæ redundaret in compartem cohabitantem; item si unus dilapidet omnia bona, et similia.

Secunda est, si pars compartem pertrahat aut sollicitet ad peccatum mortale. Dicit enim Christus, Matth. 18 : *Si manus tua vel pes tuus* (id est, quæcumque res tibi maxime necessaria) *scandalizat te, abscinde eum et projice abs te;* et si periculum sit in mora, potest propria auctoritate dimittere aut discedere, donec detur locus conveniendi judicem.

Ib. a. 1. ad 3. — Tertia est hæresis seu infidelitas compartis, juxta illud Apost. tit. 3 : *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita.* Ratio est; quia infidelitas est fornicatio spiritualis contra bonum prolis, scilicet educandæ ad cultum Dei. Est tamen disparitas, quod propter unum actum fornicationis carnalis potest procedi ad divortium, non autem propter unum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem, quæ pertinaciam ostendit in qua infidelitas perficitur. Si sit periculum in mora, idem dicendum ac de priori casu.

Quidam existimant quod infidelitas non sit causa sufficiens divortii, si infidelis nec verbo nec exemplo compartem inducat in hæresim; quia in cap. *Quæsivit* de Divortiis dicitur : *Si conjugem suam ad infidelitatis maleficium traxerit, a viro poterit separari :* ergo si non traxerit, non poterit separari. Verum *negari potest consequentia;* jus enim ibi exprimit quid liceat si traxerit, tacet autem quid liceat si non traxerit : quod exprimunt alia jura statuendo absolute et sine hac conditione, infidelitatem sufficere ad divortium, cap. ult. de Convers. conjug. c. *Illa* de Divortiis et cap. *Non solum* causa 28, q. 1. Aliunde semper imminet periculum vel perversionis in conjuge, vel infectionis in prolibus; serpit enim hæresis ut cancer.

Si quæras, casu quo unus sit hæreticus et alter adulter, fiat compensatio, ita ut neuter alterum possit dimittere? *R.* in jure non statui compensationem in hoc casu. Quod si uterque esset hæreticus, posset forte per sententiam judicis compensatio statui.

Petes 4° qua auctoritate possit et debeat fieri divortium?

Ibid. a. 3. o. — *R.* 1° divortium quoad thorum tantum, posse fieri auctoritate privata, ubi parti certo constat de alterius adulterio, ita ut non teneatur debitum reddere exigenti, etiamsi per censuram compellatur; quia judex ecclesiasticus fundatur in falsa præsumptione innocentiæ alterius. Excipe nisi sit scandalum, forte quia alii suspicantur contemni censuras aut Ecclesiæ præceptum; quod rarum est, cum redditio debiti in secreto agatur. Et hoc sensu intelligendus est Auctor hic, quando dicit, *nisi per Ecclesiam compellatur*, ratione scilicet scandali. *Ratio responsionis est;* quia per adulterium adulter amisit jus ad debitum, et ista actio non est publica, quæ indigeat auctoritate publica.

Ibid.—*R.* 2°. Divortium publicum quoad cohabitationem propter adulterium occultum, fieri non potest nisi judicio Ec-

clesiæ. Ita cap. *Sæculares* causa 33, q. 2; ex concilio Agath. cap. 25, ubi excommunicantur mariti qui privata auctoritate dimittunt uxores adulteras, *antequam dissidii causas dixerint, et priusquam in judicio damnentur uxores.* Ratio est; quia hujusmodi divortium est actio publica pertinens ad externam gubernationem, quæ ideo absque perturbatione et scandalo fieri non potest privata auctoritate. Adde quod etiam non liceat privata auctoritate aliquem publice diffamare.

Dixi 1°, *divortium publicum;* quia multi volunt quod maritus certus de adulterio suæ conjugis, possit sine strepitu et occulte eam deserere sub prætextu peregrinationis, militiæ, mercaturæ aut alio simili : in cujus confirmationem adducunt exemplum S. Joseph qui B. Virginem uxorem suam voluit occulte dimittere. Verum ex allioribus rationibus hoc factum excusat Auctor his verbis : — **Ibid. ad 2.** — « Joseph voluit Virginem dimittere, non quasi suspectam de fornicatione, sed ob reverentiam sanctitatis ejus, timens cohabitare ei : nec tamen est simile, quia tunc ex adulterio non solum procedebatur ad divortium, sed ulterius ad lapidationem; non autem nunc quando agitatur judicio Ecclesiæ. »

Dixi 2°, *propter adulterium occultum;* quia probabilis est plurium opinio quod, ubi adulterium est ita publicum, quod nulla tergiversatione celari possit, ut si mulier post unum aut alterum annum absentiæ mariti, pariat aut sit gravida, liceat marito non expectata judicis sententia illam dimittere; quia tunc cessat periculum perturbationis, scandali et diffamationis; idque videtur significari c. *Significasti* de Divortiis, ubi dicitur : *Si notorium est mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendam vir* qui illam dimiserat *cogi non debet;* et cap. *Ex parte* de Sponsal. *Nemini licet uxorem nisi ex manifesta causa fornicationis dimittere.* Ergo licet si manifesta sit fornicatio; idque videtur innuere Auctor dum, postquam dixit virum non posse dimittere uxorem adulteram nisi judicio Ecclesiæ, addit : *Nisi posset incontinenti fornicationem probare.* His non obstantibus, vix credo Ecclesiæ probari divortium publicum, factum ex quacumque causa, absque ejus auctoritate.

Petes 5° utrum conjux innocens teneatur nocentem emendatum, redire petentem, recipere?

R. quod si divortium sit ex judicio Ecclesiæ factum absolute et non ad tempus, non teneri ex justitia, quia per sententiam judicis est ab onere conjugali absolute liberatus : unde potest assumere statum incompossibilem cum usu matrimonii, ut religionem vel ordinem sacrum. Si tamen reunio sit nocenti salutifera et innocenti non graviter incommoda, charitas exigit ut recipiatur.

Petes 6° utrum conjux nocens teneatur, divortio etiam juridice facto, ad conjugem innocentem eum revocantem redire absque nova judicis sententia?

Ibid. ad 2. — *R. affirmative.* « Quia, inquit Auctor, illud quod inducitur in favorem viri (idem dic de muliere), non aufert ei jus petendi debitum, vel revocandi uxorem : unde uxor tenetur ei reddere, et ad eum redire si fuerit revocata. »

DIGRESSIO HISTORICA.

DE LIBELLO REPUDII APUD JUDÆOS.

Ad præced. dissertat.

Libellus repudii apud Judæos scripto sub hac forma tradebatur : « Ego rabbi N. filius rabbi N. filii rabbi N. die prima mensis secundi, anno a creatione mundi, etc. hic et in hac civitate, ex animi mei consensu et sine ulla coactione, repudiavi Rachel filiam rabbi N. filii rabbi N. et dedi illi libellum repudii in manu, schedam abscissionis et signaculum divisionis, ut sit a me abjecta, et abeat quocumque voluerit, ducique possit ab omni viro, nec eam quisquam prohibere præsumat juxta constitutionem Moysis et Israël. » Sic saltem circumfertur. Brevior apud Romanos erat forma libelli repudii, hæc nempe : *Res tuas tibi habeto;* vel *Res tuas tibi agito.*

Ut censeretur legitimus libellus repudii apud Judæos, 1° debebat scripto dari et a scribis publicis scribi, tum ut ex mora scribendi tardior esset maritus ad repudiandum, et locus daretur iræ, tum ut scriba expenderet causas repudii, et si injustas deprehenderet, denegaret libel-

lum repudii, et ad pacem redintegrandam conaretur. Causas repudii S. Scriptura non exprimit, nisi sub vocabulo communi *fœditatis*, scilicet, spiritualis vel corporalis. 2° Debebat ipsi repudiatæ dari. 3° Non debebat dari nisi ex legitima causa, quam tamen exprimere in libello non erat necesse.

Quæstio est utrum repudium apud Judæos fuerit licitum et per illud dissolveretur vinculum matrimonii, ita ut uxor repudiata posset licite et valide alteri nubere? An e contra esset tantum impune toleratum ut minus malum ad præcavenda majora mala, scilicet uxoricidia, in quæ valde erant propensi Judæi, ita ut per illud non solveretur vinculum matrimonii, et repudiata non posset licite et valide alteri nubere? Utramque sententiam ut probabilem sustinet et utriusque argumenta solvit S. Th. hic q. 67, art. 3 et 4, dicitque secundam sententiam esse suo tempore communiorem, eamque tenet S. Hieron. lib. 1 Comment. in Matth. cap. 5. Videtur tamen hodie prima sententia communior, pro qua

Dico. Probabilius videtur libellum repudii apud Judæos, Deo dispensante, fuisse licitum, eoque dissolvi vinculum matrimonii, ita quod mulier repudiata posset licite et valide alteri nubere.

Prob. 1° ex ipsa lege repudii Deuteron. 24, ubi Moyses sic statuit: *Si acceperit homo uxorem et habuerit eam, et non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem; scribet libellum repudii et dabit in manu illius, et dimittet eam de domo sua: cumque egressa alterum maritum duxerit et ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii et dimiserit de domo sua, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem.* Atqui hæc verba in sensu naturali et obvio non important solum permissionem seu tolerantiam minoris mali ad evitandum majus, sed veram permissionem juris, qua res fit licita, licet minus bona, et matrimonium inde secutum fit validum. Nam 1° dicit, *dimittet eam*, quod non posset dici si id esset illicitum, sicut nunc dici non potest: *Si vir odio habuerit uxorem, dimittet illam;* quia hoc nunc est illicitum. 2° Virum secundum vocat maritum; non esset autem maritus si primum matrimonium subsisteret, et secundum esset nullum. 3° Dicit quod si is *quoque oderit eam*, dabit etiam illi libellum repudii; solus autem maritus poterat dare libellum repudii. *Subsumo.* Atqui secundum regulam a S. Augustino traditam l. 3 de Doct. Christiana cap. 10, verba S. Scripturæ, quantum fieri potest, intelligenda sunt in proprio et obvio sensu, præsertim in legibus quæ clare debent exprimi, ne detur ansa continuis prævaricationibus, ut hic contigisset; nec Moyses alibi, cum exponeret res vere licitas et non solum toleratas, aliter loqueretur: ergo.

Confirmatur. Per hanc legem prior vir prohibebatur recipere uxorem repudiatam: atqui si non esset dissolutum primum matrimonium, non erat prohibendum, sed potius optandum ut uxor ad priorem et unicum maritum rediret, nec perseveraret in adulterio: ergo.

Supp. q. 67. a. 3. o. — *Prob.* 2°. Lex vetus quamvis gratiam non conferret, tamen ad hoc data erat ut peccatum ostenderet, ut communiter SS. Patres docent: unde si Judæi repudiando uxorem peccassent, hoc saltem eis per legem aut Prophetas indicari debuisset, juxta illud Isaïæ 58: *Annuntia populo meo scelera eorum;* alias viderentur nimis esse neglecti si ea quæ necessaria sunt ad salutem, quæ non cognoscebant, nunquam eis nuntiata fuissent; quod non potest dici, cum justitia legis tempore suo observata, vitam mereretur æternam. Hæc et bene S. Doctor. *Subsumo.* Atqui nunquam per legem aut Prophetas fuit nuntiatum Judæis eos peccare repudiando uxores, et repudiatas peccare nubendo alteri viro; quin e contra lege lata, id fuit eis permissum: ergo.

Confirmatur. Quando in lege quædam permittuntur seu tolerantur ut minus mala, alibi redarguuntur, *ut patet* de usuris, quæ Judæis permittebantur erga alienigenas, et quæ reprehenduntur Ezech. 18 et Psal. 14: nullibi autem, ut dictum est, reprehenduntur Judæi quod uxores repudiarent, et quod repudiatæ nova conjugia inirent. Ergo.

Quantum ad S. Th. jam diximus ipsum utramque sententiam defendere ut probabilem, et 3 cont. Gent. videtur inclinare in sententiam nostræ oppositam. Sed in c.

19 Matth. dicit quod, « Licet repudium in- » ordinatum quid esset, noluit tamen Deus » quod Judæis imputaretur ad culpam, » quia scilicet in eo dispensaverat; et 1 2, q. 102, art. 5, ad 3, dicit quod matrimonium in veteri lege non erat sacramentum conjunctionis Christi cum Ecclesia; *quia dabatur in ea libellus repudii*, quod est contra rationem sacramenti. Si vero non dissolveret matrimonium quoad vinculum, sed solum quoad cohabitationem, non esset contra rationem sacramenti, siquidem nunc divortium dissolvat matrimonium quoad thorum et cohabitationem, et tamen non est contra rationem sacramenti.

Neque obstat quod 1 2, q. 105, art. 4, ad 8, dicat repudium non fuisse *simpliciter justum*; et q. 108, art. 3, ad 2, non esse *per se justum*. Sic enim loquitur partim quia ortum habebat ex duritia cordis, partim quia attenta rei natura non erat justum et licitum, sed ex sola dispensatione divina id consequebatur. Immerito itaque quidam adversariorum præsumunt quod, si S. Doctor Summam absolvisset, in eorum sententiam descendisset. E contra potiori jure præsumitur quod nostram sententiam amplexus fuisset, aut saltem quod hanc quæstionem problematice tractasset, sicut fecit in Commentariis in lib. Sentent.

Obj. 1°. Christus, Matth. 19, Pharisæis interrogantibus de libello repudii, respondet Moysen ipsis eum permisisse propter duritiam cordis eorum : atqui duritia eorum non excusat eos a peccato : ergo videtur quod Moyses illis tantum permiserit libellum repudii, non ut licitum, sed ut minus malum, quod posset fieri absque punitione ad præcavenda graviora mala, sicut permisit illis fœnerari extraneis, ne fœnerarentur fratribus.

Ibid. ad 4. — *R.* quod, quamvis duritia non excusaret a peccato, tamen permissio ex duritia, seu ejus occasione facta, excusat. Quædam enim prohibentur sanis quæ non prohibentur infirmis corporaliter, nec tamen infirmi peccant permissione sibi facta utentes. *Ad paritatem* de usuris : disparitas est, quod usuræ alibi in lege reprehendantur ut illicitæ, nullibi libellus repudii reprehenditur ut illicitus.

Si dicas his verbis Malach. 2, *Cum odio habueris, dimitte*, juxta plures interpretes, Deum ironice carpere repudium : *quod patet* ex verbis immediate sequentibus, *Operiet autem iniquitas vestimentum ejus*, nempe repudiantis. *R.* ibi agi, *ut patet ex terminis*, de repudio ex solo odio, sine causa legitima; quod licet secundum aliquos esset validum, erat tamen illicitum.

Inst. Non est verisimile Deum dispensasse generaliter in lege naturæ, nisi propter aliquem finem honestum; sic dum dispensavit in lege monogamiæ, habebat pro fine multiplicationem generis humani : atqui hic non assignatur alius finis libelli repudii quam duritia cordis : ergo.

R. indulgentiam Dei qua volebat consulere fragilitati Judæorum, fuisse causam sufficientem ut permitteret illis libellum repudii.

Obj. 2°. Deuteron. 24, uxor repudiata quæ alteri nupsit, dicitur *polluta et abominabilis coram Deo*. Ergo.

Ibid. a. 4. ad 5. — *R.* dici pollutam et abominabilem coram Deo, non immunditia culpæ, sed cujusdam irregularitatis legalis, sicut immundus dicebatur qui mortuum vel leprosum tetigerat; et ideo non licebat sacerdotibus viduam aut repudiatam ducere. Insuper juxta textum Hebræum et Græcum legitur : *Quoniam hoc* (redire scilicet ad priorem virum) *est abominatio coram Domino;* quia libellus repudii datus sic ut repudiata posset redire ad priorem virum, sapuisset lenocinium, quasi mulier ad tempus esset alteri commodata, idque præbuisset occasionem Judæis facilius repudiandi uxores suas.

Inst. Jerem. 3, mulier repudiata et altari nupta, comparatur fornicariis. Ergo.

R. Deum illic arguere a minori ad majus, et significare tantum quod, licet lex non permitteret recipere mulierem repudiatam, ipse tamen, ex singulari misericordia, reciperet in gratiam populum Israël post multas fornicationes cum amatoribus suis, id est, post iteratam idololatriam, quamvis esset major ratio ipsum rejiciendi quam mulierem repudiatam.

Obj. 3° S. Aug. lib. de Bono conjug. cap. 8, dicit, in libello repudii magis apparuisse exprobrationem divortii quam approbationem; et cap. 18 : « Sicut duobus, » inquit, pluribusve servire, sic a viro vivo » in alterius transire connubium, nec tunc

» licuit, nec nunc licet, nec unquam licebit. » Ergo.

R. Ad primum. Etsi in libello repudii apparuerit exprobratio divortii, quia scilicet non permittebatur tanquam ex natura sua bonus, sed ut bonus et licitus ex dispensatione, nihilominus permittebatur : sicut licet, Judæis petentibus regem, in ejus institutione apparuerit exprobratio novi regiminis; dixit enim Deus Samueli, *Non te abjecerunt sed me*, nihilominus rex fuit institutus et novum regimen, priore extincto, fuit erectum.

Ad secundum. Palam est S. Augustinum loqui seclusa Dei dispensatione, non ignorabat enim ex divina dispensatione, etiam in nova lege, matrimonium infidelium etsi consummatum dissolvi per conversionem alterius ad fidem, et matrimonium ratum fidelium per professionem religiosam.

DISSERTATIO VI.

DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII IN COMMUNI.

D. Th. Q. 50.

ARTICULUS I.

Quot et quæ sint impedimenta matrimonii in communi?

Supp. q. 50. a. unico. — *Dico.* Impedimenta matrimonii sunt duplicis generis, scilicet, prohibentia seu impedientia tantum et dirimentia. Prohibentia seu impedientia tantum dicuntur, quæ impediunt ne matrimonium contrahatur licite, licet valide. Impedimenta dirimentia sunt, quæ impediunt ne valide contrahatur, ita ut contractum cum hujusmodi impedimento sit nullum, et ideo debet dirimi seu dissolvi.

Ibid. ad 1. — Quamvis autem alia sacramenta etiam impediri possint, si aliquid quod sit de eorum essentia vel solemnitate subtrahatur, specialiter tamen assignantur impedimenta pro matrimonio : tum quia non solum est sacramentum, sed etiam contractus; contractus autem a natura, lege variisque aliis impediri potest : tum quia requirit pro materia duorum contrahentium actus.

Impedimenta impedientia tantum, numerantur quinque, his versibus comprehensa :

Ecclesiæ vetitum, necnon tempus feriatum,
Atque catechismus, sponsalia, jungito votum.

Plura olim fuerunt orta ex crimine, sed hæc, sicut catechismus, qui erat quædam cognatio spiritualis orta ex catechismo prævio ad baptismum, desuetudine abrogata sunt, S. Thomas hic numerat tantum duo, scilicet Ecclesiæ vetitum et tempus feriatum, quia alia reducuntur ad impedimenta dirimentia, tanquam imperfectum ad perfectum sui generis, sponsalia ad ligamen, votum simplex ad votum solemne, catechismus ad cognationem perfectam, cætera ad crimen.

Impedimenta dirimentia olim numerabantur tantum duodecim, sed jure novo Tridentini addita sunt duo, scilicet clandestinitas et raptus : unde nunc sunt quatuordecim, his versibus comprehensa.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si clandestinus et impos,
Raptave sit mulier, parti nec reddita tutæ :
Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.

Congruentiam numeri duodenarii affert hic S. Doctor. Vide si lubet.

Cum circa impedimenta impedientia vix ullæ sint difficultates, ea hic breviter explicabimus.

Per *Ecclesiæ vetitum*, intelligitur prohibitio qua papa vel episcopus, aut parochus, aut judex ecclesiasticus prohibet ex justa causa matrimonii celebrationem. Et hæc prohibitio potest esse vel generalis, ut cum Ecclesia prohibet celebrare matrimonium sine præviis denuntiationibus, aut earum dispensatione; vel particularis, ut cum aliquibus prohibetur matrimonium contrahere ex speciali causa, v. g. ut vitetur scandalum, ut dignoscatur impedimentum de quo dubitatur, etc. videturque talis Ecclesiæ prohibitio graviter obligare; tum quia res est gravis; tum quia contravenientes gravibus pœnis mulctat cap. 2 de Matrim. contracto.

Per *tempus feriatum*, intelligitur certum anni tempus quo Ecclesia prohibet

celebrari nuptias, quod licet olim protensius foret, nunc tamen post Tridentinum sess. 24, cap. 10 de Reformat. Matrimonii, est tantum ab Adventu usque in diem S. Epiphaniæ, et a die Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusive.

Porro his temporibus non prohibetur ab Ecclesia celebrare matrimonium simpliciter, sed tantum cum solemnitatibus, quales sunt nuptias solemniter benedicere, traducere palam sponsam, nuptialia convivia celebrare, *ut patet* tum ex textu Tridentini, tum ex declaratione cardinalium concilii Tridentini interpretum, tum ex rituali Romano. Quia tamen homines carnales vix ab his solemnitatibus abstinere possunt, quovis tempore matrimonium ineant, ideo in quibusdam diœcesibus in Adventu et Quadragesima matrimonii celebratio simpliciter prohibetur sine licentia episcopi : et qui huic Ecclesiæ ordinationi contradicit, solemniter matrimonium celebrando præfatis temporibus, videtur peccare mortaliter, tum ratione inobedientiæ, tum ratione scandali.

Utrum vero interdictum generale, seu particulare, quod est censura ecclesiastica, sub hoc vel præcedenti impedimento contineatur?

Respondent negative plures graves auctores, Navarrus, Toletus, Sa, Vivaldus citatus a Sylvio, item Gonet. Henno, etc. Unde, juxta illos, licitum est illo casu et tempore celebrare matrimonium, modo tamen id fiat sine solemnitate. Cum enim, inquiunt, matrimonium sit res ardua, et ad quod homines habent a natura et inclinationem et plenum jus, non est præsumendum pontifices velle illud prohibere quoad substantiam per interdictum locale vel personale absolutum, nisi de eo expressam faciat mentionem : et hoc est probabile.

Per *sponsalia*, intelligitur promissio futurarum nuptiarum facta uni, quæ, nisi prius ex justa causa dissolvatur, impedit ne cum altero vel altera licite contrahatur matrimonium. Dixi *licite*, valide enim contraheret, nisi sponsalia essent cum sorore illius quacum per verba de præsenti contrahit, propter impedimentum publicæ honestatis. Qui contrahit cum tali impedimento, peccat mortaliter.

Per *votum*, intelligitur votum simplex vel castitatis, vel ordinis sacri suscipiendi, vel religionis ingrediendæ, vel non nubendi. Unde tali voto obstrictus non potest sine peccato mortali contrahere matrimonium; valide tamen contraheret, quia votum simplex est tantum promissio proprii corporis facta Deo ad continentiam servandam : res autem promissa manet adhuc sub dominio promittentis, et potest valide, licet illicite, ab eo alteri donari : de quo fusius infra.

In his quatuor impedimentis nunc vigentibus episcopus potest dispensare, excepto voto simplici castitatis et religionis ingrediendæ.

ARTICULUS II.

Quis possit statuere impedimenta dirimentia matrimonium?

Dico. Ecclesia potest statuere impedimenta dirimentia matrimonium.

Prob. 1° ex Trid. sess. 24, can. 4, sic definiente contra Lutheranos : « Si quis » dixerit Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in eis constituendis errasse : » anathema sit. » Idem can. 3.

Respondet Launoius, per Ecclesiam intelligendos esse reges et principes sæculares.

Sed contra. 1° Quia omnes, vel ipsi pueri leviter instructi, per Ecclesiam intelligunt societatem fidelium sub regimine priorum pastorum spiritualium, non principes sæculares, nisi quatenus sunt et ipsi sicut alii fideles membra privata ejusdem societatis; et dum leges dicuntur latæ ab Ecclesia, nemo est qui non statim intelligat primos pastores per quos Ecclesia loquitur, non principes sæculares : unde absurda prorsus est et communi sensui repugnans hæc Launoii responsio. 2° Concilium *Ecclesiam* intelligit eo sensu quo intelligebat Lutherus, quem ibi damnat; alias nihil definiret contra ipsum : atqui quando Lutherus negabat Ecclesiam posse statuere impedimenta matrimonii, non intelligebat per *Ecclesiam* principes sæculares, siquidem eos solos asserebat posse hujusmodi impedimenta statuere, sed intelligebat superiores spirituales et pastores Ecclesiæ : ergo.

Prob. ex perpetua traditione et praxi Ecclesiæ. Concilium Eliberitanum anno 313, secundum alios 305, can. 15, 16, 61 et 66, statuit non posse iniri conjugia cum infidelibus aut hæreticis, nec cum sorore uxoris. Concilium Ancyran. anno 314, can. 11, irritat matrimonium viri cum puella a se rapta. Concilium Neocæsariense eodem anno, can. 1, confirmat impedimentum ordinis, Concilium Agathense anno 506, can. 61, statuit diversos gradus consanguinitatis et affinitatis dirimentes matrimonium. Concilium Lateranense IV, anno 1215, cap. 50, impedimenta consanguinitatis ad quartum gradum contraxit.

Quantum ad Patres. Tertullianus de Corona militis c. 14, et toto libro ad Uxorem, docet conjugia cum ethnicis esse prohibita. S. Aug. l. 15 de Civit. cap. 16, sic scribit : *Quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse conjugia?* S. Gregorius Magnus l. 12 Epistol. Epist. 31 ad S. Augustinum, Anglorum episcopum, dicit non esse attendendum ad legem Romanorum permittentem matrimonia in secundo gradu, sed tantum posse iniri in tertio et quarto gradu. Nicolaüs I, sæculo 9, ad Consulta Bulgarorum cap. 39, consanguinitatis gradus statuit inter quos matrimonium contrahi non possit. Ergo.

Respondent. Ecclesiam usurpasse hanc potestatem in præjudicium potestatis regiæ. At dicant, velim, quis primus pontificum hanc potestatem usurpavit? quis principum sæcularium reclamavit? Quin e contra hanc in Ecclesia auctoritatem ipsimet agnoverunt et venerati sunt. Enimvero, et hinc corroboratur probatio, Vigilius, qui sedit anno 540, irritavit matrimonium Theodeberti Francorum regis cum vidua fratris sui. Leo III, renuntiatus pontifex anno 795, diremit matrimonium Henrici I Castellæ regis, cum filia regis Lusitaniæ, propter impedimentum consanguinitatis. S. Gregorius V, creatus pontifex anno 996, irritum pronuntiavit matrimonium inter Robertum regem Galliæ et Bertam ejus consanguineam. Chilpericus in Capitul. editis an. 595, a. 2, et Carolomannus in congressu Liptinensi cap. 5, jubent ut incestuosa matrimonia judicio episcoporum emendentur. Idem Carolus Magnus l. 5 Capitular. n. 5 et 7, quod confirmavit exemplo, repudians post sententiam episcoporum Bertam filiam regis Longobardorum, propter inhabilitatem ad generationem. Denique id liquido apparuit in concilio Trid. cum oratores Galliarum instanter nomine regis postularunt ut per sacrum consessum matrimonia clandestina et filiorumfamilias sine consensu parentum irritarentur, quorum primum concessit sacra synodus, secundum denegavit.

Prob. 3° ratione. Christus instituendo Ecclesiam, illi contulit potestatem condendi leges optimo et sancto ejus regimini necessarias, sicut decet omnem rempublicam bene ordinatam : atqui nemo negat quin bono communi et sancto Ecclesiæ regimini apprime necessarium sit impedire matrimonia ex quibus oriuntur gravissima inconvenientia in animarum perniciem, atque in eversionem boni communis et publicæ tranquillitatis : ergo.

Confirmatur. Omnis respublica civilis habet potestatem statuendi impedimenta irritantia contractus, ubi id exigit bonum publicum, idque ipsi Calvinistæ fecerunt circa contractus matrimoniales, ut constat ex Statutis ecclesiæ Genevensis : quidni hanc potestatem *a fortiori* haberet Ecclesia?

Nomine Ecclesiæ intelligitur papa et concilium generale, quia eos præcipue spectant quæ ad Ecclesiæ tranquillum regimen sunt necessaria. Episcopus autem, quamvis forte vi suæ jurisdictionis pro sua diœcesi, et concilium nationale pro natione possint statuere impedimenta matrimonium dirimentia, antiqua tamen et universali Ecclesiæ consuetudine hæc potestas videtur eis adempta.

Dices. Ecclesia non potest mutare materiam sacramenti. Ergo.

R. hoc argumentum jam prius esse solutum, et iterum infra fore solvendum, dum de clandestinitate. Interim breviter nunc dico per appositionem impedimenti irritantis contractum matrimonialem, non mutari materiam sacramenti formaliter, sed materialiter tantum; non enim efficitur quod contractus legitimus non sit materia sacramenti, quod esse illam mutare formaliter; sed efficitur quod contractus qui alioquin foret legitimus, jam non sit legitimus : sicut qui mutaret vinum in ace-

tum, non mutaret materiam consecrationis formaliter, semper enim vinum esset materia consecrationis, sed mutaret materialiter, in quantum efficeret quod id quod erat vinum, jam non sit vinum.

Quæstio intricatior est, an etiam principes sæculares possint statuere impedimenta matrimonii? circa quam adeo variantur et implicantur sententiæ, ut nulla plene satisfaciat. Ea nobis videtur planior et expeditior quæ dicit principes sæculares, per se loquendo et attenta præcise potestate regia, posse statuere impedimenta matrimonii; attento tamen præsenti rerum statu, non posse.

Ratio primæ partis est; quia contractus civiles subjacent juri civili et legibus principum, quibus possunt irritari: atqui matrimonium est contractus civilis, et in contractu civili fundatur ratio sacramenti: ergo potest irritari principum legibus, et eo irritato, irritatur sacramentum in eo fundatum.

Atque ita sentire videtur S. Th. hic q. 50, a. unico, ad 4, ubi dicit: « Matrimo» nium in quantum est in officium natu» ræ, statuitur lege naturæ; in quantum » est sacramentum, statuitur jure divino; » in quantum est in officium communita» tis, statuitur lege civili; et ideo ex qua» libet dictarum legum potest aliqua per» sona effici ad matrimonium contrahen» dum illegitima. » Idem docet 4 cont. Gent. cap. 78.

Confirmatur. Principes infideles, fatentibus omnibus, possunt opponere impedimenta matrimonio: ergo et principes fideles; non enim per fidem imminuta est eorum potestas.

Neque obstat quod Christus matrimonium fidelium elevavit ad dignitatem sacramenti, nihil enim ideo mutavit in natura contractus; ita ut contractus validus sit sacramentum, invalidus non sit sacramentum: penes autem principem est statuere conditiones quibus positis sit validus aut invalidus contractus.

Ratio secundæ partis est; quia Ecclesia, sive, secundum aliquos, annuentibus aut saltem non contradicentibus principibus sæcularibus, sive, secundum alios, auctoritate sua suprema sibi soli vindicavit causas matrimoniales, *ut patet* ex Tridentino sess. 24, can. 12, sic definiente: « Si quis dixerit causas matrimoniales non » spectare judices ecclesiasticos: anathe» ma sit. » Idem jam diu antea statutum erat in jure cap. *Multorum* 35, q. 6, et cap. *Accidentibus* de Excessu prælat. Atque istud jus agnoscunt et venerantur principes sæculares, *ut vidimus in secunda probatione conclusionis;* videturque expressa sententia Auctoris hic q. 57, a. 2. ad 4, ubi dicit quod « Prohibitio legis hu» manæ non sufficeret ad impedimentum » matrimonii, nisi interveniret Ecclesiæ » auctoritas quæ idem etiam interdicit: » attento scilicet præsenti rerum statu. Unde nisi teneas eam quam proponimus sententiam pro utraque ejus parte, vix S. Doctorem poteris conciliare.

Ex quo inferes 1° quod, si quæ sint modo aut in posterum statuantur a principibus sæcularibus impedimenta matrimonium dirimentia, non valeant nisi ad effectus civiles, ut sunt exhæredatio, rescissio donationum, privatio omnium quæ vi consuetudinis aut contractus matrimonialis obvenire possunt, etc. ut declaravit custos sigillorum regiorum nomine regis Galliæ circa edicta Henrici III et Ludovici XIII, ad supplicationem cleri Gallicani, de quo supra dum de matrimonio filiorumfamilias. Et etiam *patet* ex jure canonico, revocante plura impedimenta statuta a jure civili; l. *Filiusfamilias* ff. de Ritu nuptiarum, et l. *Tutor* de Sponsalibus.

Inferes 2°, infideles sive in terris fidelium existant, sive non, non teneri legibus Ecclesiæ circa matrimonium, quia ejus potestati non subjiciuntur; teneri autem legibus suorum principum infidelium, si illis subjiciantur.

Inferes 3°, fideles, ubivis locorum existant, teneri legibus ecclesiæ circa matrimonium, quia sive sint hæretici, sive apostatæ, non desinunt esse subjecti Ecclesiæ ratione characteris baptismalis indelebilis. Excipe legem de impedimento clandestinitatis propter specialem hac de re Tridentini dispositionem, de quo infra.

ARTICULUS III.

Quis possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium? ubi plura de dispensatione.

Suppono nullum mortalium posse dis-

pensare in impedimentis quæ sunt juris naturalis, ut sunt ligamen, votum solemne, impotentia; et quæ propter defectum consensus dirimunt, ut sunt error, vis et amentia. Impedimenta autem juris divini nulla sunt nunc, antiqua lege abrogata. Quæstio igitur est de impedimentis juris ecclesiastici, ut sunt servitus, ordo, consanguinitas, affinitas, cognatio tam legalis quam spiritualis, publica honestas, crimen, clandestinitas et raptus.

Dico. Ecclesia potest dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium.

Ita concilium Trid. sess. 24, can. 3, sic: « Si quis dixerit eos tantum consanguinitatis et affinitatis gradus qui Levitico » exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum et dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis » eorum dispensare, aut constituere ut » plures impediant et dirimant: anathema » sit. » Ratio est, quia ejus est dispensare in legibus, cujus est leges condere.

Hæc autem potestas residet in summo pontifice, ad quem, ut ad supremum Ecclesiæ caput visibile, quæcumque sunt juris ecclesiastici spectant. Episcopi tamen, sive ex delegatione expressa vel tacita, sive ex usu approbato dispensant in aliquibus impedimentis etiam publicis et matrimonium præcedentibus, idque varie in variis diœcesibus. In his partibus dispensat in tertio et quarto gradu consanguinitatis, qua in re servandus est usus receptus cuique diœcesi proprius.

Plura scripsi circa præsentem dispensationis materiam in tractatu de Legibus dissert. 5, art. 3, per plures §§, quæ hic ex integro repetere longum foret: quapropter summatim repetendo,

Dixi 1°, episcopos ex consensu tacito summi pontificis dispensare in iis quæ non patiuntur moram, ut si, omnibus ad nuptias præparatis, innotescat impedimentum, et matrimonium absque gravi scandalo differri non possit. Item in impedimentis occultis quæ superveniunt matrimonio contracto cum bona fide saltem unius partis. Item in impedimento petendi debitum ex copula incestuosa in primo vel secundo gradu affinitatis, § 1.

Dixi 2°, summum pontificem dispensare illicite sine justa causa in impedimentis matrimonii, sicut in aliis legibus; valide tamen: episcopos vero nec licite nec valide, § 2.

Si petas quæ sint causæ dispensandi in impedimentis dirimentibus matrimonium?

R. Prima est inveteratæ discordiæ aut gravis litis compositio. Secunda, singulare meritum oratoris in Ecclesiam, aut ingens pecuniæ summa in urgentes Ecclesiæ necessitates expendenda. Tertia, conservatio illustris familiæ intra eumdem sanguinem, aut etiam amplissimarum in ea divitiarum. Quarta, si una pars, sive vir, sive fœmina, non potest sine gravi incommodo invenire compartem suo statui convenientem, ut si debeat deserere suum oppidum. Quinta, periculum gravis infamiæ aut scandali. Sexta, si votum castitatis cujus petitur dispensatio, admodum difficile servari possit.

Præter has rationes sunt aliæ nunc, juxta stylum curiæ Romanæ, communiores et quarum aliqua apponi solet in formula dispensationis, licet non fuerit expressa in libello supplici.

Prima est, si copula intercesserit inter oratores petentes dispensationem super gradus consanguinitatis; quæ si habita fuerit ex intentione ut facilius obtineatur dispensatio, id debet exprimi, quia tunc difficilius conceditur dispensatio, et gravior imponitur pœnitentia. Quod si omittatur, dispensatio est nulla. Secunda est, si sit vehemens suspicio copulæ ex nimia familiaritate inter oratores. Tertia est ætas puellæ excedentis vigesimum quartum annum, et hac de causa manentis innuptæ. Quarta, angustia loci, ut in pagis et parvis oppidis, ubi incolæ sunt fere omnes consanguinei aut affines. Quinta, periculum hæresis in vicinia hæreticorum.

Itque aliqua ex his quinque causis, juxta stylum curiæ Romanæ, solet nunc exprimi in petitione dispensationis; si tamen, his prætermissis, exprimantur aliæ, et papa in dispensatione, omissis quæ fuerant expressæ, exprimat unam ex quinque præfatis, non ideo censetur dispensatio invalida, sed præsumitur quod quamvis causa allegata ab oratore sit judicata sufficiens, non tamen est expressa in dispensatione, quia non est de stylo curiæ: unde quamvis expressa in dispensatione non subsisteret, si subsistat expressa in petitione, valida est dispensatio.

Dixi 3°, dispensationem esse obrepti-

tiam quando allegatur falsum pro ea obtinenda, esse subreptitiam quando reticetur verum, et quod si obreptio aut subreptio cadat supra causam principalem dispensationis, hæc sit nulla : item probabilius si cadat super causam impulsivam tantum, ex malitia allegantis ; secus si ex ejus ignorantia vel simplicitate, ibid. § 4.

Dixi 4°, quod subreptio, seu reticentia veri per se et intrinsece ad rem pertinentis, seu error circa substantiam moralem rei, reddat dispensationem nullam : similiter reticentia eorum quæ stylus curiæ Romanæ requirit, quando in ea petitur dispensatio, ibidem. Quæ autem exprimi requirat stylus curiæ, ibidem dixi.

Dixi 5°, dispensationem peti a sacra Dataria in triplici forma ; in forma *nobilium*, *honestorum* et *pauperum :* pauperes non censeri nisi sint tales ut de suis laboribus et industria tantum vivant : hanc particulam *tantum* necessario debere apponi in petitione, alias nullam fore dispensationem : debentque esse pauperes ex utraque parte : pauperem autem ex Pirrho Corrado censeri, qui non habet in bonis quinquaginta aureos, ibid. § 4.

Hæc, inquam, omnia fusius explicata require locis citatis : nunc ad majorem lectoris instructionem sequentia addo.

Primum. Clarissimus vir Daelman, doctor Lovaniensis, quæst. ultima, observat. ultima de Matrimonio, scribit illos debere censeri pauperes qui, sive in mobilibus, sive in immobilibus habent duo vel tria millia florenorum ; tum quia si peterent in forma *honestorum*, deberent majori parte hujus summæ spoliari pro dispensatione, pro qua petitur mille vel duo millia florenorum, juxta graduum propinquitatem, et sic fierent pauperes ; tum quia hæc pauca bona sunt eis quasi instrumentum quo labore et industria fructuose operari valeant, nullos inde percipientes fructus, aut ita modicos, ut pro nihilo reputentur. Addit laudatus theologus, nuntium apostolicum sic judicare quando oratores a parochis ad ipsum mittuntur.

Secundum. Ex Tridentino sess. 22 de Reformat. cap. 5, dispensationes Romæ conceduntur in duplici forma, nempe in forma commissoria, quæ non tam est dispensatio quam mandatum dispensandi, factum illi ad quem diriguntur litteræ apostolicæ ; et in forma gratiosa, quæ est proprie dispensatio.

Tertium. Duplex est Romæ tribunal ad quod recurritur pro dispensationibus obtinendis, scilicet sacra Pœnitentiaria et Dataria. Hæc sunt inter utrumque discrimina. 1° Dispensationes pro impedimentis occultis conceduntur in sacra Pœnitentiaria ; pro manifestis aut facile manifestandis, in Dataria. 2° In Pœnitentiaria gratis conceditur dispensatio ; in Dataria autem solvitur juxta propinquitatem graduum et conditionem personarum, vel nobilium, vel honestarum, vel pauperum, ut diximus : hæ autem pecuniæ impenduntur in propagationem fidei, vel in alios usus pios. 3° Dispensatio sacræ Pœnitentiariæ valet tantum pro foro interno ; dispensatio Datariæ valet pro utroque foro. 4° Quando petitur dispensatio a Dataria, debent exprimi oratorum nomina ; non in sacra Pœnitentiaria, quia in ea agitur de crimine aut impedimento occulto.

DISSERTATIO VII.

DE IMPEDIMENTIS DIRIMENTIBUS IN PARTICULARI.*

D. Th. Supp. a Q. 51 ad 61.

De impedimento quod dicitur *vis*, dixi dum de consensu requisito ; de impedimento ligaminis, dum de polygamia ; et de impedimento raptus, in tract. de Temperantia dissert. 6, a. 4, § 2, ubi inter alia singularem Honorati Tournely hac de re opinionem confutavimus. Vide locis citatis, ne eadem repetere cogamur. Nunc ergo de cæteris impedimentis.

ARTICULUS I.

De impedimento erroris et conditionis.

Quadruplex error circa matrimonium contingere potest, scilicet : error *personæ*, quo quis credit esse talem personam, v. g. Mariam, et est Berta ; non quidem quoad nomen tantum, sed quoad personam nominatam. Error *conditionis*, servilis scilicet, quo quis creditur liber et est servus. Error *qualitatis*, quo quis creditur habere qualitatem quam non habet, v. g. quod sit virgo, catholica, sobria, etc. Error

* Vide novam hac de re Dissertationem ad calcem Tractatus.

fortunæ, quo quis existimatur dives, et est pauper. Ita in jure causa 29, q. 1, cap. unico.

De hoc igitur quadruplici errore quæstio nunc est, præsuppositis tamen iis quæ scripsi dissert. 1 de Contractibus a. 3, quæ prælegi debent.

Supp. q. 51. a. 2. 0. — *Dico* 1°. Error personæ jure naturæ dirimit matrimonium.

Ibid. — *Prob.* Matrimonium non est sine consensu in objectum primarium et substantiale matrimonii : atqui error personæ tollit hunc consensum : ergo. *Prob. min.* Objectum primarium et principale contractus matrimonialis est hæc determinata persona : atqui error personæ tollit consensum in hanc determinatam personam, dum quis credit contrahere cum Berta, et est Joanna : ergo.

Idque verum est etiamsi error sit vincibilis et supinus, quia hic non agitur de culpa committenda, sed de consensu necessario, qui deest, etiamsi error sit vincibilis. Item verum est etiamsi error non sit antecedens seu dans causam contractui, sed concomitans tantum et non dans causam contractui ; quia licet tunc non sit involuntarium positive, est tamen negative, seu non voluntarium : unde si contrahas cum Joanna credens esse Bertam, ita dispositus quod, si scires esse Joannam, nihilominus contraheres, nullum est matrimonium; non enim inde fit quod de facto habeas voluntâtem contrahendi cum Joanna, sed tantum quod haberes, si scires ; consensus autem tuus actualis fertur in Bertam et non in Joannam. Confer locum citatum de contractibus.

Dices 1°. Sicut consensus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptismum : sed si quis baptizaret Joannem et credit baptizare Petrum, nihilominus Joannes vere est baptizatus : ergo error personæ non excludit matrimonium.

Ib. a. 1. ad 3. — *R. D. maj.* Ly *sicut* dicente omnimodam paritatem, *N.* dicente aliqualem, *C.* Disparitas est igitur inter matrimonium et alia sacramenta, quod matrimonium sit contractus, et quidem talis qui non solum est inter personas, sed etiam de ipsis certis et determinatis personis quæ seipsas hinc inde tradunt ut materiam contractus, ita ut intentio contrahentis feratur in talem personam cum exclusione aliarum : unde sicut alii contractus, si supponatur res alia quam ea de qua conventum est, irriti sunt, ita et matrimonium. Alia autem sacramenta neque sunt contractus, neque qui ea confert ordinarie habet intentionem ad personam Petri vel Pauli determinate cum exclusione aliarum, sed ad personam præsentem ; ac proinde si putans baptizare Petrum baptizet Joannem, Joannes est vere baptizatus. Si tamen haberet intentionem ad Petrum cum exclusione aliorum, nullum esset sacramentum baptismi.

Dices 2°. Inter Liam et Jacob fuit verum matrimonium : sed ibi fuit error personæ : ergo.

Ibid. ad 4. — *R. D. maj.* Inter Jacob et Liam fuit verum matrimonium ex ipso concubitu, seu consensu qui per errorem contigit, *N.* ex consensu qui postmodum accessit. *C.*

Repones. Benedictio Isaac errantis in persona fuit valida. Ergo.

R. 1° cum S. Augustino lib. 16 de Civit. cap. 37 et aliis, *D. ant.* fuit valida ab initio, *N.* per ratificationem sequentem quam Isaac, fraude detecta et voluntate Dei cognita, ex instinctu divino fecit, *C. Responderi potest* 2°, intentionem Isaac fuisse benedicendi filio præsenti, non satis discernens an is fuerit Jacob, an Esaü.

Dices 3°. Sicut emptio est quidam contractus, ita et matrimonium : atqui in emptione et venditione, si detur aurum æquivalens pro alio auro, non impeditur venditio : ergo nec matrimonium impeditur, si pro una muliere alia accipiatur.

Ibid. a. 4. ad 7. — *R. N. conseq.* Disparitas est, quod pecunia in contractibus accipiatur quasi mensura aliarum rerum, *ut patet* 5 Ethic. cap. 5, et non quasi propter se quæsita; et ideo si non detur illa pecunia quæ creditur, sed alia æquivalens, nihil obest contractui : sed si in re quæsita propter se, esset error, impediretur contractus; sicut si alicui venderetur asinus pro equo, et similiter in præsenti.

Ib. 0. et in resp. ad arg. — *Dico* 2°. Error qualitatis aut fortunæ non dirimit matrimonium, nisi involvat errorem personæ, aut limitet consensum contrahentis.

Ibid. — *Prob.* Error qualitatis aut fortunæ est error circa accidentia matrimonii : atqui error circa accidentia non irritat contractum : ergo. *Prob. min.* Non obs-

tante errore circa accidentia, habetur consensus in objectum principale et substantiam contractus : atqui is consensus sufficit ad contractum, ut diximus loco citato de contractibus : ergo.

Confirmatur. Si error qualitatis aut fortunæ irritaret matrimonium, vix ullum subsisteret, cum ut plurimum errent conjuges circa qualitates et fortunas alterutrius. Ergo.

Ibid. ad 3. — Dixi 1°, *nisi error qualitatis involvat errorem personæ;* tunc enim dirimeret, non ut error qualitatis, sed ut error personæ : censetur autem error qualitatis involvere errorem personæ, quando consensus contrahentis fertur primario et directe in illam qualitatem seu in personam sub hac qualitate ; et tunc censetur intendere directe et primario hanc qualitatem, quando, antequam personam cognoscat, concipit personam cum qua vult contrahere hic et nunc sub certa qualitate non communi, ut est bonitas, opulentia, virginitas, sed particulari et individua, ut quod sit filius regis, quod sit primogenitus talis familiæ : unde si contrahens intendat consentire in filium regis, aut primogenitum, quicumque ille sit, et alter ei offeratur, est error personæ dirimens matrimonium. Si vero prius personam cognoscat, et cum ea vult contrahere, quamvis moveatur qualitate circa quam errat, non censetur intendere directe et primario illam qualitatem, nec ideo error hujus qualitatis involvit errorem personæ, nisi apponatur ut conditio. Et ideo

Dixi 2°, *nisi error qualitatis limitet consensum contrahentis.* Si enim non intendat contrahere nisi adsit talis qualitas, deest consensus in personam, ea qualitate non subsistente ; talis autem limitatio debet esse actualis aut saltem virtualis ex præcedente actuali, nec sufficit habitualis aut interpretativa ; exinde enim sequitur tantum quod non consensisset si error abfuisset, sed non fit quod de facto non consenserit in substantialia matrimonii : et alioquin quot forent matrimonia irrita ! cum sint pene innumeri qui, si novissent defectus compartis, noluissent contrahere. Vide loco citato de contractu conditionato art. 7, § 1.

Dices 1°. Error ex natura sua generica tollit matrimonium : ergo omnis error.

Ibid. ad 1. — *R. D. ant.* Error ex natura sua generica tollit matrimonium, *N.* ex sua natura differentiali, *C.* Non enim habet error ex parte generis quod tollat matrimonium, sed ex parte suæ differentiæ, prout scilicet est error alicujus eorum quæ sunt de essentia matrimonii.

Inst. Error tollit matrimonium, in quantum tollit voluntarium : sed omnis error tollit voluntarium : ergo.

Ibid. ad 2. — *R. D. maj.* Error tollit matrimonium in quantum tollit voluntarium circa substantialia matrimonii, *C.* circa accidentalia, *N.* Et similiter *D. min.* Omnis error tollit voluntarium circa ea circa quæ versatur, *C.* circa alia, *N.* Unde si versetur tantum circa accidentia matrimonii, facit involuntarium circa illa, sed relinquit voluntarium circa substantialia.

Dices 2°. Error paupertatis in dante eleemosynam irritat illam, ita ut pauper fictus teneatur illam restituere : atqui est ibi tantum error qualitatis ; quia scilicet putatur pauper cum sit dives : ergo similiter in matrimonio.

R. N. conseq. et paritatem. Disparitas est, quod paupertas sit objectum substantiale et finis per se et directus eleemosynæ ; datur enim in sublevamen miseriæ realis alienæ : unde talis error versatur circa ejus substantiam. At vero in matrimonio, qualitates personæ non sunt objectum substantiale nec finis per se consensus, sed ipsa persona, nisi aliter exprimat.

Dices 3° Consensus matrimonialis est indivisibilis : ergo qui consentit in Bertam virginem, non censetur in illam consentire si non sit virgo.

R. D. ant. Consensus matrimonialis in objectum substantiale matrimonii tantum est indivisibilis, *C.* in objectum substantiale simul et in accidentia, *N.* Unde potest subsistere circa objectum substantiale, licet non subsistat circa accidentia.

Dico 3° Error conditionis, seu servitus ignorata ab altero contrahente libero, dirimit matrimonium jure positivo, non naturali.

Per conditionem igitur intelligitur hic servitus, non qua quis inservit alterius officiis, ut sunt ancillæ et famuli in his par-

tibus ; sed qua quis ut verum mancipum est totaliter in potestate domini tanquam ejus possessio. Exulavit a christianismo, saltem in his partibus : unde quæ eam spectant paucis perstringemus.

Prima pars constat ex jure, cap. 2, 3 et ultimo de Conjug. servor. et cap. *Si quis ingenuus* causa 29, q. 2.

Prob. secunda pars. Si servitus ignorata ex natura sua dirimeret matrimonium, etiam scita dirimeret, sicut impotentia perpetua, sive scita, sive ignorata, dirimit : atqui servitus scita non dirimit matrimonium : ergo nec ignorata.

Si dicas quod servitus scita non dirimat matrimonium quia tunc pars libera cedit juri suo.

R. 1° quod sive cedat, sive non cedat, non potest efficere quod id quod se dirimit matrimonium non dirimat, *ut patet* in exemplo allato impotentiæ. 2° Injuria quam patitur ignorans non sufficit ad dirimendum matrimonium, quando adest censensus in substantialia matrimonii, *ut patet* in aliis contractibus quos injuria passi non irritat de facto, sed tantum facit irritabiles si non sint aliunde indissolubiles, qualis est contractus matrimonialis.

Eaque videtur aperta mens Auctoris hic q. 52, art. 1, ad 3, dicentis : « Jure po- » sitivo determinante, est factum quod » servitus ignorata matrimonium impe- » diat, ne aliquis sine culpa puniatur. »

Unde quando S. Doctor hic et art. præcedent. probat ratione servitutem ignoratam dirimere matrimonium, non adducit rationem convincentem, sed convenientem tantum, qua motum fuit jus positivum ut tale impedimentum statueret. Nec enim diffitemur jus humanum quo irritatur matrimonium contractum ex errore servitutis, habere maximum fundamentum in jure naturæ, eo quod sit magna inæqualitas in tam gravi contractu, cum pars libera tradat plenam sui corporis potestatem, serva autem restrictam et secundum quid impeditam; tum etiam quia officit aliquo modo bono prolis, quæ non ita commode posset educari in tali conjugio, eo quod non posset esse ita continua et libera habitatio conjugum simul. Hæ tamen rationes non sufficerent ut de se dirimerent matrimonium, nisi accederet jus positivum; alias servitus scita, ut dictum est, etiam dirimeret, cum eadem incommoda importet.

Dices. Error servitutis versatur circa substantialia matrimonii. Ergo. *Prob. ant.* Versatur circa potestatem mutuam in corpora, in ordine ad debitum conjugale. Ergo.

R. N. ant. Ad probat. D. ant. Versatur circa potestatem mutuam quæ simpliciter impediatur, *N.* quæ impediatur secundum quid, *C.* Servus enim licet non possit tam facile libere reddere debitum, potest tamen absolute et quandoque; alias etiamsi sciretur servus non staret matrimonium, idem enim esset sicut de impotentia perpetua. Unde semper hic habetur abjectum substantiale consensus matrimonialis, scilicet vera potestas simpliciter tradita, licet quidem non ita expedita : et ideo diximus tale impedimentum fundari in jure naturæ.

Dixi 1°, *servitus ignorata;* quia si alter contrahens sit conscius servitutis compartis, non dirimit, eo quod censeatur cedere juri suo.

Dixi 2°, *ab altero contrahente libero;* quia si ipse etiam sit servus, non dirimit matrimonium; quia nunc nulla fit ipsi injuria, sed habetur compensatio. Quod si liber credat servam quæ est libera, valide etiam contrahit quia tunc nihil est in præjudicium, sed potius in commodum alterius contrahentis.

Petes 1° utrum servus vel serva possit licite et valide contrahere matrimonium sine consensu domini?

Ibid q. 52. a. 2. — *R. affirmative;* quia sicut servus non subditur domino, quin libere possit comedere et dormire, et alia hujusmodi facere quæ ad necessitatem corporis pertinent : ita non subditur ei quantum ad hoc quod non possit libere contrahere matrimonium, quod est necessarium ad conservationem speciei.

Dices. Servus est domini. Ergo.

R. D. ant. Servus est domini quantum ad civilia, quæ naturalibus superadduntur, *C.* quantum ad naturalia, *N.* In his enim omnes sunt pares, adeoque servus sui juris quantum ad hæc.

Petes 2° cujus conditionem proles sequi debeat, an patris, an matris?

R. quod quantum ad libertatatem, seu servitutem, debeat sequi conditionem matris, ita ut proles sit serva si, patre libero,

mater sit serva; e contra proles sit libera, si, patre servo, mater sit libera.

Ita decernunt jura civilia, ut partus sequatur ventrem, et ita declaravit pontifex cap. unico de Natis ex libero ventre; idque rationi conformiter. 1° Quia, licet proles habeat a patre complementum formæ, a matre tamen habet substantiam corporis: atqui servitus est corporalis conditio, cum servus sit quasi instrumentum domini in operando : ergo. 2° Quia, ut communiter dicitur, receptum est in recipiente per modum recipientis, et non per modum dantis : ergo rationabile est quod semen receptum in muliere ad conditionem ipsius trahatur. Ubi autem est contraria consuetudo quod proles sequatur conditionem patris, tenenda est, cap. *Licet* de Conjugio servor. et similiter ubi est consuetudo quod semper sequatur deteriorem partem, licet talis consuetudo non sit multum rationabilis, inquit S. Doctor. Quantum autem ad ea quæ pertinent ad dignitatem, ut sunt honores, hæreditates, nobilitates, etc. proles sequitur conditionem patris; quia habet a patre quod est dignius, scilicet complementum formæ.

ARTICULUS II.

De impedimento voti.

Duplex est votum, aliud simplex, aliud solemne; de quibus dixi dissert. 4 de Relig. art. 5 : de utroque procedit quæstio : unde sit

§ I. — *Utrum votum simplex impediat et dirimat matrimonium subsequens?*

Supp. q. 53. a. 1. 0. — *Dico.* Votum simplex, sive castitatis, sive religionis ingrediendæ, sive ordines sacros suscipiendi, sive non nubendi, impedit matrimonium licite contrahendum, non dirimit contractum.

Ita in jure cap. *Meminimus*, et cap. *Consuluit*, Extra. lib. 4, tit. Qui clerici vel voventes, et cap. *Hæc vero* causa 27, q. 1.

Ibid. — *Prob.* Homo per votum simplex, ut in conclusione, potest adhuc, illicite quidem, valide tamen tradere alteri suum corpus : atqui in tali traditione consistit matrimonium : ergo. *Prob. maj.* Et 1° quod illicite, *patet;* quia tenetur adimplere votum. Quod valide, *probatur.* Post votum simplex homo remanet adhuc dominus sui corporis : ergo potest valide illud alteri tradere. *Prob. ant.* In voto simplici, non est nisi promissio corporis ad continentiam Deo servandam : atqui ex eo quod aliquis promittat rem aliquam, non desinit res illa esse in ejus potestate et dominio; rerum enim dominia non transferuntur promissione, sed traditione : ergo.

Dices 1°. Fortius vinculum abrumpit debilius : atqui votum Deo factum est fortius matrimonio : ergo.

Ibid. ad 1. — *R. D. min.* Est fortius quantum ad id cui et ad quod obligat, hoc est, dignius, *C. min.* quia per votum obligatur Deo ad continentiam; per matrimonium autem obligatur uxori ad redditionem debiti : est fortius quantum ad modum et vim ligandi, *N. min.* Quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestatem uxoris, non autem per votum simplex, ut dictum est; potior est autem conditio possidentis : unde argumentum quidem valeret de sponsalibus, sed non valet de matrimonio.

Dices 2° et *instabis.* Donatio illicita est nulla, *ut patet* in donatione simoniaca : atqui, etc. ergo.

R. D. maj. Donatio per se ex natura rei, hoc est, ratione generis et substantiæ donationis illicita, est invalida, *C. maj.* et ita est donatio simoniaca, quia spiritualia non sunt mercatu venalia : illicita tantum ratione circumstantiæ, puta, quia est excessiva ut in prodigo; vel ratione subjecti, quia in eo alteri virtuti repugnat, *N. maj.* Et ita est illicita traditio per matrimonium in eo qui voto obstrictus est; matrimonium enim de se non est illicitum, sed ratione subjecti, quia repugnat promissioni castitatis quam fecit.

Repones. Contractus quo quis se obligat ad illicitum, nullus est : atqui qui post votum simplex contrahit matrimonium, se obligat ad illicitum, scilicet ad copulam : ergo.

R. D. min. Se obligat ad copulam reddendam. *C.* et hoc, tradito valide corpore, non est ipsi illicitum, eo modo quo dicemus infra : ad exigendam, *N.*

Petes quando et quomodo peccat qui post votum simplex, vel castitatis, vel religionis ingrediendæ, vel ordines sacros suscipiendi, contrahit matrimonium?

R. 1°. Qui post votum non nubendi contrahit matrimonium, certo peccat morta-

liter, quia violat votum. Qui post votum simplex castitatis, aut religionis ingrediendæ, aut suscipiendi ordines sacros, contrahit matrimonium, ordinarie peccat etiam mortaliter; quia ordinarium est quod contrahentes intendant consummare matrimonium. Quod si non animo consummandi, sed ingrediendi religionem contrahat, non peccabit contra votum; sed nisi adsit justa causa ingrediendi religionem, poterit peccare erga uxorem eam decipiendo et ei nocendo, quatenus non poterit tam facile alteri nubere, et debebit expectare unum vel alterum annum probationis, ut possit nubere.

R. 2° Qui post votum non nubendi contraxit matrimonium, potest licite petere et reddere debitum; quia illius votum se extendit tantum ad matrimonium, et non ultra.

R. 3°. Qui post votum religionis ingrediendæ contraxit matrimonium, peccat mortaliter prima vice consummans matrimonium, sive reddendo, sive petendo debitum. Consummato autem semel matrimonio, potest licite petere et reddere. *Ratio primæ partis est;* quia cum professio religiosa dissolvat matrimonium ratum, et non consummatum, ante consummationem adhuc ipsi possibilis est adimpletio voti; per consummationem autem reddit sibi impossibilem. *Ratio secundæ partis;* quia supposito quod non liceat religionem ingredi, actus conjugalis etiam petendo, non est contra ejus votum, cum talis non voverit castitatem, sed tantum religionem, cujus obligationibus non obstringitur, nisi sit in ea collocatus.

Utrum vero qui post votum simplex castitatis, aut ordines sacros suscipiendi, contraxit matrimonium, teneatur similiter ingredi religionem pro servando voto, si tamen ad religionem sit idoneus? Videtur quod si aliter non possit servare votum attenta rei natura, teneatur; quia licet istud medium servandi votum sit arduum et difficile, est tamen inter homines usitatum et satis ordinarium ut ad illud homo teneatur, præsertim si in hanc necessitatem sponte se conjecerit, ut sine illo votum servare non possit; et ita tenet Auctor hic a. 1, ad 3, Scotus, Petrus Soto, Sylvester, Navarrus et plures alii. Attamen attenta dispositione juris, videtur multis contrarium colligi ex Extravaganti *Antiquæ concertationi* Joannis XXII, in qua pontifex decernit, eum qui post contractum matrimonium invita uxore fuerat ordinatus sacerdos, esse quidem inducendum ad religionem, sed nolentem, compellendum ut, petente sponsa, consummet matrimonium. Cæterum dici potest quod pontifex illum non cogat absolute ad religionem, non quia non tenetur, sed propter periculum graviorum inconvenientium: sicut judices ecclesiastici propter eamdem rationem ordinarie non cogunt ad matrimonium illum qui inivit sponsalia, licet teneatur; nec etiam absolute compellitur ad reddendum debitum, sed conditionate tantum, si nolit religionem ingredi.

Cætera quæ hæc spectant require supra de obligatione reddendi debitum.

§ II. — *Quo jure votum solemne religionis dirimat matrimonium subsequens?*

Suppono tanquam fide certum, votum solemne religionis dirimere matrimonium subsequens. Ita definivit concilium Trid. sess. 24, can. 9. Id prius definiverant plures pontifices, Alexander III, cap. *Meminimus*, Innocentius III, cap. finali, tit. *Qui clerici vel voventes*, Bonifacius VIII, cap. unico *De voto* in 6 et alibi. Sed difficultas est an etiam jure naturali dirimat.

Ibid. a. 1. o. — *Dico.* Votum solemne religionis, non solum jure ecclesiastico, sed etiam jure naturali dirimit matrimonium subsequens. Ita Auctor cum suis communiter et pluribus extraneis, contra Scotum, Cajetanum, Coninck et plures alios.

Ibid. — *Prob.* Cui semel alicui rem suam donavit et tradidit, donatione ab illo acceptata, jure naturæ non potest eamdem rem alteri donare, præsertim in usum contrarium: atqui homo per votum solemne religionis, donat et tradit Deo corpus suum ad perpetuam continentiam, quæ traditio et donatio ab eo per religionis prælatos acceptatur: ergo non potest valide ipsum tradere per matrimonium in potestatem conjugis ad usum copulæ. *Maj. patet*, quia per donationem et traditionem acceptatam, donans amittit dominium suæ rei, quod in donatarium transtulit. *Prob. minor.* Hæc est differentia inter votum simplex et votum solemne, quod votum simplex sit

nuda promissio, votum autem solemne promissioni superaddat traditionem et acceptationem ; non quidem quod sit unius ejusdem rei promissio et traditio ; hæc enim duo de eadem re inter se pugnant, sed est promissio unius et traditio alterius, scilicet promissio fructuum et traditio arboris; promittuntur enim actus castitatis, paupertatis et obedientiæ, et traditur persona voventis ad illa servanda. Ergo. Hanc differentiam inter votum simplex et solemne, in qua sita est tota vis argumenti, variis argumentis probatam et contra impugnationes adversariorum propugnatam require dissert. 4 de Relig. art. 5.

Confirmatur. Concilium Trid, sess. 24, can. 9, decl rat matrimonium clericorum in sacris ordinibus et religiosorum, esse irrita propter legem ecclesiasticam vel votum, scilicet, illa propter legem ecclesiasticam, ista propter votum ; hæc autem distinctio locum non haberet si vota religiosorum ex sola lege ecclesiastica, et non ex natura sua matrimonium dirimerent.

Solvuntur objectiones.

Plura argumenta quæ militant contra rationem fundamentalem conclusionis, nimirum differentiam statutam inter votum simplex et solemne, hic omitto, quia abunde fuerunt proposita et soluta loco citato de Religione : vide. His itaque nunc præsuppositis,

Obj. 1°. Traditio corporis etiamsi fiat in voto solemni, non repugnat essentiæ matrimonii : ergo non dirimit ex natura sua matrimonium. *Patet conseq.* quia non alia ratione dirimeret, quam quod ista duo vincula inter se pugnant, ut dictum est. *Prob. ant.* Conjugati, manente conjugii vinculo, valide religionem profitentur, et sunt tam perfecte religiosi quam quivis alii. Ergo.

R. D. ant. Traditio corporis in voto solemni non repugnat essentiæ matrimonii præcedentis, *C. ant.* subsequentis, *N.* Sicut, v. g. impotentia si subsequatur matrimonium, illud non dirimit, licet dirimat si præcedat. *Ratio disparitatis in nostro casu est*, quia cum ad matrimonium requiratur translatio corporis et juris ad copulam, facta comparti, et ad professionem religiosam translatio personæ et juris ad castitatem servandam, facta Deo; conjugati possunt cedere juri suo, aut illud per adulterium amittere, et sic manente vinculo, quod ex consensu conjugali semel posito resultavit, jus illud quod recuperarunt Deo tradere possunt, sicque fieri religioni idonei. Deus autem non potest amittere jus quod per votum solemne acquisivit, ut ipsi servetur castitas; et licet possit ipsi cedere, nusquam tamen facit, nec facere, fecisse, aut facturum, ulla ratione suaderi potest. Quandiu autem tale jus manet apud Deum, non potest tradi homini jus contrarium, scilicet ad copulam : adeoque nec valide iniri matrimonium.

Inst. Matrimonium, ex dictis, potest subsistere in facto esse sine jure ad copulam : ergo et in fieri : ergo religiosus potest valide inire matrimonium ex natura rei.

R. D. ant. Matrimonium potest subsistere in facto esse sine jure proximo et expedito ad copulam, *C.* radicali et impedito, *N.* Itaque cum jus ad copulam sit aut de essentia matrimonii, aut ejus proprietas inseparabilis, dicendum quod, cum in nostro casu matrimonium subsistat in conjugato religionem profitente, maneat etiam aliquale jus ad copulam, cum res in facto esse non possit magis esse sine sua essentia aut proprietate quam in fieri ; jus tamen illud est impeditum per traditionem juris expediti ad castitatem, et radicaliter tantum remanet ratione consensus conjugalis semel irrevocabiliter dati et vinculi indissolubilis inde resultantis et permanentis, ratione cujus compars remanet semper sua, ita ut accedendo ad illam non committeret adulterium carnale, et e contra si accederet ad aliam, foret adulter. *Ex quo patet negandam esse secundam consequentiam*, scilicet, religiosum posse valide inire matrimonium; quia non potest tradere comparti jus ullum etiam radicale, eo quod per professionem religiosam tradatur absolute Deo totum jus quod tradi potest ad castitatem servandam, adeoque et radicale dum potest.

Repones. Potest stare professio religiosa sine jure radicali, *ut patet ex solutione præcedenti.* Ergo potuit religiosus tradere tantum jus proximum Deo, et reservare sibi radicale tradendum uxori.

R. D. ant. Potest stare professio religiosa sine jure radicali, quando non est tra-

dibile, *C.* quando est tradibile, *N.* Quia, ut dictum est, professio est absoluta traditio omnis juris possibilis ad castitatem servandam.

Inferes. Ergo conjugatus qui religionem profitetur de consensu compartis, non est tam perfecte religiosus quam non conjugatus, quia iste tradit Deo jus radicale et proximum ad castitatem servandam : alter autem tradit tantum jus proximum.

R. D. illatum. Non est tam perfecte religiosus extensive et materialiter, *transeat ;* intensive et in ratione meriti, *N.* Quia illud jus radicale quod retinet ad copulam, est impeditum et inefficax : unde jus proximum et expeditum quod Deo tradit ad castitatem servandam, tantum valet et præstat ad hunc finem quantum valeret et præstaret si foret simul jus radicale.

Obj. 2°. Si votum solemne ex natura rei dirimeret matrimonium, esset vel quia est votum, vel quia est solemne : neutrum dici potest. Ergo.

R. Non præcise quia votum, alias omne votum etiam simplex dirimeret ; neque præcise quia solemne, quia si aliquis faceret aliud votum solemne quam castitatis, non ideo esset inhabilis ad matrimonium, sed quia est solemne religionis seu castitatis.

Hinc cum opponitur non esse majorem traditionem religiosi Deo quam servi domino, qua tamen non obstante, servus potest inire matrimonium : disparitas est, quod servus tradatur domino, non ad castitatem servandam, sed ad civilia obsequia ; religiosus autem Deo ad castitatem servandam, unde non potest alteri se tradere ad copulam.

Inst. 1° Votum solemne non dirimit matrimonium ex natura rei, quia est solemne religionis aut castitatis. Ergo. *Prob. ant.*, Non præcise quia est castitatis, alias votum simplex dirimeret ; non etiam quia est solemne castitatis, quia solemnitas voti est tantum ex constitutione Ecclesiæ, ut dicit Bonifac. VIII, cap. unico de Voto et voti redemptione in 6, his verbis : « Cum voti solemnitas ex sola constitu- » tione Ecclesiæ sit adinventa, matrimo- » nii vero vinculum sit ab ipso Deo, illud » votum debet dici solemne quod per sus- » ceptionem sacri ordinis aut per profes- » sionem in religione approbata solemniza- » tur. » Et D. Th. 22, q. 88, a. 7, docet quod solemnitas voti attendatur secundum aliquam spiritualem benedictionem, quæ ex institutione Apostolorum adhibetur. Ergo.

R. N. ant. Ad probat. D. ant. Solemnitas accidentalis voti est tantum ex institutione Ecclesiæ, *C. ant.* solemnitas essentialis, *N.* Duplex igitur in voto distinguenda est solemnitas, una essentialis seu substantialis, quæ consistit in traditione sui ipsius, facta superiori, ad servandum ea quæ promittuntur, et acceptatione quam is facit vice Dei ; altera accidentalis, quæ consistit in quibusdam cæremoniis ab Ecclesia institutis, tanquam conditionibus sine quibus invalidæ forent traditio et acceptatio. Et hæc solemnitas dicitur a summo pontifice, ex sola constitutione Ecclesiæ adinventa. Licet enim substantia voti solemnis seu solemnitas voti substantialis per Ecclesiam non statuatur, ita ut facere non possit quin sit votum solemne dirimens matrimonium, ubi semel est valida traditio et acceptatio vice Dei, ex ea tamen pendet statuere certas conditiones sine quibus non fiat valide acceptatio vice Dei, ut de facto statuit eam aliter non posse fieri quam certa ætate, in religione approbata, a superiore legitimo, etc. Sicut licet substantia matrimonii non sit ab Ecclesia, ita ut non possit efficere quin contractus validus sit verum matrimonium, ab ejus tamen auctoritate pendet statuere certas conditiones sine quibus invalidus est contractus matrimonialis, ut de facto statuit quoad matrimonium clandestinum.

Ad D. Thomam, dico illam benedictionem de qua loquitur, nihil aliud esse quam assumptionem personæ voventis ad statum sanctitatis, per acceptationem illam quam ritu ab Apostolis introducto facit superior. Neque alia benedictio aut solemnitas hic requiritur ; posita enim valide et traditione voventis et acceptatione vice Dei, votum solemne sua essentialia habet, et vim obligandi ad ea quæ promissa sunt, adeoque ex natura sua dirimendi matrimonium. Confer loco citato de Religione, object. 1 et 2.

Inst. 2°. Pontifex ex solemnitate instituta ab Ecclesia, definit quodnam debeat dici votum solemne ad dirimendum matri-

monium : atqui hoc non potest definiri ex solemnitate accidentali, siquidem secundum nos sit essentiale voto solemni dirimere matrimonium : ergo.

R. D. min. Hoc non potest definiri ex solemnitate accidentali, tanquam ex intrinsecis constituentibus. *C.* tanquam ex signo extrinseco, *N.* Unde sensus definitionis pontificiæ est, quod, cum signa declarativa voti solemnis et conditionis ad illud requisitæ, sint ex constitutione Ecclesiæ, et ex illa constitutione ista signa et istæ conditiones reperiantur tantum in duobus votis, scilicet, in eo quod annectitur ordinis sacri susceptioni, et in eo quod emittitur in religionis professione, dicendum sit duo tantum esse vota solemnia dirimentia matrimonium subsecutum.

Inst. 3°. Summus pontifex eo modo loquitur de voto religiosi et ordinati : atqui solemnitas essentialis voti ordinis dirimens matrimonium, est ex sola constitutione Ecclesiæ : ergo. *R.* Eodem modo loquitur quoad vim dirimendi matrimonium, *C.* quoad jus quo illud dirimunt, *N.*

Obj. 3°. Plures pontifices dispensarunt cum monachis et monialibus ut nuberent : atqui dispensare non possunt in jure naturæ : ergo.

Hoc argumentum cum suis probationibus radicitus solutum require dissert. 4 de Religione, a. 9, obj. 4.

ARTICULUS III.

De impedimento ordinis.

Dissertatione 3 de Ordine, art. 4 et 5, plura dixi de continentia clericorum; inter alia, eam esse annexam ordini sacro, non jure naturali aut divino, sed ecclesiastico. Unde hic tantum discutiendum restat utrum ordo sacer non solum impediat, sed etiam dirimat matrimonium.

Suppono ordinem sacrum, quamvis ab Ecclesiæ incunabulis impediverit matrimonium, saltem in presbyteris et diaconis, ut dixi loco citato, non tamen semper diremisse : canones enim antiqui quibus nuptiæ ordinatis prohibentur, nullam irritationis clausulam apposuerunt, nec usquam jusserunt ut qui sic contraxissent ab uxoribus separarentur, sed tantum pœnam qua mulctarentur determinarunt. Imo canon primus concilii Neocæsariensis jubet gravius puniri eum presbyterum qui fuerit fornicatus quam illum qui uxorem duxerit; verba sunt : « Presbyter si uxorem acceperit, ab » ordine deponatur : si vero fornicatus fue» rit vel adulterium perpetraverit, amplius » pelli debet et ad pœnitentiam redigi. » Ergo non censet invalidum esse matrimonium : alias minorem pœnam non statueret, cum æquale foret delictum, utpote utrobique fornicatio. Videtur sacrum ordinem id obtinuisse ut dirimeret matrimonium circa sæculum undecimum, *ut patebit ex conclusione sequenti.*

Ibid. ad 3. — *Dico.* Ordo sacer jure ecclesiastico dirimit matrimonium subsequens.

Prob. Calixtus III, vel secundum correctionem Romanam, Urbanus II, circa annum 1090, cap. *Presbyteri* dist. 27, sic statuit : « Presbyteris, diaconis, subdiaco» nis et monachis, concubinas habere, seu » matrimonia contrahere penitus interdi» cimus : contracta quoque matrimonia ab » hujusmodi personis disjungi, et personas » ad pœnitentiam redigi debere, juxta sa» crorum canonum definitiones judica» mus. » Quod postea confirmatum fuit in concilio Lateran. II sub Innocentio II, et alio Lateranensi sub Alexandro III. Refertur in jure cap. 1 et 4, tit. de Clericis conjugatis; et tandem novissime in Trid. sess. 24, can. 9, ubi dicitur : « Si quis dixe» rit clericos in sacris ordinibus constitu» tos, vel regulares castitatem solemniter » professos, posse matrimonium contra» here, contractumque validum esse, non » obstante lege ecclesiastica vel voto : ana» thema sit. »

Petes 1° utrum ordo sacer possit supervenire matrimonio?

Ibid. a. 4. — *R.* Matrimonio junctus, si ad sacros ordines accedat, etiam reclamante uxore, nihilominus sacramentum ordinis suscipit, stante matrimonio, sive sit consummatum, sive non; sed peccat mortaliter et executione ordinis caret. Si autem volente uxore, vel ipsa defuncta, vel causam divortii dante, ordinetur, recipit ordinem et executionem, nec peccat.

Ibid. a. 5. — *Prob. prima pars.* Ideo ordo præcedens impedit matrimonium contrahendum, quia ejus causa efficiens est actus humanus, scilicet consensus contrahentium, qui ex arbitrio Ecclesiæ pendens, ab illa irritari potest, sicut de facto irrita-

tur in ordinatis ad validitatem contractus matrimonialis : atqui causa efficiens sacramenti ordinis imprimentis characterem, non est consensus noster, is enim se tenet tantum dispositive ex parte subjecti, sed causa a Deo immutabiliter determinata, quæ posita materia et forma in volente suum effectum infallibiliter producit : ergo quantumvis reclamet uxor, si maritus voluntarie ad ordines accedit, valide sacramentum suscipit, permanente quidem matrimonio etiam inconsummato, quod est insolubile sicut consummatum, extra casum professionis religiosæ.

Prob. secunda pars. Quia talis est graviter et uxori et ordini sacro injuriosus. Quapropter Extravag. Joannis XXII *Antiquæ* de Voto tit. 6, nisi religionem profiteatur, non modo privatur executione ordinis suscepti, sed etiam prohibetur promoveri ad superiores ordines (quod est esse irregularem), et aliquod beneficium aut officium ecclesiasticum obtinere.

Ib. in a. s. c. — *Prob. tertia pars.* Religiosi non minus, imo magis tenentur ad continentiam quam illi qui sunt in sacris ordinibus : atqui post matrimonium, consentiente uxore, vel causam divortii dante, vel defuncta, potest aliquis licite religionem intrare : ergo et ordinem suscipere. Ita etiam decernitur cap. *Constitutus* de Conversione conjugatorum.

Petes 2° ad quid teneatur uxor quæ in mariti ordinationem consentit?

Ib. ad 4. — *R.* quod ipsa teneatur vovere continentiam, et si periculum incontinentiæ subsit, tenetur insuper ingredi religionem. Itat cap. 4, 5, 8, 18 de Conversione conjugatorum.

ARTICULUS IV.

De impedimento consanguinitatis.

Consanguinitas est species cognationis, cognatio autem ut sic, est personarum propinquitas seu vinculum. Triplex est : una spiritualis, quæ inducitur ratione baptismi et confirmationis; secunda legalis, quæ inducitur per adoptionem legis; tertia carnalis, quæ oritur ex carnali generatione, et dicitur consanguinitas, cui accedit affinitas, et huic justitia publicæ honestatis. Igitur de consanguinitate agemus in hoc articulo, de aliis cognationibus in sequentibus. Sed hic prævie nota quod, secundum leges civiles, cognatio et agnatio distinguantur, in hoc quod agnati per patrem, cognati per matrem ab eodem descendant : at secundum canones ecclesiasticos, illa distinctio non admittitur; sive enim per patrem, sive per matrem descendant, dicuntur cognati.

§ I. — *Quid sit consanguinitas?*

Supp. q. 54. a. 1. 0. — *Dico.* Consanguinitas recte definitur : *Vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum.*

Est communis, excepto quod quidam addant, *vel duarum una ab alia descendit;* ut non excludatur consanguinitas genitorum cum genitis in linea recta. Sed præter Adam, pro quo non est adinventa ista definitio, eo quod singulariter fuit factus, verificantur in omnibus consanguineis etiam lineæ rectæ, istæ particulæ, *ab eodem stipite descendentium.* Etenim pater et filius ab eodem stipite, scilicet avo, descendunt; et sic de cæteris : verum est quidem quod ab eo non habeant pater et filius inter se consanguinitatem, sed nec hoc vult definitio; dicit enim solum quod consanguinitas sit vinculum personarum ab eodem stipite provenientium, istud autem vinculum non dicit contrahi per carnalem propagationem ab illo eodem stipite a quo descendunt, sed simpliciter carnali propagatione, quæ quidem aliquando est ab eodem stipite, aliquando non, sed unius ab altero, ut in linea recta filii a patre, sed ab hoc abstrahit definitio. Vel potest dici 2° cum Soto hic, sensum definitionis esse sub disjunctione, scilicet vel ambos ab uno descendere, vel unum ab altero. Cæterum addantur istæ particulæ majoris explicationis ergo, non multum reluctamur. Hac itaque levi difficultate evacuata,

Prob. conclusio. Illa definitio consanguinitatis est bona, in qua ponitur genus, subjectum, principium et differentia consanguinitatis : atqui ista omnia ponuntur in prædicta definitione : ergo. *Prob. min. Vinculum* est genus, subjectum personæ descendentes ab eodem stipite, quarum est hujusmodi vinculum, principium carnalis propagatio quæ est differentia. Ergo.

Explicatur magis prædicta definitio. Dicitur *vinculum*, hoc est, propinquitas, seu relatio quædam mutua in communicatione ejusdem sanguinis fundata, quæ sit amicitiæ radix.

Stipes generaliter vocatur ea persona a qua aliqui velut rami a trunco ducunt originem, sive sit pater, sive mater : nam vir et uxor, cum sint una caro, unum eumdemque stipitem constituunt.

Dices 1°. Omnes homines descendunt ab eodem stipite, scilicet Adamo, carnali propagatione : atqui non omnes sunt consanguinei : ergo.

Ibid. ad 2. — *R. D. maj.* Omnes homines descendunt ab eodem stipite propinquo, seu cujus virtus perseveret in eisdem, *N.* ab eodem stipite remoto, seu cujus virtus non perseveret in eisdem, *C.* Definitio autem intelligitur de eodem stipite propinquo, cujus virtus maneat in propagatis ab eo; quia consanguinitas est, in quantum multi communicant in virtute generantis, ab eo in multos per propagationem deducta.

Ibid. — Ad cujus elucidationem, observandum est quod virtus generantis nedum movet ad id quod est speciei, secundum quam omnes homines sunt similes, sed etiam ad id quod est individui, qua ratione filius patris, nepos avi, etc. nonnunquam imaginem refert et morum effigiem; quæ utique convenientia individualis, seu communicatio virtutis, quatenus movet ad individualia accidentia primi generantis, dicitur consanguinitas, seu ejus fundamentum. Virtus autem illa paterna, licet, quatenus est speciei, recipiatur in genito secundum totam suam perfectionem quam habet in agente, unde semper perseverat; non tamen quatenus est individui quia quatenus est speciei recipitur in genito permanenter, ut ipsi propria, et constituit causam principalem alterius generandi, quoad speciem; quatenus autem est individui, et virtus propria patris, recipitur in ipso genito transeunter, et ut virtus patris, non propria geniti : unde genitus agit per eam, ut instrumentum motum a patre, seu virtute patris, qui est principale agens. Jam vero virtus agentis non recipitur in instrumento secundum eam perfectionem secundum quam est in principali agente, sed dum per multa media deducitur, paulatim attenuatur et debilitatur, ita ut tandem per longius intervallum tota deficiat. Quemadmodum, inquit Soto, in arbore truncus radicibus proximus robustior est, mox rami quo trunco sunt propinquiores eo sunt valentiores; deinde tamen ramusculi ita propagantur exiles, ut tandem in cacumine evanescant : ita similiter virtus patris, quatenus ipsi propria, seu qua individualis, non est ita perfecte in filio sicut erat in patre, et adhuc in nepote minus, et sic deinceps donec tota deficiat, ac per consequens ipsa consanguinitas in communicatione hujus virtutis et sanguinis fundata. Per quot autem gradus jure naturæ dilatetur, infra videbimus.

Addi potest alia solutio argumenti ex Soto, quod, cum consanguinitas sit amicitiæ genus, eatenus protenditur quatenus secundum communem cursum ejusmodi amicitiæ affectionisque respectus et conditio perdurat.

Dices 2°. Carnalis propagatio est communis hominibus et animalibus : sed in animalibus non contrahitur ex carnali propagatione vinculum consanguinitatis : ergo nec in hominibus.

R. N. conseq. Disparitas est, quod bruta animantia, cum cognitione finis et libertate careant, qua possunt suarum actionum habere dominium, licet præ se ferant societatis et amoris quamdam speciem incapaces tamen sunt veræ amicitiæ : unde non conjunguntur ad mutuæ amicitiæ unitatem, propter propagationem multorum ex uno parente proximo, sicut est de hominibus. Communicatio autem sanguinis nude sumpta, consanguinitatis nomen non obtinet; sed quatenus est amicitiæ et humanitatis fundamentum.

§ II. — *Utrum consanguinitas convenienter distinguatur per gradus et lineas?*

Ib. a. 2. 0. — *Dico.* Consanguinitas convenienter distinguitur per gradus et lineas.

Ibid. — *Prob.* Consanguinitas est propinquitas fundata in naturali communicatione secundum actum generationis, qua natura propagatur : atqui hujusmodi communicatio varios habet progressus, et instar arboris per ramos pluresque subinde ramusculos diffunditur et propagatur; non enim motus generationis quiescit in uno extremo, sed ultra progreditur : ergo.

Ibid. et in resp. ad arg. — Pro cujus intelligentia, exponendum est quid e quotuplex sit linea, quid et quotuplex si

gradus. Igitur linea consanguinitatis est ordinata collectio personarum consanguinitate conjunctarum, diversos continens gradus, metaphora desumpta a linea quæ ab uno puncto videtur derivari. Hic tamen non sumitur stricte pro linea quæ est una dimensio inter duo puncta et species quantitatis, sed pro rebus ipsis dimensis et linealiter ordinatis; quæ quidem linea constat ex pluribus unitatibus seorsim divisis sicut numerus : unde differunt linea consanguinitatis et ipsa consanguinitas, quod consanguinitas sit habitudo et respectus inter ipsas personas; linea autem, personarum illarum collectio, seu ipsæ personæ complexim sumptæ.

Triplex est linea, ascendentium, descendentium, et transversalis, seu collateralis : ascendentium, secundum habitudinem principiati ad principium, geniti ad genitorem; descendentium, secundum habitudinem principii ad principiatum, genitoris ad genitum; transversalis, seu collateralis, secundum habitudinem eorum quæ sunt ab uno principio ad invicem, ut fratrum inter se.

Verum cum duo priores ratione tantum differant, reipsa autem sint una et eadem, sicut eadem est scala per quam ascenditur et descenditur : ideo secundum distinctionem realem, duplex est tantum linea consanguinitatis, *recta* scilicet et *transversa*. Recta, est collectio eorum consanguineorum quorum alii ex aliis descendunt. Transversa seu collateralis, est eorum qui non descendunt alter ab altero, sed omnes ex eodem, idque vel æquali propinquitate seu distantia, ut duo fratres, frater et soror; vel inæquali, ut patruus et ejus nepos ex avo. *Et hinc patet* in lineis deberi assignari gradus, cum motus propagationis non quiescat in uno extremo, sed ultra progrediatur, ut dictum est.

Est autem gradus formaliter mensura distantiæ consanguineorum seu habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quantum ipsæ distant a se invicem; materialiter est una generationis alicujus progressio in linea recta.

Ibid. — Porro, ut recte advertit Auctor, cum gradus alicujus rei sit pars aliqua illius rei, gradus propinquitatis non potest esse ubi non est propinquitas, et ideo identitas et nimia distantia gradum consanguinitatis tollunt, quia nullus est sibi propinquus, sicut nec sibi similis, nec etiam nimis distanti, *ut patet ex § præcedenti*. Et propter hoc nulla persona per seipsam facit aliquem gradum, sed comparata alicui personæ gradum facit ad ipsam, sicut unus baculus in scala non facit gradum, sed distantia inter unum et alterum; gradus enim significat ascensum vel descensum, descensus autem duo extrema seu terminos significat, a quo et ad quem. Itaque neque pater solus, neque mater sola, neque pater et mater simul, utpote quæ habentur per modum unius, ponuntur primus gradus, sed ut primum extremum primi gradus qui terminatur ad filium.

Ad dignoscendum igitur quoto gradu duo consanguinei inter se distant,

Statuuntur tres regulæ, una pro linea recta, duæ pro linea collaterali.

Ibid. *Prima regula.* In linea recta, persona quæ primo in progressu propagationis occurrit, sive ascendendo, sive descendendo, distat a stipite in primo gradu, ut pater et filius; quæ secundo occurrit, distat in secundo gradu, ut avus et nepos; et sic deinceps. Hoc est, personæ consanguineæ in linea recta tot gradibus inter se distant quot sunt progressiones generationis factæ a stipite ad ipsas, vel, ut communiter dicitur (quod idem est), quot sunt personæ in ea linea ordine sanguinis seu progressu generationis collocatæ, una dempta. Dico, *una dempta*, quia ut diximus, una persona per se non constituit gradum, sed comparata ad alterum : unde si tantum computentur duæ personæ, ut pater et filius, est unus gradus; si tres, ut avus, pater et filius, sunt duo gradus. *Ratio regulæ est;* quia gradus consanguinitatis in linea recta contrahitur ex hoc quod una persona propagatur ex alia eorum inter quos gradus consideratur. Ergo quæ primo occurrit in progressu propagationis, est in primo gradu; sive tot sunt gradus quot sunt progressiones generationis : et hoc tam secundum computationem legalem quam canonicam.

Ibid. *Secunda regula.* Personæ consanguineæ in linea collaterali, si æqualiter distent a stipite, quoto gradu distant a stipite distant inter se, ut duo fratres in primo gradu, ut eorum filii in secundo quia

consanguinitas eorum qui sunt in linea transversali contrahitur non ex hoc quod unus eorum ex alio propagatur, sed quia uterque propagatur ex uno, et ideo debet gradus consanguinitatis in hac linea computari per comparationem ad unum principium, stipitem scilicet, ex quo propagantur.

Ibid. — *Tertia regula.* Personæ consanguineæ in linea collaterali, si inæqualiter distent a stipite, quoto gradu remotior distat a stipite distant et ipsi inter se, ut patruus et filius ejus fratris seu nepos in secundo gradu, pronepos in tertio, etc. *Ratio regulæ est* quia, ut jam dicebamus, cum personæ consanguineæ in linea collaterali non habeant inter se consanguinitatem, nisi ratione communis stipitis in quo uniuntur et a quo trahunt eumdem sanguinem et eamdem virtutem, tota ratio propinquitatis vel distantiæ illorum inter se, debet desumi ex ordine ad illum communem stipitem : unde non possunt esse inter se conjunctiores quam sint cum illo stipite ; nam propter quod unumquodque tale et illud magis. Si autem computarentur gradus secundum rationem propinquioris, ille qui est in quarto gradu, v. g. abnepos, esset propinquior ei qui est in secundo gradu alterius lineæ, v. g. filio abavi, quam ipsi stipiti, scilicet abavo : possunt tamen esse a se invicem remotiores quam sit una eorum a stipite, propter scilicet majorem distantiam alterius a stipite : inspice infra subjectam arborem. Hæc utraque regula traditur in jure canonico : prima ab Alexandro II cap. *Ad Sedem* 35, q. 5, et a Zacharia cap. *Parentelæ*, ibid. secunda a Gregorio IX cap. *Virqui* tit. de Consanguinitate, et ab Alexandro II cap. *Ad Sedem* citato ; approbatur etiam concilio Lateranensi, ut conformis antiquis Ecclesiæ canonibus.

Verum hic sunt duo observanda : primum, has duas regulas valere duntaxat juxta computationem canonicam, non legalem aut civilem. Secundum hanc enim personæ consanguineæ in linea collaterali tot gradibus inter se distant quot sunt utrinque personæ, dempto stipite, vel quot sunt utriusque personæ a stipite, ita ut semper duplicentur : unde duo fratres in jure civili distant duobus gradibus inter se, quia uterque distat uno gradu a patre ; duo nepotes, quatuor gradibus, quia uterque distat duobus gradibus ab avo.

Ratio hujus discriminis est ; quia jus canonicum attendit ad consanguinitatem ratione matrimonii contrahendi ; cumque consanguinei collaterales non jungantur vel distent inter se nisi ratione communis stipitis, non possunt magis inter se jungi aut distare quam jungantur stipiti aut ab eo distent, ut dictum est : jus vero civile attendit ad consanguinitatem ratione hæreditatis transferendæ, quæ connaturaliter transferri debet ei qui propinquior est illi a quo provenit hæreditas, vel æqualiter omnibus iis qui sunt æqualiter ei propinqui ; quod non obtineretur secundum computum canonicum. v. g. agatur de hæreditate Sempronii : Sempronius distat quinque gradibus a communi stipite ; Titius ab eodem communi stipite distat duobus gradibus ; Caïus ab eodem quatuor gradibus : juxta computum canonicum, Sempronius distat a Titio et Caio quinque gradibus, et ideo inter utrumque dividenda foret æqualiter hæreditas : at juxta computum civilem, Sempronius distat a Titio septem gradibus, a Caio novem gradibus ; consequenter Titio deferenda est hæreditas.

Alterum quod venit observandum circa tertiam regulam, est quod, licet attendatur gradus remotior, in ordine ad impedimentum matrimonii cognoscendum, ad impetrandam tamen dispensationem, debet collateralium inæqualium gradus et remotior et propinquior manifestari ; alias nulla foret dispensatio. Ita fert stylus curiæ.

Dices 1° *contra conclusionem et regulas.* Gradus est habitudo distantium personarum, et consanguinitas est personarum propinquitas : atqui distantia propinquitati opponitur : ergo consanguinitas non constat ex gradibus, alias unum contrariorum componeretur ex altero.

Ibid. ad 4. — *R. D. maj.* Distantia quælibet opponitur cuilibet propinquitati, *N. min.* distantia aliqua opponitur alicui propinquitati, *C. min.* Non igitur omnis distantia opponitur omni propinquitati : imo sicut non potest esse similitudo ubi non est aliqua diversitas, alias foret identitas ; ita non potest esse propinquitas ubi non est aliqua distantia, alias foret unio seu unitas, non propinquitas. Sed aliqua

distantia opponitur alicui propinquitati, scilicet major distantia majori propinquitati : v. g. distantia quinque gradibus opponitur propinquitati ad quatuor gradus; et cum sistat consanguinitas in quarto gradu, distantia ad quinque gradus tollit consanguinitatem.

Ex hac solutione collige, gradum et consanguinitatem reipsa esse quid idem, sed ratione distingui; eadem enim intercapedo est simul a parte rei distantia et propinquitas, et per consequens gradus et consanguinitas, siquidem per idem spatium res duæ appropinquant per quod distant, sub diversa tamen ratione; quatenus enim pater et filius, v. g. considerantur in illa intercapedine ut propinqui, consanguinitas est; quatenus sub illa considerantur ut distantes, dicitur primus gradus.

Dices 2°. Si consanguinitas per gradus distinguitur, oportet quod illi qui sunt in eodem gradu, sint æqualiter consanguinei : atqui *falsum consequens*, quia duo fratres sunt in primo gradu inter se et respectu patris, et tamen sunt magis propinqui et consanguinei patri quam inter se : ergo.

Ibid. ad 5. — *R. D. maj.* Si consanguinitas, etc., oportet quod illi qui sunt in eodem gradu sint æqualiter consanguinei dimensive, *C. maj.* intensive, *N. Et sic distincta min. N. conseq.* Sicut igitur una albedo dicitur major dupliciter, uno modo intensive propter majorem ejus perfectionem seu radicationem in subjecto, alio modo dimensive seu extensive propter dilatationem ejus in majori quantitate superficiei; ita consanguinitas dicitur major vel minor dupliciter, uno modo intensive ex natura ipsa consanguinitatis conjunctioris, alio modo quasi dimensive propter extensionem et dilatationem ejus ad plures personas : et hoc secundo modo gradus consanguinitatis distinguuntur. Unde contingit quod filius, v. g. sit magis intensive consanguineus suo patri quam suo fratri, quia est arctius vinculum inter genitorem et genitum, causam et effectum, quam inter duos genitos ex eodem patre, duos effectus ejusdem causæ; dimensive tamen filius non est propinquior patri quam suo fratri, quia non distat a fratre, nisi in quantum distat a patre; et sicut nulla est persona media inter patrem et filium, sic nec inter duos fratres.

Repones. Saltem ex antecedente posito sequitur quod qui distant inter se æquali gradu, debeant attingere tertium in eodem gradu et æquali propinquitate. *Falsum iterum consequens :* nam ego et frater meus, v. g. sumus in primo gradu, et tamen filius fratris mei qui primo gradu distat a suo patre, distat a me secundo. Ergo.

R. D. maj. Sequitur quod qui distant inter se æquali gradu, debeant attingere tertium æquali consanguinitate, si iste tertius æqualiter distet a communi stipite. *C.* secus, *N.* Quia, ut sæpe dictum est, gradus consanguinitatis desumuntur in ordine ad eumdem communem stipitem. Sic duo fratres attingunt in eodem gradu in quo sunt alterum tertium fratrem; quia omnes ab eodem communi stipite æqualiter distant : at filius fratris mei non attingit æqualiter stipitem mihi et ipsi communem, scilicet patrem meum, ratione cujus sum ipsi consanguineus; ego enim attingo in primo gradu, ille in secundo.

Arborem hanc seu figuram consanguinitatis, ramorum et ramusculorum multitudine resecata, in duas tantum lineas ab eodem stipite, sub forma bicorni subjicimus, utpote quæ minus sit intricata et sufficiat ad intelligentiam graduum, ut consideranti et prædicta conferenti *patebit*.

Arbor consanguinitatis.



§ III. — *Utrum consanguinitas impediat et dirimat matrimonium, quo gradu et quo jure?*

Ibid. a. 4. O.—*Dico* 1°. A mundi exordio usque nunc, non una fuit disciplina in contrahendis matrimoniis inter consanguineos fideles; sed secundum diversa tempora, consanguinitas secundum diversos gradus matrimonium impedivit et diremit. Nunc vero dirimit usque ad quartum gradum inclusive.

Ibid. — *Prob.* discurrendo per varias mundi ætates, ab exordio ad hæc usque tempora.

In principio generis humani solus pater et mater a matrimonio repellebantur; quia tunc temporis erat paucitas hominum, et oportebat propagationi generis humani maximam curam impendere : unde non erant removendæ nisi illæ personæ quæ matrimonio incompetentes erant, quales sunt pater et mater respectu prolium, *ut dicemus conclusione sequenti.* Igitur, propter hanc summam necessitatem, fratres et sorores nati ex Adamo simul nubebant; postea evacuata priori hac necessitate, nati ex filiis et filiabus Adam nubebant consobrinis. Idem patrui seu avunculi ducebant neptes, et nepotes amitas. *Primum patet* in Abrahamo, qui duxit Saram neptem suam, filiam scilicet Aran fratris sui ex Thare, Genes. 20. *Secundum,* in Amram patre Moysis, qui nupsit Jocabed amitæ suæ, utpote filiæ Levi avi Amram, Numer. 26. Hæc in lege naturæ usque ad legem scriptam.

Ibid. — Postmodum vero, multiplicato genere humano, per legem Moysis quæ concupiscentiam jam reprimere incipiebat, plures personæ exceptæ sunt a matrimonio, *ut patet* Lev. 18. Ibi enim prohibentur conjugia 1° in primo et secundo gradu lineæ rectæ, scilicet, inter patrem et filiam, matrem et filium, qui est primus gradus; inter avum et neptem, aviam et nepotem, qui est secundus. 2° In linea collaterali prohibentur in primo gradu; scilicet, inter fratrem et sororem, et partim saltem in secundo, utpote inter consobrinum seu nepotem, et amitam seu materteram, non tamen ita certo inter neptem et patruum : unde Jud. 1, v. 13, Othoniel duxit Axam filiam fratris sui; forte quia est specialis repugnantia quod amita quæ jure naturæ est superior nepoti, ipsi per matrimonium subjiciatur : inconveniens non currit dum patruus ducit neptem. Ideo autem personæ nominatæ fuerunt per legem exceptæ a matrimonio, quia cum in una familia habitare soleant, maximum incentivum libidini præstaretur si inter eos liceret copula carnalis aut matrimonium, cujus nempe spes ad impudica excitat, e contra desperatio avertit. Alios autem gradus consanguinitatis lex vetus permisit, imo quodam modo præcepit, ut scilicet de cognatione sua unusquisque uxorem acciperet, ne successionum confusio esset, et quia tunc temporis cultus divinus per successionem generis propagabatur.

Ibid. — In lege nova quæ est lex spiritus et amoris, plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti; quia jam per spiritualem gratiam, non per carnis originem, cultus Dei derivatur et multiplicatur : unde oportet ut homines etiam magis a carnalibus retrahantur, spiritualibus vacantes, et ut amor amplius diffundatur. Et ideo antiquitus, usque ad remotiores gradus consanguinitatis matrimonium impediebatur, ut ad plures per consanguinitatem et affinitatem naturalis amicitia promanaret.

Hæc porro fuit Ecclesiæ disciplina quatuor prioribus sæculis; rara admodum erant matrimonia in secundo gradu lineæ collateralis æqualis, scilicet, inter consobrinum et consobrinam, non tamen videntur prohibita fuisse absolute, *ut patet* ex S. Augustino lib. 15 de Civit. cap. 16; sed tunc prohibita erant in secundo gradu lineæ collateralis obliquæ, scilicet inter patruum et neptem, amitam et nepotem. Constat ex Suetonio in vita Claudii imperatoris cap. 16, et lege Theodosii junioris, *de Incestis nuptiis* lib. 3, tit. 13.

Ineunte sæculo septimo, consuetudo obtinuit ut matrimonia non inirentur nisi infra septimum gradum, ut constat ex Epistola S. Gregorii Magni, qui florebat anno 604, ad Felicem, episcopum Messanensem; et hoc rationabiliter, quia ultra septimum gradum non de facili remanebat communis radicis memoria, exceptis tamen Anglis quibus ex dispensatione ejusdem Gregorii licebat inire conjugia in quarta progenie, *ut patet ex Rescripto* ejusdem Gregorii ad eumdem Felicem.

A sæculo septimo ad decimum tertium, servata fuit consuetudo de non ineundis nuptiis, nisi infra septimum gradum, *ut patet ex Epistola* prima Gregorii II ad Bonifacium anno 731, ubi dicit : « Progeniem vero suam unumquemque, usque » ad septimam generationem observare decrevimus. » Id etiam probatur ex synodo Wormatiensi anno 868.

Ab hac tamen lege excepti sunt Germani a Gregorio II, anno 714, ita ut possent contrahere infra quartum gradum, *ut patet* ex ejus pontificis Epistola 13 ad Bonifacium episcopum ; sed hæc indulgentia revocata fuit a Gregorio III, qui suffectus est Gregorio II anno 733, et a Zacharia papa in concilio Romano 743, quod confirmavit Nicolaüs I, Bulgaris respondens cap. 29 circa annum 868.

Ineunte sæculo decimo tertio, anno scilicet 1215, in concilio Lateranensi sub Innocentio III, reducti sunt gradus consanguinitatis matrimonium dirimentes ad quartum inclusive. Ita habet canon 50 hujus concilii : « Prohibitio quoque copulæ » conjugalis quartum consanguinitatis et » affinitatis gradum de cætero non excedat, » quoniam in ulterioribus gradibus jam » non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari..... Cum ergo jam usque ad quartum » gradum prohibitio conjugalis copulæ sit » restricta, eam ita esse perpetuam volumus..... ut, si qui contra prohibitionem » hujusmodi præsumpserint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum. » Hinc habes consanguinitatem dirimere matrimonium usque ad quartum gradum inclusive, et ita servatur nunc in omnibus ecclesiis Latinis.

Ibid. — Hujus reductionis et taxationis convenientes rationes affert D. Th. Inutile, inquit, et periculosum quippe erat gradus consanguinitatis ultra quartum his temporibus prohibere : inutile quidem, quia ad remotiores consanguineos quasi nullum fœdus amicitiæ majoris quam ad extraneos habetur, charitate in multorum cordibus frigescente : periculosum autem, quia concupiscentia et negligentia prævalente, tam numerosam consanguineorum multitudinem homines non satis observabant ; et sic laqueus damnationis multis injiciebatur ex remotiorum graduum prohibitione. Satis etiam convenienter usque ad quartum gradum protenditur dicta prohibitio : tum quia usque ad quartam generationem homines vivere consueverunt, ut sic non possit consanguinitatis memoria abolere ; unde Deus in tertiam et quartam generationem peccata parentum se visitaturum in filiis comminatur : tum etiam quia in qualibet generatione, nova mixtio sanguinis (cujus identitas consanguinitatem facit) fit cum sanguine alieno, et quantum miscetur alteri tantum recedit a primo ; qui recessus visus est sufficiens in quarto gradu, ut non censeretur amplius consanguinitas.

Ibid. a. 3. q. — *Dico* 2° Primus gradus consanguinitatis in linea recta impedit et dirimit matrimonium jure naturæ.

Ibid. — *Prob.* Ille gradus consanguinitatis impedit et dirimit jure naturæ matrimonium, in quo contractum matrimonium redderetur incompetens respectu finis ad quem primo et per se est a natura ordinatum : atqui si matrimonium in primo gradu lineæ rectæ contraheretur, redderetur incompetens respectu finis ad quem per se primo a natura est ordinatum : ergo. *Prob. min.* Finis matrimonii primo et per se a natura intentus, est bonum prolis : atqui matrimonium in primo gradu lineæ rectæ contractum foret incompetens bono prolis, non quidem ut totaliter tollatur, quia filia ex semine patris potest prolem suscipere et simul cum patre nutrire et instruere, in quibus bonum prolis consistit ; sed ut non convenienti modo fiat : ergo. *Prob. min.* Inordinatum est et inconveniens maximum atque rationi naturali repugnans, quod filius aut filia, quos natura jubet patri seu matri per omnia subjici et honorificentiam exhibere, velut ex eis immediate procedentes, illis per matrimonium associentur ut æquales, causa generandæ et educandæ prolis, ac per matrimonii usum eorum turpitudinem revelent. Id, inquam, ita inordinatum est ac naturæ contrarium, ut omnes gentes aliquo modo institutæ semper illud abominatæ sint, et si quædam permiserint, habitæ sunt omnino barbaræ ac belluinæ ; quinimo bruta ipsa plurima ab eo abhorrent, ut testantur Aristot. lib. 9 Histor. animalium c. 47, et Plinius lib. 9 Histor. naturalis cap. 42, ubi miranda hac de re exempla refert. Ergo,

Qua ratione probatur magis adhuc repugnare matrem nubere filio quam patrem filiæ; quia reverentiæ quæ parentibus debetur magis derogatur si mater filio nubat, eo quod uxor aliqualiter subjiciatur viro, non vir uxori.

Sed dices, hac ratione D. Thomæ probari tantum matrimonium inter patrem et filiam esse jure naturæ illicitum, non tamen esse irritum. Ex hoc enim quod aliquid sit jure naturæ illicitum, non semper statim sequitur esse irritum : sic, v. g. voto simplici castitatis obstrictus, aut sponsalibus cum alia contractis, facit contra jus naturæ si cum alia matrimonium ineat, et tamen non est irritum illud matrimonium : ergo similiter in præsenti casu, et eo maxime quod pater et filia sint supposita distincta, habentia proprii corporis dominium, quod proinde possunt sibi mutuo tradere.

R. hanc oppositionem ex ratione D. Thomæ satis infringi, si non formaliter et explicite, saltem implicite et illative. Cum enim non habeamus absolutum omnino dominium nostri corporis, sed tale solum quale Deus auctor naturæ nobis concedit, non possumus illud valide per matrimonium alteri tradere alia ratione quam Deus hoc concesserit. Incredibile autem prorsus est Auctorem naturæ dedisse nobis potestatem hanc transferendi corporis nostri dominium ad eum usum qui in nullo unquam casu foret honestus, sed semper summe inhonestus, quem recta ratio summe detestatur, imo quem ipsa bruta abhorrent, qualis est usus matrimonii inter prolem et parentem, ut diximus : hæc autem indecentia et repugnantia non reperitur in matrimonio eorum qui voto simplici castitatis seu sponsalibus cum altera sunt obstricti, ut dicatur ab Auctore naturæ reprobari ut invalidum.

Repones, inde sequi matrimonium in primo gradu lineæ transversæ et in omnibus gradibus lineæ rectæ etiam esse irritum, quia in eis magna etiam reperitur indecentia.

R. id multis quidem probari, nec infundate, de quo modo; non tamen ita certo et evidenter deducitur pro matrimoniis assignatis, quam pro matrimonio in primo gradu lineæ rectæ; quia licet sit utrinque indecentia, longe tamen major est in isto quam in illis.

Huc usque quod certum est definivimus, sed gravior restat difficultas : an quidam gradus ultra primum lineæ rectæ jure naturæ dirimant matrimonium? Multi quippe volunt omnibus gradibus lineæ rectæ usque in infinitum id competere; ita ut si Adam modo viveret aut resurgeret, nulli fœminæ posset nubere. Ita Scotus, Coninck, etc. Alii id extendunt tantum ad secundum gradum in linea recta, scilicet inter avum et neptem, aviam et nepotem. Ita Dominic. Soto, qui etiam id tribuit primo gradui lineæ transversæ, quod ultimum tenent etiam Sylvius et Gonet. Alii tandem nulli alteri gradui id tribuunquam primo lineæ rectæ, de quo in præcedenti conclusione. Ita Cajetanus, Sylvester, Bonac., etc. quod videtur D. Thomæ conformius. Unde

Dico 3°. Juxta mentem et doctrinam D. Thomæ, probabilius videtur nullum alium gradum consanguinitatis præter primum lineæ rectæ jure naturæ dirimere matrimonium.

Prob. ex D. Th. 1° S. Doctor hic a. 3, ex professo quærens an et qui gradus consanguinitatis jure naturæ dirimunt matrimonium, solum primum in linea recta assignat, alios autem revocat ad jus divinum aut humanum. Ergo evidens est juxta D. Thomam, illum solum primum jure naturæ dirimere, alias fuisset diminutus.

2° Art. sequ. 4. 0, dicit quod « In prin» cipio generis humani, solus pater et » mater a matrimonio repellebantur, eo » quod tunc temporis erat paucitas homi» num, et oportebat propagationi generis » humani maximam curam impendere : » unde non erant removendæ nisi illæ » personæ quæ matrimonio incompeten» tes erant, etiam quantum ad finem ma» trimonii principalem, qui est bonum » prolis, » ut dictum est articulo præcedenti. Ergo aliæ personæ consanguineæ non sunt incompetentes matrimonio, quantum ad finem matrimonii principalem; alias fuissent etiam removendæ. *Subsumo.* Atqui sola incompetentia ad finem principalem, hoc est, ut diximus, maxima generandæ prolis seu usus conjugalis indecentia et turpitudo, irritat jure naturæ matrimonium inter consanguineos; aliæ enim

rationes quæ solent adduci ex D. Thoma, ut periculum incontinentiæ, nimius ardor libidinis, communicatio amicitiæ, sunt quidem congruentiæ quibus legislatores moti sunt ad prohibendum matrimonium inter consanguineos; non autem rationes sufficientes ut per seipsas ipso jure naturæ illud irritent, ut fusius mox dicemus: ergo:

3° Et apertius S. Doctor 2 2, q. 154, a. 9, resolvens incestum, hoc est, consanguineorum vel affinium concubitum intra gradus prohibitos, esse determinatam speciem luxuriæ, tertio loco sibi proponit argumentum hoc: « Illud quod de se non » importat aliquam deformitatem, non » constituit aliquam determinatam spe» ciem vitii; sed accedere ad consangui» neos vel affines, non est secundum se » difforme, alias nullo tempore licuisset. » Cui argumento respondet his verbis quæ et mentem ipsius et conclusionem nostram manifeste evincunt. « Ad tertium, » dicendum quod in commixtione perso» narum conjunctarum, aliquid est quod » est secundum se indecens et repugnans » rationi naturali, sicut quod commixtio » fiat inter parentes et filios quorum est » per se immediata conjunctio: nam filii » naturaliter debent honorem parenti» bus.... Aliæ vero personæ quæ non con» junguntur secundum seipsas, sed per » ordinem ad parentes, non habent ita ex » seipsis indecentiam: sed variatur circa » hoc decentia vel indecentia secundum » consuetudinem et legem humanam vel » divinam; quia, ut dictum est, usus ve» nereorum quia ordinatur ad bonum com» mune, subjacet legi. Et ideo, sicut S. » Augustinus dicit 15 de Civit. c. 16: » Commixtio sororum et fratrum, quanto » fuit antiquior, compellente necessitate, » tanto postea facta est damnabilior, reli» gione prohibente. »

Unde quod dixit S. Doctor 0, et in quo fundantur Sylvius et Gonet. « naturaliter » hominem debere quamdam honorificen» tiam parentibus et per consequens aliis » consanguineis, qui ex eisdem parenti» bus de propinquo originem ducunt, » non infirmat resolutionem nostram, nec contradicit testimoniis allatis. Verum enim est quod homo naturaliter debeat honorificentiam aliis consanguineis qui ex parentibus de propinquo originem ducunt, sed longe minorem quam parentibus ipsis: unde licet commixtio inter eos haberet aliquam indecentiam, non talem tamen quæ ex natura rei ipsos a copula arceat, sed talem tantum quæ moveat homines ut per consuetudinem vel legem inter tales copulam interdicant, *ut evidenter patet* ex ultimo loco D. Thomæ.

Nec valet si dicas cum Soto, S. Doctorem eo loci tantum posuisse exemplum in primo gradu, ut in evidentiori; manifestum est enim quod eximat a jure naturæ, et ad consuetudinem vel legem positivam revocet omnes alias personas quæ non conjunguntur secundum seipsas, sed per ordinem ad parentes, quales sunt omnes extra primum gradum lineæ rectæ. Item assignat rationem cur parentes jure naturæ a matrimonio cum filiis repellantur, quia scilicet *eorum est per se et immediata cognatio:* quæ ratio in solo primo gradu lineæ rectæ et in nullo alio cujusvis lineæ reperitur.

Ratio itaque fundamentalis nostræ conclusionis ea est quam D. Th. testimonio jam laudato ad tertium affert, et quam jam sæpius repetivimus, scilicet, cum inter consanguineos aliorum graduum extra primum lineæ rectæ non sit per se et immediata cognatio, sed per accidens tantum mediate et per ordinem ad parentes, non videtur inter eos talis et tanta indecentia copulæ carnalis, quæ jure naturæ dirimat matrimonium, licet tamen talis sit ut sufficienter moveat omnes legislatores ut hujusmodi matrimonium prohibeant, saltem inter propinquiores.

Specialiter. Quod non omnes gradus lineæ rectæ in infinitum, imo nec secundus dirimant matrimonium jure naturæ, ut quidam volunt, ultra ea quæ diximus, res quoad primum plane videtur confici ex cap. *Non debet* de Consanguinitate, ubi, nulla linearum facta distinctione, restringitur consanguinitas ad quartum consanguinitatis et affinitatis gradum; et quoad secundum, ex cap. *Gaudemus* de Divortiis, ubi pontifex similiter indistincte concedit infidelibus ad fidem conversis, qui ante conversionem matrimonium contraxerant in secundo gradu, ut non separentur; et tandem ex constitutione conc. Trid. sess. 24, cap. 5, quæ sic habet: « In

» secundo gradu nunquam dispensetur, » nisi inter magnos principes, et ob pu- » blicam causam. » Ergo in eo potest absolute per Ecclesiam dispensari : ergo non est de jure naturæ.

Neque valet si dicas cum Coninck, jura esse intelligenda de linea transversa tantum, non de recta; quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Item de primo gradu lineæ transversæ, videtur speciale argumentum in filiis Adæ. Non enim videtur credibile Auctorem naturæ, initio naturæ conditæ, ipsius naturæ limites transgredi voluisse, ipsumque matrimonium ita instituisse, ut necesse fuerit statim in filiis Adæ ejus institutionem immutare, copulando fratres et sorores. Quare dicendum videtur quod, si matrimonium inter fratres et sorores esset jure naturæ irritum, Deus alias personas potius creasset sine patre et matre sicut Adam, quam tunc et juribus naturæ contraire et institutionem matrimonii a se factam invertere. *In confirmationem accedunt* 1° quod Sara uxor Abrahæ, secundum probabilem sententiam, fuerit ejus propria soror; 2° quod Thamar dixerit Amon fratri suo volenti eam opprimere : *Loquere ad regem et non negabit me tibi;* 3° quod Martinus V ex Sylvestro, dispensavit in eo gradu.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Omnes rationes D. Thomæ quibus probari solet aliquos gradus consanguinitatis jure naturæ dirimere matrimonium, non militant solum pro primo gradu lineæ rectæ, sed etiam pro gradibus aliis propinquioribus utriusque lineæ. Ergo. *Prob. min.* Istæ rationes sunt : 1° reverentia debita parentibus, et indecentia actus conjugalis inter eos; 2° maxima inter eos familiaritas, unde maxime periclitaretur pudicitia, si matrimonium eis non interdiceretur; 3° communicatio amicitiæ ad plures propaganda : atqui omnes istæ rationes etiam militant pro propinquioribus gradibus ultra primum lineæ rectæ, maxime pro primo lineæ transversæ, et pro secundo lineæ rectæ : ergo.

R. D. ant. Omnes rationes D. Th. etc. militant etiam pro aliis gradibus æquali ac tanta vi, quanta pro primo lineæ rectæ, *N.* minori vi, *C.* Cum enim vis harum rationum petatur ex ratione cognationis et propinquitatis, quo major est cognatio, eo magis urgent; quo minor cognatio, eo minus : porro nulla major cognatio quam inter patrem et filiam, matrem et filium : in aliis omnibus longe minor, et eo minor quo sunt remotiores. Et tandem nulla ibi deficit sanguinis identitas, *ut patet ex articulis præcedentibus.*

Insuper notandum quod sola prima ratio probet directe actum matrimonii ex se habere aliquam indecentiam inter consanguineos : unde ea sola utitur D. Thomas, cum agit de matrimonio inter parentes et liberos. Cæteræ autem rationes sunt congruentiæ duntaxat, quæ suadent expedire ut talia matrimonia impediantur, non tamen probant ea per se ullam habere repugnantiam cum recta ratione; quæ dirimat matrimonium.

Inst. In omnibus ascendentibus et descendentibus lineæ rectæ reperitur ratio principii et principiati, vereque dicuntur et sunt parentes et liberi : ergo hi debent illis naturaliter reverentiam sicut parentibus proximis.

R. D. ant. In omnibus, etc. reperitur ratio principii et principiati, etc. mediate et per accidens, *C.* immediate et per se, *N. ant. et conseq. Solutio patet ex dictis.*

Repones. Eo major est reverentia ad avos, quo altiora sunt principia. Ergo.

R. D. ant. Eo major est reverentia ad avos, etc. ex consuetudine et ratione senectutis, *C. ant.* reverentia naturalis et ratione principii, *N.* Naturalis enim tam pudor quam reverentia, major est ad parentes proximos quam ad remotiores; quia ipsi soli sunt causa per se et immediata filiorum, remotiores autem solum mediata et per accidens.

Addo quod non ratio principii præcise dirimat matrimonium jure naturæ inter parentes et liberos, cum secundum adversarios sit irritum in primo gradu lineæ transversæ, in qua non reperitur ratio principii; sed ratio consanguinitatis maxima, seu sanguinis unitas et identitas, in qua fundatur consanguinitas, et ex qua oritur naturalis ille pudor et reverentia inter illos. Quis autem dicat sanguinem Adæ et filiorum ejus in nobis, nunc eumdem permanere, et communi ordine naturali ac hominum judicio esse radicem

amicitiæ et reverentiæ inter nos et illos? Profecto propinquius videntur se attingere Galli et Angli, quam attingerent Adam et ejus filios si modo viverent.

Replicabis. L. 1 Instit. tit. de Nuptiis § *Ergo non omnes*, perpetuum in linea recta statuitur impedimentum, usque in infinitum. Ergo.

R. juri civili præponendum esse jus canonicum supra citatum.

Obj. 2°. In Levitico 28, prohibentur secundus gradus lineæ rectæ, et primus lineæ transversæ : ergo hi jure naturæ, aut divino saltem, dirimunt matrimonium.

R. N. conseq. pro utraque parte. Non jure divino; lex enim Levitici nunc christianos non obligat, nisi quoad ea quæ juris naturæ continet. Non jure naturæ, quia non omnes gradus quos illic prohibet, matrimonium jure naturæ irritare constat; tum ex eo quod illic prohibeat secundum gradum lineæ transversæ ex parte amitæ cum nepote, et plures gradus affinitatis, quos certum est matrimonium jure naturæ non dirimere; tum quia plures sancti in antiqua lege, in his gradibus, in Levitico prohibitis, nupserunt, *ut patet* de Jacob qui duxit duas sorores; tum tandem quia concilium Trid. sess. 24, can. 3, definit Ecclesiam in aliquibus ex his posse dispensare.

Obj. 3° *et simul inferes.* Ergo seclusa lege ecclesiastica, vel consuetudine, liceret inter fratrem et sororem, avum et neptem commixtio carnalis et matrimonium, quod videtur absurdum.

R. 1° *posse negari illationem.* Ex hoc enim quod dicamus matrimonium inter tales non esse jure naturæ aut divino irritum, non sequitur non esse illicitum; multa enim valide fiunt, et tamen illicite, ut patet in matrimonio illius qui voto castitatis astringitur, item in prodigo qui valide, licet illicite, sua bona dispergit : unde in matrimonio inter fratrem et sororem, avum et neptem, potest esse talis ac tanta indecentia, quæ ipsum jure naturæ illicitum reddat, sed non talis ac tanta, quæ ipsum jure naturæ irritet.

R. 2°. *Transeat illatio,* quæ etiam nec videtur neganda in principiis D. Thomæ. S. Doctor enim tertio loco citato, nullum agnoscit incestum ex lege naturæ, nisi in primo gradu lineæ rectæ; quoad alios autem gradus, dicit hoc pendere et variari per consuetudinem, legem ecclesiasticam, vel divinam : divina lex hac de re in novo Testamento non extat : ergo seclusa consuetudine, jure gentium, aut lege ecclesiastica, commixtio carnalis consanguineorum extra primum gradum lineæ rectæ, non foret incestuosa adeoque nec illicita, subsistente aliqua causa.

Idque non parum innuit commixtio carnalis filiorum et filiarum Adæ. Non est enim credibile, ut diximus, Deum ipsam condendo naturam, statim ejus leges dispensatione contraria invertere voluisse, cum aliis viis, necessitati quæ tunc erat propagandi genus humanum, occurrere posset. Unde debet negari absurditas; licet fatendum sit talem esse in ea commixtione indecentiam, ut merito omnes gentes morigeratæ, unanimi sensu eam semper prohibuerint et respuerint, ex quo sufficienter multiplicatum fuerit genus humanum.

Inferes item ex hac secunda solutione. Ergo summus pontifex potest dispensare in primo gradu lineæ transversæ, et secundo lineæ rectæ, ad matrimonium contrahendum.

R. Transeat iterum illatio per se loquendo. Attento tamen præsenti rerum statu, et immemoriali hominum usu quo talia matrimonia respuunt, gravique ideo scandalo quod inseparabiliter sequeretur si permitterentur, in eis dispensare nunquam expedit. Et forte hac de causa, aut propter probabilitatem alterius sententiæ, raro aut nunquam legitur dispensatum fuisse.

Obj. 4° cum Soto. Innocentius III, cap. *Gaudemus* de Divortiis, dicit infideles noviter conversos esse separandos, si cum consanguineis in primo gradu contraxerint; non esse autem separandos, si in secundo aut tertio gradu nupserint : ergo saltem in primo gradu lineæ transversæ irritum est jure naturæ aut saltem divino matrimonium.

R. cum Coninck et Sanchez. *N. ant.* Non enim ibi dicit pontifex infideles conjugatos in primo gradu, esse separandos, sed conjugatos in secundo et tertio gradu, non esse separandos; ex quo non sequitur definivisse separandos esse conjugatos in primo gradu, quia pontifex ibi tantum definit quod certum est et ipsi pro-

positum fuerat; de paganis autem in secundo et tertio gradu conjunctis proposita fuerat ipsi quæstio, an deberent separari, non de conjunctis in primo gradu : unde primum resolvit, secundum intactum relinquit; quia ipsi propositum non fuerat.

R. 2° etiam paganos in primo gradu lineæ transversæ conjunctos, jure esse separandos, eo quod talia matrimonia irrita forent, non jure naturæ aut divino, sed humana omnium consuetudine, et maxime legibus civilibus Romanorum, quæ erant apud paganos receptæ, et eos obligabant. *Patet* ex cap. *Quædam lex* 35, q. 3.

Obj. 5°. Abraham putavit sufficienter celare matrimonium suum cum Sara, dicendo gentilibus eam esse suam sororem: ergo tale matrimonium erat jure naturæ irritum.

R. N. conseq. Ad intentum enim Abrahæ sufficiebat tale matrimonium humana consuetudine respui et non esse in usu.

Obj. 6°. Frater et soror æque sunt consanguinei ac pater et filia. Ergo. *Prob. ant.* Utrique sunt in primo gradu. Ergo.

R. D. ant. Æque sunt consanguinei dimensive, *C. ant.* intensive, *N. ant. Solutio patet ex arg. secundo articuli præced.*

Ecclesiam autem posse taxare gradus prohibentes et dirimentes, probavimus dissert. præced.

ARTICULUS V.

De impedimento affinitatis.

§ I. — *Quid sit affinitas, et ex quo causetur?*

Affinitas secundum nominis etymologiam, est idem quod confinitas, id est, finium propinquitas. Dicuntur enim agri affines, seu confines; quia finis unius est proximus fini alterius, et ipsum attingens: cum ergo per copulam carnalem vir et uxor fiant una caro, sanguis unius attingit alterius sanguinem, et vice versa, atque adeo consanguinei unius efficiuntur alteri affines. Itaque, sicut stipes consanguinitatis est pater et mater, ita fundamentum affinitatis est copulatio mariti et uxoris : ex quibus eruitur hæc vulgata definitio.

Dico 1°. Affinitas communiter definitur : *Propinquitas personarum, ex carnali copula proveniens, omni carens parentela.* Patet ex jam dictis, et magis explicatur.

Supp. q. 55. a. 5. in a. s. c. — Dicitur 1°, *ex carnali copula*, intellige, vel ex facultate tradita ad illam per matrimonium ratum, ut dicam modo. Intellige etiam copulam sive licitam, sive illicitam, ut mox etiam dicam. Intellige tandem copulam carnalem cum consanguineo vel consanguinea illius ad quem vel ad quam contrahitur affinitas : unde bene etiam cum Navarro potest definiri affinitas : *Propinquitas duarum personarum, quarum una cum consanguineo vel consanguinea alterius habuit copulam carnalem.* Per quod excluditur affinitas improprie dicta, causata ex alia affinitate ; de quo infra.

Dicitur 2°, *omni carens parentela*, quod intelligitur in sensu formali et per se, quatenus hæc propinquitas est talis, ut nullam per se habeat parentelam seu consanguinitatem, licet per accidens et diversa ratione unus posset esse alteri affinis et consanguineus simul.

Ib. a. 1. o. et 4. ad 2. — *Dico* 2°. Affinitas causatur complete ex matrimonio consummato, inchoative ex matrimonio rato non consummato.

Ib. a. 1. in a. s. c. — *Prob. prima pars.* 1° Per matrimonium consummatum vir et uxor fiunt una caro : atqui vir secundum carnem omnibus suis consanguineis attinet : ergo mulier eadem ratione attinet eisdem, et vice versa.

Ibid. o. — Notat tamen Auctor quod istæ duæ necessitudines seu duo vincula differant, sicut ordo qui est in causis univocis et ille qui est in causis æquivocis : quia persona conjuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius patri, fit particeps ejusdem radicis et sanguinis; unde eamdem rem et nomen retinet, seu eodem genere vinculi colligatur consanguineis patris, quo pater conjungebatur, scilicet consanguinitate, quamvis secundum alium gradum propter majorem distantiam a radice; sed persona conjuncta per carnalem copulam, cum non fiat particeps ejusdem radicis et sanguinis, non enim uxor trahit sanguinem a marito et e contra, sed quasi extrinsecus adjuncta, non retinet idem nomen et eamdem rem cum viro, hoc est, non fit consanguinea consanguineis viri, sed efficitur aliud genus vinculi, quod affinitas dicitur. Et hoc significatur isto versu : *Mutat nupta genus, sed ge-*

nerata gradum. Id est, uxor nupta mutat genus attinentiæ ; nam consanguineos facit affines ; proles autem genita non mutat genus, quia manet consanguinea, sed mutat gradum in eodem genere.

Prob. secunda pars contra Scotistas, qui volunt ex matrimonio rato oriri tantum publicam honestatem. Vinculum quod oritur ex matrimonio rato, majus est et alterius rationis quam illud quod oritur ex sponsalibus : atqui non est consanguinitas, et illud quod oritur ex sponsalibus est publica honestas : ergo quod oritur ex matrimonio rato est affinitas. *Patet conseq.* Quia inter consanguinitatem et publicam honestatem nihil mediat nisi affinitas. *Prob. maj.* Sponsalia non inducunt vinculum seu impedimentum nisi ratione matrimonii : atqui matrimonium ratum, verum est matrimonium, et contractus fortior ac alterius rationis quam sponsalia : ergo.

Confirmatur. Non minus vinculum nec minor propinquitas oritur ex matrimonio licito et perpetuo quam ex copula illicita, cum illud sit firmius fundamentum amicitiæ et reverentiæ quam ista : atqui ex ista oritur affinitas, ut dicemus modo : ergo ex illo.

Dices. Per matrimonium ratum et non consummatum vir et uxor non fiunt una caro : atqui, ut diximus supra, ideo ex matrimonio oritur affinitas, quia per illud vir et mulier fiunt una caro : ergo.

Ib. a. 4. ad 2. — *R. D. maj.* Per, etc. non fiunt una caro perfecte, *C.* imperfecte, *N.* Ratione enim societatis conjugalis, secundum quam matrimonium etiam naturale est, possunt dici aliquo modo una caro et principium affinitatis, saltem imperfectæ et inchoatæ, eo quod tunc tradatur mutua facultas ad carnalem copulam.

Itaque dicendum hoc vinculum, quod oritur ex matrimonio rato etiam invalido, modo non ex defectu consensus, ut dicemus infra art. 6, dirimere matrimonium contrahendum usque ad quartum gradum sicut perfectam affinitatem ; nec restrictionem factam a concilio Trid. sess. 24, cap. 3, de publica honestate, usque ad primum gradum, pertinere ad propinquitatem ortam ex matrimonio rato, ut declaravit Pius V anno 1568, bulla *Ad Romanum spectat pontificem.* Ex quo confirmatur sententia nostra. Vide infra de impedimento publicæ honestatis.

Ib. ad 3. o. — *Dico* 3°. Affinitas causatur ex quavis copula illicita, etiamsi involuntaria, ut in somnis aut vi habita, modo sit talis quæ ex se sufficiat ad prolis generationem.

Prob. 1° ex jure cap. *Nec eam* 35, q. 3, cap. *Transmissæ*, cap. *Discretionem* et cap. *Tuæ*, tit. De eo qui cognovit consanguineam uxoris, et maxime ex concilio Trid. sess. 24, cap. 4 ; item ex definitione affinitatis.

Ibid. — *Prob.* 2°. Matrimonium affinitatem causat, non solum secundum quod est societas quædam ad communem vitam, quæ est ejus finis secundarius, sed principaliter secundum quod est quædam carnis commixtio ad generationem prolis, quæ est ejus finis primarius : atqui hoc secundum reperitur in fornicario concubitu, etsi primum desit : ergo.

Ib. in a. s. c. — *Confirmatur.* Adhærens meretrici, unum corpus et una caro efficitur cum illa, ut dicit Apostolus 1 Cor. 6 : atqui ex hac causa matrimonium affinitatem causat : ergo. Quæ rationes probant nedum jure positivo, sed ex natura rei affinitatem contrahi ex copula illicita, contra quosdam.

Dices 1°. Conjunctio maritalis in tantum causat affinitatem, in quantum est fundamentum amicitiæ naturalis et reverentiæ, *ut dictum est conclusione secunda :* atqui fornicarius concubitus non fundat amicitiam naturalem, nec reverentiam, sed potius odium et indignationem inter consanguineos fornicariæ et fornicarium, et e contra : ergo.

Ibid. ad 1. — *R. D. min.* Fornicarius concubitus quatenus inordinatus non fundat, etc. *C. min.* quatenus naturalis, seu secundum se spectatus, *N.* In fornicario enim concubitu est aliquid naturale quod est commune fornicationi et matrimonio ; et ex hac parte, in quantum in se est fundat amicitiam naturalem, adeoque causat affinitatem : aliud est ibi inordinatum per quod a matrimonio dividitur, et ex hac parte non fundat amicitiam naturalem, nec ideo affinitatem causat.

Dices 2°. Leges civiles dicunt ex solis justis nuptiis oriri affinitatem. Ergo *R.* leges civiles intelligendas esse quoad de-

lationem hæreditatis, non quoad prohibitionem matrimonii.

Dixi in conclusione, *modo copula sit talis quæ ex se sufficiat ad prolis generationem*; quia alias vir et uxor non fierent unum principium generationis, seu una caro ad generationem, ex quo tamen oritur affinitas : censetur autem copula apta generationi, quando vir saltem seminavit in vase naturali. Dico, *vir saltem;* quia cum D. Th. 3 p. q. 31, art. 3, censeat semen fœminæ non esse materiam de necessitate requisitam ad conceptum, plures existimant quod, quando hic requirit commixtionem seminum, per semen ex parte mulieris intelligat vel semen, vel aliquid loco seminis, v. g. sanguinem. Ita Sylvester verbo *Matrim.* 8, q. 15, Ledesma et Sylvius ad hunc articulum : juxta quam sententiam sufficit seminatio ex parte viri ad causandam affinitatem, de quo tamen non omnes conveniunt. Constat autem quod — **Ib. a. 4. ad 2.** — neque ex copula sodomitica, neque ex copula naturali sine seminatione intra vas, neque ex omni alia pollutione aut tactibus, oriatur affinitas; quia ex his non est nata per se sequi generatio : ex copula tamen completa inter steriles aut senes oriretur; quia talis, quantum est ex se, sufficit et ordinatur ad generationem.

Ib. a. 3. o. — *Dico* 4°. Affinitas non causat affinitatem, sed aliud genus attinentiæ.

Ibid. — *Ante probationem nota*, secundum jus antiquum, tria esse necessitudinum genera, quas pertinentias et quodam modo affinitatis genera vocabant : v. g. Maria fratri meo matrimonio juncta, erat mihi et sorori meæ affinis in primo genere : si autem, fratre meo defuncto, eadem Maria nuberet Petro, ille fiebat mihi et sorori meæ affinis in secundo genere : et si, Maria defuncta, Petrus duceret Annam, illa efficiebatur mihi affinis in tertio genere.

Dicebantur autem genera affinitatis, non gradus; quia non erant ejusdem speciei : solum quippe primum pertingit ad affinitatem proprie dictam, *ut patebit ex probatione conclusionis;* secundum autem et tertium non tam affinitatem quam quamdam publicam honestatem inducunt, ratione cujus olim jure antiquo impediebant matrimonium : sed ex concilio Lateran. sub Innocentio III, istud jus antiquum cessavit, et solum primum genus, quod est propriæ affinitatis, reservatum est ac restrictum ad quartum gradum, ut consanguinitas, cap. *Non debet* tit. de Consanguinitate et affinit.

Ibid. — *Prob.* Secundum ordinem et processum in causis æquivocis, effectus producitur specie diversus a causa, et quotiescumque ille processus iteratur, aliam speciem facit; ut ex puncto per motum procedit linea, non punctum; et ex linea linealiter mota non procedit linea, sed superficies, et ex superficie corpus : atqui affinitas causatur secundum ordinem et processum causæ æquivocæ : ergo affinitas non causat affinitatem, sed aliquod aliud genus attinentiæ, ut dicebamus modo. *Prob. min.* Persona propter maritalem copulationem consanguineo viri conjuncta, non fit ipsi consanguinea, quia non participat eumdem cum ipso sanguinem; sed fit ipsi affinis, quia dum fit una caro cum marito, proxime attingit illius consanguinei sanguinem : adeoque si ille modus procedendi iteretur, non erit affinitas, sed aliud genus attinentiæ, de quo in notamine post conclusionem. Consule etiam notamen subjectum secundæ conclusioni.

Hinc colliges cum Sylvio, quod consanguinei uxoris nullam nisi cum ejus marito habeant affinitatem, et vice versa, consanguinei viri nullam nisi cum ejus uxore; inter ipsos autem mariti et uxoris consanguineos, nulla prorsus sit affinitas : ita ut nunc, jure antiquo sublato, quoad præfata duo posteriora genera affinitatis impropriæ, duo fratres possint nubere duabus sororibus, frater et soror fratri et sorori, filius viri filiæ uxoris, pater et filius matri et filiæ. Item Titius, v. g. qui duxerat Caiam sororem Sempronii, post mortem Sempronii ducere potest viduam ejus.

§ II. — *Utrum affinitas habeat per se gradus? Quæ regula illos dignoscendi, et quousque extendatur ?*

Ib. a. 7. o. — *Dico* 1°. Affinitas non habet per se gradus, sed ratione consanguinitatis.

Ibid. — *Prob.* Illa tantum propinquitas habet per se gradus, cui carnis ejusdem propagatio per se et immediate comparatur : atqui carnis propagatio per se tan-

tum comparatur consanguinitati, affinitati autem ratione consanguinitatis : ergo. *Patet min.* Quia ex carnis propagatione immediate consanguinitas contrahitur, et mediante consanguinitate affinitas. *Prob. maj.* Res non dividitur divisione per se, nisi ratione illius quod competit sibi per se, seu secundum genus suum ; sicut animal per se dividitur per rationale et irrationale, non autem per album et nigrum : atqui gradus attinentiæ seu propinquitatis distinguuntur per propagationem carnis : ergo illa tantum propinquitas habet gradus per se, ad quam per se et immediate ejusdem carnis propagatio comparatur. Hinc statuitur

Regula generalis dignoscendi gradus affinitatis.

Ibid. — Quoto gradu consanguinitatis attinet mihi vir, eo gradu affinitatis attinet mihi ejus uxor.

Igitur stipes affinitatis, ut jam diximus, sunt maritus et uxor, sicut consanguinitatis pater et mater : affines autem sunt in linea recta, qui in eadem linea sunt alteri conjugum consanguinei, ut ascendendo socer et socrus, id est, pater et mater alterutrius conjugum, prosocer et prosocrus, etc. quibus respondent relative descendendo, gener et nurus, progener et pronurus, etc. item vitricus, id est, maritus matris meæ post obitum patris mei, et noverca, id est, uxor patris mei post obitum matris meæ, quibus respondent relative descendendo, privignus et privigna. In linea collaterali sunt affines, qui uni conjugum in eadem linea sunt consanguinei, ut frater aut soror uxoris sunt marito affines in primo gradu lineæ collateralis, et sic de cæteris proportionaliter.

Ib. a. 8. o. — *Dico* 2°. Gradus affinitatis extenduntur, sicut gradus consanguinitatis, nunc scilicet, usque ad quartum gradum.

Patet ex præcedenti conclusione. Hoc ipso enim quod gradus affinitatis sumuntur juxta gradus consanguinitatis, oportet quod tot sint gradus affinitatis quot sunt gradus consanguinitatis. Ergo.

Notandum quod quia affinitas est minus vinculum quam consanguinitas, facilius et olim et nunc dispensatio fiat in remotis gradibus affinitatis quam in remotis gradibus consanguinitatis.

§ III. — *Utrum affinitas impediat et dirimat matrimonium? Quo gradu et quo jure?*

Ibid. a. 6. o. — *Dico* 1° Affinitas præcedens impedit et dirimit matrimonium.

Est communis et certa, *patebitque ex jure sequenti conclusione citando.*

Ibid. — Rationes autem congruentes hujus impedimenti sunt eædem ac impedimenti consanguinitatis. Sicut enim inest necessitas quædam habitationis amicitiæ vinculum et reverentiæ debitum inter consanguineos, ita et inter affines : atqui his rationibus consanguinitas convenienter impedit et dirimit matrimonium : ergo et affinitas.

Dixi, *affinitas præcedens ;* quia si superveniat matrimonio, semel valide contracto, illud dirimere non potest ; sed impedit eum qui culpabiliter est causa hujus affinitatis a petendo debito, non tamen a reddendo : quod si uterque fuerit in culpa, utrumque a petendo impedit, nisi dispensationem obtineant, quæ ab episcopo concedi potest. Si vero talis affinitas causata sit citra culpam, puta per copulam, per vim, aut ignorantiam invincibilem habitam, nequidem a petendo debito impedit ; quia nemo citra culpam debet privari jure quod ipsi lege naturæ competit : ita cap. *Discretionem*, de eo qui cognovit uxoris consanguineam. De quo dictum est superius.

Dices. Qui fornicarie cognoscit mulierem, ad illam propinquius attinet quam ejus, scilicet fornicarii, consanguinei : atqui fornicarius ille non prohibetur hanc mulierem ducere : ergo nec affines.

R. N. conseq. Quia ille fornicarius, neque consanguineus neque affinis efficitur mulieri fornicariæ, sed una caro quæ non impedit vinculum, imo illud facit.

Dico 2°. Affinitas olim jure ecclesiastico impediebat et dirimebat matrimonium contrahendum usque ad septimum gradum, cap. *Æqualiter* 35, q. 3. Nunc autem a concilio Lateran. sub Innocentio III, si orta sit ex matrimonio, sive consummato, sive non, impedit et dirimit usque ad quartum gradum inclusive, cap. *Non debet* 8, de Consanguinitate. Si vero proveniat ex copula illicita, impedit et dirimit tantum usque ad secundum gradum inclusive, jure novo Tridentini sess. 24, cap.

4, ita ut in tertio et quarto gradu nedum valide, sed et licite, de quo aliqui dubitabant, matrimonium contrahi possit, ut declaravit Pius V anno 1588, bulla *Ad Romanum pontificem*.

Hæc certa sunt et communia : sed utrum aliquis gradus affinitatis jure naturæ dirimat matrimonium? Major est opinionum diversitas. Difficultas est maxime circa primum gradum utriusque lineæ rectæ et collateralis, quam duabus conclusionibus dirimemus.

Dico 3°. Matrimonium affinium in primo gradu lineæ collateralis, non est jure naturæ irritum : est nunc communis. Non diffitemur tamen esse aliqualiter illicitum propter quamdam indecentiam quam videtur involvere, sed quæ, accedente rationabili causa, facile potest abstergi, adeoque et matrimonium reddi licitum. Hæc appendix probatur rationibus primæ conclusionis hujus §.

Prob. conclusio. 1° Major est propinquitas consanguinitatis in primo gradu lineæ collateralis, quam affinitatis ejusdem lineæ in eodem gradu : atqui consanguinitas in primo gradu lineæ collateralis non dirimit jure naturæ matrimonium, *ut probavimus supra :* ergo nec affinitas in primo gradu utriusque lineæ.

2° Ex S. Scriptura. Genes. 29, Jacob sine urgenti causa accepit duas sorores Liam et Rachel. Deuter. 25, nedum permittitur, sed etiam præcipitur ut frater nubat uxori fratris sine prole defuncti, ut suscitet semen ejus.

3° Ex jure. Innocentius III, cap. finali de Divortiis permittit recenter ad fidem converso, permanere cum vidua fratris sui, quam adhuc infidelis sibi matrimonio junxerat : ergo supponebat illud validum.

4° Ex variis summorum pontificum dispensationibus, qui, cum nihil possint contra jus naturæ, recte inde concluditur talia matrimonia jure naturæ non esse invalida. Dispensavit autem Alexander VI ut Emmanuel, rex Portugaliæ, duas sorores successive acciperet. Similem dispensationem concesserat Martinus V, ut refert S. Antoninus 3 p. tit. 1, cap. 11. Julius II dispensavit ut Henricus VIII, rex Angliæ duceret Catharinam Arragoniam, fratris sui Arturi viduam; quam dispensationem Clemens VIII, consultis fere totius orbis doctoribus et academiis, legitimam esse et validam declaravit decreto quod refert Alphonsus a Castro lib. de Lege pœnali cap. 12.

Dices. 1°. Levit. 18, prohibetur matrimonium in primo gradu affinitatis lineæ collateralis, tanquam aliquid turpe, his verbis : *Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis :* ergo in jure naturæ contrarium. 2° Matth. 14, Joannes Baptista arguit Herodem quod haberet uxorem fratris sui, non viventis, sed mortui, ut interpretatur S. Chrysost. Hom. 49 in Matth. 3° Innocentius III, cap. *Gaudemus* tit. de Divortiis, significat matrimonium infidelium in primo gradu contractum esse irritum. Hæc sunt præcipua quibus olim Angli contendebant matrimonium Henrici VIII cum Catharina Arragonia esse illegitimum et dirimendum, ut ab eo solutus rex posset ducere Annam Bolenam cujus amore exardescebat. Sed facili negotio dissolvuntur. Unde

R. ad primum. Jam diximus legem Levitici nunc christianos non obligare, nisi quoad ea quæ juris naturæ continet; pariterque diximus non omnes gradus illic prohibitos esse juris naturæ. Et quoad præsentem, prohibetur quidem ut quid turpe, id est, aliqualiter indecens sine causa, non tamen ut graviter illicitum; siquidem, ut dictum est, e contra præcipiebatur Deuteron. 25, causa quo frater sine liberis moreretur. Imo ex ipso citato Levitico, dum prohibetur conjugium cum sorore uxoris, quod est in eodem gradu ac cum uxore fratris, dicitur : *Nec revelabis turpitudinem ejus, adhuc illa vivente;* quibus verbis insinuatur prohiberi tantum vivente uxore, licere autem illa mortua.

Ad secundum. Verisimilius est quod Herodis frater adhuc viveret, ut tradunt S. Hieronymus, Beda super Matth. Euseb. lib. 1, cap. 11, Egesippus lib. 2, cap. 1, Josephus lib. 18 Antiquit. cap. 6, et ipsum officium divinum in festo Decollationis S. Joannis Baptistæ, respons. ad 2 lect. ubi legitur : *Joannes arguebat Herodem propter Herodiadem quam tulerat fratri suo viventi uxorem.*

Insuper, dato quod frater Herodis fuisset mortuus, nihilominus reprehensibilis erat Herodes, quia profitebatur legem Judaïcam, qua, ut observatum est, prohibe-

batur ne frater duceret uxorem fratris, nisi in casu quo obiisset frater sine liberis, qui locum non habebat in Philippo, cujus erat filia ex Herodiade, scilicet puella saltatrix.

Ad tertium. Innocentius loquitur de consanguinitatis gradibus, non affinitatis.

Dico 4°. Matrimonium in primo gradu affinitatis lineæ rectæ est graviter illicitum sine urgenti causa, non videtur tamen ipso jure naturæ irritum, sive affinitas proveniat ex copula licita, sive illicita : de copula illicita omnes conveniunt; etiam de licita Cajetanus, Abul. Petrus Ledesma, Henriques, Sa, Amicus, quos citat et sequitur Sanchez.

Prob. prima pars. Quia non modica videtur in tali matrimonio indecentia, quæ nisi aliqua urgenti ratione abstergatur, ipsum reddit illicitum. Ergo. Confer quæ dixi prima conclusione et art. præced. de consanguinitate.

Prob. secunda pars. 1° Non videtur major indecentia et repugnantia in matrimonio affinium primi gradus lineæ rectæ, quam in matrimonio consanguineorum primi gradus lineæ collateralis : atqui hæc non est tanta ut ipso jure naturæ dirimat illud, ut diximus supra : ergo nec illa. *Maj. videtur admittenda;* quia licet prima indecentia excedat secundam propter superioritatem et inferioritatem, secunda tamen excedit ratione longe strictioris vinculi consanguinitatis. Ergo. *Sed et dato* quod sit major indecentia in primo gradu affinitatis lineæ rectæ quam in primo consanguinitatis lineæ lateralis, nulla tamen ratione potest evinci esse tantam ac talem, quæ ex natura rei dirimat et irritet matrimonium, *ut patebit ex solutionibus argumentorum.*

2° Concilium Agathense can. 6, et Aurelianense III, can. 10, prohibendo matrimonium in primo gradu affinitatis in linea recta, simul statuunt non esse dissolvendum si ante baptismum contractum fuerit : ergo supponunt jure naturæ esse validum.

Dices 1°. Omnes gentes matrimonia in primo gradu affinitatis lineæ rectæ semper detestatæ sunt, ut naturæ contraria : unde Apost. 1 Cor. 5, dicit : *Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.* Ergo.

R. 1°, *dato ant.* ex eo non evinci absolute quod hujusmodi matrimonia sint jure naturæ irrita, sed bene quod sint illicita sine urgenti causa.

R. 2°. *N. ant.* Mos enim fuit apud Persas ut filius, mortuo patre, novercam duceret; et teste Valerio Maximo l. 5, cap. 7, rex Seleucus suam uxorem Stratonicam cessit proprio filio Antiocho, ex alia uxore genito, nec factum reprehendit Valerius. *Unde ad Apostolum*, dicendum quod loquatur de privigno qui, vivente adhuc patre, uxorem ejus acceperat, ut docent S. Anselmus et S. Th. in hunc locum, colliguntque ex his sequentibus verbis Apostoli 2 Cor. 7 : *Scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est,* etc. Vel si defunctus fuerit pater, loquitur de copula non maritali, sed fornicaria; alias, *ut patet ex dictis*, non potuisset Apostolus dicere, *qualis nec inter gentes.* Alterutra solutione venit solvendum quod opponitur ex Levit. 20 : *Qui dormierit cum noverca sua, et revelaverit ignominiam patris sui, morte morientur ambo;* est enim intelligendum vel de patre adhuc vivente; vel de copula fornicaria, vel quia id est jure naturæ illicitum sine causa gravi.

Repones D. Thom. loco citato 2 ad Cor. dicit : *Uxor patris repellitur a matrimonio sicut persona patris vel matris :* atqui pater et mater repelluntur a matrimonio jure naturæ : ergo.

R. D. Thomam paritatem facere quoad impedimentum, non quoad jus illud statuens. Verum est enim quod uxor patris repellatur a matrimonio sicut persona matris, sed hæc jure naturæ, ista jure ecclesiastico; vel loquitur de matrimonio quoad rationem illiciti tantum.

Similiter interpretaberis S. Augustinum, dum dicit l. 22 contra Faust. cap. 61 : *Si vir et uxor non duo sed una caro sunt, non aliter est nurus deputanda quam filia.*

Dices 2°. In jure, cap. *Si vir* 35, q. 3, decernitur tantam deberi reverentiam uxori patris ac ipsi patri; et cap. *de Propinquis* 35, q. 3, dicitur ita esse abstinendum ab affinibus sicut a consanguineis. Ergo.

R. ista jura verificari secundum legem ecclesiasticam; plusquam enim evidens est longe majorem reverentiam jure naturæ deberi vero parenti quam ejus uxori, et longe strictius esse impedimentum ex consanguinitate quam ex affinitate : unde, ut dicebamus de S. Th. et S. Aug. paritas est in obligatione aut impedimento, non in jure obligante aut statuente.

Dices tandem. Summi pontifices nunquam in tali matrimonio dispensarunt. Ergo.

R. N. conseq. Ex argumento enim negativo nihil hic concludi potest, maxime cum non invaliditas ex natura rei, sed indecentia gravis quæ illic reperitur, potuerit esse causa cur nec pontifices dispensaverint, nec fideles dispensationem petierint : *unde potest distingui ant.* Nunquam dispensaverunt in tali matrimonio, quia invalido, *N.* quia graviter indecenti, *C.*

Si opponas cum P. Coninck, concilium Limense et jura civilia de quibus aliunde, certo et clare non constat : ipsis opponimus concilia Agathense, Aurelianense supra citata, et etiam Epaonense can. 30.

Petes utrum, manentibus personis inter quos contracta est affinitas, ipsa desinat, si moriatur persona ratione cujus contracta est?

Ib. a. 2. 0. — *R. negative.* Quia causa affinitatis nunquam disinit; affinitas enim causatur non ex eo solum quod aliqui conjungantur actu, alioquin transacta actuali conjunctione desinerent esse affines, sed ex hoc quod sint conjuncti; quod autem semel est conjunctum, nunquam desinit fuisse conjunctum; ut enim communiter dicitur, Quod factum est, infectum fieri nequit : atqui subsistente causa affinitatis et manentibus personis inter quas contracta est, non desinit affinitas : ergo. *Prob. min.* Relatio qualis est affinitas non desinit nisi ex substractione causæ vel subjecti. Ergo.

ARTICULUS VI.

De impedimento justitiæ publicæ honestatis, per quæstiunculas.

Petes 1° quid sit justitia publicæ honestatis?

Supp. q. 55. a. 4. 0.—*R.* quod sit *propinquitas ex sponsalibus proveniens, robur trahens ex Ecclesiæ institutione, propter ejus honestatem.*

Dicitur, *propinquitas ex sponsalibus proveniens;* quia sicut ex matrimonio ipso provenit quædam propinquitas cum consanguineis conjugis quæ dicitur affinitas, ita ex pactione ipsius matrimonii, seu sponsalibus, oritur quædam propinquitas, affinitate tamen inferior, quæ dicitur justitia publicæ honestatis.

Dicitur, *robur trahens ex Ecclesiæ institutione,* ut significetur hanc propinquitatem ex natura rei non habere vim dirimendi matrimonium, sed ex solo jure ecclesiastico.

Dicitur, *propter ejus honestatem;* quibus verbis insinuatur causa cur Ecclesia statuit eam propinquitatem impedire matrimonium. Æquum est enim et honestati congruum, ut, quia in sponsalibus matrimonium inchoatur, non possit qui cum aliqua sponsalia inivit, cum illius consanguineis matrimonio copulari : unde cum dicitur, *justitia publicæ honestatis,* idem valet quod, *justitia* quæ est *publica honestas.*

Petes 2° ex quibus sponsalibus oriatur istud impedimentum?

R. Olim oriebatur ex omnibus sponsalibus *puris*, id est, non conditionatis in futurum, et *certis*, id est, cum certa et determinata persona, sive validis, sive invalidis, modo non essent invalida defectu consensus. Ita Bonifacius VIII, cap. unico de Sponsalibus in 6, ubi sic habetur : « Ex » sponsalibus puris et certis, etiamsi consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quavis ratione sint nulla, » dummodo non sint nulla ex defectu consensus, oritur efficax ad impediendum » et dirimendum sequentia sponsalia vel » matrimonia, non ad præcedentia dissolvenda, impedimentum justitiæ publicæ » honestatis. »

Nunc autem jure novo Tridentini sess. 24, cap. 3, oritur ex omnibus et solis validis sponsalibus, non ex quomodocumque invalidis. « Justitiæ, inquit, publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, sancta » synodus prorsus tollit. »

Petes 3° quo gradu istud impedimentum dirimat matrimonium?

R. Olim jure antiquo dirimebat usque ad quartum gradum : nunc autem jure novo Tridentini loco citato, non excedit primum : *Ubi autem valida fuerint sponsalia*, subjungit S. synodus post verba mox allata, *primum gradum non excedat.*

Hinc sequitur, sponsum non posse validum matrimonium inire cum matre aut sorore sponsæ, nec sponsam cum patre aut fratre sponsi; posse tamen cum ulterioribus consanguineis. Si ergo sponsus de facto contraheret matrimonium cum sorore sponsæ, deberet redire ad priorem sponsam. Si autem carnaliter cognosceret secundam, neque hanc neque priorem posset ducere : non priorem, propter affinitatem ex copula cum secunda; neque secundam, propter publicam honestatem ex sponsalibus cum prima.

Petes 4° utrum istud impedimentum duret post mortem alterutrius sponsæ aut sponsi?

R. affirmative. Ratio est eadem ac de affinitate, de qua art. præcedenti in resp. ad petitionem in calce articuli.

Petes 5° an etiam duret, etsi sponsalia mutuo consensu, vel ex alia justa causa dissolvantur?

R. affirmative eadem semper ratione : sed et aperte traditur in declaratione cardinalium sub Alexandro VII, apud Prosp. Fagnanum, in cap. *Ad audientiam* de Sponsal. et Matrim. et Tamb. cap. 9, a. 7, ubi post narratum casum Alphonsi Rodriguez, qui post sponsalia contracta cum Isabella Ruiz et in hujus gravi morbo, mutuo sanoque consensu dissoluta, postea volebat contrahere cum Maria ejusdem Isabellæ sorore : sic habetur.

« Jubente Sanctissimo Domino nostro, » propositum fuit in sacro congregatione » concilii, an, sponsalibus valide initio » contractis, deinde mutuo consensu dis- » solutis, sit sublatum impedimentum jus- » titiæ publicæ honestatis : et dubio plu- » ries proposito et mature examinato, tan- » dem sub die sexta Julii anno 1658, Emi- » nentissimi Patres in antiqua ejusdem con- » gregationis sententia consentientes, cen- » suerunt non esse sublatum. Cujus sen- » tentiæ una cum rationibus hinc inde de- » ductis et recentibus ejusdem congrega- » tionis in hac materia responsis facta re- » latione ad Sanctissimum, Sanctitas sua » die 10 ejusdem mensis prædictæ congre- » gationis probavit conclusionem, eam- » que jussit in dubium deinceps non re- » vocari. »

Itaque corrigenda videtur opinio contraria Barbosæ, nostri Gonet. et quorumdam aliorum, qui fundantur in quadam anteriori declaratione ejusdem congregationis, de qua aliunde certo non constat.

Observanda circa constitutionem Bonifacii VIII.

Cum Bonifacius VIII, in constitutione supra citata, decernat impedimentum publicæ honestatis oriri ex quibusvis sponsalibus puris et certis etsi invalidis, modo non sint invalida defectu consensus, inde colligunt communiter theologi et jurisconsulti, paucis exceptis, idem censendum esse *a fortiori* de impedimento vel affinitatis imperfectæ secundum nos, vel publicæ honestatis secundum alios, quod oritur ex matrimonio rato non consummato, illud scilicet causari quantumvis matrimonium sit invalidum, modo sit purum et certum, nec sit invalidum ex defectu consensus. Et cum Pius V, bulla *Ad Romanum pontificem* prima Julii anno 1568, declaravit restrictionem factam a concilio Trid. circa impedimenta publicæ honestatis, procedere tantum de impedimento orto ex sponsalibus, non de illo quod oritur ex matrimonio rato, non consummato, concludunt præfati theologi, istud impedimentum ex matrimonio rato, etsi invalido, ut dictum est, adhuc nunc vigere, juxta jus antiquum Bonifacii VIII, et matrimonium dirimere usque ad quartum gradum. Quapropter ex matrimonio contracto cum monacho, consanguineo, etc., et etiam clandestino, oritur hoc impedimentum, quia revera non est invalidum defectu consensus, sed defectu solemnitatis ab Ecclesia requisitæ. Non oritur autem ex matrimonio ficte contracto, licet exterius præsumatur validum, et probari non possit fictio, quidquid contradicant aliqui; quia ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus : decernit autem jus sine aliqua restrictione, tale impedimentum non oriri ex matrimonio invalido defectu consensus.

Cæterum adverte, neque tunc ex talibus sponsalibus, neque nunc ex tali matrimonio, ex natura rei, ullam oriri propinquitatem, sive affinitatis, sive publicæ honestatis, cum revera invalida sint, sed propinquitatem ipsam, sicut vim ejus impediendi matrimonium, ex sola ordinatione Ecclesiæ ortum habere.

ARTICULUS VII.

De impedimento cognationis spiritualis, per quæstiunculas.

Cognatio spiritualis est, ut jam alibi diximus, *propinquitas quædam personarum jure ecclesiastico introducta, ratione generationis spiritualis in baptismo aut confirmatione.* Circa quam

Petes 1° utrum cognatio spiritualis oriatur tantum ex baptismo et confirmatione?

Supp. q. 56. a. 2. — *R. affirmative.* Ita cap. finali de Cognatione spirituali in 6.

Ibid. ad 1. — *Ratio congrua est;* quia cognatio spiritualis contrahitur per generationem spiritualem; est enim ad instar cognationis carnalis, quæ contrahitur per generationem carnalem: atqui in baptismo est spiritualis generatio, in confirmatione complementum ejus; non vero in aliis sacramentis: ergo. *Prob.* et *explicatur min.* ex analogia ad generationem carnalem. Duplex est carnalis generatio seu nativitas: prima in utero, in quo id quod natum est primo accipit vitam, et est adhuc adeo debile, quod non possit extra poni sine periculo: et huic generationi seu nativitati assimilatur regeneratio per baptismum, in quo aliquis primo regeneratur, sed quasi adhuc fovendus intra uterum Ecclesiæ. Secunda est nativitas ex utero, quando id quod jam natum erat in utero, tantum roboratum est, quod potest sine periculo exponi exterioribus quæ nata sunt corrumpere: et huic assimilatur confirmatio, per quam homo roboratus exponitur in publicum ad confessionem nominis Christi. Ergo.

Petes 2° inter quos contrahatur cognatio spiritualis?

Ibid. a. 3. 4. et 5. — *R.* 1°. Contrahitur 1° inter baptizantem et suscipientem ex una parte, et baptizatum ex altera; et dicitur *paternitas:* 2° inter baptizantem et suscipientem ex una parte, et parentes baptizati ex altera; et dicitur *compaternitas.* Idem dic de confirmatione.

R. 2°. Olim trahebatur ista cognatio a viro in mulierem carnaliter cognitam et e contra, et a parentibus in filios carnales respectu filii spiritualis; et dicebatur *fraternitas.* Sed nunc jure novo Tridentini sess. 24, cap. 2, hæc sublata sunt et restricta ad terminos primæ responsionis.

Unde colliges, inter patrinum et matrinam, inter filiastrum et uxorem aut filias patrini, nullam contrahi cognationem spiritualem.

Petes 3° utrum cognatio spiritualis impediat et dirimat matrimonium?

Ibid. ad 1. — *R.* Cognatio spiritualis antecedens matrimonium, illud impedit et dirimit ex statuto Ecclesiæ. Ita decernitur in jure, cap. *De eo* causa 30, q. 1. cap. *Veniens* et cap. ultimo de Cognatione spirituali, et in concilio Tridentino citato.

Ibid. — *Ratio congrua est;* quia sicut homo per carnis propagationem accipit esse naturæ, ita per sacramenta baptismi et confirmationis, ut explicatum est, accipit esse spirituale gratiæ. Ergo sicut vinculum naturale quod contrahitur ex carni propagatione impedit et dirimit matrimonium, ita spirituale quod contrahitur ex sacramentorum susceptione, convenienter ex statuto Ecclesiæ impedit pariter et dirimit matrimonium.

Dixi 1° in responsione, *ex statuto Ecclesiæ;* quia constat, non jure naturæ, sed solo jure ecclesiastico, cognationem spiritualem esse impedimentum matrimonii; paritas enim allata ex D. Thoma, non est cogens, sed tantum conveniens, cum rationes quibus carnalis cognatio in aliquo gradu jure naturæ dirimat matrimonium, non militent saltem eadem vi pro cognatione spirituali. Imo nec ipsa cognatio, qua talis, seu qua paternitas et compaternitas, ullum habet in natura fundamentum, sicut habet cognatio carnalis, sed in solo Ecclesiæ statuto, per quod fit quod baptizans aut suscipiens patres spirituales dicuntur, eo quod per sacramentum, cui cooperantur ministerialiter, infundatur gratia quæ est vita animæ.

Nec refert quod S. Th. in o, dicat hoc vinculum *esse aliquo modo naturale homini, in quantum fit membrum Ecclesiæ;* tum quia non dicit absolute esse na-

turale, sed *aliquo modo*, id est, analogice; tum quia non dicit esse naturale simpliciter, sed reduplicative, *in quantum fit membrum Ecclesiæ*. Quod autem sit Ecclesiæ membrum, non est ei naturale, sed supernaturale; et ideo in definitione cognationis spiritualis supra tradita adjecimus, *jure ecclesiastico introducta*.

Ibid. — Dixi 2° in responsione, *cognatio antecedens;* quia si subsequatur matrimonium, vinculum ejus non dirimit, sed ejus actum ex parte impedit, nisi inducta fuerit per necessitatem aut ignorantiam inculpabilem. Itaque si unus conjugum, sciens et extra casum necessitatis, suam prolem baptizet, amittit jus petendi debitum, licet debeat reddere si petatur; quia ex culpa ejus non debet aliquod incommodum reportare compars innocens. Ita colligitur ex jure, cap. *Si vir* de Cognatione spirituali, cap. *De eo* causa 30, q. 1. Si autem per ignorantiam inculpabilem contingat parentem baptizare prolem suam, puta, quia invincibiliter credit alienam; aut si sciens, propter necessitatem tamen urgentem id faciat, licet cognationem spiritualem cum conjuge contrahat, potest tamen debitum et petere et reddere. Ita in jure citato 30, q. 1, cap. *Ad limina*, et in rituali Romano Pauli V. *Ratio est;* quia necessitas, ut caret lege, sic et a pœna legis excusatur; nec quisquam sine culpa, aut propter actum bonum, puniri debet ac privari jure acquisito.

Si quæras an idem dicendum de eo qui ante matrimonium baptizaret in necessitate prolem alterius, ita scilicet, quod posset inire matrimonium cum matre? videtur quod sic; quia, ut modo dicebamus, sine culpa et propter actum bonum, imo et necessarium, nemo debet gravamen ferre; esset autem tali homini gravamen, si matrimonium cum tali ipsi interdiceretur.

R. tamen probabilius negative cum Soto et Sylvio; quia licet jura excipiant casum de usu matrimonii; ubi jam contractum est, non tamen excipiunt casum matrimonii contrahendi; ubi autem jura non distinguunt, nec nos distinguere debemus: unde dicendum quod talis revera contraheret cum matre cognationem spiritualem, matrimonii contrahendi impeditivam.

Ad rationem oppositam, *R.* 1° quod in priori casu jus sit jam acquisitum ad debitum, non in posteriori: unde est quædam disparitas. 2° Cognatio in extrema necessitate contracta, quæ subsequens matrimonium dirimat, non tam ad pœnam aut gravamen quam ad quoddam amicitiæ genus pertinet.

Petes 3° utrum et quæ conditiones requirantur, ut hæc cognatio et impedimentum ipsi annexum contrahantur?

R. 4° Ex parte sacramenti requiritur et sufficit quod sit verum et validum: unde ex baptismo, sive domi, sive in ecclesia, sive cum cæremoniis, sive sine illis, sive in necessitate, sive extra ministrato, contrahitur inter omnes enumeratos petitione 2. Ex cæremoniis autem quæ fiunt in ecclesia post baptismum domi ex necessitate valide collatum, nulla contrahitur cognatio.

Ibid. ad 3. — 2° Ex parte ministri et susceptorum requiritur quod sint baptizati, quia qui est expers vitæ spiritualis, non est capax cognationis spiritualis; licet autem susceptores in confirmatione, ex præcepto Ecclesiæ, debeant etiam esse confirmati, probabile est tamen quod, hoc non obstante, contraherent etiam spiritualem cognationem; quia per baptismum sunt capaces illius: ita Sylvius contra Coninck.

3° Debent susceptores esse designati a parentibus, vel saltem a parocho (cujus est in parentum defectum designare): unde si alii quam designati baptizatum tetigerint vel susceperint, non contrahunt cognationem spiritualem. Ita concilium Trid. sess. 24, cap. 2 citato, ubi statuit « ut parochus antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab iis ad quos spectabit sciscitetur quem vel quos elegerint ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, et eum vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat..... Quod si alii ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant. » Possunt autem designari ad summum unus et una, ut declaravit ibidem concilium.

Ex quo colliges quod, dum quis per procuratorem levat infantem, ipse procurator nec contrahat cognationem, quia ipse non est designatus, non proprio nomine levat; sed nomine patrini designati. Ipse autem patrinus designatus, verisimilius contrahit; quia ipse vere ut designatus officium susceptoris exercet et sus-

cipit, quamvis per alium : actionem autem personalem ad id requiri, ut vult Soto, non satis evincitur. Et ita declarasse congregationem cardinalium referunt Fagnanus ad cap. *Veniens* de Cognat. spirit. et Gonet. hic num. 49, his verbis : *Procurator non contrahit cognationem spiritualem sibi, sed mandanti.*

Petes 5° si plures quam unus et una designati et a parocho admissi, infantem tangant et suscipiant, quinam contrahant cognationem?

R. quod ii contrahant qui primus et prima tangunt et suscipiunt. Si autem omnes simul, Suares vult nullum contrahere; quia resistit Tridentinum : sed Navarrus, Molanus, Vivaldus, Cabrera, Sylvius, Henriques, etc. probabilius docent omnes contrahere; quia concilium videtur tantum prohibere talem concursum, non actum irritare favetque modus loquendi concilii : *Si parochi culpa aut negligentia secus factum fuerit, arbitrio ordinarii puniatur;* cum alioquin dicendum fuisset : *Nulli contrahant.* Non contraherent vero qui, a parentibus designati, a parocho non admitterentur, neque qui a parocho admitterentur ultra designatos a parentibus : unde simul requiritur et designatio parentum et acceptatio parochi. Ita colligitur ex textu Tridentini, nisi in defectum parentum parochus aliquos designaret, tunc enim illi contraherent.

Petes 6° tandem utrum requiratur quod susceptores tangant corporaliter baptizatum, tenendo, offerendo, levando, aut alio simili modo, dum actu baptizatur?

R. Sylvius 3 p, q. 67, a. 7, refert hac de re varios variarum diœcesium usus : ex quo infert sufficere quod susceptores verbo aut assistentia declarent se officium susceptoris suscipere.

Alii autem referunt declarationem cardinalium ad sess. 24 Tridentini, impressionis Lugdunensis ann. 1640, qua decernitur requiri ut compater et commater teneant eum qui baptizatur aut confirmatur, vel saltem de manibus baptizantis eum immediate suscipiant; ita ut non sufficeret, v. g. commatri, si de manibus compatris susciperet, aut e contra. Ita Gonet. n. 48, Sanchez, Perez, Pontius, Bonac. Gobat, quos citat et sequitur Sporer, qui insuper faciunt vim in hoc quod concilium Trid. utatur semper verbis, *tangendi, levandi, tenendi,* etc.

Unde videtur huic secundæ sententiæ adhærendum, et ad oppositam sententiam Sylvii dicendum quod usus et auctoritates quas citat, conveniant omnes quoad factum, scilicet esse tangendum, discrepare autem solum quoad tempus *tangendi.* Videsis.

Utrum autem debeant tangere dum actu baptizatur aut confirmatur? *R.* id ordinarie et convenienter observari debere, ut sic vere dicantur susceptores; non videtur tamen essentialiter requiri, sed sufficere quod paulo post tangant, ut declarat praxis : videtur etiam quod tactus non debeat esse necessario immediatus, sed sufficiat quod fiat mediantibus vestibus, linteo, disco, etc.

ARTICULUS VIII.

De impedimento cognationis legalis, per quæstiunculas.

Cognatio legalis est quædam propinquitas orta ex adoptione. Unde

Petes 1° quid et quotuplex sit adoptio? **q. 57. a. 1. 0.**—*R.* 1° Adoptio recte definitur : *Extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio.*

Ibid. — Ad cujus intelligentiam observandum est quod, cum ars imitetur naturam et illius suppleat defectum in illis in quibus deficit, jus autem sit ars æqui et boni, juris conditores excogitaverunt ut quemadmodum per generationem naturalem aliquis producitur, ita ubi natura deficeret et filios non procrearet, posset quispiam spontanea electione aliquem extraneum instar naturalis filii sibi assumere, quo filiorum deperditorum defectum suppleret et inde solatium caperet; propter quod præcipue adoptio est introducta : unde sicut in generatione naturali est terminus ad quem, forma scilicet, quæ est finis generationis, et terminus a quo, scilicet forma contraria, seu formæ privatio, ita ut de non homine fiat homo; ita pariter in generatione legali est terminus a quo et ad quem, ita ut de non filio fiat filius, de non nepote nepos. His notatis,

Ibid. — *Probatur responsio.* Hæc definitio constat genere et differentia, atque explicat terminum a quo et ad quem adop-

tionis : ergo est bona. *Prob. ant. Assumptio* est genus; *legitima,* id est, juxta leges, est differentia, qua a naturali generatione discrepat. Dum dicitur *extraneæ personæ,* designatur terminus a quo; et terminus ad quem, cum dicitur *in filium vel nepotem.* Ergo.

Porro per ly *extranea* non intelligitur quæ sit a genere adoptantis prorsus aliena; nam Jacob filios filii sui Joseph adoptavit, Genes. 48; sed quæ sit extra potestatem adoptantis et aliena a jure ad quod assumitur.

Ibid. ad 6. — Dicitur autem, *in filium, vel nepotem et deinceps;* quia sicut contingit amitti filios, ita et nepotes : et ideo cum adoptio sit inducta in solatium filiorum amissorum, sicut aliquis per adoptionem potest surrogari in locum filii(ita in locum nepotis et deinceps.

Ibid. ad 1. — *R.* 2° Duplex est adoptionis species : una quæ perfecte imitatur naturalem filiationem,per quam traducitur adoptatus in potestatem et familiam adoptantis ut naturalis ejus filius; proprio nomine vocatur *adrogatio* : altera quæ imperfecte imitatur filiationem naturalem, per quam adoptatus non transit in potestatem et familiam adoptantis; et communi nomine vocatur *adoptio simplex.*

Differunt autem istæ duæ adoptiones inter se, 1° quod adrogatus transeat in potestatem adrogantis, sicut filius ejus naturalis, ut dictum est, subindeque est hæres necessarius patris, quem nec pater potest privare sine culpa, legitima scilicet, quarta parte hæreditatis. Adoptatus autem simpliciter non transit omnino in potestatem adoptantis, subindeque licet sit hæres ab intestato, non tamen necessarius, nec tenetur adoptans ei aliquid de bonis suis in testamento dimittere nisi velit. Unde talis adoptio non est vera adoptio, sed magis dispositio ad perfectam adoptionem. 2° Adoptari potest qui non est sui juris, non autem adrogari. 3° Adrogatio fieri non potest nisi auctoritate principis; adoptio simplex, auctoritate solius magistratus : ita in jure, l. *Generalis* ff. de Adopt. et instit. § *Adoptio.*

Petes 2° quinam generaliter possint adoptari et adoptare?

Ib. a. 3. ad 3. — *R.* Adoptari possunt tam viri quam fœminæ, sui juris tamen, si agatur de adoptione perfecta. Adoptare vero possunt, 1° soli viri regulariter, non mulieres, nisi ex speciali concessione principis; 2° ii soli qui sunt prorsus sui juris; 3° nati viginti quinque annos; — **ad 4.** — 4° soli naturaliter potentes ad consummationem matrimonii; 5° octodecim annis majores adoptato. Ita in jure, de quo vide Sylvestrum verbo *Adoptio,* q. 3.

Petes 3° utrum legalis cognatio impediat et dirimat matrimonium?

R. Cognatio legalis quæ provenit ex adoptione perfecta, impedit et dirimit matrimonium jure humano per Ecclesiam approbato. *Patet* ex pluribus locis juris, cap. *Ita diligere,* cap. *Post susceptum,* cap. *Per adoptionem* causa 30, q. 3, cap. unico *de Cognatione legali,* lib. 4 Decretal. ubi Nicolaüs papa dicit : « Si qua per adoptio- » nem mihi soror esse cœperit, quandiu » durat adoptio inter me et ipsam, nuptiæ » consistere non possunt. »

Rationes convenientes hujus legis eædem sunt ac impedimenti cognationis carnalis, quæ etiam pro legali suo modo militant : inter alias hanc deducit D. Th. — **Ibid.** — Lex divina illas præcipue personas a matrimonio excludit quas necesse erat cohabitare, ne, ut rabbi Moyses dicit, si ad eas liceret uti carnali copula, facilis pateret concupiscentiæ locus, ad quam reprimendam matrimonium est ordinatum : atqui filius perfecte adoptatus conversatur in domo patris adoptantis sicut filius naturalis : ergo convenienter legibus humanis et ecclesiasticis prohibitum est inter tales matrimonium contrahi.

Dixi, *cognatio quæ provenit ex adoptione perfecta.* Ea enim quæ provenit ex adoptione imperfecta non dirimit; quia eædem rationes non currunt pro ea ac pro prima, nec est vera adoptio, sed potius via ad veram adoptionem, inquit S. Th. eamque esse illius mentem, *patet,* tum ex 0, tum ex Resp. ad 1 et 4 a. sequentis : ita etiam censent Soto, Sylvester, Ledesma, etc. quos citat et sequitur Sylvius.

Petes 4° inter quos contrahatur cognatio legalis, seu quot sint ejus species?

Ibid. a. 3. 0. — *R.* Triplex est legalis cognatio. *Prima* quasi descendentium, quæ contrahitur inter patrem adoptantem ex una parte, et ex altera filium adoptatum, filium filii adoptivi, nepotem, et sic dein-

ceps usque ad quartum gradum, verisimiliter ad instar cognationis carnalis.

Secunda quasi collateralium, quæ est inter filium adoptivum et filios seu filias naturales adoptantis.

Tertia per modum cujusdam affinitatis, quæ est inter patrem adoptantem ex una parte et uxorem filii adoptivi ex altera, et e contrario inter filium adoptatum et uxorem patris adoptantis.

Est autem inter eas cognationes differentia, quod prima et tertia perpetuo matrimonium impediant, id est, etiam post dissolutionem adoptionis aut emancipationem adoptati; secunda autem non, nisi quandiu persona adoptata manet in potestate patris adoptantis : unde, patre mortuo, vel filio aut filia emancipatis, potest contrahi matrimonium inter filium adoptivum et filiam naturalem adoptantis et e contra : ita in juribus citatis.

ARTICULUS IX.

De impedimento impotentiæ.

Nota 1°, nomine impotentiæ hic non intelligi impotentiam generandi, sed impotentiam coeundi carnaliter, usque ad consummationem copulæ : inter senes enim et steriles ad generationem ineptos validum est matrimonium, modo sint apti ad copulam carnalem; quia consummatio matrimonii non consistit in actuali generatione, sed in hoc quod vir et uxor fiant una caro per commixtionem seminum.

Igitur impotentia de qua hic agitur, est defectus impediens copulam conjugalem, hoc est, seminationem in vase idoneo, et commixtionem seminum, seu eorum quæ sunt loco seminum ex parte mulieris : unde quantumvis vir vas mulieris penetret, si in eo seminare non possit, impotens censetur; quia tunc non consummatur matrimonium, nec fiunt una caro.

Q. 58. **a.** 1. 0. — *Nota.* 2°, multiplicem distingui impotentiam. Alia est ex causa intrinseca et naturali, ut ex frigiditate, quæ quia est causa frequentior, sub frigiditatis nomine comprehenditur omnis impotentia naturalis, etsi tamen possit etiam provenire ex variis aliis capitibus, puta, ex nimia arctatione mulieris, ex privatione naturali membrorum, et etiam, licet rarius, ex nimio calore. Alia est ex causa extrinseca et accidentali, ut ex maleficio.

Ibid. — Item alia est perpetua, alia temporalis. Perpetua dicitur, quæ sine aut miraculo, aut peccato, aut gravi mortis periculo, tolli non potest, quamvis possit istis tolli. Temporalis e contra, quæ per media artis aut preces Ecclesiæ communes, sine miraculo, peccato, aut mortis periculo, tolli potest.

Ibid. a. 2. 0. — Tandem alia est absoluta, quæ est in viro per ordinem ad omnes mulieres, vel in muliere ad omnes viros; alia respectiva, quæ tantum constituit impotentem respectu unius determinatæ personæ, non aliarum.

Ib. a. 1. **et** 2. — *Dico.* Omnis impotentia antecedens perpetua, sive naturalis, sive accidentalis, sive absoluta, sive respectiva inter eos inter quos subsistit, impedit et dirimit matrimonium jure naturali et ecclesiastico; secus si sit temporalis.

De jure ecclesiastico, quoad primam partem *constat* ex cap. *Quod sedem*, cap. *Fraternitatis*, cap. *Litteræ* et aliis *de Frigidis et Maleficiatis.*

Ibid. a. 1. 0. — *De jure naturæ probatur.* Ille contractus est jure naturali nullus, in quo quis se obligat ad id quod non potest dare vel facere : atqui laborans impotentia coeundi perpetua, se obligat in contractu matrimonii ad id quod non potest dare vel facere : ergo. *Maj. patet*, quia nemo potest se obligare ad impossibile *Prob. min.* Contractus matrimonii consistit in hoc quod conjuges se obligent ad copulam carnalem, seu mutuo sibi debitum solvere; quia ad hoc dant sibi invicem corporis potestatem, juxta illud 1 Cor. 7 : *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir.* Unde materia contractus matrimonii non est corpus tantum, sed corpus cum potentia coeundi : et ita declaravit Sixtus V, bulla *Cum frequenter* anno 1587. Ergo.

Prob. secunda pars. 1° Ex cap. citato *Fraternitatis.* 2° Quia impotens ad tempus tantum potest ex nunc tradere corpus cum obligatione copulæ ubi impotentia cessaverit; sicut qui non potest hodie solvere, potest se obligare ad solvendum quando habebit pecunias. Notandum tamen quod, si talis impotentia sit diu duratura, nec de illa compartem moneat, graviter peccet sic contrahens propter injuriam

comparti irrogatam; subsistit tamen matrimonium.

Dixi, *impotentia antecedens;* quia si superveniat matrimonio semel legitime contracto, etiamsi non consummato, illud non dirimit; tum propter ejus indissolubilitatem, ut decernitur cap. *Hi qui matrimonium* 32, q. 7; tum etiam propter ipsius contractus naturam, qui non dissolvitur eo quod res vendita aut tradita deterioretur, modo tempore contractus bona esset et sufficiens.

Dices 1°. Copula carnalis non est de essentia matrimonii: unde supra diximus pari voto continentes posse valide conjungi, ut in B. Virgine et S. Joseph. Ergo.

Ibid. ad 1. — *R.* quod, quamvis actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonii, tamen potentia ad actum est de ejus essentia; quia per matrimonium datur utrique conjugum potestas in corpus alterius respectu carnalis copulæ. Voto autem continentes, etsi sint moraliter impotentes, retinent tamen semper potentiam naturalem et physicam, quæ sufficit.

Dices 2°. Si mulier sciat virum esse frigidum quando cum eo contrahit, verum est matrimonium, ut admittit D. Th. hic ad 4, his verbis: « Si sciat ille cum » quo contrahit hanc impotentiam, et ni» hilominus contrahit, ostenditur quod » alium finem ex contractu quærit, et » ideo contractus stat: si autem nescit, » tunc contractus est nullus. » Ergo frigiditas de se et ex natura rei non tollit matrimonium.

R. quod frigiditas perpetua, sive sciatur, sive non, tollat matrimonium: « quia » in quolibet contractu hoc universaliter » tenetur, quod ille qui est impotens » (perpetuo scilicet) ad solvendum ali» quid, non reputatur idoneus ad contrac» tum illum quo se obligat ad ejus solu» tionem. » Verba sunt D. Thomæ in eadem resp. ad 4, et ita declaravit Sixtus V, bulla citata. *Unde ad textum objectum R.* cum Soto et Sylvio, intelligendum esse de impotentia temporali, quæ si sciatur, quamvis non tollatur, non impedit quin sit verum conjugium: si autem ignoretur, accidere potest quod tollat matrimonium, quando scilicet tollit consensum, etsi regulariter id non accidat. Hanc autem esse mentem Auctoris, *patet* ex hoc quod loquatur de impotentia comparative ad servitutem quæ tolli potest, et alias sibi in eo et in eadem solutione contradiceret. Quidam respondent S. Thomam loqui de contractu amicabili societatis, non matrimonii; sed prior explicatio magis consentanea videtur.

Consectaria præcedentis doctrinæ.

Ex dictis colliges 1°, eunuchos, spadones, utroque testiculo orbatos, absolute esse incapaces matrimonii; quia sunt perpetuo impotentes: licet enim vas mulieris penetrare valeant, attamen vel non seminant, vel semen eorum non est ejusdem rationis cum prolificò. Similiter si uterque testiculus sit omnino attritus: secus vero si uno duntaxat testiculo careant.

Colliges 2°, senes qui non possunt vel membrum erigere, vel intra vas seminare, invalide contrahere. Equidem quoscumque jungit Ecclesia, sed quia supponit capaces, cum senectus ordinarie potentiam non auferat. E contra, moribundos ordinarie posse valide contrahere, quia etsi vi morbi potentia sit in eis impedita, ordinarie tamen non censetur ablata.

Colliges 3°, mulieres quæ ita sunt arctæ ut viris suis aptari non possint ad copulam, matrimonium invalide contrahere. Solam tamen impotentiam fœminæ ad seminandum multi censent non dirimere matrimonium; quia juxta D. Thomam, semen ejus non est necessarium ad generationem: unde sufficienter fit una caro cum viro per hoc quod viri semen intra se recipit. Ex quo ulterius inferunt, nihil etiam officere validitati matrimonii, si sit impotens ad retinendum virile semen, postquam semel illud intra se susceperit. Sed hoc secundum non ita videtur certum in principiis D. Thomæ, qui requirit ad consummationem matrimonii, qua vir et mulier censentur una caro, quod fiat commixtio seminum, seu eorum quæ sunt loco seminis ex parte mulieris, ut explicuimus supra.

Petes an, si arctitudo illa mulieris possit dilatari, teneatur mulier illam dilatationem pati?

R. quod si per levem incisionem possit mulier viro aptari, cum tunc impotentia non sit perpetua, adeoque stet matrimonium, tenetur operationem pati, ut satis-

faciat justitiæ debito : nisi tamen ex illa incisione sequatur maximum incommodum, tale quale ipsam excusaret a reddendo debito ; tunc enim etsi matrimonium valeret, non teneretur illam operationem admittere. At si ista mulier non possit viro suo aptari sine periculo vitæ, tunc cum non staret matrimonium, quia censeretur perpetuo impotens, non teneretur pati incisionem : et si forte patiatur et curetur, velitque cum eodem viro commanere, debet iterari matrimonium, ut pote prius invalidum.

Colliges 4°, matrimonium impuberum (pubertas in masculis est anno decimo quarto, in fœminis duodecimo), si ante hoc tempus sint capaces consensus matrimonii, non esse jure naturæ irritum, etsi tunc temporis propter ætatis defectum essent copulæ incapaces ; quia talis impotentia non est perpetua. Jure ecclesiastico tamen cap. *Tuæ nobis,* cap. *Continebatur,* cap. *de Illis* de Desponsat. Impub. irritantur, nisi malitia suppleret ætatem, et quoad consensum et quoad copulam, *ut dicemus petitione* 7.

Colliges 5°, hermaphroditos non esse absolute impotentes : unde possunt valide contrahere matrimonium juxta sexum qui prævalet : si autem uterque sit in ipsis æqualis, possunt et debent alterutrum eligere, et secundum illum contrahere ; sed, semel facta electione, si compars moriatur, prohibentur secundum alium sexum nubere : si tamen faciant, stat matrimonium ; quia per electionem non est sublata potentia.

Colliges. 6°, laborantes impotentia antecedente perpetua, ex quavis causa procedat, ubi de ea constat, statim esse separandos, utpote nullo modo conjuges : si tamen velint cohabitare ut frater et soror, id ipsis conceditur cap. *Requisisti* 33, q. 1, modo id possint sine periculo incontinentiæ vel scandali ; alioquin omnino separentur auctoritate judicis, relicta ei qui potens est libertate transvolandi ad alias nuptias, vel etiam utrique, si in ipsis sit impotentia respectiva tantum : quas si attentent ante sententiam judicis de eorum separatione, valebunt quidem, sed graviter peccabunt propter scandalum. Sed

Petes 1° quid facto opus si dubitetur an impotentia sit perpetua vel temporalis ?

Ib. a. 1. o. — *R.* Ecclesiam tempus determinatum adhibuisse in quo hujus rei possit esse experimentum, scilicet triennium, cap. *Laudabilem* de Frigidis ; ita quod si post triennium quo fideliter ex utraque parte dederunt operam carnali copulæ implendæ, adhibueruntque sufficienter alia media communia, sive naturalia si impotentia sit naturalis, sive supernaturalia, ut preces, exorcismos, etc. si sit ex maleficio, inveniatur matrimonium non esse consummatum, judicio Ecclesiæ dissolvitur et impotentia censetur perpetua.

Illud autem triennale spatium computatur *a tempore celebrati conjugii*, cap citato, supposito tamen quod ex tunc attentata sit copula : unde multi dicunt, a die attentatæ copulæ ; si enim ob infirmitatem, absentiam, aliudve impedimentum, sufficientem non adhibuissent experientiam, censent auctores posse etiam ultra triennium experiri : secus si sufficiens experimentum adhibitum sit ; tunc enim non plus illis licet quam solutis.

Attamen in nonnullis Galliæ provinciis, videtur consuetudo triennalis non servari ; in quibusdam quidem conceditur tantum experientia trimestris ; in aliis experientia unius diei a judice præfixi, seu etiam trium vel quatuor horarum cum certis conditionibus pudibundis : sed tam breve experimentum ipsimet doctores Galli merito improbant, ut Cabassutius, Merbesius, Natalis Alexander l. 2 de Matrim. cap. 4, a. 11, reg. 10, apud quem S. Cyprianus Epist. 62 monet quod, in exploranda puellarum virginitate, *et manus obstetricum et oculus sæpe falluntur.*

Petes 2° quid si post judicium Ecclesiæ vel medicorum de perpetuitate impotentiæ et separationem factam, contingat eam impotentiam tolli : quod dignosci potest maxime in impotentia naturali, si is qui erat absolute impotens perfecit copulam cum alia ; aut si erat respective impotens, perfecit cum eadem, seu etiam cum alia similis conditionis ?

R. quod si sit sublata hæc impotentia per miraculum, vel per medium illicitum, vel cum vitæ periculo, recte judicatum fuit prius matrimonium irritum, debentque manere separati conjuges et liberi, vel inter se de novo, vel cum aliis contrahere ; quia revera erat ex se perpetua impotentia.

Ibid. o. — Si vero sublata sit per media ordinaria, tunc, inquit S. Th., Ecclesia, quæ se deceptam invenit, utpote quod judicaverit perpetuam impotentiam quæ revera non erat perpetua, redintegrat præcedens matrimonium, et secundum, si attentatum fuerit, dirimit, quamvis de ejus licentia factum : ita etiam cap. *Laudabilem* et cap. *Fraternitatis* de Frigidis. Si tamen alter conjugum separatorum religionem professus fuerit, non potest redire ad compartem; et si nondum professus velit profiteri, non tenetur redire : uxor autem potest alteri nubere ubi professus fuerit. Quod si ante professionem nupserit, separanda est a secundo viro, eo quod, priore nondum professo, matrimonium cum secundo sit nullum. Si vero vir susceperit sacrum ordinem et ab uxore repetatur, redire ad eam tenetur : si non repetatur, potest manere in ministerio, et uxor cum altero valide contrahere non potest, quia prius matrimonium subsistit.

Petes 3° quibus signis poterit dignosci esse impotentiam ex maleficio, adeoque adhibendos esse exorcismos?

R. dignosci posse si vir qui polluitur in somno, vel calidus est extra copulam, ad accessum fœminæ, etsi aliunde amabilis, totus frigescit; similiter si mulier ad congressum viri aliunde dilecti, subito coarcetur; si conjuges qui antea se diligebant, subito reddantur sibi mutuo exosi; si omnia membra ex utraque parte sint rite disposita cum erectione et calore, et tamen coïre nequeant : item variis aliis signis quæ frigiditati naturali non competunt.

Petes 4°. quibus remediis occurri possit impotentiæ ex maleficio?

R. 1° adhiberi debere preces, pœnitentiam, exorcismos et similia ab Ecclesia instituta et probata; 2° posse adhiberi remedia naturalia, quando maleficium habet causam naturalem; 3° non posse peti a malefico, etsi parato, ut per aliud maleficium tollat; quia cum maleficium sit intrinsece malum, esset cooperari ejus peccato. 4° Possunt destrui signa maleficii in contemptum et detestationem dæmonis ejusque artis superstitiosæ; an autem spe et intentione cessaturi nocumenti id liceat? Vide quæ ea de re dixi in tract. de Religione dissert. 7, a. 5, § 2.

Petes 5° utrum detur impotentia naturalis perpetua respectiva.

R. S. Th. a. 2 o, et a. 1, ad 4, videtur sentire negative : « Dicendum, inquit loco » ultimo, quod non potest esse perpetuum » impedimentum naturale viro respectu » unius personæ, et non respectu alte» rius. » Et cum sibi objecisset quod aliquando vir est sufficienter calidus ad cognoscendam corruptam, qui non est sufficiens ad cognoscendam virginem, ob resistentiam claustri virginalis, subjungit : « Sed si non possit implere carnalem actum » cum virgine, et tamen possit cum cor» rupta; tunc medicinaliter aliquo instru» mento possunt claustra pudoris frangi et » ei conjungi : nec esset hoc contra natu» ram; quia non fieret ad delectationem, » sed ad medicamentum. »

Attamen cum judices ecclesiastici et plures actores sequantur sententiam oppositam, possitque accidere quod claustra pudoris frangi non possint sine periculo vitæ, aut nonnisi per miraculum, quo casu tunc foret impotentia perpetua respectiva; priora verba D. Thomæ videntur intelligenda de impotentia absolute et omnino naturali; ita ut sit absolute talis independentur ab impedimento, seu resistentia accidentali alterius. Idque non leviter innuit dum in fine ejusdem responsionis dicit quod, qui foret frigidus seu impotens respectu turpis mulieris, de eo idem sit censendum ac de maleficiato, scilicet, quod posset esse potens respectu alterius : unde posteriora verba de casu virginis, intelligenda sunt secundum id quod ordinarie accidit; sicut dum dicit impotentiam ex maleficio esse respectivam a. 2 o, intelligit secundum id quod ordinarie accidit; ordinarie enim claustrum virginale per instrumentum chirurgicum seu medicinas vasis laxativas absque vitæ periculo aut miraculo potest aperiri. Si tamen contrarium accidat, quod nihil repugnare videtur, deberet censeri perpetua impotentia respectiva : et ita tenet Soto d. 34, q. 1, a. 2, § *Sed ais*.

Utrum autem talis virgo teneretur pati incisionem, si nullum inde sequatur grave incommodum? si enim sequeretur, certum est quod non teneretur, ut supra d-ximus de ea quæ foret nimis arcta. *R.* multos non improbabiliter opinari quod non teneretur saltem ex justitia, quia inaptitudo ad copulam non tam se tenet ex parte vir-

ginis, licet suo modo concurrat, quam ex parte viri debilioris : unde potius vir deberet ad id conari per medicamentum et cibos calidiores ; ex charitate tamen teneretur si præsentiret virum in periculo incontinentiæ.

Petes 6° quid agendum in dubio utrinque æquali, an impotentia præcesserit vel subsecuta fuerit matrimonium?

R. præsumendum esse in favorem matrimonii, quod illud subsecuta fuerit, cap. finali de Sententia et re judicata, et cap. *Si quis accepit* 35, q. 1; frequentius autem emergit dubium de impotentia ex maleficio : de naturali enim, quando copula nunquam potuit exerceri et nullis indiciis constat quando contracta sit, probabilius est quod præcesserit matrimonium.

Petes 7° an matrimonium ante annos pubertatis contractum, sit nullum?

R. esse plerumque nullum, partim jure naturæ, partim jure positivo. De jure naturæ *patet;* quia ante illud tempus plerumque ratio non satis viget ut de re tanta sufficienter deliberare possit.

De jure positivo extant cap. *Ubi*, cap. *Attestationis*, cap. *Ex litteris* de Despons. impub. et de Frigidis, cap. *Quod sedem;* respexit autem jus tum ad rationem datam, tum quia ante illam ætatem natura non censetur ordinarie idonea ad debitum conjugale solvendum.

Dixi, *plerumque;* quia si ante hanc ætatem vigor et naturæ et rationis defectum ætatis suppleat, ita ut ambo reperiantur idonei et ad consensum et ad copulam, valide contrahunt, cap. *De illis* et cap. *Tuæ* tit. de Despons. impub. Quod si forent tunc apti ad consensum, sed non ad copulam, licet attento solo jure naturæ valide contraherent, quia adesset sufficiens consensus, et impotentia non censetur perpetua; invalide tamen ex dispositione juris positivi, quod requirit in supplementum ætatis, nedum prudentiam, sed et copulæ potentiam. *Unde colliges*, inter infideles qui legibus Ecclesiæ non subsunt, fore in hoc casu validum matrimonium.

Nota autem quod, quando matrimonium defectu ætatis est nullum, æquivaleat sponsalibus, cap. unico de Sponsal. in 6, si tamen non sit clandestinum.

ARTICULUS X.

De impedimento disparitatis cultus.

Supp. q. 59. a. 1. ad 5. — Disparitas cultus de qua hic agitur, non est qua unus est fidelis, alter hæreticus; sed qua unus est baptizatus, alter non. Cum enim matrimonium sit sacramentum novæ legis, merito requirit paritatem quantum ad sacramentum fidei, quod est baptismus.

Ibid. o. — *Dico* 1°. Matrimonium fidelis cum infideli, jure naturali, divino et ecclesiastico est regulariter illicitum.

Ibid. — *Prob.* Tale matrimonium adversatur principaliori bono matrimonii. Ergo. *Prob. ant.* Principale bonum matrimonii est proles ad cultum Dei educanda : atqui tale matrimonium huic bono adversatur : ergo. *Prob. min.* Educatio fit communiter per patrem et matrem : atqui intentiones patris et matris in tali conjugio erunt contrariæ ad educandam prolem, cum uterque secundum fidem suam intendat prolem educare : ergo.

Confirmatur. Ex tali matrimonio oritur periculum evidens subversionis partis fidelis propter mutuum amorem, familiaritatem arctissimam et continuam conversationem conjugum inter se; item perturbatio pacis domesticæ et exercitii veræ religionis.

Hinc sicut in veteri Testamento, Exod. 34, Deuteron. 7, Esdræ 1 cap. 9, et Esdræ 2 cap. 13, prohibentur talia conjugia; ita et in novo, 2 Cor. 6, his verbis, *Nolite jugum ducere cum infidelibus*, et 1 Cor. 7 : *Cui vult nubat, tantum in Domino*, hoc est, christiano, ut interpretantur SS. Patres, Hieron. Tertull. Cyprian. Aug. etc. His accesserunt decreta ecclesiastica concilii Eliberitani can. 19, Chalced. can. 13, Aurelian. II, can. 18, et alia apud Gratianum.

Dixi, *regulariter;* quia certis casibus, ubi non est periculum ne fidelis aut liberi subvertantur, sed potius spes quod pars infidelis convertatur, vel aliud insigne bonum expectatur, erit licitum conjugium fidelis cum infideli, spectato jure naturæ aut divino : sic Moyses et David gentibus nupserunt, Æsther Assuero, S. Cæcilia Valeriano, S. Monica Patricio, ethnico, etc.

Ibid. — *Dico* 2°. Disparitas cultus præcedens irritat matrimonium, non jure naturali aut divino, sed ecclesiastico consuetudinario.

Dixi, *præcedens;* quia si matrimonio superveniat, ut quando alter conjugum convertitur ad fidem, non per se dissolvit illud, sed propter aliud, ut dixi de indissollubilitate matrimonii.

Prob. prima pars. Licet disparitas cultus aliquo modo adversetur fini matrimonii, *ut dixi in prima conclusione*, non tamen absolute et omnino; possunt enim absolute ex tali matrimonio proles nasci, et certis cautelis adhibitis catholice educari, quamvis difficilius plerumque quam si ambo conjuges forent fideles. Ergo.

Prob. secunda pars. Nullum extat in lege tam veteri quam nova præceptum irritans tale matrimonium. Ergo.

Confirmatur utraque pars. Multa matrimonia tam in lege veteri quam nova, fuerunt valida inter dispares cultu, *ut patet ex dictis;* nec ulla legitur a Deo facta dispensatio.

Dices 1°. Deuteron. 7, v. 3, dicitur : *Neque sociabis cum eis* (gentilibus) *conjugia.* Ergo.

R. illam legem et alias similes esse prohibitivas tantum, non irritativas; vel si irritativæ fuerint, cessasse in nova lege, utpote judiciales.

Inst. contra primam solutionem, quod 1 Esdræ 10, facta sit separatio uxorum alienigenarum, quæ non erant Cananeæ. *R.* illam separationem posse intelligi, non quoad vinculum, sed quoad habitationem tantum : unde vocantur *uxores*, et earum conjunctiones *matrimonia.* Secundum hanc primam solutionem intelligendus est Apostolus prima conclusione citatus.

Dices 2°. Tertull. l. 2 ad Uxorem cap. 15, ait : « Gentilium matrimonia subeuntes, stupri reos esse constat. » S. Aug. l. de Adult. conjug. cap. 21 : « Hoc est ergo » Domini præceptum, tam in veteri quam » in novo Testamento, ut non nisi unius » religionis et fidei conjugia sibi maneant » copulata. »

R. ad primum, intelligi debere de stupro non corporis, sed mentis, exponendo scilicet se periculo subversionis. *Ad secundum* ex S. Augustino : pariter intelligit de copulatione per charitatem; ubi enim fides disjungit, charitas non conjungit. Vel ita loquuntur quia talia matrimonia sunt illicita, non quia invalida.

Prob. tertia pars conclusionis. Consensu communi totius Ecclesiæ irrita censentur matrimonia fidelium cum infidelibus : atqui non irritantur jure naturæ aut divino, ut probatum est : ergo jure ecclesiastico. Quod quidem non in aliquo generali canone legitur, sed universali consuetudine introductum et firmatum est.

Si petas quo tempore incœpit hæc consuetudo?

R. Sæculo quinto post tempus S. Augustini viguit in imperio Romano ex legibus imperatorum, consentiente Ecclesia, lib. 3 Cod. Theodosiani tit. 14 de Nuptiis gentilium l. 1, lib. 9 ejusdem Codicis tit. 4, l. 3. Quæ leges licet datæ fuerint sæculo quarto, non tamen observatæ fuerunt in omnibus Imperii provinciis nisi sæculo quinto, cum S. Augustinus lib. 1 de Fide et Oper. scribat suo tempore in Africa frequentissime celebrari hæc matrimonia et non credi peccata. Universaliter autem circa sæculum duodecimum vigebat hæc consuetudo in Ecclesia, cum ab hoc tempore omnes theologi et canonistæ communi consensu illam supponant et asserant.

Ex his colliges, 1°, Ecclesiam posse dispensare in hoc impedimento, ubi abest periculum subversionis;

2° Sponsalia fidelis cum infideli, si sint absoluta, esse invalida; secus si apponatur conditio de conversione futura infidelis;

3° Matrimonium contractum inter fidelem et infidelem, si infidelis postea convertatur, non convalescere; quia ab initio fuit nullum;

4° Matrimonium catechumeni cum baptizato esse etiam nullum, saltem nunc; quia, licet interius fidem habeat, non est tamen baptizatus; qua ratione venit intelligendus in præsenti sub nomine infidelis. Dixi, *saltem nunc;* quia videtur quod olim tale matrimonium fuerit et licitum et validum, eo quod diu differretur baptisma.

Petes 1° quid sit censendum de matrimoniis catholicorum cum hæreticis?

R. esse prohibita jure naturæ, propter periculum perversionis partis fidelis et liberorum, ut diximus de matrimoniis cum infidelibus; jure divino, ad Tit. 3, et Epist.

2 Joan. ubi jubetur devitari hæreticus; et jure ecclesiastico, can. 13 conc. Chalced. 31. Laodiceni apud Gratianum causa 28, q. 1.

Sunt tamen valida, quia nullo jure irritantur: non jure naturæ aut divino, *ut patet ex dictis* de matrimoniis cum infidelibus; neque jure ecclesiastico, quia nullum potest assignari irritans, sed tantum prohibens. Vide infra, de clandestinate, decretum Benedicti XIV.

Petes 2° quare Ecclesia potius irritaverit matrimonium inter fidelem et non baptizatum, quam inter fidelem et hæreticum?

R. plures posse afferri rationes: prima est, quia quando uterque est baptizatus, non est proprie disparitas cultus quantum ad professionem christianismi, et pars hæretica non est soluta ab obligatione religionem catholicam profitendi. Secunda, quia matrimonium inter fidelem et hæreticum potest deferri ad tribunal Ecclesiæ, a quo non eximitur hæreticus; secus autem inter fidelem et non baptizatum. Tertia, quia hæreticus computatur inter christianos, adeoque conveniens est ut permittatur esse susceptivus sacramentorum Christi.

De validitate matrimonii inter ipsos infideles et de ejus dissolutione, casu quo una pars convertatur ad fidem, dixi superius, dum de indissolubilitate matrimonii.

ARTICULUS XI.

De impedimento criminis.

Supp. q. 60. a. 1. — Docet S. Th. hic a. 1, non licere marito occidere uxorem in adulterio deprehensam, quia nulli licet occidere aliquem propria auctoritate. Quod autem leges civiles videantur id permittere, respondet his legibus Ecclesiam non astringi, et insuper has leges non simpliciter permittere talem occisionem quasi præcipientes aut prohibentes, sed quasi pœnam homicidii non infligentes; hoc est permittere non ut fiat, sed ut impunitum maneat si fiat, propter justissimum mariti dolorem dissimulantes.

Ibid. a. 2. — Art. 2, docet uxoricidium impedire tantum matrimonium contrahendum, quando vir propter adulterium aut odium occidit mulierem; dirimere autem contractum, si occidat ut ducat eam cum qua mœchatur: et hoc est quod dicitur impedimentum criminis, sed certis adhibitis conditionibus: unde

Dico. Crimen quod est vel adulterium tantum, vel homicidium tantum, vel utrumque simul, positis certis conditionibus jam assignandis, dirimit matrimonium jure positivo.

Prob. assignando conditiones et loca juris.

1° Adulterium tantum tunc dirimit matrimonium inter adulteros, quando conjungitur moraliter cum promissione contrahendi inter se, defuncta propria comparte aut cum contractu per verba de præsenti, quamvis irrito. Ita cap. *Relatum* 3, q. 1, et cap. *Cum haberet* cap. *Finali*, tit. De eo qui duxit: adeo ut adulterium nudum sine promissione contrahendi, sive contractus sine adulterio, non dirimat matrimonium; quia secundum jura, ista duo debent conjungi, adulterium et fides. Nihil refert autem an fides præcedat vel subsequatur adulterium, modo si præcesserit non fuerit revocata: si autem subsecuta fuerit et revocetur, nihilominus dirimit, quia sufficit ut simul et semel adulterium et fides conjungantur. Intelligitur autem promissio facta et acceptata; item facta vivente conjuge, et cum scientia matrimonii existentis.

2° Homicidium tantum tunc dirimit matrimonium, quando vir aut mulier, ex mutuo tamen consensu, seu, ut dicitur, cum machinatione, occidit suum, vel suam, aut alterius consentientis conjugem, cum intentione matrimonii inter se post mortem conjugis contrahendi. Ita cap. *Laudabilem* de Convers. infidel. cap. *Si quis vivente* 31, q. 1, ubi quamvis fiat tantum mentio viri occidentis mulierem, perinde est tamen si mulier occidat virum, ut tradunt omnes theologi. Item perinde est sive physice, sive moraliter, sive per se, sive per alium occidat, modo effectus sequatur.

Dicitur 1°, *ex mutuo consensu, seu cum machinatione*: ita colligunt theologi communiter ex cap. citato *Laudabilem*. Unde si unus occidat, altero nullatenus sive consilio, sive mandato, sive auxilio, aut alio quovis modo concurrente ad mortem, non contrahitur impedimentum; neque

etiam si sit tantum occisionis ratihabitio.

Dicitur, *cum intentione contrahendi inter se matrimonii;* quia intentio et finis legis, est, per hanc pœnam et impedimentum, impedire ne quis cupiditate alieni matrimonii occidat propriam vel alterius conjugem. Ita communius theologi, Navarrus, Sanchez, Layman, Pontius, Peres, quos citat et sequitur Sporer, Henno et alii contra Sylvium hic. Unde si ex odio, vindicta, aut alio fine quam matrimonii inter se contrahendi, aliqui etiam cum machinatione occiderent alterius compartem, non incurrerent impedimentum; imo nec si occiderent cum intentione contrahendi matrimonii, sed cum altera quam cum complice, ut docent Coninck. Layman et alii.

Non requiritur tamen pactum, seu fides de contrahendo, cap. *Super hoc*, tit. De eo qui duxit, sed sufficit quod uterque habeat animum contrahendi inter se, etiamsi, saltem secundum aliquos, non mutuo sibi innotescat. In foro autem Ecclesiæ semper præsumitur talis animus, ubi constat de machinatione.

3° Adulterium simul cum homicidio tunc impedit et dirimit matrimonium, quando adulter vel adultera occidit suam vel alterius conjugem, etiam sine mutuo consensu, aut machinatione, modo tamen occidens habeat animum contrahendi cum adultera, ut dictum est in præcedenti casu ex fine legis.

Hæc itaque tria crimina matrimonium dirimentia, his paucis verbis comprehendo: 1° adulterium cum fide; 2° homicidium cum machinatione et animo contrahendi; 3° homicidium cum adulterio et intentione contrahendi sine machinatione.

Observandum vero, hoc impedimentum dirimere matrimonium contrahendum inter ipsos criminosos tantum, non cum aliis.

ARTICULUS XII.

De impedimento clandestinitatis.

§ I. — *Utrum matrimonia clandestina fuerint olim, et sint etiam nunc valida?*

Jure antiquo matrimonium illud censebatur clandestinum, quod non poterat probari testibus, cap. *Quod nobis*, et cap. *Cum inhibitio* tit. de Clandestina desponsatione. Jure autem novo concilii Tridentini, illud matrimonium proprie est clandestinum, quod contrahitur absque præsentia parochi, vel alterius sacerdotis de ejus licentia, et duorum testium. Quod autem fit absque bannis seu denuntiationibus, non censetur clandestinum proprie.

Suppono matrimonia clandestina semper fuisse ab Ecclesia prohibita, adeoque semper illicita inter christianos, *ut patet* ex Innocentio III, cap. 3 de Clandest. desponsat. et concilio Trid. sess. 24, in decreto Reformat. matrim. cap. 1, ubi dicit: *Sancta Dei Ecclesia, ex justissimis causis, illa semper detestata est atque prohibuit.*

Rationes autem hujus prohibitionis erant gravissima inconvenientia ex clandestinis matrimoniis obvenientia. Qui enim sic clandestine contraxerant, relicta priore uxore, cum alia palam contrahebant, vel priore invita, vel utroque sibi remittente fidem prius imprudenter et stulte datam. Et insuper si, relicta secunda uxore, ad primam redire vellent, compellebantur a judice ecclesiastico, qui non judicat de occultis, manere cum secunda, cum qua tamen non subsistebat matrimonium. Insuper inibant matrimonium, quasi esset nudus contractus civilis, sine reverentia et cæremoniis Ecclesiæ, qualiter decet suscipi sacramentum, etc.

Assignat tamen Sylvius quosdam casus in quibus licitum erat contrahere clandestine, ut si gravis quædam necessitas ad id cogeret: unde concludit matrimonia clandestina non esse per se mala, sicut fornicationem; licet tamen, ut dicit D. Th. ad 3, habeant ex se speciem turpitudinis. Quæstio est ergo utrum fuerint et sint valida?

Supp. q. 45. a. 3. 0. et in resp. ad arg. *Dico.* — Matrimonia clandestina ex natura rei sunt valida, nec unquam jure ecclesiastico invalida fuerunt ante Tridentinum: jure autem novo Tridentini absolute irritantur.

Ib. 0. et in a. s. c. — *Prob. prima pars.* Quandocumque ponuntur essentialia alicujus contractus aut sacramenti, utrum est validum, etiamsi omittantur solemnitates accidentales: atqui in matrimonio clandestino ponuntur omnia essentialia ex natura rei ad contractum matrimonialem, et ad esse sacramenti: ergo. *Prob. min.* Essentialia contractui matri-

moniali ex natura rei, et seclusa Ecclesiæ dispositione, est consensus mutuus per verba de præsenti inter legitimas personas sive in publico, sive in occulto fiat : essentialia matrimonii, ut est sacramentum, sunt materia debita, scilicet legitimæ personæ ad contrahendum; et debita forma, scilicet verba de præsenti consensum exprimentia : atqui hæc omnia ponuntur in matrimonio clandestino : ergo.

Secunda pars patet ex hoc quod nulla decreta extent ante Tridentinum irritantia matrimonia clandestina : unde Trid. sess. 24 de Reformat. matrim. cap. 1, ait « non esse dubitandum clandestina matri- » monia libero contrahentium consensu » facta, rata et vera esse matrimonia, » quandiu Ecclesia ea irrita non fecit; et » proinde jure damnandi sunt illi, ut eos » sancta Synodus anathemate damnat, qui » ea rata et vera esse negant. » Quibus verbis satis insinuat concilium, Ecclesiam nunquam irritasse matrimonia clandestina.

Insuper si fuisset talis lex ab Ecclesia, illius procul dubio meminisset concilium, et declarasset se eam renovare, sicut paulo ante fecerat de decreto concilii Lateran. quoad proclamationes præmittendas. Idque eo verius est, quod essent in concilio plures Patres et doctores qui dubitabant an Ecclesia posset irritare matrimonia clandestina.

Quod opponi potest ex decreto Evaristi cap. *Aliter* 30, q. 5, et concil. Colon. dissolvimus supra, dum de matrimonio sine consensu parentum inito.

Si insuper urgeas quod Clemens, vel, ut alii volunt, Cælestinus III, cap. *Videtur* 35, q. 6, dicat conjugium quod contra ordinem Ecclesiæ factum est, esse irritum.

R. pontificem loqui de casu particulari, quo post sponsalia et copulam subsecutam, contrahitur cum alia : et respondet, secundum matrimonium esse nullum; quia juxta cap. *Is qui* tit. de Sponsalibus, sponsalia cum priori præsumebantur tunc per copulam transire in matrimonium.

Prob. tertia pars ex concilio Trid. sess. 24 citata, c. 1, his verbis : « Qui aliter » quam præsente parocho, vel alio sacer- » dote de ipsius parochi seu ordinarii li- » centia, et duobus vel tribus testibus, » matrimonium contrahere attentabunt : » eos sancta Synodus ad sic contrahendum » omnino inhabiles reddit, et hujusmodi » contractus irritos et nullos esse decernit, » prout eos præsenti decreto irritos facit » et annullat. » Concilium autem id potuisse statuere *patet*; tum quia Ecclesia errare non potest in definiendis rebus ad fidem vel mores salutares pertinentibus; tum etiam quia ex perpetuo usus et pluribus ejusdem concilii canonibus, constat eam posse statuere impedimenta matrimonium dirimentia, *ut dixi supra et patebit ex solutionibus objectionum.* Sic autem statuit concilium, quia advertebat præcedentes hac de re inhibitiones, propter hominum inobedientiam, non prodesse; nec aliter occurri posse malis ex clandestinitate provenientibus.

Dices 1°. Matrimonia clandestina valida sunt jure naturæ : atqui Ecclesia nihil potest contra jus naturæ : ergo.

R. 1° *D. maj.* Matrimonia clandestina valida sunt, jure naturæ permittente, *C. maj.* præcipiente, *N. maj.* Hoc sensu igitur dicuntur valida matrimonia clandestina jure naturæ, non quod jus naturæ præcipiat contrahi, et sic esse valida, sed quod ea sic contracta non faciat irrita; quin potius sinit esse valida. Quod autem jus naturæ non irritat, potest per legem aliquam positivam irritari; sic contractus prodigorum et pupillorum et alii, licet stando in jure naturæ sint validi, per leges tamen civiles irritantur.

R. 2° *clarius.* Matrimonia clandestina jure naturæ sunt valida, si contrahantur inter personas legitimas et habiles, *C.* si inter illegitimas et inhabiles, *N.* Illegitimæ autem et inhabiles sunt ex decreto Tridentini, qui attentant contrahere clandestine. Nec minus id potuit statuere Ecclesia, quam possit legislator civilis reddere aliquem inhabilem ad vendendum vel emendum, qui tamen seclusa lege foret habilis; cum enim Ecclesia sit respublica bene ordinata, debuit in ea esse potestas ad regulandos contractus sacramentales suorum subditorum, atque adeo potuit statuere quasdam conditiones, sine quibus aut contrahentes forent inhabiles, aut ipsi contractus essent nulli.

Dices 2°. Ecclesia non potest mutare materiam et formam sacramentorum : atqui consensus clandestinus ante Tridentinum erat materia et forma sufficiens matrimonii : ergo non potuit efficere ut non

esset amplius materia et forma sufficiens.

R. D. min. Consensus clandestinus legitimus seu inter personas habiles et legitimas, erat ante Tridentinum materia et forma sufficiens matrimonii, *C. min.* consensus illegitimus seu inter personas illegitimas et inhabiles, *N. min.* Unde eadem materia et forma substantialis matrimonii quæ erat ante Tridentinum, immutata manet post illud, scilicet, consensus legitimus et contractus validus : adeoque concilium nihil immutavit circa essentialia sacramenti, sed tantum fecit quod contractus qui antea erat legitimus, nunc non sit amplius legitimus ; et hoc dupliciter : 1° indirecte et mediate, reddendo personas inhabiles ad contrahendum clandestine ; 2° directe et immediate, cassando et irritando consensum et contractum clandestinum, in quo non mutavit materiam et formam sacramenti formaliter sumptas (nam est semper sicut fuit, contractus validus seu consensus legitimus), sed tantum materialiter, faciendo scilicet quod id quod erat consensus legitimus et contractus validus, jam non sit legitimus et validus, adeoque non elevabilis ad esse sacramenti. Christus enim non elevavit qualemcumque contractum matrimonialem ad esse sacramenti, sed tantum eum qui esset validus et legitimus, hoc est, inter personas baptizatas et legitimas initus, sive impedimentum dirimens non habentes. Sicut igitur qui ex aqua cerevisiam faceret, aut ex vino acetum, non ideo mutaret materiam baptismi aut eucharistiæ formaliter sumptam, quamvis faceret ut id quod prius erat materia illorum sacramentorum, jam non sit res quæ sit eorum materia : ita similiter qui contractum prius legitimum efficit illegitimum, aut personam prius habilem reddit inhabilem, non mutat materiam sacramenti matrimonii formaliter sumptam, quia semper remanet quod sit consensus legitimus, sed tantum materialiter, in quantum facit quod res quæ erat materia jam non sit res quæ sit materia, quia eam rem in aliam immutavit. Mutaret autem formaliter, si faceret ut quod prius erat materia, manens immutatum, desineret esse materia, v. g. aqua manens aqua, consensus legitimus manens legitimus, non sint materia baptismi vel matrimonii, quod non fecit Ecclesia : ita argumentabatur Camillus Campegius Dominicanus in concilio Trid. cui annuerunt cæteri Patres.

§ II. — *Variæ difficultates circa matrimonia clandestina et præfatum Tridentini decretum resolvuntur.*

Petes 1° quis et qualis sit parochus in præsenti materia ?

R. 1° Nomine parochi hic intelligitur omnis qui habet jurisdictionem ordinariam in contrahentes, qualem habet papa in tota Ecclesia, episcopus et ejus vicarius generalis in sua diœcesi, archiepiscopus in tota provincia dum actu visitat, curatus in parochia, etc.

R. 2°. Non est opus ad valorem matrimonii quod parochus sit sacerdos. Ita declaravit S. congreg. concilii anno 1595, approbante Clemente VIII, ut videre est apud Dianam p. 11, tract. 3, resol. 32. Unde quando concilium dicit : *Præsente parocho, vel alio sacerdote*, facit hunc sensum, *vel alio qui sit sacerdos*, nihil determinando an parochus debeat esse sacerdos : ita saltem communior sententia, quamvis opposita sit in praxi tutior.

R. 3°. Nihil refert ad valorem sacramenti, an parochus sit excommunicatus, irregularis, suspensus, aut interdictus, sive ipse assistat, sive alteri sacerdoti committat ; quia non est ibi actus jurisdictionis, sed meræ præsentiæ. Ita declaravit S. congregatio tempore cardinalis Mathæi, re diligenter examinata, apud Fagnanum in cap. *Litteræ quas* de Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ. Secus autem si parochus esset publicus hæreticus in loco ubi Tridentinum est promulgatum, quia hoc ipso privatur beneficio et desinit esse parochus : similiter si sit parochus intrusus sine titulo colorato.

R. 4° Ad valorem matrimonii sufficit præsentia unius parochi, etsi contrahentes sint diversæ parochiæ ; quia Tridentinum requirit præsentiam parochi, non parochorum. Usus quidem invaluit ut adhibeatur ille in cujus parochia celebratur matrimonium ; sed et alium sufficere declaravit S. congregatio concilii apud Fagnanum in cap. *Quod nobis* de Clandest. desponsat.

Imo etiamsi matrimonium contraheretur extra parochiam utriusque contrahentis, et quidem in alia diœcesi, valide ta-

men conjungeret alterutrius parochus; quia non est actus jurisdictionis saltem contentiosæ : illicite tamen ageret, si aut publice et cum strepitu, aut invito parocho loci procederet; quia prohibitum et exercere ea quæ solemnitatem requirunt in alieno territorio.

R. 5°. Proprius parochus in hac materia, non est tantum ille qui est proprius loci ubi contrahentes habent fixum domicilium, aut quasi domicilium, hoc est, habitationem per majorem anni partem; sed etiam ille qui est proprius loci in quo habent simplicem habitationem quamvis non intendant diu ibi habitare, modo tamen non sint ibi solius recreationis causa, vel ad ruralia exercenda, vel alia brevi causa, statim ad suum domicilium reversuri. Ita declarasse congregationem concilii refert Fagnanus in cap. *Significavit* de Parochis et alienis parochianis n. 30, his verbis : « Cum vir et mulier Trajectensis timentes » impedimentum a parentibus, ad vicinam » urbem Aquisgranensem se contulissent, » et ibi aliquandiu morati, matrimonium » contraxissent; S. congregatio consulta » super validitate, censuit exprimendum » tempus quo contrahentes Aquisgrani » manserunt : quod si fuerit saltem unius » mensis dandam esse decisionem pro va» liditate; alias de novo referendum in » congregatione. »

Hinc studentes in aliqua universitate, tyrones opificiorum, famuli, mercatores in emporiis, milites præsidiarii, et ii qui causa belli aut pestis habitationem mutant, valide contrahunt coram parocho illius loci in quo habitant, nec est necesse ut majore parte anni habitaverint, sed statim ac habitare incipiunt efficiuntur parochiani, non minus quoad matrimonium quam quoad alia sacramenta suscipienda. Ita Sylvius post Sylvestrum, Sanchez, Angelum, Sa. Item Henricus a S. Ignatio. Qui vero duplicem habent parochiam habitationis, possunt coram alterutro contrahere, quamvis tamen sit consultius et tutius assumere parochum illius loci in quo habitant tempore matrimonii.

R. 6°. Vagabundorum qui certas sedes non habeni, proprius parochus est ille istius loci in quo se reperiunt, et ubi confessionis et eucharistiæ sacramenta possunt recipere; quia nullus est alius eorum proprius parochus.

Verum concilium Trid. ut obviaret inconvenientibus quæ ex talibus matrimoniis vagorum evenire solent, præcipit sess. 24. cap. 7, ne matrimoniis illorum intersint parochi, nisi, post inquisitionem diligenter factam, obtinuerint licentiam ad ordinario. Si tamen de facto assisterent absque tali licentia, quamvis peccarent, matrimonium valeret, quia lex concilii est prohibens, non irritans, et illi sacerdotes sunt tam parochi illorum vagorum quam episcopus sit eorum ordinarius. Ita Sylvius cum Ledesma, Henriques et Sanchez.

R. 7°. Quando parochus dat alteri licentiam assistendi, talis licentia debet esse exterius et prius concessa, nec sufficit ratihabitio. Insuper delegatus debet esse sacerdos. Item debet eam acceptasse per se vel per alium.

Petes 2° quæ et qualis præsentia tam parochi quam testium requiratur?

R. 1° non sufficere naturalem, quomodo bestiæ possunt esse præsentes; sed necessaria est humana et moralis, qua scilicet non tantum adsint corpore, sed etiam sciant et advertant quid agatur; quia ideo a concilio requiruntur, ut possint de contractu testificari. Et insuper parochus requiritur ut repræsentans personam Ecclesiæ, ut sic possit dici matrimonium contractum in facie Ecclesiæ : facies autem Ecclesiæ non aliud est quam ipsius Ecclesiæ per parochum repræsentatæ conspectus, contractum fieri intelligentis et advertentis, cap. *Quod nobis* de Clandest. desponsat.

Hinc matrimonium contractum coram parocho aut testibus amentibus, ebriis, dormientibus, non esset validum. Idem videtur tutius dicendum, siquidem possent advertere et intelligere, per affectationem tamen revera non intelligerent, puta, quia obstruerent aures, clauderent oculos, quia tunc non valerent testificari de validitate contractus. Equidem Fagnanus refert declarationem cardinalium contrariam, sed non constat, ut dicunt alii, esse instructam conditionibus ab Urbano VIII requisitis ut fidem faciat.

R. 2°. Sufficit præsentia testium et parochi, etiamsi vi, metu, dolo, astutia, v. g. sub alio prætextu vocatorum, quantum-

vis reniterentur aut affectarent non videre aut intelligere, modo tamen intelligant, ut dicebamus modo; quia tunc est matrimonium vere contractum coram parocho et testibus, qui possunt illud certificare. Idem dicendum si casu fortuito adessent, v. g. transeundo, convivando, celebrando, aut aliquid aliud agendo, modo tamen contrahentes utantur ea præsentia in hunc finem; alias enim si, non attendentes ad ad parochum et testes præsentes, contraxissent, licet illi casu, puta transeundo, contractum observassent, non valeret matrimonium; quia debent formaliter adhiberi ad hunc finem, ut declaravit S. congregatio cardinalium conc. Trid. anno 1591, 29 Aug.

Censentur autem adhiberi formaliter in hunc finem, quando coram ipsis, etsi fortuito præsentibus, aut alia de causa supposititia vocatis, contrahentes intendunt coram ipsis verba serio proferre, et contractum inire: et sic intelligi debet declaratio congregationis apud Fagnanum, quæ posset huic resolutioni opponi, eo quod dicat non sufficere si per accidens tantum esset præsens parochus, puta, causa convivandi, confabulandi, etc. Non enim censentur adhibiti et præsentes per accidens, sed formaliter in finem debitum, quando contrahentes intendunt coram ipsis contrahere.

Petes 3° quales esse debeant testes?

R. non esse necessarium ut illi testes sint omni exceptione majores, sive ut habeant qualitates jure in aliis negotiis requisitas, sed sufficere quoscumque qui possint intelligere et intelligant quid contrahentes dicant et faciant: unde adhiberi possunt consanguinei, fœminæ, impuberes, amici, infideles, infames, excommunicati, boni et mali. *Ratio est* 1° quia, licet concilium potuerit requirere testes omni exceptione majores, non tamen requisivit, *ut patet ex textu* et testatur quotidiana praxis. 2° Quia alias, ob testium qualitates, matrimonia forent magis ambigua quam ante Tridentinum, et infinitæ lites circa illa moverentur.

Petes 4° an aliquibus casibus valeant matrimonia clandestina, et quibus?

R. 1°. Matrimonia clandestina contracta in locis ubi non fuit promulgatum decretum concilii Trid., ab incolis illarum regionum, sunt certo valida. *Patet*, quia concilium sess. 24, cap. 1, « decernit ut hu» jusmodi decretum in unaquaque paro» chia suum robur post triginta dies ha» bere incipiat, a die primæ publicationis » in eadem parochia factæ, enumerandos.» Ergo ante illud tempus non habet robur, et cætera.

R. 3°. Incolæ locorum ubi viget et publicatum fuit decretum concilii, valide contrahunt clandestine in iis locis ubi non fuit promulgatum, si revera in eis habitent, quamvis in fraudem; quia per habitationem eximuntur a legibus suæ patriæ, et subduntur legibus locorum in quibus sunt: et ita declarasse Urbanum VIII, anno 1627, 14 Augusti, refert Manigart cum ejus bulla, in sua Praxi Pastorali p. 2, cap. 4.

Neque obstat quod fraus nemini patrocinetur; non enim eis fraus patrocinatur quoad validitatem matrimonii, sed ipsa eorum conditio seu habitatio, qua fit ut potiantur juribus talis loci in quo habitant: fraudulenter quidem egerunt eo fine mutantes habitationem, sed non ideo postea irritum est quod agunt, quando illic vere habitant, et talis ecclesiæ sunt parochiani.

R. 3°. Imo probabilius videtur mere peregrinos et transeuntes in præfatis locis, valide contrahere clandestine, excepta tamen pro illis fraude et dolo.

Ratio est; quia peregrini possunt se conformare legibus locorum per quæ transeunt, nec legibus suæ patriæ, v. g. festorum, jejuniorum tenentur, idque sive juris interpretatione, sive tacito consensu legislatorum. Et certe numquid tenentur legibus loci in quo sunt, v. g. jejuniorum, festorum, imo et solemnitatis matrimonii, si illic vigeret? Congruum ergo videtur ut eximantur a legibus loci in quo non sunt, juxta illud: Qui sentit incommodum, sententiat et commodum. Ita noster Gonet. post Pontium, Sanchez et alios; item Henno. Nec argumenta quæ in contrarium affert Sylvius videntur convincere.

Dixi, *excepta fraude;* quia cum tales, non jure quodam per habitationem acquisito, sicut præcedentes, sed tacito consensu superiorum potiantur privilegiis locorum in quibus sunt, æquum non est nec verisimile legislatorem sua benignitate et consensu dolosis et fallentibus annuere et

patrocinari. Et quidem hac in re suam Ecclesia mentem aperuit, dum cardinales Tridentini interpretes, a Ferdinando Leodiensi episcopo consulti, responderunt matrimonium in nostro casu, supposita fraude, nullum esse; quod confirmavit Urbanus VIII, præfata bulla citata apud Manigart et Henricum a S. Ignatio n. 546.

R. 4° Si duo contrahentes sint diversarum parochiarum, in quarum una fuit publicatum decretum concilii, et non in altera, valet matrimonium clandestinum, si fuerit celebratum in parochia in qua decretum non fuerit promulgatum. Ita censet Gonet. citans declarationem cardinalium n. 67, et Henricus a S. Ignatio. *Ratio est;* quia contractus quoad valorem sequitur leges loci in quo celebratur, cap. finali de Foro competenti.

R. 5°. Matrimonium clandestine contractum ab infidelibus non baptizatis, etiam in locis ubi viget decretum concilii, validum est; quia est lex ecclesiastica cui non subjiciuntur infideles.

Specialis difficultas de matrimoniis in Hollandia celebratis.

Utrum matrimonia in fœderatis Belgii provinciis in quibus publicatum fuit Tridentini decretum per Margaritam Parmensem, de mandato Philippi II, contracta, non servata concilii Tridentini forma, sint valida?

Difficultatem hanc diu inter theologos controversam, ad instantiam illustrissimi ac multis mihi titulis colendissimi Guillelmi Delvaux, episcopi Iprensis, diremit tandem sanctissimus ac sapientissimus pontifex Benedictus XIV, constitutione quæ incipit *Matrimonia*, data 4 Novembris 1741, in qua sic statuit ac definit:

« Primo scilicet, quod attinet ad matri-
» monia ab hæreticis inter se in locis fœ-
» deratorum ordinum dominio subjectis,
» celebrata, non servata forma per Tri-
» dentinum præscripta, licet Sanctitas sua
» non ignoret, alias in casibus quibusdam
» particularibus, et attentis tunc expositis
» circumstantiis, sacram congregationem
» concilii pro eorum invaliditate respon-
» disse; æque tamen compertum habens
» nihil adhuc generatim et universe su-
» per ejusmodi matrimoniis fuisse ab
» apostolica Sede definitum, et alioquin
» oportere omnino ad consulendum uni-
» versis fidelibus in iis locis degentibus,
» et plura avertenda gravissima incom-
» moda, quid generaliter de hisce matri-
» moniis sentiendum sit declarare: nego-
» tio mature perpenso, omnibusque ratio-
» num momentis hinc inde sedulo libra-
» tis, declaravit (sua Sanctitas) statuitque,
» Matrimonia in dictis fœderatis Belgii
» provinciis inter hæreticos usque modo
» contracta, quæque in posterum contra-
» hentur, etiamsi forma a Tridentino præ-
» scripta non fuerit in iis celebrandis ser-
» vata, dummodo aliud non obstiterit
» canonicum impedimentum, pro validis
» habenda esse; adeoque si contingat
» utrumque conjugem ad catholicæ Eccle-
» siæ sinum se recipere, eodem quo antea
» conjugali vinculo ipsos omnino teneri,
» etiamsi mutuus consensus coram paro-
» cho catholico ab eis non renovetur; sin
» autem unus tantum ex conjugibus, sive
» masculus sive fœmina, convertatur, neu-
» trum posse, quandiu alter superstes
» erit, ad alias nuptias transire.

» Quod vero spectat ad ea conjugia quæ
» pariter in iisdem fœderatis Belgii pro-
» vinciis, absque forma a Tridentino sta-
» tuta, contrahuntur a catholicis cum hæ-
» reticis, sive catholicus vir hæreticam
» fœminam in matrimonium ducat, sive
» catholica fœmina hæretico viro nubat,
» dolens imprimis quam maxime Sanctitas
» sua, eos esse inter catholicos qui, insano
» amore turpiter dementati, ab hisce de-
» testabilibus connubiis, quæ S. mater
» Ecclesia perpetuo damnavit atque inter-
» dixit, ex animo non abhorrent, et prorsus sibi abstinendum non ducunt; lau-
» dansque magnopere zelum illorum an-
» tistitum qui, severioribus propositis
» spiritualibus pœnis, catholicos coercere
» student ne sacrilego hoc vinculo sese
» hæreticis conjungant: episcopos omnes,
» vicarios apostolicos, parochos, missio-
» narios et alios quoscumque Dei et Ec-
» clesiæ fideles ministros in iis partibus
» degentes, serio graviterque hortatur et
» monet, ut catholicos utriusque sexus, ab
» hujusmodi nuptiis in propriarum ani-
» marum perniciem ineundis, quantum
» possint, absterreant, easdemque nuptias
» omni meliori modo intervertere, atque
» efficaciter impedire satagant. At si forte

» aliquod hujus generis matrimonium, » Tridentini forma non servata, ibidem » contractum jam sit, aut in posterum » (quod Deus avertat) contrahi contingat, » declarat Sanctitas sua, matrimonium hu- » jusmodi, alio non concurrente canonico » impedimento, validum habendum esse, » et neutrum ex conjugibus, donec alter » eorum supervixerit, ullatenus posse, sub » obtentu dictæ formæ non servatæ, no- » vum matrimonium inire; id vero debe- » re sibi potissime in animum inducere » conjugem catholicum, sive virum sive » fœminam, ut pro gravissimo scelere » quod admisit pœnitentiam agat, ac ve- » niam a Deo precetur, coneturque pro » viribus alterum conjugem a vera fide » deerrantem ad gremium catholicæ Ec- » clesiæ pertrahere, ejusque animam lu- » crari; quod porro ad veniam de patrato » crimine impetrandam opportunissimum » foret, sciens de cætero, ut mox dictum » est, se istius matrimonii vinculo perpe- » tuo ligatum iri.

» Ad hæc declarat Sanctitas sua, ut quid- » quid hactenus sancitum dictumque est » de matrimoniis, sive ab hæreticis inter » se, sive inter catholicos et hæreticos » initis, in locis fœderatorum ordinum do- » minio in Belgio subjectis, sancitum dic- » tumque intelligatur etiam de similibus » matrimoniis extra fines dominii eorum- » dem fœderatorum ordinum contractis » ab iis qui addicti sunt legionibus seu » militaribus copiis quæ ab eisdem fœde- » ratis ordinibus transmitti solent ad cus- » todiendas muniendasque arces conter- » minas, vulgo dictas *di bariera;* ita qui- » dem ut matrimonia ibi præter Triden- » ni formam sive inter hæreticos utrinque, » sive inter catholicos et hæreticos inita, » valorem suum obtineant, dummodo » uterque conjux ad easdem copias sive » legiones pertineat. Et hanc declaratio- » nem vult Sanctitas sua complecti etiam » civitatem Mosæ Trajectensis, a republi- » ca fœderatorum ordinum, quamvis non » jure dominii, sed tantum oppignoratio- » nis, ut aiunt, nomine possessam.

» Tandem circa conjugia quæ contra- » huntur vel in regionibus principum ca- » tholicorum ab iis qui in provinciis fœ- » deratis domicilium habent, vel in fœde- » ratis provinciis, ab habentibus domici- » lium in regionibus catholicorum princi- » pum, nihil Sanctitas sua de novo decer- » nendum aut declarandum esse duxit, » volens ut de iis, juxta canonica juris » communis principia probatasque in si- » milibus casibus alias editas a sacra con- » gregatione concilii resolutiones, ubi dis- » putatio contingat, decidatur; et ita de- » claravit statuitque, ac ab omnibus in » posterum servari præcepit. Die 4 No- » vembris 1741, A. Card Gentili S. C. » concilii Præf. C. A. Archi. Philippen. » Secret. »

Observanda circa præfatam constitutionem.

Observandum 1°, inter varias rationes quibus potuit moveri pontifex ut sic statueret, has videri præcipuas: 1° quia observantia decreti Trid. in his partibus est moraliter impossibilis ipsis hæreticis. 2° Quia foret religioni perniciosa, quatenus hæretici advertentes sua matrimonia a catholicis haberi illegitima, et proles suas spurias, non solum quemvis alium contrahendi modum, sed etiam omne aliud religionis exercitium interdicerent catholicis, sicque recrudesceret persecutio. 3° Quia noceret saluti contrahentium, obstaretque eorum conversioni. Pone enim unum ex duobus hæreticis conjunctis velle se convertere; debebit iterum contrahere coram parocho catholico, quod nunquam obtinebit a comparte hæretica; aut tenebitur illam et proles deserere, quod patitur undequaque gravissimas difficultates, vix superabiles, sicque obex conversioni. 4° Celebrato matrimonio coram magistratu hæretico, aut coram ministro et testibus, habetur finis quem intendit concilium, scilicet certitudo matrimonii.

Observandum 2°, hoc decretum spectare tantum fœderatum Belgium, *ut patet ex ejus tenore.* An vero in aliis provinciis vel regnis in quibus etiam promiscue vivunt hæretici cum catholicis, et in quibus decretum Tridentini fuit promulgatum, ut in Germania, sint pariter valida matrimonia, absque forma Tridentini? *R.* vi præsentis decreti non esse valida, quia, ut dictum est, spectat tantum fœderatos Belgas. Si tamen eædem rationes concurrant quæ in Belgio, præsumendum videtur Ecclesiam benignam matrem relaxare suam legem respectu illorum sicut respec-

tu Belgarum, non in favorem hæreticorum rebellium, sed in favorem religionis et catholicorum. « Et hoc vel maxime ex eo » colligitur, inquit noster Wigandt, scrip- » tor Germanus, quod si ambo conjuges » hæretici fiant cathoci, non denuo con- » trahant coram vero et proprio parocho » catholico, quod tamen plane esset ne- » cessarium; quia sicut antea vixissent, » sic et postea semper viverent in fornica- » tione et concubinatu. »

Observandum 3°, hoc decreto dirimi tantum quæstionem de matrimoniis hæreticorum inter se, aut catholicorum cum hæreticis; non catholicorum inter se, *ut patet ex textu :* unde de his ultimis remanet difficultas. Ad quam *R.* matrimonium catholicorum inter se, in provinciis fœderatis et aliis, absque forma Tridentini contracta, esse irrita, nisi ista loca careant omnino episcopis, aut parochis, aut aliis sacerdotibus ad id delegatis, aut certe ita absint ut ad eos tutus accessus non pateat. Ita respondisse S. congregationem Octavio, episcopo Tricariensi, per Belgium nuntio apostolico, testantur Sylvius, Chapeauville, Henricus a S. Ignatio; eamque declarationem authenticam refert Zypeus juris pontif. novi Analyt. enarrat. lib. 4 tit. de Sponsalibus. Neque enim rationes prima observatione deductæ militant pro catholicis inter se contrahentibus, sicut pro hæreticis inter se vel cum catholicis contrahentibus. Perinde est autem sive parochus absit, sive adsit, sed cui prohibitum est sub pœna mortis aut alia gravi, matrimonii celebrationi assistere : ita respondit Estius D. Miræo, episc. Antuerpiensi, quia paria videntur, abesse parochum sic ut tutus ad eum accessus non pateat, et parochum adesse, sed sic ut ejus opera tuto uti non liceat, quia utrobique est periculum accedendo ad parochum.

Observandum 4°, quantum ad matrimonia contracta in urbibus vulgo dictis *barrières*, ut sint valida, utrumque conjugem debere pertinere ad legiones seu copias qui transmitti solent ad eas arces custodiendas : unde si miles ex his copiis velit ducere puellam civem, debet servare in hoc sicut in aliis leges locales, ideoque contrahere secundum formam Tridentini : ii autem omnes et soli censentur pertinere ad illas copias, qui juri militari subsunt ; non annonarii aut similes, qui copias sequi solent.

PROTESTATIO AUCTORIS.

Quæ huc usque scripsi ad majorem Dei gloriam et scholarum, præsertim nostræ, utilitatem, non solum Romani pontificis, cujus sum obediens filius, sed cujusvis melius sapientis correctioni sponte subjicio.

Item protestor me neminem ex animo læsisse, errores, non errantes impugnare; et veritatem, sicut novi, pro viribus defendere mens mihi una fuit. Quod si aliquod verbum minus gratum præter intentionem exciderit, pro non dicto haberi cupio. De cætero, lector benevole, si quid in scriptis meis tibi displiceat, tenuitati meæ condona; si quid placeat, Deo bonorum omnium largitori ascribe, cujus donis fruere et vale.

STATUTA

REGUM GALLIÆ

MATRIMONIUM SPECTANTIA.

Lectori non ingratum fore censuimus, si præcipua regum Galliæ edicta de re connubiali huic tractatui annexuerimus, licet ea, mutatis legibus, nunc in usu non habeantur.

ARTICLES XLI, XLII, XLIII, XLIV.

DE L'ORDONNANCE DE BLOIS DE 1579.

L'ARTICLE XLI de l'ordonnance de Blois porte : « Nous voulons que les ordonnances » ci-devant faites (édit de Henri II de 1556) » contre les enfans contractant mariage sans » les consentemens de leurs pères, mères, » tuteurs et curateurs, soient gardées; mê- » mement celle qui permet en ce cas les ex- » hérédations. »

L'art. XLII dit : « Et néanmoins voulons » que ceux qui se trouveront avoir suborné » fils ou filles mineurs de vingt-cinq ans, » sous prétexte de mariage, ou autre cou- » leur, sans le gré, su, vouloir et consente- » ment exprès des pères, mères et tuteurs, » soient punis de mort sans espérance de » grâce et pardon : nonobstant tous consen- » temens que lesdits mineurs pourroient al- » léguer par après avoir donné audit rapt » lors d'icelui, ou auparavant. Et pareille- » ment seront punis extraordinairement tous » ceux qui auront participé au rapt, et qui » y auront prêté conseil, consort et aide en » aucune manière que ce soit. »

L'art. XLIII porte : « Défendons à tous » tuteurs d'accorder ou consentir le mariage » de leurs mineurs, sinon avec l'avis et le » consentement des plus proches parens d'i- » ceux, sur peine de punition exemplaire. »

L'art. XLIV porte : « Pareillement défen- » dons à tous notaires, sur peine de puni- » tion corporelle, de passer ou recevoir au- » cunes promesses de mariages par paroles » de présent. »

DÉCLARATION DU ROI,

Du 26 novembre 1639,

PORTANT

Réglement sur l'ordre qui doit être observé en la célébration des mariages, et contre ceux qui commettent le crime du rapt.

LOUIS par la grâce de Dieu, roi de France et de Navarre : à tous ceux qui ces présentes lettres verront, SALUT. Comme les mariages sont le séminaire des États, la source et l'origine de la société civile, et le fondement des familles qui composent les républiques, qui servent de principe à former leurs polices, et dans lesquelles la naturelle révérence des enfans envers leurs parens est le lien de la légitime obéissance des sujets envers leur souverain; aussi les rois nos prédécesseurs ont jugé digne de leurs soins de faire des lois de leur ordre public, de leur décence extérieure, de leur honnêteté et de leur dignité. A cet effet, ils ont voulu que les mariages fussent publiquement célébrés en face de l'Église, avec toutes les justes solennités et cérémonies qui ont été prescrites comme essentielles par les saints conciles, et par eux déclarées être non-seulement de la nécessité du précepte, mais encore de la nécessité du sacrement. Mais outre les peines indictes par les conciles, aucuns de nosdits prédécesseurs ont permis aux pères et aux mères d'exhéréder leurs enfans qui contractoient des mariages clandestins sans leur consentement, et de révoquer toutes et chacunes les donations et avantages qu'ils leur auroient faits. Mais quoique cette ordonnance fût fondée sur le premier commandement de la seconde Table,

contenant l'honneur et la révérence qui est due aux parens, elle n'a pas été assez forte pour arrêter le cours du mal et du désordre qui a troublé le repos de tant de familles, et flétri leur honneur par des alliances inégales, et souvent honteuses et infâmes. Ce qui depuis a donné sujet à d'autres ordonnances, qui désirent la proclamation des bans, la présence du propre curé et des témoins assistant à la bénédiction nuptiale, avec des peines contre les curés, vicaires et autres qui passeroient outre à la célébration du mariage des enfans de famille, s'il ne leur apparoissoit des consentemens des pères et mères, tuteurs et curateurs, sur peine d'être punis comme fauteurs du crime de rapt, comme les auteurs et les complices de tels illégitimes mariages. Toutefois, quelque ordre qu'on ait pu apporter jusqu'à maintenant pour rétablir l'honnêteté publique, et des actes si importans, la licence du siècle, la dépravation des mœurs, ont toujours prévalu sur nos ordonnances, si saintes et si salutaires, dont même la vigueur et l'observation a été souvent relâchée par la considération des pères et mères qui remettent leur offense particulière, bien qu'ils ne puissent remettre celle qui est faite aux lois publiques. C'est pourquoi, ne pouvant plus souffrir que nos ordonnances soient ainsi violées, ni que la sainteté d'un si grand sacrement, qui est le signe mystique de la conjonction de Jésus-Christ avec son Église, soit indignement profanée, et voyant d'autre part, à notre grand regret, et au préjudice de notre État, que la plupart des honnêtes familles de notre royaume demeurent en trouble par la subornation et enlèvement de leurs enfans, qui trouvent eux-mêmes la ruine de leur fortune dans ces illégitimes conjonctions, nous avons résolu d'opposer à la fréquence de ces maux la sévérité des lois, et de retenir par la terreur de nouvelles peines ceux que la crainte ni la révérence des lois divines et humaines ne peuvent arrêter, n'ayant en cela autre dessein que de sanctifier le mariage, régler les mœurs de nos sujets, et empêcher que les crimes de rapt ne servent à l'avenir de moyens et de degrés pour parvenir à des mariages avantageux. A ces causes, après avoir mis cette affaire en délibération en notre conseil, de l'avis d'icelui, et de notre certaine science, pleine puissance et autorité royale, nous avons statué et ordonné, statuons et ordonnons ce qui ensuit.

I. Nous voulons que l'article 40 de l'ordonnance de Blois, touchant les mariages clandestins, soit exactement gardé; et interprétant icelui, ordonnons que la proclamation des bans sera faite par le curé de chacune des parties contractantes, avec le consentement des pères, mères, tuteurs ou curateurs, s'ils sont enfans de famille, ou en la puissance d'autrui; et qu'à la célébration du mariage assisteront quatre témoins dignes de foi, outre le curé qui recevra le consentement des parties, et les conjoindra en mariage, suivant la forme partiquée en l'Église. Faisons très-expresse défense à tous prêtres, tant séculiers que réguliers, de célébrer aucun mariage, qu'entre leurs vrais et ordinaires paroissiens, sans la permission par écrit des curés des parties, ou de l'évêque diocésain, nonobstant les coutumes immémoriales et priviléges que l'on pourroit alléguer au contraire; et ordonnons qu'il sera fait un bon et fidèle registre, tant des mariages que de la publication des bans, ou des dispenses et des permissions qui auront été accordées.

II. Le contenu en l'édit de 1556, et aux art. 41, 42, 43 et 44 de l'ordonnance de Blois, sera observé; et y ajoutant, Nous ordonnons que la peine de rapt demeure encourue, nonobstant les consentemens qui pourroient intervenir puis après de la part des pères, mères, tuteurs et curateurs, dérogeant expressément aux coutumes qui permettent aux enfans de se marier après l'âge de vingt ans sans le consentement des pères; et avons déclaré les veuves, fils et filles, moindres de vingt-cinq ans, qui auront contracté mariage contre la teneur desdites ordonnances, privés et déchus par leur seul fait, ensemble les enfans qui en naîtront et leurs hoirs, indignes et incapables à jamais des successions de leurs pères, mères et aïeuls, et de toutes autres directes et collatérales; comme aussi des droits et avantages qui pourroient leur être acquis par contrats de mariage ou autrement, ou par les coutumes et lois de notre royaume, même du droit de légitime; et les dispositions qui seront faites au préjudice de cette notre ordonnance, soit en faveur de personnes mariées, ou par elles au profit des enfans nés de ces mariages, nulles et de nul effet et valeur. Voulons que les choses ainsi données, léguées ou transportées, sous quelque prétexte que ce soit, demeurent en ce cas acquises irrévocablement à notre fisc, sans que nous en puissions disposer qu'en faveur des hôpitaux, ou autres œuvres pies. Enjoignons aux fils qui excèdent l'âge de trente ans, et aux filles qui excèdent celui de

vingt-cinq, de requérir par écrit l'avis et conseil de leurs pères et mères pour se marier, sous peine d'être exhérédées par eux, suivant l'édit de 1556.

III. Déclarons, conformément aux saints décrets et constitutions canoniques, les mariages faits avec ceux qui ont ravi et enlevé des veuves, fils et filles, de quelque âge et condition qu'ils soient, non valablement contractés, sans que par le temps, ni par le consentement des personnes ravies, et de leurs pères, mères, tuteurs et curateurs, ils puissent être confirmés, tandis que la personne ravie est en la puissance du ravisseur. Et néanmoins, en cas que, sous prétexte de majorité, elle donne un nouveau consentement après être mise en liberté pour se marier avec le ravisseur, Nous la déclarons, ensemble les enfans qui naîtront d'un tel mariage, indignes et incapables de légitime et de toutes successions directes et collatérales qui leur pourroient échoir, sous quelque titre que ce soit, conformément à ce que Nous ordonnons contre les personnes ravies par subornation; et les parens qui auront assisté, donné conseil et favorisé lesdits mariages, et leurs hoirs, incapables de succéder directement ou indirectement auxdits veuves, fils et filles. Enjoignons très-expressément à nos procureurs généraux et à leurs substituts de faire toutes les poursuites nécessaires contre les ravisseurs et leurs complices, nonobstant qu'il n'y eût plainte de partie civile, et à nos juges de punir les coupables de peine de mort, et confiscation de biens, sur iceux préalablement prises les réparations qui seront ordonnées, sans que cette peine puisse être modérée, faisant défense à tous nos sujets, de quelque qualité et condition qu'ils soient, de donner faveur ni retraite aux coupables, ni de retenir les personnes enlevées, à peine d'être punis comme complices et de répondre solidairement, et leurs héritiers, des réparations adjugées, et d'être privés de leurs offices et gouvernemens, s'ils en ont, dont ils encourront la privation par le seul acte de la contravention à cette défense.

IV. Et afin qu'un chacun reconnoisse combien nous détestons toutes sortes de rapt, Nous défendons très-expressément aux princes et seigneurs de nous faire instances pour accorder des lettres, afin de réhabiliter ceux que nous avons déclarés incapables de successions, à nos secrétaires d'État de les signer, et à notre très-cher et féal chancelier de les sceller, et à tous juges d'y avoir aucun égard, en cas que par importunité ou autrement, on en eût impétré aucunes de Nous; voulant que, nonobstant telles dérogations ou dispenses, les peines contenues dans nos ordonnances soient exécutées.

V. Désirant pourvoir à l'abus qui commence à s'introduire dans notre royaume, par ceux qui tiennent leurs mariages secrets et cachés pendant leur vie, contre le respect qui est dû à un si grand sacrement, Nous ordonnons que les majeurs contractent leurs mariages publiquement et en face de l'Église, avec les solennités prescrites par l'ordonnance de Blois; et déclarons les enfans qui naîtront de ces mariages, que les parties ont tenus, ou tiendront à l'avenir, cachés pendant leur vie, qui ressentent plutôt la honte d'un concubinage que la dignité d'un mariage, incapables de toutes successions, aussi bien que leur postérité.

VI. Nous voulons que la même peine ait lieu contre les enfans qui sont nés des femmes que les pères ont entretenues, et qu'ils épousent lorsqu'ils sont à l'extrémité de la vie; comme aussi contre les enfans procréés par ceux qui se marient après avoir été condamnés à mort, même par les sentences de nos juges rendues par défaut, si avant leur décès ils n'ont été remis au premier état, suivant les voies prescrites par nos ordonnances.

VII. Défendons à tous juges, même à ceux d'Église, de recevoir la preuve par témoins des promesses de mariage, ni autrement, que par écrit qui soit arrêté en présence de quatre proches parens de l'une et de l'autre des parties, encore qu'elles soient de basse condition.

SI DONNONS EN MANDEMENT à nos amés et féaux conseillers, les gens tenant notre cour de Parlement de Paris, baillis, sénéchaux, juges ou leurs lieutenans, et à tous autres nos justiciers et officiers qu'il appartiendra, que ces présentes ils fassent lire, publier, registrer, exécuter, garder et observer selon leur forme et teneur. Enjoignons à nos procureurs généraux, leurs substituts présens et à venir, d'y tenir la main, et faire toutes les diligences requises et nécessaires pour ladite exécution : CAR tel est notre plaisir. En témoin de quoi, nous avons fait mettre notre scel à ces présentes. DONNÉ à Saint-Germain-en-Laye, le vingt-sixieme jour de novembre, l'an de grâce mil six cent trente-neuf, et de notre règne le trentième. *Signé* LOUIS : *et plus bas :* Par le roi, DE LOMÉNIE. Et scellé du grand sceau de cire jaune. Et est encore écrit :

Lues, publiées et registrées, oui, et ce requérant le procureur général du roi, pour être

exécutées, gardées et observées selon leurs forme et teneur, etc. Signé DU TILLET.

ÉDIT DU ROI,

Concernant les formalités qui doivent être observées dans les mariages.

Donné à Versailles, au mois de mars 1697.
Registré en Parlement.

LOUIS, par la grâce de Dieu, roi de France et de Navarre : à tous présens et à venir, SALUT. Les saints conciles ayant prescrit comme une des solennités essentielles au sacrement de mariage, la présence du propre curé de ceux qui contractent; les rois nos prédécesseurs ont autorisé par plusieurs ordonnances l'exécution d'un réglement si sage, et qui pouvoit contribuer aussi utilement à empêcher ces conjonctions malheureuses, qui troublent le repos, et flétrissent l'honneur de plusieurs familles, par des alliances souvent encore plus honteuses par la corruption des mœurs que par l'inégalité de la naissance. Mais comme Nous voyons avec beaucoup de déplaisir que la justice de ces lois, et le respect qui est dû aux puissances qui les ont faites, n'ont pas été capables d'arrêter la violence des passions qui engagent dans les mariages de cette nature, et qu'un intérêt sordide fait trouver trop aisément des témoins, et même des prêtres qui prostituent leur ministère, aussi bien que leur foi, pour profaner de concert ce qu'il y a de plus sacré dans la religion et dans la société civile. Nous avons estimé nécessaire d'établir plus expressément que l'on n'avoit fait jusqu'à cette heure, la qualité du domicile, tel qu'il est nécessaire pour contracter un mariage en qualité d'habitant d'une paroisse, et de prescrire des peines dont la juste sévérité pût empêcher à l'avenir les surprises que des personnes supposées, et des témoins corrompus, ont osé faire pour la concession des dispenses, et pour la célébration des mariages, et contenir dans leur devoir les curés et les autres prêtres, tant séculiers que réguliers, lesquels, oubliant la dignité et les obligations de leur caractère, violent eux-mêmes les règles que l'Église leur a prescrites, et la sainteté d'un sacrement dont ils sont encore plus obligés d'inspirer le respect par leurs exemples que par leurs paroles. Et comme Nous avons été informé en même temps, qu'il s'étoit présenté quelques cas en nos cours, auxquels n'ayant pas été pourvu par les ordonnances qui ont été faites sur le fait des mariages, nos juges n'avoient pas pu apporter les remèdes qu'ils auroient estimés nécessaires pour l'ordre et la police publique. A CES CAUSES, après avoir fait mettre cette affaire en délibération en notre conseil, de l'avis d'icelui et de notre certaine science, pleine puissance et autorité royale : Nous avons par notre présent édit, statué et ordonné, statuons et ordonnons, voulons et nous plaît

I. Que les dispositions des saints canons, et les ordonnances des rois nos prédécesseurs, concernant la célébration des mariages, et notamment celles qui regardent la nécessité de la présence du propre curé de ceux qui contractent, soient exactement observées; et en exécution d'iceux, défendons à tous curés et prêtres, tant séculiers que réguliers, de conjoindre en mariage autres personnes que ceux qui sont leurs vrais et ordinaires paroissiens, demeurant actuellement et publiquement dans leurs paroisses, au moins depuis six mois, à l'égard de ceux qui demeuroient auparavant dans une autre paroisse de la même ville, ou dans le même diocèse; et depuis un an, pour ceux qui demeuroient dans un autre diocèse, si ce n'est qu'ils aient une permission spéciale et par écrit du curé des parties qui contractent, ou de l'archevêque ou évêque diocésain.

II. Enjoignons à cet effet à tous curés et autres prêtres qui doivent célébrer des mariages, de s'informer soigneusement, avant d'en commencer les cérémonies, et en présence de ceux qui y assistent, par le témoignage de quatre témoins dignes de foi, domiciliés et qui sachent signer leurs noms, s'il s'en peut aisément trouver autant dans le lieu où l'on célébrera le mariage, du domicile, aussi bien que de l'âge et de la qualité de ceux qui le contractent, et particulièrement s'ils sont enfans de famille, ou en la puissance d'autrui, afin d'avoir en ce cas les consentemens de leurs pères et mères, tuteurs ou curateurs, et d'avertir lesdits témoins des peines portées par notre présent édit contre ceux qui certifient en ce cas des faits qui ne sont pas véritables, et de leur faire signer après la célébration du mariage les actes qui en seront écrits sur le registre, lequel en sera tenu en la forme prescrite par les articles 7, 8, 9 et 10 du titre 20 de notre ordonnance du mois d'avril 1667.

III. Voulons que si aucuns desdits curés ou prêtres, tant séculiers que réguliers, célèbrent ci-après sciemment, et avec connoissance de cause, des mariages entre des per-

sonnes qui ne sont pas effectivement de leurs paroisses, sans en avoir la permission par écrit des curés de ceux qui les contractent, où de l'archevêque ou évêque diocésain, il soit procédé contre eux extraordinairement; et qu'outre les peines canoniques que les juges d'Église pourront prononcer contre eux, lesdits curés et autres prêtres, tant séculiers que réguliers, qui auront des bénéfices, soient privés pour la première fois de la jouissance de tous les revenus de leurs cures et bénéfices pendant trois ans, à la réserve de ce qui est absolument nécessaire pour leur subsistance, ce qui ne pourra excéder la somme de six cents livres dans les plus grandes villes, et celle de trois cents livres partout ailleurs, et que le surplus desdits revenus soit aussi saisi à la diligence de nos procureurs, et distribué en œuvres pies par l'ordre de l'archevêque ou évêque diocésain; qu'en cas d'une seconde contravention, ils soient bannis pendant neuf ans des lieux que nos juges estimeront à propos; que les prêtres séculiers qui n'auront point de cures et de bénéfices soient condamnés pour la première fois au bannissement pendant trois ans, et en cas de récidive, pendant neuf ans; et qu'à l'égard des prêtres réguliers, ils soient envoyés dans un couvent de leur ordre, tel que leur supérieur leur assignera, hors des provinces qui seront marquées par les arrêts de nos cours, ou les sentences de nos juges, pour y demeurer renfermés pendant le temps qui sera marqué par lesdits jugemens, sans y avoir aucune charge, fonction, ni voix active et passive; et que lesdits curés et prêtres puissent, en cas de rapt fait avec violence, être condamnés à la plus grande peine, lorsqu'ils prêteront leur ministère pour célébrer des mariages en cet état.

IV. Voulons pareillement que le procès soit fait à tous ceux qui auront supposé être les pères, mères, tuteurs ou curateurs des mineurs, pour l'obtention des permissions de célébrer des mariages, des dispenses des bans, et des main-levées des oppositions formées à la célébration desdits mariages: comme aussi aux témoins qui ont certifié des faits qui se trouveront faux, à l'égard de l'âge, qualité et domicile de ceux qui contractent, soit par-devant l'archevêque et évêque diocésain, soit par-devant lesdits curés et prêtres, lors de la célébration desdits mariages; et que ceux qui seront trouvés coupables desdites suppositions et faux témoignages soient condamnés, savoir, les hommes, à faire amende honorable et aux galères, pour le temps que nos juges estimeront juste, et au bannissement, s'ils ne sont pas en état de subir ladite peine des galères; et les femmes, à faire pareillement amende honorable, et au bannissement qui ne pourra être moindre de neuf ans.

V. Déclarons que le domicile des fils et filles de famille, mineurs de vingt-cinq ans, pour la célébration de leurs mariages, est celui de leurs pères, mères, ou de leurs tuteurs et curateurs, après la mort de leurs pères et mères: et en cas qu'ils aient un autre domicile de fait, ordonnons que les bans seront publiés dans les paroisses où ils demeurent, et dans celles de leurs pères, mères, tuteurs et curateurs.

VI. Ajoutant à l'ordonnance de l'an 1556, et à l'article de celle de l'an 1636, permettons aux pères et aux mères d'exhéréder leurs filles veuves, même majeures de vingt-cinq ans, lesquelles se marieront sans avoir requis par écrit leurs avis et conseils.

VII. Déclarons lesdites veuves, fils et filles majeures, même de vingt-cinq et de trente ans, demeurant actuellement avec leurs pères et mères, contractant à leur insu des mariages comme habitans d'une autre paroisse, sous prétexte de quelque logement qu'ils y ont pris peu de temps auparavant leurs mariages, privés et déchus par leur seul fait, ensemble les enfans qui en naîtront, des successions de leursdits pères, mères, aïeuls et aïeules, et de tous autres avantages qui pourroient leur être acquis, en quelque manière que ce puisse être, même du droit de légitime.

VIII. Voulons que l'article 6 de l'ordonnance de 1639, au sujet des mariages que l'on contracte à l'extrémité de la vie, ait lieu tant à l'égard des femmes qu'à celui des hommes; et que les enfans qui sont nés de leurs débauches avant lesdits mariages, ou qui pourront naître après lesdits mariages contractés en cet état, soient, aussi bien que leur postérité, déclarés incapables de toutes successions.

SI DONNONS EN MANDEMENT à nos amés et féaux conseillers, les gens tenant notre cour de Parlement à Paris, que notre présent édit, statut et ordonnance, ils fassent lire, publier et enregistrer, les gardent et observent, et les fassent garder et observer, sans souffrir qu'il y soit contrevenu, nonobstant toutes autres ordonnances, coutumes et choses qui pourroient y être contraires, auxquelles, en tant que besoin seroit, Nous avons dérogé et dérogeons par ces présentes: CAR tel est notre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme

et stable à toujours, Nous y avons mis notre scel. Donné à Versailles au mois de mars, l'an de grâce mil six cent quatre-vingt-dix-sept, et de notre règne le cinquante-quatrième. *Signé* LOUIS : *et sur le repli*, Par le Roi, PHELYPEAUX. *Visa*, BOUCHERAT. Et scellé du grand sceau de cire verte.

Lues, publiées et registrées, ouï, et ce requérant le procureur général du roi, etc. A Paris en Parlement le 11 *mars* 1697.

Signé DONGOIS.

DÉCLARATION DU ROI,

Concernant les mariages faits par d'autres prêtres que les curés des contractans.

Donné à Versailles, le 15 juin 1697.
Registré en Parlement.

LOUIS, par la grâce de Dieu, roi de France et de Navarre : à tous ceux qui ces présentes verront, SALUT. Quelques archevêques et évêques Nous ont représenté qu'ils trouvent dedans leurs diocèses un nombre considérable de personnes qui vivent comme dans des mariages véritables, sous la foi de ceux qu'ils prétendent avoir contractés devant des prêtres, autres que leurs propres curés : et quelques autres qui s'imaginent que des actes que des notaires ont eu la témérité de leur donner de leurs consentemens réciproques, leur ont pu conférer la grâce du sacrement de mariage, et suppléer à la bénédiction des prêtres, que l'Eglise a observée si religieusement depuis les premiers siècles de son établissement ; qu'ils espèrent que l'édit que Nous avons eu la bonté de faire au mois de mars dernier pourra empêcher à l'avenir la plus grande partie du premier de ces désordres ; mais que nos procureurs ayant eu peu d'attention jusqu'à cette heure à obliger ceux qui les commettent de les réparer lorsque les parens, ou quelques autres personnes intéressées, n'ont point porté les affaires de cette nature dans les tribunaux ordinaires de la justice, ces profanations demeurent impunies, et ceux qui les ont commises s'y endurcissent par le temps, au préjudice de leurs consciences, et de l'état des enfans qu'ils peuvent avoir ; que sans désirer aucune extension de la juridiction de laquelle ils jouissent sous notre protection, et sans avoir d'autre vue que celle de faire rendre le respect qui est dû à l'un des sacremens de l'Eglise, et de procurer le salut de ceux dont il a plu à Dieu de leur confier la conduite, ils estiment que s'ils étoient dans une plus grande liberté d'agir à cet égard, ils pourroient contribuer efficacement de leur part à empêcher des scandales de cette nature, sans troubler le repos des familles, dans le temps où ils ne peuvent, sans un trop grand éclat, recevoir des remèdes que dans le tribunal secret de la pénitence; qu'à l'égard des conjonctions qui n'ont d'autre fondement que des actes délivrés par des notaires, qui tendent à réduire le sacrement de mariage dans l'état où il étoit parmi les païens, d'un simple contrat civil, l'article 44 de l'ordonnance de Blois, et les arrêts que nos cours de Parlement ont rendus dans les occasions qui s'en sont présentées, n'ayant pu abolir entièrement un si grand désordre, ils ne peuvent se dispenser de Nous supplier, comme ils le font, d'en arrêter le cours par les moyens que Nous estimerons les plus convenables et les plus efficaces. A CES CAUSES, et considérant que toutes les puissances qu'il a plu à Dieu d'établir dans le monde ne doivent avoir d'autre objet que celui de concourir à sa gloire et à son service, et reconnoissant incessamment l'obligation encore plus particulière dans laquelle Nous sommes, d'employer à cette fin celle que Nous avons reçue de sa bonté avec tant d'étendue ; Nous, de l'avis de notre conseil, et de notre certaine science, pleine puissance et autorité royale, avons dit, déclaré et ordonné, disons, déclarons et ordonnons par ces présentes signées de notre main, voulons et nous plaît, que notre édit du mois de mars dernier sera exécuté selon sa forme et teneur. Enjoignons à nos cours de Parlement et autres nos juges et officiers, d'y tenir la main, et lorsqu'ils jugeront des causes ou des procès dans lesquels il s'agira des mariages célébrés par-devant des prêtres, autres que les propres curés des contractans, sans en avoir obtenu les dispenses nécessaires, et même sur les poursuites que nos procureurs en pourront faire d'office, dans la première année de la célébration desdits prétendus mariages, d'obliger ceux qui prétendent avoir contracté des mariages de cette manière, de se retirer par-devant leur archevêque ou évêque, pour les réhabiliter, suivant les formes prescrites par les saints canons et par nos ordonnances, après avoir accompli la pénitence salutaire qui leur sera par eux imposée, telle qu'ils l'estimeront à propos. Permettons aussi aux promoteurs desdits archevêques et évêques, lorsque nos procureurs ou des parties intéressées ne feront aucunes procédures par-devant nos juges, de faire assigner devant lesdits arche-

vêques et évêques dans le terme ci-dessus, et après en avoir obtenu d'eux une permission expresse, les personnes qui demeurent et vivent ensemble, et qui n'ont point été mariées par les curés des paroisses dans lesquelles ils demeurent, et qui n'ont point obtenu dispense pour être mariées par d'autres prêtres, aux fins de représenter auxdits prélats, dans un temps convenable, les actes de célébration de leurs mariages. Voulons qu'en cas que les archevêques et évêques trouvent que lesdits mariages n'aient pas été célébrés par les propres curés des contractans et qu'il n'y ait d'ailleurs aucun autre empêchement légitime, ils puissent leur enjoindre de les réhabiliter dans les formes prescrites par les saints canons et par nos ordonnances, après avoir accompli la pénitence salutaire qui leur sera par eux imposée, et même de se séparer pendant un certain temps, s'ils jugent que cela puisse être fait sans un trop grand éclat, ce que Nous laissons à leur prudence; et en cas que ceux qui auront été assignés ne rapportent pas les actes de célébration de leurs mariages auxdits archevêques et évêques, dans le temps qui leur aura été marqué, enjoignons à nos officiers dans le ressort desquels ils demeurent, sur l'avis que lesdits archevêques ou évêques leur en donneront, de les obliger de se séparer par des condamnations d'amende, et autre peine plus grande, s'il est nécessaire, et sans préjudice aux archevêques et évêques. de les exclure de la participation aux saints sacremens de l'Eglise après les monitions convenables, s'ils persistent dans leur désordre. Enjoignons à nos cours de Parlement de tenir la main à ce que nosdits officiers fassent ponctuellement exécuter les ordonnances desdits archevêques et évêques à cet égard, et de donner auxdits prélats toute l'aide et le secours qui depend de l'autorité que Nous leur avons confiée. Déclarons que les conjonctions des personnes, lesquelles se prétendront mariées et vivront ensemble, en conséquence des actes qu'ils auront obtenus du consentement réciproque avec lequel ils se seront pris pour maris et pour femmes, n'emporteront ni communauté, ni douaire, ni aucuns autres effets civils, de quelque nature qu'ils puissent être, en faveur des prétendus conjoints et des enfans qui en peuvent naître, lesquels nous voulons être privés de toutes successions, tant directes que collatérales. Défendons à tous juges, à peine d'interdiction, et même de privation de leurs charges, si nos cours le trouvent ainsi à propos par les circonstances de faits, d'ordonner aux notaries de délivrer des actes de cette nature; et à tous notaires de les expédier, sous quelque prétexte que ce puisse être, à peine de privation de leurs charges, et d'être déclarés incapables d'en tenir aucune autre de justice dans la suite. SI DONNONS EN MANDEMENT à nos amés et féaux conseillers, les gens tenant notre cour de Parlement à Paris, que notre présente déclaration ils aient à faire registrer, lire et publier, et le contenu en icelle garder et observer, sans souffrir qu'il y soit contrevenu en quelque sorte et manière que ce soit : CAR tel est notre plaisir. En témoin de quoi Nous y avons fait apposer notre scel. Donné à Versailles, le quinzième jour de juin, l'an de grâce mil six cent quatre-vingt-dix-sept, et de notre règne le cinquante-cinquième. *Signé* LOUIS : *et sur le repli*, Par le roi, PHELYPEAUX. Et scellé du grand sceau de cire jaune.

Registrées, oui, et ce requérant le procureur général du roi, pour être exécutées selon leurs forme et teneur, etc. A Paris en Parlement, le 22 *de juin* 1697. Signé DONGOIS.

DÉCLARATION DU ROI,

Concernant la forme de tenir les registres des baptêmes, mariages, sépultures, vêtures, noviciats et professions, tonsures, ordres mineurs et sacrés, et des extraits qui en doivent être délivrés.

Donné à Versailles, le 9 avril 1736. Registré en Parlement, le 13 juillet 1736.

LOUIS, par la grâce de Dieu, roi de France et de Navarre : à tous ceux qui ces présentes lettres verront, SALUT. Ce serait inutilement que les lois, attentives à l'intérêt commun des familles, et au bon ordre de la société, auroient voulu que les preuves de l'état des hommes fussent assurées par des actes authentiques, si elles ne veilloient avec une égale attention à la conservation des mêmes actes; et les rois nos prédécesseurs ont réuni deux vues si importantes, lorsqu'ils ont ordonné d'un côté que les actes de baptêmes, mariages, sépultures, seroient inscrits sur des registres publics; et de l'autre, que ces registres seroient déposés tous les ans aux greffes d'un siége royal, et conservés ainsi sous les yeux de la justice. Les dispositions des anciennes lois sur cette matière furent rassemblées par le feu Roi, notre très-honoré seigneur et bisaïeul, dans le titre 20 de l'ordonnance d'avril 1667, et il y en ajouta beaucoup de nouvelles. Mais soit par la né-

gligence de ceux qui devoient exécuter cette loi, soit à l'occasion des changemens survenus par rapport aux officiers qui ont été chargés de la faire observer, il est arrivé que plusieurs des règles qu'elle avoit sagement établies ont été presque oubliées dans une grande partie de notre royaume. Nous avons commencé d'y remédier dès le temps de notre avènement à la couronne, en supprimant des officiers dont la création donnoit quelque atteinte à l'ordre prescrit par l'ordonnance de 1667, et il ne nous reste plus que d'achever et de perfectionner même, autant qu'il est possible, un ordre si nécessaire pour le bien public. C'étoit pour le maintenir qu'il avoit été ordonné par l'article 8 du titre 20 de cette loi, qu'il seroit fait par chacun an deux registres pour écrire les baptêmes, mariages et sépultures, dont l'un serviroit de minute, et demeureroit entre les mains du curé ou du vicaire, et l'autre seroit porté au greffe du siége royal pour y servir de grosse. Mais après Nous être fait rendre compte de la manière dont cette disposition avoit été observée, Nous avons reconnu que dans le plus grand nombre des paroisses, les curés ont souvent négligé de remettre au greffe du siége royal un double de leur registre. A la vérité, il y a des diocèses où l'on est entré si parfaitement dans l'esprit de la loi, que l'on y a ajouté la précaution nouvelle d'obliger les curés à tenir deux registres, dont tous les actes sont signés en même temps par les parties; en sorte que l'un de ces deux registres, également originaux, est déposé au greffe du siége royal, l'autre registre double demeurant entre les mains des curés. Mais comme cet usage n'a point encore été confirmé par aucune loi générale, l'utilité en a été renfermée jusqu'à présent dans le petit nombre des lieux où il est établi; et dans le reste de notre royaume, l'état de nos sujets est demeuré exposé à toutes les suites de la négligence des curés, ou autres dépositaires des registres publics. Nous ne pouvons donc rien faire de plus convenable pour établir un ordre certain et uniforme dans une matière à laquelle la société civile a un si grand intérêt, que d'étendre à toutes les provinces soumises à notre domination, un usage qui depuis plusieurs années a été suivi sans aucun inconvénient dans différens diocèses. Nos sujets y trouveront l'avantage de s'assurer par leur signature sur deux registres, une double preuve de leur état; et comme chacun de ces registres acquerra toute sa perfection, à mesure qu'ils se rempliront, il ne restera plus aucun prétexte aux curés, pour différer au-delà du temps porté par l'ordonnance, de faire le dépôt d'un de ces doubles registres au greffe royal. Nous ne nous contenterons pas d'autoriser une forme si importante; Nous y joindrons les dispositions convenables, soit pour déterminer celle des juridictions royales où l'un des registres doubles sera déposé, soit pour régler plus exactement ce qui regarde la forme de ces registres, aussi bien que celle des actes qui y seront inscrits; et Nous y ajouterons enfin ce qui sera observé à l'avenir à l'égard des registres, des vêtures, professions, ou autres semblables, afin qu'il ne manque rien aux dispositions d'une loi qui doit être aussi générale et aussi facile dans son exécution, qu'elle est nécessaire et importante dans son objet. A CES CAUSES, et autres à ce Nous mouvant, de l'avis de notre conseil, et de notre certaine science, pleine puissance et autorité royale, Nous avons dit, déclaré et ordonné, disons, déclarons et ordonnons, voulons et nous plaît ce qui suit :

I. Dans chaque paroisse de notre royaume, il y aura deux registres qui seront réputés tous deux authentiques, et feront également foi en justice, pour y inscrire les baptêmes, mariages et sépultures qui se feront dans le cours de chaque année; l'un desquels continuera d'être tenu sur du papier timbré dans les pays où l'usage en est prescrit, et l'autre sera en papier commun; et seront, lesdits deux registres, fournis aux dépens de la fabrique, un mois avant le commencement de chaque année.

II. Lesdits deux registres seront cotés par premier et dernier, et paraphés sur chaque feuillet, le tout sans frais, par le lieutenant-général, ou autre premier officier du bailliage, sénéchaussée ou siége royal, ressortissant dûment en nos cours, qui aura la connoissance des cas royaux, dans le lieu où l'église sera située. Voulons que lorsqu'il y aura des paroisses trop éloignées dans l'étendue dudit siége, les curés puissent s'adresser, pour faire coter et parapher lesdits registres, au juge royal qui sera commis à cet effet, au commencement de chaque année, pour lesdits lieux, par ledit lieutenant-général, ou autre premier officier dudit siége, sur la réquisition de notre procureur, et sans frais.

III. Tous les actes des baptêmes, mariages et sépultures seront inscrits sur chacun desdits deux registres de suite et sans aucun blanc; et seront, lesdits actes, signés sur les deux registres par ceux qui les doivent signer, le tout en même temps qu'ils seront faits.

IV. Dans les actes de baptêmes, il sera fait mention du jour de la naissance, du nom qui sera donné à l'enfant, de celui de ses père et mère, parrain et marraine; et l'acte sera signé sur les deux registres, tant par celui qui aura administré le baptême, que par le père (s'il est présent), le parrain et la marraine; et à l'égard de ceux qui ne sauront ou ne pourront signer, il sera fait mention de la déclaration qu'ils en feront.

V. Lorsqu'un enfant aura été ondoyé en cas de nécessité, ou par permission de l'évêque, et que l'ondoiement aura été fait par le curé, vicaire ou desservant, ils seront tenus d'en inscrire l'acte incontinent sur lesdits deux registres; et si l'enfant a été ondoyé par la sage-femme ou autre, celui ou celle qui l'aura ondoyé, seront tenus, à peine de dix livres d'amende, qui ne pourra être remise ni modérée, et de plus grande peine en cas de récidive, d'en avertir sur-le-champ lesdits curé, vicaire, ou desservant, à l'effet d'inscrire l'acte sur lesdits registres, dans lequel acte sera fait mention du jour de la naissance de l'enfant, noms des père et mère, et de la personne qui aura fait l'ondoyement, et ledit acte sera signé sur lesdits deux registres, tant par le curé, vicaire, ou desservant, que par le père, s'il est présent, et par celui ou celle qui aura fait l'ondoyement; et à l'égard de ceux qui ne sauront ou ne pourront signer, il sera fait mention de la déclaration qu'ils en feront.

VI. Lorsque les cérémonies du baptême seront suppléées, l'acte en sera dressé ainsi qu'il a été prescrit ci-dessus pour les baptêmes, et il y sera en outre fait mention du jour de l'acte d'ondoyement.

VII. Dans les actes de célébration de mariage, seront inscrits les noms, surnoms, âge, qualités et demeures des contractans, et il y sera marqué s'ils sont enfans de famille, en tutelle ou curatelle, ou en la puissance d'autrui, et les consentemens de leurs pères et mères, tuteurs ou curateurs, y seront pareillement énoncés : assisteront auxdits actes quatre témoins dignes de foi, et sachant signer, s'il peut aisément s'en trouver dans le lieu qui sachent signer; leurs noms, qualités et domiciles seront pareillement mentionnés dans lesdits actes; et lorsqu'ils seront parens ou alliés des contractans, ils déclareront de quel côté et en quel degré; et l'acte sera signé sur les deux registres, tant par celui qui célébrera le mariage, que par les contractans, ensemble par lesdits quatre témoins au moins; et à l'égard de ceux des contractans, ou desdits témoins qui ne pourront ou ne sauront signer, il sera fait mention de la déclaration qu'ils en feront. Voulons au surplus que tout ce qui a été prescrit par les ordonnances, édits, déclarations et réglemens sur les formalités qui doivent être observées dans la célébration des mariages, et dans les actes qui en seront rédigés, soit exécuté selon la forme et teneur, sous les peines y portées.

VIII. Lesdits actes de célébration seront inscrits sur les registres de l'église paroissiale du lieu où le mariage sera célébré; et en cas que pour des causes justes et légitimes, il ait été permis de célébrer dans une autre église ou chapelle, les registres de la paroisse dans l'étendue de laquelle ladite église ou chapelle seront situées, seront apportés lors de la célébration du mariage, pour y être l'acte de ladite célébration inscrit.

IX. Voulons qu'en aucun cas lesdits actes de célébration ne puissent être écrits et signés sur des feuilles volantes, ce qui sera exécuté à peine d'être procédé extraordinairement contre le curé ou autre prêtre qui aurait fait lesdits actes, lesquels seront condamnés en telle amende ou autre plus grande peine qu'il appartiendra, suivant l'exigence des cas, et à peine contre les contractans de déchéance de tous les avantages et conventions portées par le contrat de mariage, ou autres actes, même de privation d'effets civils, s'il y échet.

X. Dans les actes de sépulture, il sera fait mention du jour du décès, du nom et qualité de la personne décédée; ce qui sera observé même à l'égard des enfans, de quelque âge que ce soit; et l'acte sera signé sur les deux registres, tant par celui qui aura fait la sépulture, que par deux des plus proches parens ou amis qui y auront assisté, s'il y en a qui sachent ou qui puissent signer; sinon il sera fait mention de la déclaration qu'ils en feront.

XI. S'il y a transport hors de la paroisse, il en sera fait un acte en la forme marquée par l'article précédent sur les deux registres de la paroisse d'où le corps sera transporté; et il sera fait mention dudit transport dans l'acte de sépulture, qui sera mis pareillement sur les deux registres de l'église où se fera ladite sépulture.

XII. Les corps de ceux qui auront été trouvés morts, avec des signes ou indices de mort violente, ou autres circonstances qui donnent lieu de le soupçonner, ne pourront être inhumés qu'en conséquence d'une ordonnance du lieutenant-criminel, ou autre premier officier au criminel, rendues sur les conclusions de

nos procureurs, ou de ceux des hauts-justiciers, après avoir fait les procédures et pris les instructions qu'il appartiendra à ce sujet; et toutes les circonstances ou observations qui pourront servir à indiquer ou à désigner l'état de ceux qui seront ainsi décédés, et de ceux où leurs corps auront été trouvés, seront insérées dans les procès-verbaux qui en seront dressés; desquels procès-verbaux, ensemble de l'ordonnance dont ils auront été suivis, la minute sera déposée au greffe, et ladite ordonnance sera datée dans l'acte de sépulture qui sera écrit sur les deux registres de la paroisse, ainsi qu'il est prescrit ci-dessus, à l'effet d'y avoir recours quand besoin sera.

XIII. Ne seront pareillement inhumés ceux auxquels la sépulture ecclésiastique ne sera pas accordée, qu'en vertu d'une ordonnance du juge de police des lieux, rendue sur les conclusions de notre procureur, ou de celui des hauts-justiciers, dans laquelle ordonnance sera fait mention du jour du décès, et du nom et qualité de la personne décédée. Et sera fait au greffe un registre des ordonnances qui seront données audit cas, sur lequel il sera délivré des extraits aux parties intéressées, en payant au greffier le salaire porté par l'article 19.

XIV. Toutes les dispositions des articles précédens seront observées dans les églises succursales qui sont actuellement en possession d'avoir des registres des baptêmes, mariages et sépultures, ou d'aucuns desdits genres d'actes, sans qu'on puisse en aucun cas se dispenser de les insérer dans lesdits registres des églises succursales, sous prétexte qu'ils auront été inscrits sur les registres des églises matrices.

XV. Toutes les dispositions desdits articles seront pareillement exécutées dans les chapitres, communautés séculières ou régulières et hôpitaux ou autres églises, qui seroient en possession bien et dûment établie d'administrer les baptêmes ou de célébrer les mariages, ou de faire des inhumations; à l'effet de quoi ils seront tenus d'avoir deux registres cotés et paraphés par le juge, ainsi qu'il a été ci-dessus prescrit. N'entendons néanmoins rien innover à l'usage observé dans les hôpitaux de notre bonne ville de Paris, de faire coter et parapher leurs registres par deux administrateurs; et seront les deux registres des hôpitaux, tant de notre dite ville qu'autres, tenus en papier commun.

XVI. Dans les paroisses ou autres églises où il est d'usage de mettre les actes de baptême, ceux de mariage et ceux de sépulture sur des registres séparés, ledit usage continuera d'être observé, à la charge néanmoins qu'il y aura deux originaux de chacun desdits registres séparés, et que les actes seront inscrits et signés en même temps sur l'un et sur l'autre, ainsi qu'il a été prescrit ci-dessus.

XVII. Dans six semaines au plus tard après l'expiration de chaque année, les curés, vicaires, desservans, chapitres, supérieurs des communautés ou administrateurs des hôpitaux, seront tenus de porter ou envoyer sûrement un desdits deux registres au greffe du bailliage, sénéchaussée ou siége royal, ressortissant nuement en nos cours, qui auront la connoissance des cas royaux dans le lieu où l'église sera située.

XVIII. Lors de l'apport du registre au greffe, s'il y a des feuillets qui soient restés vides, ou s'il s'y trouve d'autre blanc, ils seront barrés par le juge et sera fait mention par le greffier sur ledit registre du jour de l'apport, lequel greffier en donnera ou enverra une décharge en papier commun, aux curés, vicaires, desservans, chapitres, supérieurs ou administrateurs, pour raison de quoi sera donné pour tous droits cinq sols au juge, et la moitié au greffier, sans qu'ils puissent en exiger ni recevoir davantage, à peine de concussion, et sera ledit honoraire payé aux dépens de la fabrique, ou des églises ou hôpitaux qui sont en possession d'avoir des registres.

XIX. Il sera au choix des parties intéressées de laisser les extraits des actes de baptême, mariage ou sépulture, soit sur le registre qui sera au greffe, soit sur celui qui restera entre les mains des curés, vicaires, desservans, chapitres, supérieurs ou administrateurs, pour lesquels extraits il ne pourra être pris par lesdits greffiers ou par lesdits curés, ou autres ci-dessus nommés, que dix sols pour les extraits des registres des paroisses établies dans les villes où il y aura parlement, évêché ou siége présidial; huit sols pour les extraits des registres des paroisses des autres villes, et cinq sols pour les extraits des registres des paroisses des bourgs et villages, le tout y compris le papier timbré. Défendons d'exiger ni recevoir plus grande somme, à peine de concussion.

XX. En cas de changement de curé ou de desservant, l'ancien curé ou desservant sera tenu de remettre à celui qui leur succédera les registres qui sont en sa possession, dont il lui sera donné une décharge en papier com-

mun, contenant le nombre et les années desdits registres.

XXI. Lors du décès des curés ou desservans, le juge du lieu, sur la réquisition de notre procureur ou de celui des hauts justiciers, dressera procès-verbal du nombre et des années des registres qui étoient en la possession des défunts, de l'état où il les aura trouvés ou de défauts qui pourroient s'y rencontrer, chacun desquels registres il paraphera au commencement et à la fin.

XXII. Ne pourra être pris plus d'une seule vacation pour ledit procès-verbal, et ce suivant la taxe portée par les réglemens qui s'observent dans le ressort de chacune de nos cours de parlement, et sera ladite taxe payée sur les deniers ou effets de la succession du défunt; et en cas d'insolvabilité, sur les revenus de la paroisse, sans qu'il puisse être taxé aucuns droits pour le voyage et transport du juge, si ce n'est à l'égard des paroisses éloignées de plus de deux lieues du chef-lieu de la justice dont elles dépendent; auquel cas il sera taxé une vacation de plus pour les frais dudit transport.

XXIII. En cas qu'il ait été apposé un sçellé sur les effets des curés, vicaires ou desservans décédés, lesdits registres ne pourront être laissés sous le scellé, mais seront les anciens registres enfermés au presbytère ou autre lieu sûr, dans un coffre ou armoire fermant à clef, laquelle sera déposée au greffe, et les registres doubles de l'année courante seront remis entre les mains de l'archidiacre ou du doyen rural, suivant les usages des lieux, lequel remettra ensuite lesdits registres doubles au curé successeur, ou à celui qui sera nommé desservant; des mains duquel ledit curé successeur le retirera lors de sa prise de possession, auquel temps il lui sera pareillement remise la clef du coffre ou de l'armoire où les anciens registres auront été enfermés, ensemble lesdits anciens registres, et ce sans aucun frais.

XXIV. Voulons néanmoins qu'en cas que l'archidiacre ou le doyen rural, suivant les usages des lieux, offre à se charger de la clef du coffre ou de l'armoire dans lequel les anciens registres auront été enfermés, il soit ordonné par le juge que ladite clef sera remise audit archidiacre ou doyen rural, lequel en donnera décharge au greffier, et remettra ensuite ladite clef au curé successeur, ainsi que ledit greffier seroit tenu de le faire, suivant ce qui est porté par l'article XXIII.

XXV. Dans les maisons religieuses il y aura deux registres en papier commun, pour inscrire les actes de vêture, noviciat et profession, lesquels registres seront cotés par premier et dernier, et paraphés sur chaque feuillet par le supérieur ou la supérieure; à quoi faire ils seront autorisés par un acte capitulaire qui sera inséré au commencement de chacun desdits registres.

XXVI. Tous les actes de vêture, noviciat et profession, seront inscrits en français sur chacun desdits registres, de suite, et sans aucun blanc, et lesdits actes seront signés sur lesdits deux registres par ceux qui les doivent signer, le tout en même temps qu'ils seront faits; et en aucun cas lesdits actes ne pourront être inscrits sur des feuilles volantes.

XXVII. Dans chacun desdits actes, il sera fait mention du nom, surnom et de l'âge de celui qui prendra l'habit ou fera profession; des noms, qualités et domicile de ses père et mère; du lieu de son origine et du jour de l'acte, lequel sera signé sur lesdits deux registres, tant par le supérieur ou la supérieure, que par celui ou celle qui prendra l'habit ou fera profession, ensemble par l'évêque ou autre personne ecclésiastique qui aura fait la cérémonie, et par deux des plus proches parens ou amis qui y auront assisté.

XXVIII. Lesdits registres serviront pendant cinq années consécutives, et l'apport au greffe s'en fera, savoir, pour les registres qui seront faits en exécution de la présente déclaration, dans six semaines après la fin de l'année 1741, ensuite de cinq ans en cinq ans : sera au surplus observé tout le contenu aux articles XVII, XVIII, ci-dessus, sur l'apport des registres, et la décharge qui en sera donnée au supérieur ou supérieure.

XXIX. Il sera au choix des parties intéressées de lever des extraits desdits actes sur le registre qui sera au greffe, en payant au greffier le salaire porté par l'article XIX, ou sur le registre qui restera entre les mains du supérieur ou supérieure, qui seront tenus de délivrer lesdits extraits vingt-quatre heures après qu'ils en seront requis, sans aucun salaire ni frais, à la réserve du papier timbré seulement.

XXX. En cas que par nos cours, ou par autres juges compétens, il soit ordonné quelque réforme sur les actes qui se trouveront dans les registres des baptêmes, mariages et sépultures, vêtures, noviciats ou professions, ladite réforme sera faite sur les deux registres, et ce en marge de l'acte qu'il s'agira de réformer, sur laquelle le jugement sera transcrit en entier ou par extrait. Enjoignons à tous curés, vicaires, supérieurs ou autres dé-

positaires desdits registres, de faire ladite réforme sur lesdits registres, s'ils les ont encore en leur possession, sinon sur celui qui sera resté en leurs mains; et au greffier de la faire pareillement sur celui qui aura été déposé au greffe.

XXXI. Les grands prieurs de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem seront tenus, dans l'an et jour de la profession faite par nos sujets dans ledit ordre, de faire registrer l'acte de profession; et à cette fin, enjoignons au secrétaire de chaque grand prieuré d'avoir un registre, dont les feuillets seront cotés par premier et dernier, et paraphés sur chaque feuillet par le grand prieur, ou par celui qui en remplira les fonctions, en cas d'absence, ou autre empêchement légitime, pour y être écrit la copie des actes de profession et leur date, et l'acte d'enregistrement signé par le grand prieur, ou par celui qui en exercera les fonctions, pour être délivrés à ceux qui le requerront, le tout à peine de saisie du temporel.

XXXII. Seront tenus aux archevêchés et évêchés des registres pour les tonsures et ordres mineurs et sacrés, lesquels seront côtés par premier et dernier, et paraphés sur chaque feuillet par l'archevêque ou évêque.

XXXIII. Permettons à toutes personnes qui auront droit de lever des actes, soit de baptême, mariage ou sépulture, soit de vêture, noviciat, profession ou enregistrement de profession dans l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem, soit de tonsures ou ordres mineurs ou sacrés, de faire compulser les registres entre les mains des dépositaires d'iceux, lesquels seront tenus de les représenter pour en être pris des extraits, et à ce faire contraints, nonobstant tous priviléges et usages contraires, à peine de saisie du temporel et de privation des droits, exemptions et priviléges à eux accordés par Nous ou par nos prédécesseurs.

XXXIV. Voulons que notre édit du mois de décembre 1716, portant suppression des offices des greffiers conservateurs des registres des baptêmes, mariages et sépultures, soit exécuté selon la forme et teneur; et en conséquence, que dans trois mois au plus tard après la publication de la présente déclaration, ceux qui ont exercé lesdits offices en titre ou par commission, leurs veuves et héritiers ou ayans cause, soient tenus de remettre, si fait n'a été, tous les registres qui étoient en leur possession, même les registres ou actes de consistoire, aux greffes des bailliages, sénéchaussées ou autres siéges royaux, ressortissant nuement en nos cours, qui auront la connoissance des cas royaux, dans les lieux pour lesquels lesdits registres ont été faits; faute de quoi, ils y seront contraints à la requête de nos procureurs auxdites juridictions: savoir, ceux qui ont exercé lesdits offices, par corps, et leurs veuves, héritiers ou représentans, par toutes voies dues et raisonnables, et condamnés en telle amende qu'il appartiendra; même sera procédé extraordinairement contre eux, s'il y échet.

XXXV. Les héritiers ou ayans cause des curés, ou autres dépositaires des registres mentionnés en la présente déclaration, et généralement tous ceux qui auraient en leur possession, à quelque titre et sous quelque prétexte que ce soit, aucune minute ou grosse des registres dont ils ne doivent pas être dépositaires, seront tenus, dans le délai porté par l'article précédent, de les remettre au greffe des juridictions mentionnées audit article, sinon ils y seront contraints à la requête de nos procureurs auxdites juridictions : savoir, les ecclésiastiques, par saisie de leur temporel, ceux qui sont ou qui en ont été dépositaires publics, par corps, et tous autres, par toutes voies dues et raisonnables, et seront en outre condamnés en telle amende qu'il appartiendra ; même sera procédé extraordinairement contre eux, s'il y échet.

XXXVI. Lors de la remise desdites minutes ou grosses au greffe, par les personnes mentionnées aux deux articles précédens, il sera dressé procès-verbal de l'état d'icelles, et elles seront paraphées par le juge : après quoi il en sera donné une décharge en papier commun par le greffier à ceux qui les auront rapportées.

XXXVII. Toutes les grosses des registres qui auront été remises au greffe y demeureront; et à l'égard des minutes, autres néanmoins que celles des registres ou actes des consistoires, il sera ordonné qu'elles seront remises ou envoyées à ceux qui en doivent être les dépositaires, à la charge par eux de remettre au greffe une expédition signée d'eux en papier commun. Voulons à l'égard des minutes desdits registres, ou actes des consistoires, qu'elles demeurent au greffe, ainsi que les grosses.

XXXVIII. Nos procureurs aux bailliages, sénéchaussées et siéges qui auront la connoissance des cas royaux, seront tenus d'envoyer à nos procureurs-généraux, six mois après la publication de la présente déclaration, un état en papier commun, certifié du greffier, de ceux qui auront satisfait aux dispositions y contenues, et de ceux qui n'y auront pas

satisfait, ce qu'ils seront tenus de faire ensuite tous les ans dans le mois de mars au plus tard.

XXXIX. En cas de contravention aux dispositions de notre précédente déclaration qui concernent la forme des registres, et celle des actes qui y seront contenus, la remise desdits registres à ceux qui en doivent être chargés, et l'apport qui en doit être fait au greffe des juridictions royales : voulons que les laïcs soient condamnés en dix livres d'amende, et les curés ou autres personnes ecclésiastiques, en dix livres d'aumônes, applicables à telles œuvres pies que les juges estimeront à propos, et les uns et les autres en tels dépens, dommages et intérêts qu'il appartiendra, au paiement desquels, ensemble de ladite aumône, lesdites personnes ecclésiastiques pourront être contraintes par la saisie de leur temporel, et les laïcs par toutes voies dues et raisonnables, même les uns et les autres, au paiement des déboursés de nos procureurs, ou de ceux des hauts-justiciers, en cas de poursuite de leur part, laissant à la prudence des juges de prononcer de plus grandes peines, selon l'exigence des cas, notamment en cas de récidive.

XL. Enjoignons à nos procureurs-généraux et à leurs substituts, aux juridictions ci-dessus mentionnées, de faire toutes les poursuites et diligences nécessaires pour l'exécution des présentes, sans que lesdites poursuites, procès-verbaux, sentences et arrêts intervenus sur icelles, puissent être sujets aux droits de contrôle des exploits ou de sceau, ni autres droits, de quelque nature qu'ils soient.

XLI. Déclarons pareillement exempts des droits de contrôle et de tous autres, tant les registres mentionnés en la présente déclaration, que les extraits des actes y contenus, et les décharges qui seront données dans les cas ci-dessus marqués.

XLII. Voulons que la présente déclaration soit exécutée, selon la forme et teneur, au premier janvier 1737, dérogeant, en tant que besoin seroit, à tous édits, déclarations, ordonnances et réglemens, en ce qui ne seroit pas conforme aux dispositions y contenues. SI DONNONS EN MANDEMENT à nos amés et féaux conseillers, les gens tenans nos cours de parlement, chambre des comptes, cours des aides, baillis, sénéchaux et tous autres nos officiers qu'il appartiendra, que ces présentes ils gardent, observent, entretiennent, fassent garder, observer et entretenir; et pour les rendre notoires à nos sujets, les fassent lire, publier et registrer : CAR tel est notre plaisir; en témoin de quoi, Nous avons fait mettre notre scel à cesdites présentes. DONNÉ à Versailles, le neuvième jour d'avril 1736, et de notre règne le vingt-unième. *Signé* LOUIS : *et plus bas :* Par le roi, Phélypeaux. Et scellé du grand sceau de cire jaune.

Registré à Paris en Parlement, le 13 *juillet* 1736. Signé DU FRANC.

FINIS TOMI DECIMI.

INDEX

Dissertationum, Articulorum, Paragraphorum, Petitionum, Consectariorum, Digressionum, etc., quæ in hoc tomo X continentur.

TRACTATUS
DE SACRAMENTO EXTREMÆ-UNCTIONIS.

SUMMA doctrinæ catholicæ de extrema-unctione. Pag. 1
DECRETUM concilii Florentini. Ibid.
CANONES concilii Tridentini de extrema-unctione. Ibid.

DISSERTATIO UNICA, complectens omnia quæ hoc sacramentum spectant. Ibid.
Art. I. Utrum extrema-unctio sit sacramentum? 2
Solvuntur objectiones. 4
Art. II. De materia extremæ-unctionis. 7
§ I. De materia remota extremæ-unctionis. Ibid.
Petes utrum ad validitatem sacramenti sufficiat benedictio quovis modo facta ab episcopo vel sacerdote? 9
§ II. De materia proxima extremæ-unctionis. 10
Observanda circa unctiones. 12
Petes utrum sit validum sacramentum si quinque sensus ungantur sub una forma illos omnes distincte exprimente? Ibid.
Art III. De forma extremæ-unctionis. Ibid.
Petes 1° quæ verba formæ supra descriptæ sint essentialia? 14
Petes 2° utrum hoc sacramentum non obstantibus pluribus materiis et formis, sit unum? Ibid.
Art. IV. De effectibus extremæ-unctionis. 15
Petes quandonam istud sacramentum producat suum effectum? 17
Art. V. De ministro extremæ-unctionis. Ib.
Petes 1° utrum quilibet sacerdos possit hoc sacramentum conferre? 19
Petes 2° quot requirantur sacerdotes in administratione hujus sacramenti? Ibid.
Petes 3° utrum hoc sacramentum a pluribus collatum, sit validum? 20
Art VI. De subjecto extremæ-unctionis. Ib.
Petes an post vel ante viaticum sit conferendum? 21
Consectaria. 22
Consectaria. 23
Art. VII. De obligatione suscipiendi et administrandi extremam-unctionem; necnon de ejus iteratione ac de dispositione ad illam, per quæstiunculas. Ibid.
Petes 1° utrum hoc sacramentum sit necessarium ad salutem? 23
Petes 2° utrum pastor teneatur hoc sacramentum suis parochianis administrare cum evidenti vitæ suæ periculo? 24
Petes 3° utrum hoc sacramentum sit iterabile? 25
Petes 4° quæ dispositio requiratur ad hujus sacramenti susceptionem? Ibid.

TRACTATUS DE SACRAMENTO ORDINIS.

SUMMA doctrinæ catholicæ de ordine. 26
DECRETUM concilii Florentini. Ibid.
CANONES concilii Tridentini de ordine. Ib.

DISSERTATIO I. De existentia sacramenti ordinis, et de numero ordinum. 27
Art. I. Utrum ordo seu ordinatio sit sacramentum? Ibid.
Solvuntur objectiones. 28
Art. II. Quot sint ordines? 30
Solvuntur objectiones. Ibid.
Art. III. Utrum omnes ordines sint sacramenta? 32
§ I. Utrum diaconatus sit sacramentum? 33
§ II. Utrum subdiaconatus et quatuor minores ordines sint sacramenta? 35
Art. IV. De tonsura clericali. 37
Petes 1° utrum tonsura sit ordo? Ibid.
Petes 2° quæ sit antiquitas tonsuræ clericalis? 38
Petes 3° quæ fuerit causa hujus ritus in Ecclesia? Ibid.
Petes 4° utrum omnes clerici teneantur deferre tonsuram? 39
Petes 5° utrum omnes tonsurati gaudeant privilegiis clericalibus? Ibid.
Petes 6° quæ sint dispositiones requisitæ ad tonsuram? 40

DISSERTATIO II. De materia et forma singulorum ordinum. Ibid.
Art. I. Quæ sit materia et forma presbyteratus? Ibid.
Solvuntur objectiones. 42
Petes 1° utrum in collatione presbyteratus conferatur duplex character? 44
Petes 2° qualis contactus materiæ sit necessarius necessitate sacramenti? Ibid.
Petes 3° quæ sint officia sacerdotis? 45

Art. II. Quæ sit materia et forma diaconatus? 45
Petes 1° utrum in diaconatu conferatur duplex character? 46
Petes 2° quando conferatur character? Ib.
Petes 3° quæ sint officia diaconi? Ibid.
Art. III. De materia, forma et officiis diaconatus et minorum ordinum? Ibid.

DISSERTATIO III. De ministro, subjecto et effectu sacramenti ordinis. 47
Art. I. Quis sit minister sacramenti ordinis? Ibid.
Art. II. Utrum omnis episcopus sit legitimus minister ordinationis? 50
§ I. Utrum episcopus possit licite ordinare non subditum? Ibid.
Petes a quo regulares exempti debent habere litteras dimissorias? 51
§ II. Utrum ordinationes factæ ab episcopis intrusis, hæreticis, schismaticis, excommunicatis, degradatis, simoniacis, sint validæ? 52
Solvuntur objectiones. 53
Appendix de ordinationibus Anglicis? 54
Art. III. De subjecto ordinationis. 55
§ I. Quinam sint capaces ordinationis? Ib.
§ II. Quæ dispositiones requirantur in subjecto ad legitime et licite suscipiendos ordines? 58
Vocatio. Ibid.
Recta intentio. Ibid.
Probitas morum. Ibid.
Scientia. 59
Ætas legitima. Ibid.
Observantia interstitiorum et temporis a jure statuti. 60
Titulus. 61
Petes 1° utrum qui ordinatur cum vero titulo, sed insufficienti, incurrat suspensionem? 62
Petes 2° utrum qui habet patrimonium cum pacto illud reddendi post ordinationem, incurrat suspensionem? Ibid.
Petes 3° utrum exercens ordinem in hac suspensione, incurrat irregularitatem? Ib.
Ordinatio per gradus et non per saltum. 63
Immunitas ab irregularitate. Ibid.
Art. IV. De continentia annexa sacris ordinibus. Ibid.
Solvuntur objectiones. 65
Art. V. Variæ quæstiunculæ circa præcedentem materiam resolvuntur. 67
Petes 1° utrum clerici majores in ecclesia Latina obligentur ad continentiam immediate ex præcepto Ecclesiæ, an mediante voto quod emittunt? Ibid.
Petes 2° utrum qui susciperet sacrum ordinem ante usum rationis, aut post ex gravi metu injuste incusso, teneretur ad continentiam? 68
Petes 3° utrum qui ignoraret votum continentiæ esse annexum ordini sacro, ad illam servandam teneretur? Ibid.
Petes 4° quid si suscipiens ordinem expresse nollet vovere? 68
Petes 5° quo se recipere debent uxores clericorum post ordinationem continentium? Ibid.
Petes 6° utrum clerici minorum ordinum aliquando fuerint obstricti lege continentiæ? Ibid.

DIGRESSIO I HISTORICA. De episcopabus, presbyterabus, diaconissis et subdiaconissis. Ibid.
Petes 1° quæ fuerint olim episcopæ, etc. de quibus apud veteres est frequens mentio? Ibid.
Petes 2° quæ erant diaconissarum ministeria? Ibid.
Petes 3° quæ mulieres assumebantur ad munus diaconissæ? 69
Petes 4° an aliquo ritu diaconissæ consecrarentur? Ibid.

DIGRESSIO II HISTORICA. De fabula papissæ. Ibid.
Solvuntur objectiones. 71

DISSERTATIO IV. De episcopatu. 74
Art. I. Utrum episcopus sit institutione divina superior presbyteris? Ibid.
Solvuntur objectiones. 76
Art. II. Utrum episcopatus sit ordo distinctus a sacerdotio? 79
Solvuntur objectiones. 81
Art. III. Quot episcopi requirantur ad ordinationem episcopalem? 82
Solvuntur objectiones. 84

TRACTATUS DE MATRIMONIO.

Summa doctrinæ catholicæ de matrimonio. 87
Decretum concilii Florentini. Ibid.
Canones concilii Tridentini de matrimonio. Ibid.

DISSERTATIO I. De matrimonio secundum se. 88
Art. I. De nominibus, definitionibus et essentia matrimonii. Ibid.
Nomina. Ibid.
Definitiones. Ibid.
Essentia. Ibid.
Art. II. De matrimonio ut est in officium naturæ. 90
§ I. Utrum matrimonium sit hominibus naturale? Ibid.
§ II. Utrum matrimonium cadat sub præcepto? Ibid.
§ III. Utrum actus matrimonii sit licitus, possitque esse meritorius? 91
Art. III. De matrimonio ut est sacramentum. Et primo : utrum sit sacramentum novæ legis proprie dictum? 93
Petes 1° quandonam Christus instituit hoc sacramentum? 96
Petes 2° ad quid valeat gratia sacramentalis matrimonii? Ibid.
Art. IV. Utrum matrimonium inter absen-

tes contractum sit proprie dictum sacramentum? 96
Solvuntur objectiones. 97
Art. V. Variæ quæstiunculæ circa præsentem materiam breviter resolvuntur. 98
Petes 1° quæ sint conditiones a jure requisitæ ut matrimonium inter absentes sit validum? Ibid.
Petes 2° an mandatum debeat dari coram parocho et testibus? 99
Petes 3° utrum si mandans dederit mandatum ficte, valeat matrimonium, si antequam celebretur ratum habuerit mandatum? Ibid.
Petes 4° an si mandans incidat in amentiam antequam mandatarius contrahat, validum sit matrimonium? Ibid.
Petes 5° utrum inter fideles baptizatos possit dari matrimonium validum in ratione contractus et non in ratione sacramenti? Ib.
Petes 6° utrum matrimonium inter infideles contractum, fiat sacramentum, dum postea baptizantur, præsertim si renovent consensum? Ibid.
Petes 7° utrum sacramentum matrimonii possit claudicare? Ibid.
Art. VI. Quis sit minister matrimonii? 100
Solvuntur objectiones. 102
Art. VII. De materia et forma sacramenti matrimonii. 106

DISSERTATIO II. De sponsalibus. 107
Art. I. Quid sint sponsalia? Ibid.
Petes 1° utrum sponsalia clandestina post Tridentinum sint valida? 108
Petes 2° utrum matrimonium clandestinum, aut quodvis aliud jure nullum, habeat saltem vim sponsalium? 109
Petes 3° utrum dum vir dicit puellæ, Nullam aliam ducam nisi te, vel e contra, puella viro, sint sponsalia? Ibid.
Petes 4° an necessario sint præmittenda sponsalia matrimonio? Ibid.
Petes 5° quibus de causis præmittuntur sponsalia matrimonio? Ibid.
Art. II. Quot modis contrahuntur sponsalia? 110
Petes 1° utrum si conditio sit honesta, sed tamen contraria bonis matrimonii, valeant sponsalia? Ibid.
Petes 2° an contractus sponsalitius, initus sub conditione honesta de futuro, adimpleta conditione, statim valeat absque novo contractu aut consensu? Ibid.
Petes 3° utrum sponsalia conditionata inter personas habiles ad matrimonium, per copulam subsequentem transeant in absoluta? 111
Petes 4° utrum possit opponi sponsalibus conditio prænalis quæ resilientem obliget? Ib.
Petes 5° utrum si juste resiliens se obligaverit sub juramento solvere pœnam, illud juramentum firmet contractum? 112
Petes 6° utrum si juste resiliens solvat pœnam alteri, iste possit retinere? Ibid.
Art. III. Qui possint contrahere sponsalia? 112
Petes 1° an si paulo ante septennium contrahentes habeant usum rationis sufficientem, valeant sponsalia? Ibid.
Petes 2° quis rationis usus requiratur ad contrahenda sponsalia? 113
Petes 3° an parentes possint sponsalia contrahere pro filiis minoribus? Ibid.
Petes 4° an qui contraxerunt sponsalia ante pubertatem, cum eam attigerint possint resilire, etiam invita una parte? Ibid.
Art. IV. De effectibus sponsalium. Ibid.
Petes 1° quo tempore sint adimplenda sponsalia? Ibid.
Petes 2° an nolens aut differens adimplere sponsalia sit compellendus? Ibid.
Petes 3° an obligatio quam habent desponsati tanta sit, ut si alteruter peccatum fornicationis committat cum alia persona, sit peccatum speciale contra justitiam et in confessione accusandum? 114
Art. V. Assignantur causæ ex quibus dirimi possunt sponsalia. Ibid.
Petes utrum qui habet defectus occultos teneatur illos detegere comparti ante sponsalia, seu saltem ante matrimonium? 117
Petes an sponsalia solvantur per posteriora jurata, aut subsecuta copula? 118
Casus dubius. Utrum votum simplex castitatis perpetuæ subsequens sponsalia, illa absolute dissolvat? 119
Petes an in omnibus casibus assignatis ipso jure solvantur sponsalia? 120
Art. VI. De bannis. Ibid.
Exponitur decretum concilii Tridentini. Ib.
Petes 1° utrum non sint aliquando repetendæ denuntiationes? 121
Petes 2° quas pœnas incurrunt tam parochus assistens quam contrahentes matrimonium sine præviis proclamationibus aut legitima dispensatione? Ibid.
Petes 3° utrum qui post unam aut duas proclamationes contrahit matrimonium, has pœnas incurrat? 122
Petes 4° utrum qui novit impedimentum teneatur revelare? Ibid.

DISSERTATIO III. De consensu ad matrimonium requisito. Ibid.
Art. I. Utrum possit esse matrimonium sine consensu conjugum. Ibid.
Art. II. Qualis debeat esse consensus? 123
Petes 1° ad quid teneatur qui ficte consensit? 124
Petes 2° utrum pars decepta teneatur alteri simpliciter asserenti se non consensisse credere, et ab usu conjugii abstinere? Ib.
Art. III. Utrum matrimonium ex metu initum sit irritum, et quo jure? 125
Petes 1° quæ mala debent timeri ut censeatur gravis metus? 126
Petes 2° an si minora mala timeantur, sed timens sit pusillanimis et timidus, censea

tur etiam metus gravis irritans matrimonium? 126
Petes 3° an metus reverentialis censeatur gravis? Ibid.
Solvuntur objectiones. 127
Petes 1° utrum matrimonium ex metu gravi initum et jure positivo nullum, firmetur juramento? 128
Petes 2° utrum si coactus ad contrahendum matrimonium, similiter cogatur ad consummandum, possit licite? Ibid.
Petes 3° quæ sint pœnæ cogentium ad matrimonium? 129
Petes 4° utrum proles natæ ex matrimonio defectu consensus aut ratione alicujus impedimenti nullo, sint legitimæ? Ibid.
Art. IV. De matrimonio conditionato. Ib.
Art. V. De objecto consensus matrimonii. 130
Solvuntur objectiones. Ibid.
Art. VI. Utrum ad matrimonium requiratur necessario consensus parentum? 132
Solvuntur objectiones. 134
Art. VII. Quomodo matrimonium invalide contractum ratum effici possit et debeat? 136
Petes utrum saltem ille novus consensus unius partis non debeat aliquo signo exteriori exprimi? 138
Petes an si in rescripto dispensationis ponantur hæc vel similia verba : *Dispenso ut inter se publice et servata forma Tridentini contrahant*, possint nihilominus renovare consensum inter se sine parocho et testibus, si jam prius contraxerant coram illis? 140

DIGRESSIO HISTORICA. Utrum inter B. Virginem et S. Josephum fuerit verum matrimonium? Ibid.

DISSERTATIO IV. De bonis et actu matrimonii. 141
Art. I. De bonis matrimonii. Ibid.
Art. II. De actu matrimonii. 142
§ I. Utrum actus conjugalis excusetur per bona matrimonii? Ibid.
§ II. Utrum actus conjugalis excusari possit sine bonis matrimonii, atque adeo exerceri ob solam voluptatem, aut fornicationem in se vitandam? 143
Solvuntur objectiones. 145
Art. III. De aliis peccatis conjugum in usu matrimonii. 148
Quoad modum et situm copulæ. Ibid.
Consectaria. Ibid.
Quantum ad circumstantias loci et temporis. 149
Quantum ad accessoria copulæ, oscula, tactus, amplexus, aspectus, delectationes morosas, etc. 150
Art. IV. De obligatione reddendi debitum. Ib.
§ I. Utrum conjux teneatur petenti reddere debitum? Ibid.
§ II. Utrum sit reddendum debitum illicite petenti? 152
Petes 1° quid sit censendum, si uterque conjux habeat impedimentum affinitatis aut voti? 153
Petes 2° utrum si mulier violenter opprimatur a consanguineo viri sui, impediatur petere debitum? Ibid.
Petes 3° utrum conjux consentiens concubitui incestuoso suæ compartis, contrahat inde impedimentum petendi debitum? Ibid.
Petes 4° utrum contrahant hoc impedimentum qui ignorant legem? Ibid.
Petes 5° quid in dubio de valore matrimonii, quantum ad petitionem vel redditionem debiti? Ibid.
Petes 6° utrum adulter privetur jure petendi debitum? 154

DISSERTATIO V. De unitate et indissolubilitate matrimonii. Ibid.
Art. I. De unitate matrimonii. Ibid.
§ I. Utrum polygamia sit jure naturæ prohibita? Ibid.
§ II. Utrum polygamia fuerit aliquando licita? 156
Petes 1° quandonam facta sit hæc dispensatio? 158
Petes 2° quomodo facta sit hæc dispensatio? Ibid.
Petes 3° quibus de causis fuerit dispensatum in lege monogamiæ? Ibid.
Petes 4° utrum hæc dispensatio etiam pertineret ad gentiles? Ibid.
§ III. Utrum bigamia sit licita? 159
Petes 1° utrum sufficiat probabilitas de morte prioris conjugis ad contrahendum secundum matrimonium? 161
Petes 2° utrum conjux dubitans de morte conjugis, vel etiam putans eum esse vivum, valide contrahat, si revera obierit prior conjux? 161
Art. II. De indissolubilitate matrimonii. Ib.
§ I. An et quo jure matrimonium sit indissolubile? 162
§ II. An et quo jure matrimonium infidelium consummatum dirimi possit? 163
Petes 1° quandonam matrimonium in casu censeatur solutum? 164
Petes 2° utrum, conjuge fideli transeunte ad alias nuptias, infidelis possit pariter inire aliud matrimonium? Ibid.
Petes 3° utrum fidelis conversus possit aut debeat cohabitare cum infideli nolente converti, volente tamen pacifice et legitime cohabitare? Ibid.
Petes 4° utrum matrimonium fidelium solvatur per unius hæresim? 165
§ III. Utrum matrimonium dissolvi possit propter adulterium unius conjugis? Ibid.
§ IV. Utrum et quo jure matrimonium ratum per professionem religiosam dissolvatur? 167
Petes 1° an elapso bimestri, sed non consummato matrimonio, possit adhuc conjux ingredi religionem? 168
Petes 2° utrum conjux qui non intendit in-

gredi religionem, possit intra bimestre negare debitum? 168
Petes 3° an uxor vi opressa a marito intra bimestre, possit adhuc ingredi et profiteri religionem? Ibid.
§ V. Utrum summus pontifex possit dispensare in matrimonio rato? Ibid.
§ VI. De divortio. 170
Petes 1° utrum possit fieri divortium propter adulterium alterius conjugis? Ibid.
Petes 2° utrum non solum liceat, sed etiam debeat ex præcepto fieri divortium propter adulterium alterius conjugis? Ibid.
Petes 3° utrum præter adulterium sint aliæ causæ divortii? 171
Petes 4° qua auctoritate possit et debeat fieri divortium? Ibid.
Petes 5° utrum conjux innocens teneatur nocentem emendatum, redire petentem, recipere? 172
Petes 6° utrum conjux nocens teneatur, divortio etiam juridice facto, ad conjugem innocentem eum revocantem redire, absque nova judicis sententia? Ibid.

DIGRESSIO HISTORICA. De libello repudii apud Judæos. Ibid.

DISSERTATIO VI. De impedimentis matrimonii in communi. 175
Art. I. Quot et quæ sint impedimenta matrimonii in communi? Ibid.
Art. II. Quis possit statuere impedimenta dirimentia matrimonium? 176
Art. III. Quis possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium? 178

DISSERTATIO VII. De impedimentis dirimentibus in particulari. 180
Art. I. De impedimento erroris et conditionis. Ibid.
Petes 1° utrum servus vel serva possit licite et valide contrahere matrimonium sine consensu domini? 183
Petes 2° cujus conditionem proles sequi debeat, an patris, an matris? Ibid.
Art. II. De impedimento voti. 184
§ I. Utrum votum simplex impediat et dirimat matrimonium subsequens? Ibid.
§ II. Quo jure votum solemne religionis dirimat matrimonium subsequens? 185
Solvuntur objectiones. 186
Art. III. De impedimento ordinis. 188
Art. IV. De impedimento consanguinitatis. 189
§ I. Quid sit consanguinitas? Ibid.
§ II. Utrum consanguinitas convenienter distinguatur per gradus et lineas? 190
Regulæ ad dignoscendos gradus consanguinitatis. 191
Arbor consanguinitatis. 194
§ III. Utrum consanguinitas impediat et dirimat matrimonium? quo gradu et quo jure? 195
Solvuntur objectiones. 199
Art. V. De impedimento affinitatis. 201
§ I. Quid sit affinitas, et ex quo causetur? 201
§ II. Utrum affinitas habeat per se gradus? 203
Regula generalis dignoscendi gradus affinitatis. 204
§ III. Utrum affinitas impediat et dirimat matrimonium? quo gradu et quo jure? Ib.
Petes utrum manentibus personis inter quas contracta est affinitas, ipsa desinat, si moriatur persona ratione cujus contracta est? 207
Art. VI. De impedimento justitiæ publicæ honestatis? Ibid.
Petes 1° quid sit justitia publicæ honestatis? Ibid.
Petes 2° ex quibus sponsalibus oriatur illud impedimentum? Ibid.
Petes 3° quo gradu istud impedimentum dirimat matrimonium? Ibid,
Petes 4° utrum istud impedimentum duret post mortem alterutrius sponsæ aut sponsi? 208
Petes 5° an etiam duret, etsi sponsalia mutuo consensu, vel ex alia justa causa dissolvantur? Ibid.
Observanda circa constitutionem Bonifacii VIII. Ibid.
Art. VII. De impedimento cognationis spiritualis. 209
Petes 1° utrum cognatio spiritualis oriatur tantum ex baptismo et confirmatione? Ib.
Petes 2° inter quos contrahatur cognatio spiritualis? Ibid.
Petes 3° utrum cognatio spiritualis impediat et dirimat matrimonium? Ibid.
Petes 4° utrum et quæ conditiones requirantur ut hæc cognatio et impedimentum contrahantur? 210
Petes 5° si plures quam unus et una designati et a parocho admissi, infantem tangant et suscipiant, quinam contrahant cognationem? 211
Petes 6° utrum requiratur quod susceptores tangant corporaliter baptizatum? Ibid.
Art. VIII. De impedimento cognationis legalis, per quæstiunculas. Ibid.
Petes 1° quid et quotuplex sit adoptio? Ib.
Petes 2° quinam generaliter possint adoptari et adoptare? 212
Petes 3° utrum legalis cognatio impediat et dirimat matrimonium? Ibid.
Petes 4° inter quos contrahatur cognatio legalis? Ibid.
Art. IX. De impedimento impotentiæ. 213
Consectaria præcedentis doctrinæ. 214
Petes 1° quid facto opus si dubitetur an impotentia sit perpetua vel temporalis! Ib.
Petes 2° quid si post judicium Ecclesiæ et separationem factam, contingat impotentiam tolli? 215
Petes 3° quibus signis poterit dignosci esse impotentiam ex maleficio? 216
Petes 4° quibus remediis occurri possit impotentiæ ex maleficio? Ibid.
Petes 5° utrum detur impotentia naturalis perpetua respectiva! Ibid.

Petes 6° quid agendum in dubio utrinque æquali, an impotentia præcesserit vel subsecuta fuerit matrimonium? 217
Petes 7° an matrimonium ante annum pubertatis contractum, sit nullum? Ibid.
Art. X. De impedimento disparitatis cultus. Ibid.
Petes 1° quid sit censendum de matrimoniis catholicorum cum hæreticis? 218
Petes 2° quare potius Ecclesia irritaverit matrimonium inter fidelem et non baptizatum, quam inter fidelem et hæreticum? 219
Art. XI. De impedimento criminis. Ibid.
Art. XII. De impedimento clandestinitatis. 220
§ I. Utrum matrimonia clandestina fuerint olim, et sint etiam nunc valida? Ibid.
§ II. Variæ difficultates circa matrimonia clandestina et præfatum Tridentini decretum resolvuntur, per quæstiunculas. 222
Specialis difficultas de matrimoniis in Hollandia celebratis. 225
Observanda circa præfatam constitutionem. 226
Protestatio auctoris. 227

STATUTA REGUM GALLIÆ MATRIMONIUM SPECTANTIA.

Articles 41, 42, 43, 44 de l'ordonnance de Blois, 1579. 228
Déclaration du roi, du 26 novembre 1639, portant réglement sur l'ordre qui doit être observé en la célébration des mariages, et contre ceux qui commettent le crime de rapt. Ibid.
Édit du roi, concernant les formalités qui doivent être observées dans les mariages. Du mois de mars 1697. 231
Déclaration du roi, concernant les mariages faits par d'autres prêtres que les curés des contractans. Du 15 juin 1697. 233
Déclaration du roi, concernant la forme de tenir les registres des baptêmes, mariages, sépultures, vêtures, noviciats et professions, tonsures, ordres mineurs et sacrés, et des extraits qui en doivent être délivrés, du 9 avril 1736. 234

EXPLICIT INDEX.

APPENDIX

AD

TRACTATUM DE MATRIMONIO,

DE CONDITIONIBUS MATRIMONII,

PRÆSERTIM

DE IIS, QUÆ CODICE CIVILI GALLICO INDUCTÆ STATUUNTUR,
PERPENSIS TUM THEORICE TUM PRACTICE,

THEOLOGIÆ F.-C.-R. BILLUART
ANNECTENDA.

AUCTORE C*** SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORE.

PROPRIÉTÉ DE L'ÉDITEUR.

APPENDIX
IN TRACTATUM DE MATRIMONIO.

DISSERTATIO

CONDITIONES MATRIMONII, PRÆSERTIM DE IIS, QUÆ JURE CIVILI INDUCUNTUR, COMPLECTENS DUAS IN SECTIONES DIVISA.

Prima. De conditionibus civilibus quæ sponsalibus et bannis æquivalent. Inquiritur; quæ sit vis earum obligatoria in foro conscientiæ et apud judices?

Secunda. De impedimentis dirimentibus;

1° Utrum Ecclesia etiam nunc potest ea statuere?

2° Utrum auctoritas civilis jure suo valeat imponere impedimenta dirimentia in foro conscientiæ?

3° Utrum in Codice civili Gallico impedimenta inducta haberi debent ut dirimentia non solum quoad effectus civiles, sed etiam in foro conscientiæ?

4° Quæ sint illa impedimenta?

5° Quænam praxis sit tenenda?

PROOEMIUM.

Jampridem de conditionibus matrimonii dissertatur, et, si tantus animorum disceptantium æstus non penitus extinctus fuerit, sedatus tamen peneque compositus videbatur. His autem temporibus maxime gravior disputationum id genus orta est tempestas, cujus causa Codicis civilis ortus et introductio fuere. Heu, *sopitos cineres, suppositumque ignem* male fortunatus Codex commovit et reinflammavit. Ecclesiæ auctoritatem funditus eversam hujusce auctoritatis animosi conclamitarunt propugnatores: *Moderati* illam esse labefactatum conquesti: e contra civilis auctoritatis defensores acerrimi contenderunt potestatem regendi *materiam*, utpote mere civilem, totum istice auctoritati civili pertinere. Denique *multi*, præstim inter catholicos, vel naturam impedimentorum dirimentium, vel tenorem et vim Codicis sensu male capientes, sese mutuo confutantes nihilominus erravere. Quo in occursu, operæ visum est pretium indagare utrum nullæ suppeditarentur viæ tantam ad litem dirimendam, anque inter auctoritatem ecclesiasticam et civilem concordia atque ordinatio jurisdictionis quodam modo afferri possint? hic opus, hic labor! Quod si propter spem tanti momenti scopum attingere præsumpsimus, saltem habebimur excusati, cum tota agendi ratio expectataque merces nostra sint in eo sitæ ut quæstio præsens magis ac magis illustretur, praxisque facilior cuique efficiatur. Ad hoc igitur assequendum stabilienda videntur sequentia.

SECTIO PRIMA.

CAPUT I.— *De conditionibus Codicis quæ haberi possint sponsalium instar.*

Sponsalia quoad denominationem non reperiuntur in Codice Gallico; attamen jurisperiti maximi ponderis inter quos Merlin, n° 1; Toullier, n° 301, indubitanter asseverant ea in Gallia locum habere posse *contractuum instar*, propterea quod ex mente legislatoris, quæque conventiones neque reprobatæ legibus, neque honestati publicæ contrariæ vim obligatoriam habituræ sint. Ergo nostra expendere refert,

1° *An matrimonium mere civile teneri possit sponsalium instar?*

2° *An in foro conscientiæ et etiam apud judices civiles teneatur solvere mulctam interpositam a sponsis, qui injuste resilit a sponsalibus.*

§ I. — *Propositio.*

Matrimonium mere civile æquivalet *ordinarie* sponsalibus in foro conscientiæ.

Prob. Sponsalia sunt quædam promissio

de matrimonio in futurum perficiendo; porro matrimonio mere civili adest *ordinarie* talis promissio; conjuges enim, cum ineunt matrimonium civile, intendunt, non hic et nunc, sed in posterum illud perficere apud Ecclesiæ pastorem, ac proinde sese irretiunt quadam promissione implicita matrimonii nunc inchoati, postea perficiendi; am vero illa promissio æquivalet promissioni, quæ dicitur *sponsalia*, si quidem forma illius non est determinata : ergo matrimonium mere civile æquivalet sponsalibus.

Nec dices Matrimonium illud esse clandestinum coram Ecclesia, ac proinde nullam habere vim in foro conscientiæ : namque ut clandestinum haberetur tale matrimonium, necesse foret illud existere et perfici hic et nunc apud officiarium civilem absque ulla intentione recurrendi ad Ecclesiam in posterum. Porro res non ita se habet; satisfaciunt enim sponsi de præsenti præscripto legis civilis per matrimonium mere civile, sed revera intendunt illud esse solum inchoationem quamdam matrimonii postea perficiendi coram Ecclesia. Ergo verum est matrimonium de futuro coram Ecclesia : ergo non inhæret illi clandestinitas coram Ecclesia.

Dixi *ordinarie*, quia si sponsi quandoque non intenderent recurrere ad Ecclesiam, tunc nulla esset promissio matrimonii perficiendi in posterum, proindeque adesset clandestinitas ex concilio Tridentino. Ergo irritum matrimonium : ergo non obligaret in foro conscientiæ.

§ II. — *De mulcta apposita rescissioni actus civilis de matrimonio.*

Hujus ad intelligentiam quæstionis, quæ nondum explanata videtur, est observandum triplicem existere modum quo mulcta qualiscumque apponi possit rescissioni (*résiliation*) actus civilis de matrimonio : 1° per matrimonium irritum impedimento antea ignoto uni comparti; 2° per actum matrimonii coram tabulario (*l'acte de mariage notarié*); 3° per promissionem de matrimonio sub chirographo (*promesse de mariage sous seing privé*). Talem vero mulctam non esse solvendam, sed tantum impensas repetendas ab illo qui injuste resilit sentiunt Delvincourt et Duranton, innixi ratione quod mulctæ solutio noceret libertati matrimoniorum quæ plena sortiri debet; e contra mulctam, de qua mentio fit, solvendam esse et in foro conscientiæ et coram tribunalibus, contendunt Toullier, Merlin, quibus cum sit sequens

PROPOSITIO.

§ III. — *Tenetur in foro conscientiæ et coram tribunalibus solvere mulctam appositam a sponsis ille qui resilit ab actu civili de matrimonio.*

Prob. Actus ille civilis de matrimonio, triplici modo elicitus, ut supra annotavimus, est conventio libere et honeste suscepta a conjugibus. Porro ea vis est omnium conventionum, ut quivis teneatur adimplere obligationes, quas libere et honeste suscepit : ergo qui resilit injuste ab actu civili de matrimonio, tenetur implere obligationem quam suscepit; nempe obligationem solvendi mulctam interpostiam actui civili de matrimonio, etiam apud judices. Ita Toullier. Diximus *injuste*, nam qui de justa causa resiliret, non ad id teneretur, cum clausula irrita esset.

Caput II. — *De conditionibus civilibus quæ Bannis æquivalent.*

Bannum quoad denominationem idem sonat ac publica declaratio, et sumitur pro denuntiatione futuri inter personas habiles matrimonii coram frequenti populo facienda : quæ denuntiatio diversa est a denuntiatione quæ *bis* fieri debet apud *domum communem* (art. 63 et sequentibus); cum autem hæc inter se connectantur, magni interest causa cujusque notitia eorum, quæ sumus dicturi. Quare attendendum est quid sanciat Codex civilis;

1° sufficiens tempus domicilii.

« Le mariage sera célébré dans la commune où l'un des deux époux aura son domicile. Ce domicile, quant au mariage, s'établira par six mois d'habitation continue dans la même commune. » *Art.* 74.

Requiritur igitur habitatio in eodem domicilio, et si forte accideret, v. g. quod quis domicilium postquam habuerit sex mensium in eadem civitate (*commune*) ad aliam migraverit habitandam, jam non prius domicilium derelictum, bene vero posterius, haberetur tanquam verum domicilium relative ad matrimonium. Hicce art. spectat etiam milites sub signis stipendio fungentes.

2° Oppositiones quæ fieri possunt coram officiario civili :

« Les actes d'opposition au mariage seront signés sur l'original et sur la copie par les opposans ou par leurs fondés de procuration spéciale et authentique ; ils seront signifiés, avec la copie de la procuration, à la personne ou au domicile des parties, et à l'officier de l'état civil, qui mettra son *visa* sur l'original. » *Art.* 66.

Dicitur *oppositio* actus quo quis declarat sese opponere ne matrimonium celebretur, art. 176 Codicis civilis et art. 559, Codicis formularum judicialium (*procédure*). Hæc oppositio est significanda utrique contrahenti ab officiario civili art. 69 idemque debet apponere formulam cum syngrapha (*visa*) actui tanti ponderis. Ita art. 172 et sequentes statuunt.

3° *Proclamatio* (ex art. 166 et seqq.). Attamen pro circumstantiis, quarum judex relinquitur procurator regius, *dispensatio* a proclamationibus civilibus obtineri potest unica vice, nunquam bina (*arrêté du 20 prairial an* XI). His articulis positis admittitur inter jurisperitos,

1° Matrimonium celebratum, invita oppositione, annihilari posse, si modo talis oppositio sententia judicis confirmata sit (art. 193), arrêt du 22 juil. 1807; Sirey).

2° Matrimonium cui defuit proclamatio civilis, vel domicilium verum sex mensium in sensu quo diximus, æqualiter irritari posse. Ergo expendendi erant articuli præfati, propter infaustos eorum effectus, si violarentur. De cætero vide ubi agitur de impedimento dirimenti propter defectum conditionum formalium (*formalités*).

SECTIO II.

Proœmium.

Quæ communiter a theologis admittitur divisio contractus matrimonialis, scilicet in contractum *naturalem*, *religiosum* et *civilem*, hanc nostram facimus. Non ideo tamen multiplex est contractus iste, quasi foret a se invicem distinctus; sed tantum sub triplici respectu consideratur, nempe ut subjacens *legi naturali*, abstractione facta illius in societatem civilem aut religiosam, vel ut legibus civilibus aut ecclesiasticis moderatus ac proinde initus inter cives aut Ecclesiæ membra. Quæ fusius sunt enucleanda.

1° *Contractus matrimonialis sub respectu legis naturalis spectatus.*

Hominem, cum ad societatem sit natus et efformatus, a natura conjugium ineundi jus accepisse nemo diffitetur. Jus autem illud, si juxta leges naturales, remota quaque lege positiva, consideretur, nullum aliud quam boni malique terminum agnoscit. Ergo, sub lege naturali, causa efficiens contractus matrimonialis est solus consensus partium, quo virtute juris a natura suscepti, sese in sponsum et sponsam voluntarie accipiunt, traduntque corpora in ordinem prolis. Ergo contractus ille, modo non sit intrinsece malus et aliunde sit vestitus formalibus conditionibus (*formalités requises*), quibus consensus tanquam exterius expressus habeatur, et licitus et validus existit, atque parit vi sua, ut quilibet alius contractus, vinculum juris, seu obligationem conscientiæ in ea quæ ad conjugium pertinent. Sin autem adversetur principiis primariis, id est, ordini relationum, qui existit Deum inter et homines, vel etiam inter ipsosmet homines, neque licitus, neque validus quoquomodo evadere potest.

Ex eis contractus matrimonialis sub lege naturali spectatus, esset igitur, ille quo vir et mulier sibi mutuo, plenaque libertate, tradunt corpora in ordinem prolis.

2° *Contractus matrimonialis prout est religiosus.*

Diximus modo illud, quod a natura accepimus ad matrimonium contrahendum, jus patere tam longe quam fines boni malique : verum enim vero, posita societate, non fuit ita datum, ut, licet non intrinsece malum ipsius tamen exercitium, cum bono publico nocere possit, nullam moderantiam, nullam coërcitionem patiatur; alioquin adversaretur legi naturali, quæ prohibet ne ordo relationum inter homines existentium perturbetur : propterea igitur munus incumbit legislatori Ecclesiast., et quidem lege naturali impositum, ut regat, suspendat, prout postulare videtur bonum ecclesiæ, exercitium juris a natura accepti ad matrimonium ineundum. Hinc stabilitur potestas imponendi, ut aiunt, impedimenta dirimentia, Ecclesiæ auctoritati inhærens. Attamen hanc potestatem tollere, vel saltem imminuere, attentarunt. A quibus et quam insulse mox demonstra-

bitur. Nunc colligere est *contractum ecclesiasticam* nihil aliud esse quam *contractum naturalem legibus Ecclesiæ firmatum atque approbatum.*

3°. *Contractus matrimonialis ut civilis.*

Dicenda sunt eadem quæ de contractu ecclesiastico. Princeps, ut pote moderator societatis civilis, ac boni publici provisor, tueri debet et promovere ordinem relationum, qui existit inter cives. Jus illud accepit a natura quæ ipsa societatem creavit. Porro quis non sentiat apertissime, quanti referat ad bonum publicum, ut connubia intra quasdam leges contineantur et regantur; ergo principis est ponere, pro suo munere, impedimenta, etiam dirimentia, dummodo id postulet ordo relationum, qui existit inter cives; sicque contractum naturalem moderari valet. De quo varii varie senserunt jurisperiti atque theologi, uti monstrabitur. Hinc colligendum est *contractum civilem esse contractum naturalem legibus civilibus approbatum et confirmatum.*

Ex his prænotatis sequitur,

1°. Contractum *naturalem* probari et firmari contractibus civili et ecclesiastico, atque utrumque necessario fundari in contractu naturali, tanquam ipsorum basi; ac ideo, si irritus reddatur contractus naturalis impedimento dirimenti, nec contractus civilis, nec contractus ecclesiasticus stare poterunt; hinc etiam si impedimento civili contractus civilis annulletur, et vice versa, si impedimento ecclesiastico contractus ecclesiasticus irritetur, jam non erit contractus neque civilis, neque ecclesiasticus, cum uterque, contractu naturali irrito, jam nullam basim habeat, seu nullam substantiam.

2°. Contractum matrimonialem divisum in *naturalem, civilem et ecclesiasticum,* non esse tripliciter distinctum, sed habere triplex objectum, prout respicit ad bonum *naturæ, societatis civilis,* aut *Ecclesiæ.* Quæ quidem distinctio non parum luminis inducit nostram in *materiam.* Hinc apprime senties, auctoritatem quamque, civilem aut ecclesiasticam, quin suos transcendat limites, alterutram sese attingere, id est, contractum unius aut alterius impedimento dirimenti nullum facere; quia solummodo nullum facit contractum nisi *indirecte,* nempe ob diversitatem objecti attingendo *directe* contractum naturalem et nullum efficiendo; jamvero sublato contractu naturali, tollitur substantia contractus civilis aut ecclesiastici: ergo uterque irritus evadit, *indirecte.* Ergo utraque auctoritas, licet sese attingant, non transcendunt limites. Attamen observandum, quandoque licet contractus civilis sit irritus quoad vinculum ob impedimentum quodcumque, valere tamen ob fictionem legalem, quoad effectus civiles, ad sensum art. 201. Valet ut actus authenticus propter bonum.

3°. Contractum matrimonialem longe præstare cæteris contractibus, ex parte originis, vel objecti et finis: enim vero alii ab infirma hominum voluntate, et circa res venales, ducunt originem et versantur; ille autem a natura, seu conditore orbis institutum habet, societatis tum civilis tum ecclesiæ bonum promovet; ergo sanctior.

4°. Speciem et naturam impedimentorum melius cognosci: diximus supra jus nubendi esse datum a natura, nullamque auctoritatem de illo disponere posse sicut disponit quandoque propter bonum publicum de bonis privatis, alioquin adversaretur principiis primariis; quid erit igitur impedimentum? Natura impedimenti est non tollere jus contrahendi matrimonium, sed restringere hanc facultatem *resolvendo* vel *suspendendo efficientiam vinculi moralis* et *effectuum;* vel *tantum afficiendo quibusdam pœnis.* v. g. carcere, mulcta, etc. Si posterius, impedimentum dicitur *prohibens:* si prius, nuncupatur *dirimens resolutorium et suspensivum.* Quæ definitio naturæ impedimenti dirimentis congruere videtur et praxi Ecclesiæ et menti Codicis civilis: Ecclesiæ enim, licet impedimentum dirimens habeat ut resolutorium, quandoque tamen concedit dispensationes in radice. Porro non aliquid tale efficeret, si per impedimentum dirimens omnino resolveretur efficientia contrahendi: porro nullo consensu, nullus est contractus: ergo Ecclesia, in illo casu, intendit consensum seu efficientiam contrahendi esse suspensam: ergo habet impedimentum dirimens ut *suspensivum.* Ex altera parte Codex agnoscit matrimonia quædam, virtute impedimenti dirimentis nulla (*nuls*) quasi pleni juris ut matrimonium

mortui civiliter, vel post declarationem judicis ut matrimonium bigami, etc. : quædam autem annullanda (*annullables, dont les nullités peuvent être couvertes*) ut matrimonium impuberis, etc., ista matrimonia licet vitiata sint impedimentis dirimentibus, habentur valida, accedentibus quibusdam circumstantiis.

Hinc liquet in mente Codicis impedimentum dirimens haberi tanquam *resolutorium*, scilicet in primo casu, et velut *suspensivum* in secundo : namque si a principio resoluta fuisset efficientia seu capacitas contrahentis, jam nullum objectum relinqueretur circumstantiis accedentibus, ergo nullum producerent effectum, ergo matrimonium nec esset validum, nec haberetur legitimum. Ergo definitio naturæ impedimenti dirimentis in *resolutorium et suspensivum* convenit praxi Ecclesiæ et menti Codicis.

In his præfatis insistendum putavimus, propterea quod illustriores faciunt aditus nostras ad propositiones, totamque quæstionem irradient.

Assurgit nunc illa gravis et plena aleæ quæstio. Fatentur omnes ad contrahendum connubium, non sufficere qualemcumque consensum, sed requiri consensum ligitimum, nulla lege impeditum aut reprobatum, uno verbo, efficientiam legalem. Quæ autem auctoritas, ecclesiastica an civilis, sponsorum efficientiam irritare, et suspendere queat, si non æquo marte, magnis tamen animis decertatum est.

Caput I.

De potestate ponendi impedimenta dirimentia quam Ecclesia sibi vindicavit.

Ecclesiæ competere potestatem stabiliendi impedimenta dirimentia, negarunt tribus ab hinc sæculis Lutherus et Calvinus asserentes audacter causas matrimoniales ad forum ecclesiasticum quidem pertinere, sed non *necessario*, atque reipsa in principum et magistratuum postestate esse reponendas. Post istos assurgunt Antonius de Dominis, Lannoïus, Leridanus, et novissime *Gallicus* Tabaraud, nec non famosæ Genevensis reipublicæ consiliarius nomine Bellot. Mens omnibus una ; diversis tamen modis Ecclesiæ potestatem toti totam conati sunt evertere. Sic huc usque insaniaverunt acerbi religionis catholicæ hostes, « *excæcavit enim cor malitia eorum.* » Supersunt adhuc quidam citandi, qui vel incauti, vel quæstione discussa non sedulo, variis erroribus, aut saltem singularibus opinionibus addicti, hance potestatem labefactaverunt ; imprimis Boileau, Chr. Lupus, de Chatizel, et forsan de La Luzerne. Contra quos sit propositio sequens :

Propositio.

Ecclesia jure divino potestatem habet stabiliendi impedimenta dirimentia.

Prob. 1°. Ecclesia potestatem habet stabiliendi impedimenta dirimentia, si possit attingere contractum matrimonialem ; id admittunt adversarii, qui totas exerunt vires, ut subripiant contractum foro Ecclesiæ : atqui Ecclesia potest attingere contractum : ergo potestatem, habet, etc.

Prob. minor. Illum contractum attingere debet Ecclesia cujus objectum est ecclesiasticum, sua substantia, et suo fine tendens in ordinem spiritualem : atqui objectum contractus matrimonialis est ecclesiasticum, tenditque substantia sua et fine suo ad ordinem spirituale ; 1° quidem est ecclesiasticum ; nam quomodo discerni posset objectum potestatis Ecclesiæ ab objecto potestatis civilis, nisi attendendo duas a Deo conditas et constitutas esse potestates, unam ad bonum spirituale, alteram vero ad bonum temporale ordinatam? Objecta igitur quæ directe tendunt ad finem temporalem, sunt necessario tribuenda potestati civili ; quæ autem ad finem religiosum, potestati ecclesiasticæ ; jamvero contractus matrimonialis tendit directe seu ad bonum temporale, seu ad bonum spirituale : ergo duplex habet objectum, ergo ipsius objectum ex sua substantia est ecclesiasticum. 2° objectum contractus est æqualiter ecclesiasticum fine suo directo : unde enim tenent adversarii objectum contractus matrimonialis esse civile, nisi quia spectat ad bonum temporale ; porro matrimonium magis respicit ad bonum spiritale : nam matrimonio, cives procreantur patriæ, sed melius gignuntur cœlo : infausta conjugia perniciem societati minitantur, plus etiam religioni ! Quis dicat utrum liberi, male informati a parentibus male conjunctis, plus nocere debeant reipublicæ, quam societati christianæ? Nullum denique ab adversariis

opponitur argumentum, quod in ipsos non retorqueatur, invicte. Quidni? Detur gens tam barbara, apud quam non viguerit illa intima persuasio, matrimonium esse rem sanctam, sub tutela religionis ponendam? Afferatur in medium populus, tam remotissimus, qui, sæpissime damnata lege positiva, non collocaverit contractum matrimonialem sub numine legis divinæ, ut contractus ille, qui tanti refert ad felicitatem conjugum, familiæ atque societatis, non saltem peculiaribus careat fauste deprecatis atque benedictionibus? Ergo. 3° Contractus matrimonialis objectum tendit ad bonum spirituale ex fine suo, aliunde ex natura sua est ecclesiasticum : ergo objectum contractus matrimonialis est objectum directum potestatis Ecclesiæ stabilientis impedimenta dirimentia : ergo contractus ille est de foro Ecclesiæ. Ergo. Eccl. etc...

Prob. 2°. Deus provisor et conditor societatis christianæ, quidquid esset necessarium ad illam rite instituendam atque conservandam, ullo absque dubio contulit et largitus est : atqui ad promovendam, conservandamque illam integram et puram, necessaria est potestas stabiliendi impedimenta dirimentia; namque ablata illa potestate, pullularent coram Ecclesia clandestina matrimonia; fierent nuptiæ inter consanguineos, fideles et infideles; oriretur promiscuitas partus, (parce verbis :) nonne, tot et tantis stantibus causis corruptelæ, societas christiana integra et sancta staret ut instituit illam sanctissimus et sapientissimus Fundator? Ergo Ecclesiæ suæ dedit illam potestatem necessariam... Ergo Ecclesia jure divino potestatem habet etc...

Prob. 3°. Ex concilio Tridentino, sess. 24, can. 4 : « Si quis dixerit Ecclesiam » non potuisse constituere impedimenta » dirimentia : anathema sit. » Illa definitio concilii Tridentini efficit nostram propositionem certam de certitudine fidei : vel enim illa definitio efficit nostram propositionem, etc... vel 1°. non valet ut decretum; vel 2°. valet ut lex disciplinæ; vel 3° voce *Ecclesiam* significantur principes sæculares; vel 4° agitur de potestate in sacramentum : atqui illa posteriora dici non possunt. Ergo, etc.

1°. Dici nequit præfatam definitionem non *valere ut decretum* : intonat Tabaraud, ille de quo jam mentio fuit, clamat fidenter Ecclesiam posse errare quando judicat de rebus citra fidem positis; jamvero incantat haud sapienter concilium Tridentinum dijudicasse in 4° canone, de rebus mere civilibus, ergo sensu suo definitio allata non valeret ut decretum : heu! quandoque dormitat noster Tabaraud haud *bonus* : Namque 1°. si liceret unicuique nomine christiano glorianti, pro suo libitu habere Ecclesiæ definitiones tanquam non emanantes ex promissis Christi, ac proinde non habentes vim decreti, quamvis illa promissa fucrint absoluta, et ad omnes veritates respicientia, et pro quolibet tempore; si licentia daretur illas Ecclesiæ definitiones eludendi, eo prætextu quod veritas, ut ait noster Tabaraud, quam proponunt credendam, nec in Scripturis, nec in traditione reperiatur expressa, et alia id genus, actum esset de auctoritate Ecclesiæ; non solum esset mediocriter labefactata, sed penitus eradicata, cum quivis novator absolvendus quam maxime audacior : quod sane male prudens, animadvertit; quod certe non admitteret noster Tabaraud, licet pruriens quadam cupidine innovandi; ergo 1° jam definitio concil. Trid. admittenda foret ut decretum, utpote definitio innixa promissis Christi respicientibus ad omnes veritates. 2° Male imaginatur noster Tabaraud, cum asserit objectum definitionis concil. Trid. esse materiam mere civilem (vide in prænotatis n° 1) et vero, si materia circa quam versatur definitio concilii esset mere civilis, jam nullum haberet objectum; ergo concilium judicando, nihil judicaret, quemadmodum sane illud dicit Tabaraud nihil dicendo : ergo concilium judicavit de re quæ ad forum suum pertinere persuasum habet, ergo Resipiscat Tabaraud noster!...

Ergo, 1° dici nequit definitionem conc. Trid. non valere ut decretum.

2° Nec *esse legem disciplinæ* : imponere de facto impedimenta dirimentia, est equidem disciplinæ, sed *jus* statuendi impedimenta attinet ad dogma : atqui conc. Trid. constituit *jus* statuendi, etc... namque proponit aliquid credendum, ergo proponit dogma. Ergo definitio non est de disciplina : aliunde in concil. Trid. dogma legitur in canone, et disciplina in

articulis reformationis ; porro definitio præfata legitur in canone 4°.

Ergo 2° non est disciplinæ regula.

3° voce *Ecclesiam* non significari principes sæculares : namque illa voce *Ecclesiam* significantur illi quibus Lutherus denegabat potestatem stabiliendi impedimenta dirimentia : porro Lutherus non negabat principes sæculares istam habere potestatem, e contra conabatur illam eripere Ecclesiæ. Ergo aut concilium nihil astruit, quod dictu insanum est, aut aliam quam principes auctoritatem intendit, scilicet Ecclesiam sicut huc usque intellexerunt omnes ; ergo etc.

Et vero præfatus canon ut pote dogmaticus exprimere debet fidem omnium sæculorum et locorum, atqui doctrina Launoii evidenter tali non gaudet conditione, ergo, etc.

4°. In canone 4°, concil. Trid. non agitur de *potestate in sacramentum solum;* nam ex prænotatis (vide n° 1 et 2), basis contractus matrimonialis est contractus naturalis qui simul materia est sacramenti, ergo Ecclesia irritum faciendo matrimonium, irritum et faceret contractum naturalem ac proinde contractum civilem, ergo potestas imponendi, etc... Ecclesiæ non restringitur ad solum sacramentum, ergo Chatizel, La Luzerne male ratiocinati sunt.

Sed cum hic res agatur inter theologos sese christianos jure dictitantes, saltem quoad multos, possumus confirmare probationem istam, simulque totam propositionem, per auctoritatem cujus vis tanquam irrefragabilis ab universa tenetur Ecclesia. Hæc autem scilicet Bulla, *auctorem fidei*, quæ sic sese habet : « Doctrina synodi asserens, *ad supremam civilem potestatem* duntaxat *originarie* spectare contractui matrimonii apponere impedimenta ejus generis quæ nullum reddant, etc... quia Ecclesia non semper potuerit ac possit, in christianorum, matrimoniis *jure proprio*, impedimenta constituere, quæ matrimonium non solum impediant, sed et nullum reddant *quoad vinculum* quibus obstricti teneantur etiam in *terris infidelium*, in eisque dispensare... *eversiva hæretica.* » Unde sic : Pius VI damnavit *ut hæreticam* et quasi canonum *eversivam*, doctrinam illorum qui asserunt per impedimenta dirimentia ab Ecclesia stabilita non dissolvi matrimonia *quoad vinculum* : atqui potestas quæ irrita reddit matrimonia *quoad vinculum*, dirimit et contractum ex dictis (videas prænotata). Ergo ex constitutione Pii VI Ecclesia non habet solum potestatem in sacramentum matrimonii, sed etiam in contractum : ergo periit labor D. D. Chatizel et de La Luzerne, etc...

2° Bulla eadem decrevit Ecclesiam *jure proprio originarie* habere potestatem condendi impedimenta quæ reddant nullum matrimonium : ergo si jure proprio, si originarie, Lannoïus et alii, qui dicunt illam accepisse a principibus sæcularibus, notam incurrunt hæreseos.

Ergo ex constitutione Pii VI concilii Trid. explicativa et confirmativa, et argumentis theologicis dici nequit, 1° definitionem Con. Trid. dari Ecclesiæ solummodo potestatem in sacramentum matrimonii ; 2° per illam vocem *Ecclesiam* significare principes sæculares ; 3° esse legem disciplinæ ; 4° non valere ut decretum : ergo 3° Ex Concilio Tridentino Ecclesia, *jure divino* habet potestatem stabiliendi impedimenta dirimentia.

Probatur. 4° Præscriptionis argumento : Non inficiamur, usque ad initium quarti sæculi, annales Ecclesiæ mentionem non facere de potestate, quam sibi vindicat auctoritas ecclesiastica de statuendis impedimentis dirimentibus ; quid enim mirum ? Æstuantibus undequaque persecutionibus, pauciores potuerunt leges condi, et si quæ latæ fuerunt, aut periere, aut colligi memoriæque mandari certe non potuerunt. Quidquid sit, supervenientibus sæculis melioribus, quædam leges memorantur acceptæ et usu confirmatæ, quæ igitur a cunabulis Ecclesiæ ortum habuere. Hinc anno 313, sic sancit Concilium Eliberitanum, « minime gentilibus in matrimonium dandæ sunt puellæ. » Anno 385 papa Siricius ad Himerium scribit : « de conjugalium violatione requisiti si, etc., hoc ne fiat omnibus modis inhibemus. » Anno 333 Epistola Basilii Magni « quæ sine iis qui habent potestatem (pastores Ecclesiæ) fiunt matrimonia sunt fornicationes. » 314 Concilium Cæsariense *Inhibemus.* » Nunc autem, si quis, a quinto sæculo, juris canonici collectiones inspexerit, compertum habebit, labentibus annis,

plura extare monumenta id genus, hocce non negant adversarii, sed toti sunt, ut tales prohibitiones habeantur non ut impedimenta dirimentia; sed tanquam prohibentia : contra quos sic stamus argumentantes :

Ecclesia a primævis temporibus usa est potestate stabiliendi impedimenta *dirimentia* matrimonii : atqui habuit potestatem illam *jure proprio*. Ergo Ecclesia potest ponere *jure proprio* impedimenta *dirimentia*.

Probatio major. Ex annalibus supra relatis Ecclesia tulit præscriptiones circa matrimonium : atqui illæ præscriptiones fuere impedimenta dirimentia; namque sensu obvio et naturali accipienda sunt verba canonum, porro verba canonum præfatorum evidenter præse ferunt significationem impedimentorum dirimentium, cum dicant ista connubia esse *fornicationes* et *adulteria*. Ergo, etc. Et vero nostri adversarii, præsertim Antonius de Dominis, Tabaraud et alii ejusdem farinæ, sese gloriantur quod instituta ac rationem jurisprudentiæ civilis servent et sequantur : porro sic sese habet jurisprudentia civilis *lege 5 in Codice de legibus;* « cum dicit legislator *Prohibemus*, *non licet* idem est ac si diceret quemque actum elicitum invita prohibitione esse *nullum*, nisi aliter mentem evolvat legislator : gallice, « Quand le législateur dit : *On ne peut pas faire*, c'est comme s'il disait, il y a *nullité*, a moins qu'il n'explique autrement sa pensée. » Ergo si ratio et instituta jurisprudentiæ serventur, dicendum est prohibitiones veteris Ecclesiæ esse vere impedimenta dirimentia, eo magis quod corroborentur adverbiis *minime fieri*, *omnino* prohibemus : Ergo Ecclesia antiqua posuit impedimenta dirimentia... Sed demus gratiose, quidni? quod Ecclesia primæva condiderit solum impedimenta prohibentia, non minus vincerentur inimici potestatis ejus : nam Ecclesia non fecisset inhibitiones matrimonii, si contractus matrimonialis non pertineret ad forum suum; Porro posito quod Ecclesia habuerit contractum matrimonialem tanquam pertinentem ad suum forum, sequitur illam habere potestatem stabiliendi impedimenta dirimentia; namque auctoritas suprema et independens natura, totam potestatem exercere legitime potest, modo sese contineat intra limites sui objecti et insuper servet leges justitiæ et promoveat bonum publicum; jam vero, cum Ecclesia statuit impedimenta dirimentia, sese continet intra limites objecti, cum ex dictis matrimonium subjaceat religioni, et nedum *leges justitiæ*, *bonumque publicum* infringat, corroborat, et promovet, ergo ex eo quod Ecclesia habet potestatem ponendi prohibitiones contractui matrimoniali, sequitur illam *jus proprium* habere ponendi impedimenta dirimentia. Ergo, etc.

Prob. min. Ecclesia primæva *jure proprio* posuit, etc.; vel enim Ecclesia *jure proprio*, vel jus usurpavit, vel a principibus sæcularibus accepit, atqui duo posteriora dici nequeunt : non primum, si Ecclesia *usurpavisset*, extarent vestigia usurpationis; Græci, hostes totius auctoritatis non suæ, exprobravissent, hæretici quicumque tanquam scutum arripuissent, existerent reclamationum quædam monumenta; potestas illa male parta, non tanto vigore floruisset; attamen nihil horum memoriæ traditum, nulla vel minima monstrantur vestigia : ergo. 1° Ecclesia non usurpavit; 2° non accepit : nam quo tempore, a quibus principibus; silet historia; mirum esset, talem potestatem a principibus datam, antequam ad fidem venissent; nihilominus Ecclesia usa est potestate illa, nec adhuc in gremio fovebat principes. Magis miror, quod, teste historia, principes sæculares, cum spretis Ecclesiæ legibus, ad illegitimas convolarent nuptias, ad Ecclesiam recurrerent, dispensationemque impedimentorum peterent, seque subjicerent pœnis ab illa impositis : quorsum hæc? si nullum Ecclesia habuisset *jus proprium* matrimonia sic annullandi? uno verbo, si tanta concessio Ecclesiæ a principibus sæcularibus facta fuisset, cum principes non idem sentiant, extarent monumenta diversa, pro diversis principibus, et temporibus, pro diversis gentibus et institutis; ubinam sunt ? nullibi. Potestas Ecclesiæ ubique, quovis tempore, quamque apud gentem, una, simplex duntaxat et idem : ergo non venit a principibus; nec aliunde fuit usurpata, ergo Ecclesia *jure proprio* tulit impedimenta dirimentia, aliunde a primævis sæculis tulit. Ergo ex argumento præscriptionis probatur Ecclesiam habere

potestatem statuendi impedimenta dirimentia *jure proprio*. aliunde ex concilio Tridentino, ex sua constitutione : ergo Ecclesia habet, etc.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Ecclesia non potest mutare materiam sacramenti : atqui statuendo impedimenta dirimentia, etc. Siquidem consensus jam validus, post impedimentum non validus esset : ergo, etc.

Resp. neg. min. Mutare materiam sacramenti esset facere ut res antea sufficiens materia sacramenti et retinens *suum esse idem*, jam non sit materia sufficiens sacramenti : atqui non, etc., namque materia sacramenti est contractus validus ; porro, posito impedimento dirimenti, ille contractus non servat *suum esse*, vitiatur, fit materia corrupta ac proinde nulla : ergo corrumpitur materia sacramenti, sed non mutatur. Quemadmodum, qui vinum reddit acetum, non mutat materiam Eucharistiæ : ita qui corrumpit, annullat, materiam matrimonii non mutat sacramenti materiam.

Obj. 2°. Ecclesia non potest habere potestatem in temporalia : atqui si, etc. Cum contractus matrimonialis sit mere civilis : ergo non, etc.

Resp. Neg. min. ex eo enim quod Ecclesia irritet contractum civilem, non ideo sequitur, illam habere potestatem in temporalia : nam potestas hujuscemodi, esset ea quæ irritaret contractum, aut regularet *sub eodem respectu;* vel quæ ad suum adduceret regimen quod sub eodem respectu pertineret ad forum civile : atqui Ecclesia etc. nam ex prænotatis (n° 2) duplex est objectum contractus matrimonialis, unum spirituale, et alterum temporale : porro Ecclesia non exercet potestatem in contractum matrimonialem, sub eodem respectu ac auctoritas civilis, attingit ut objectum spirituale, dirigit ad bonum societatis christianæ, jure suo utitur utpote auctoritas suprema et independens, perstringit *indirecte* (n° 2 in prænotatis) contractum civilem quem admodum tali in casu auctoritas civilis perstringit contractum ecclesiasticum, sed neutra *ob objectum diversum* jus arrogat in alteram. Ergo ecclesia licet irritet contractum civilem *indirecte*, non sibi arrogat jus in temporale principum.

Obj. 3°. Ecclesia nullam aliam accepit potestatem, quam potestatem in sacramentum matrimonii : ergo male exercet illam in contractum.

Resp. neg. anteced. Ecclesia statuendo impedimenta non regulat matrimonium prout est sacramentum, sed propterea quod sit contractus religiosus (vide prænotata) cujus objectum est bonum societatis christianæ. Jam vero ex probatis Ecclesia ut auctoritas suprema, regulare potest, quoquo modo libet, quæ sunt objectum sui, modo non lædat leges justitiæ, et utilitatem publicam ; jam vero ex probatis, nedum lædat, e contra corroborat et promovet... Ergo ecclesia non solum regulare matrimonium ut sacramentum, sed ut contractum potest...

Caput II.

Stabilivimus potestatem Ecclesiæ in statuendis impedimentis dirimentibus ; superest exponendum utrum auctoritas civilis æquali gaudeat potestate. Negarunt Barruel, Lhuillier, Feller, istam potestatem competere principibus, vel etiam ante institutionem sacramenti matrimonii ; post autem institutionem, illam illis subtractam esse dicunt Pontius, Galesius, Clemens, Devot, et cæteri qui tamen auctoritatem principis agnoscunt ut DD. Collet, Pey et Bouvier. Alii contra, ut Sanchez, Salmanticenses, Salvagius, Gerbius et alii haud pauci contendunt institutionem sacramenti non obstare quin principes matrimonium subditorum etiam christianorum irritare possint. Quibuscum sit

PROPOSITIO.

Auctoritas civilis jure naturali seu proprio potest irrita reddere matrimonia in foro conscientiæ et inter fideles.

Prob. 1°. Auctoritas civilis habet jure proprio quidquid requiritur ad finem potestatis suæ assequendum : atqui finis potestatis suæ postulat ut ab ipsa inducta sint impedimenta dirimentia in foro conscientiæ ; nam ideo Ecclesia id juris habet ex adversariis, quia bonum spirituale id expostulat ; jam vero bonum temporale societatis civilis, non minus id exigit ; et enim conjugium, prout bene vel male institutum, bonorum malorumve indeficiens est origo ; elevat aut deprimit societatem, conjuges familiamque beat aut excruciat : quacumque in gente, quovis tempore, id agnoverunt legislatores, adeo ut ex visce-

ribus naturæ videatur expromptum sacrum illud eloquium, *relinquet homo patrem suum et matrem suam et adhæribit uxori : duo sunt in carne una:* adde quod tanta obligatio sensu intimo roboretur; quis enim non abhorreret conjugem conjugi, auxilium in periculis, vitam pro vita, non expendentem? Ergo plurimi interet ad bonum temporale societatis, ut bene instetuantur matrimonia. Ergo auctoritas civilis etc.

Prob. 2°. Auctoritas civilis, fatentibus adversariis, jure proprio et in foro conscientiæ dirimit contractus alios, v. g. venditiones, donationes, ergo et contractum matrimonialem; namque talem concedunt potestatem quia id necessarium judicatur ad dandum sanctionem sufficientem istis conventionibus, porro contractus matrimonialis, ut pote indissolubilis, est majoris momenti, et gravior et sanctior: ergo majorem, ut ita dicam, postularet sanctionem; ergo si principes cæteros contractus in foro conscientiæ dirimunt et contractum matrimonialem dirimere possunt. Ergo, etc.

Probat. 3°. Eodem jure potiri debet auctoritas civilis, quo potita est ante elevationem contractus matrimonialis ad dignitatem sacramenti ; vel dicendum est Christum aliquid detraxisse ipsius potestati, vel auctoritatem civilem jus illud usurpasse : atqui neutrum dici potest : *Non primum :* nedum enim Christus auctoritatem civilem exuerit jure suo, potius consecravit jus illud his : *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari : Regnum meum non est de hoc mundo*, etc. Ergo, etc. Et vero Ecclesia est sponsa Christi sine macula, nonne tamen, qui tam imprudenter asserunt auctoritatem civilem ab Ecclesia jure antiquo quasi spoliatam fuisse, maculant illam flebiliter? Heu! satius esset Ecclesiam exhibere gratiosam!!! Ergo 1°. Christus nil juris auctoritati civili detraxit : *Non secundum.* Auctoritas civilis non usurpavit potestatem ponendi, etc. Si auctoritas illa a principio usa est potestate quam illi vindicamus, et si Ecclesia consenserit, atqui utrumque certum ; 1° sit in exemplum, Justinianus imperator qui *titulo de Nuptiis*, sic habet verba : « *Si adversus ea quæ* » *diximus aliqui coïverint, nec vir, nec* » *uxor, nec matrimonium intelligatur.* » Qui plura desiderat Annales verset. 2° Quod Ecclesia approbarit, ex Ecclesiæ monumentis patet clarius; namque non solum tacuit, sed auctoritatis civilis, suas fecit leges, v. g. in concilio Lateranensi, canone 4° : « *Conjunctiones con-* » *sanguineas prohibemus, quas divinæ* » *et sæculi leges prohibent.* » Id est, dirimunt ex antea dictis : Insuper, admisso quod Ecclesia non approbasset rationem agendi auctoritatis civilis, illam certe damnasset, extarent monumenta, vel saltem aliquot vestigia vindicationis Ecclesiæ improbativæ. Hæc in medium afferre deberent adversarii. Silent!!! ergo causa cadunt. Ergo auctoritas civilis non usurpavit jus ponendi impedimenta dirimentia, aliunde nec Christus ademit illud. Ergo.

Prob. 4°. Auctoritas civilis, cum populos regit infideles, jus proprium habet imponendi impedimenta dirimentia quoad vinculum : atqui eodem jure pollet in fideles. Ergo.

Probatur maj. Ex dictis in *prænotatis*, (n° 3, etc.) facultas quam homo accepit a natura ad ineundum matrimonium, non adimitur, saltem eo sensu quod auctoritas quælibet tradat jus in corpora, quod adversatur naturæ ; verum facultas illa per impedimentum dirimens ita afficitur, ut, quamvis hominis electio integra et libera in se maneat, quamvis homo jus in corpus retineat, incapax moraliter redditur ad eliciendum consensum per coercitionem impedimenti ; ergo nullum vinculum contractus. Porro auctoritas civilis jure suo potest ita afficere, vi impedimenti dirimentis, facultatem quam homo a natura accepit ad ineundum matrimonium, ut homo incapax moraliter reddatur eliciendi consensum, ac proinde contrahendi ; namque auctoritas civilis potest quidquid conducit ad bonum societatis, modo non lædat leges naturæ et justitiæ ; porro jus ponendi impedimenta dirimentia et conducit ad bonum societatis, patet ex dictis, et non lædit leges naturæ et justitiæ; non quidem *naturæ*, ex supra dictis, non *justitiæ :* namque non transcendit suos fines, admisso enim quod irritum matrimonium faceret tantum quoad effectus civiles, sanctio jam non esset sufficiens ad stabilienda matrimonia; hinc graviora mala exurgerent, hinc perturbatio familiarum

et societatis, hinc homines pravi pedibus conculcantes vincula fidei conjugalis, et irridentes legi impotenti, ruerent per omne nefas : ergo auctoritas civilis jure suo ponit impedimenta dirimentia in foro conscientiæ, quin lædat leges naturæ et justitiæ. Ergo jus illud proprium habet in infideles.

Prob. min. Eodem jure pollet inter christianos, si Christus non ademit : atqui ex dictis non, etc. Ergo 4° auctoritas civilis, etc.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Auctoritas civilis nil juris habet in ea quæ subtracta sunt suo foro, atqui... ut pote res sacra, etc. ergo etc.

Resp. Matrimonium est res sacra prout est sacramentum, *C.* est res sacra prout contractus, *N.* fatemur ultro, quod si matrimonium esset mere sacramentum, illud non subjaceret auctoritati civili, verum vero matrimonium est, ut aiunt, res mixta prout est contractus. Sic pertinet ad utrumque forum, propter duplex objectum spirituale et temporale. Porro auctoritas civilis sub illo respectu, quod sit temporalis, contractum matrimonialem attingit *directe ;* quod jure suo potest sane ex dictis, dum non nisi indirecte attingat sub respectu ordinis spiritualis, scilicet corrumpendo materiam sacramenti. Ergo non sibi arrogat jus in spirituale.

Obj. 2°. Deus non instituit ordinem ex quo sequatur juris conflictus ; atqui.... nam si forum sæculare decernere posset obligationem vinculi conjugalis, et forum Ecclesiasticum solutionem ejus : ergo.

Resp. dist. maj. Deus non potest etc., si ex natura utriusque jurisdictionis eveniat in quocumque casu ille conflictus juris, *C.* secus, *N.* Si quandoque conflictus enasci potest duas inter auctoritates, vitium non naturæ jurisdictionum est imputandum, bene vero voluntati perversæ, qui jus exercet; porro si lex sub pœna nullitatis matrimonii exigeret conditionem iniquam, contrariam conscientiæ, aut jurisdictioni Ecclesiæ adversantem, esset evidenter lex injusta, quæ nullo modo conscientiam obligaret : ergo non esset conflictus. Nec te moveat quod tunc privati auctoritatis civilis rationem judicarent, hæc illa difficultas quibuscumque legibus inhæret, nec ideo tamen jus condendi leges obligatorias non venit in discrimen : Ergo cum supponi non potest Ecclesia errare, quæ Spiritu sancto ducitur, his in casibus, prudentia et norma christianæ edocent esse recurrendum pro gravitate materiæ vel ad summum pontificem, vel ad episcopum. Ergo conflictus ille juris non est peculiaris nostræ sententiæ, non imputari potest naturæ jurisdictionis, superest aliunde via egrediendi ex dubio : Ergo.

Obj. 3° ex con. Trid. ad illam potestatem pertinet legem ferre, circa objectum ad quod pertinent causæ : atqui causæ matrimoniales, etc. : *Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad judices ecclesiasticos anathema sit:* Ergo.

Resp. dist. min. Causæ matrimoniales pertinent ad forum ecclesiasticum et simul ad forum civile, *C.* ad forum Ecclesiasticum solum, *N.* Ex dictis contractus matrimonialis est materia mixta; quidam insani asserebant totum pertinere ad auctoritatis civilis forum, concil. Trid. illum vindicavit eodem jure ad forum ecclesiasticum; quod quidem jure merito fecit ; quodque pro sua parte stabilire etiam potest auctoritas civilis : ergo. Cæterum eadem dicenda sunt de objectionibus expromptis vel apud Gregorium IX, asserentem *matrimonia hodie regi jure Pauli non jure fori*, vel apud Benedictum XIV docentem in decretali *potestatem ferendi.... pertinere ad forum ecclesiasticum et principes non posse præscribere contra illum*, hæc et similia id unum probant, scilicet, ut jam diximus, utramque auctoritatem civilem et ecclesiasticam jure proprio potiri, et unam contra alteram non posse *præscribere*, ut ait Benedictus XIV.

Obj. 4°. Posset existere sacramentum matrimonii absque contractu civili; utique reipsa existit inter damnatos, etc. Ergo contractus civilis non esset materia sacramenti, ergo sacramentum, ac proinde matrimonium inter fideles existeret absque contractu civili : ergo necesse non est contractum civilem ad vinculum conscientiæ reduci.

Resp. Non negamus, quandoque existere posse sacramentum quin fulciatur contractu civili ; existeret utique apud homi-

nes nullo societatis vinculo colligatos, existeret et existit de facto nonnunquam inter damnatos ad triremes, quia, ubi nulla lex civilis obligationem societati aut hominibus quibusdam generat, viget tunc contractus naturalis, qui est legitimus, et ideo fieri debet materia sacramenti; at vero posita civili auctoritate, et illa imponente obligationem omnibus, contractus naturalis subjacet (vide nº 3 in prænotatis) jurisdictioni hujusce societatis, ob bonum publicum... (vide in prænotatis) uno verbo, contractus civilis, non quia præcise civilis dicendus est materia legitima sacramenti sed quia idem est quam contractus naturalis (vide prænotata) nec subsistere potest absque illo, ergo cum contractus civilis et naturalis disjungi nequeunt, quin uterque invalidus sit, ergo irrito contractu civili aut religioso, irritus efficitur contractus naturalis, ergo nulla esset materia sacramenti: ergo sacramentum matrimonii absque contractu civili *obligatorio* subsistere nequit: ergo.

Obj. 5º. Auctoritas civilis non potest mutare materiam sacramenti seu attingere sacramentum, atqui, etc.: ergo.

Disting. vide quæ diximus in *prima object.* contra auctoritatem Ecclesiæ quæ ponit impedimenta dirimentia.

Obj. 6º. Materia sacramenti debet esse firma, atqui si contractus civilis esset materia sacramenti matrimonii, non esset firma; nam variæ sunt leges quibus auctoritas civilis regit contractum civilem, pro variis gentibus, locis et temporibus. Ergo. *Resp. C. maj.* in sensu *minoris*, atqui variæ sunt leges, etc., et non mutant materiam sacramenti in essentia sua, *C.* aliter *N.* Variæ quidem sunt leges quæ condunt impedimenta dirimentia, id est plus vel minus restringunt facultatem contrahendi, sed non mutant illam facultatem, seu potius consensum in essentia; ac proinde neque contractum naturalem: sicque materia sacramenti matrimonii varia dici potest in quodam sensu, sed non ideo mutatur; quemadmodum pro diversis locis, vinum fit varium qualitate, non ideo materia sacramenti Eucharistiæ dicitur varia. Ergo materia sacramenti matrimonii est firma. Ergo.

Et vero ut dicant nobis, velim, qui talia objiciunt, num contractus civilis sit minus firmus inter varias societatis civilis leges; num sit magis varietati et mutationibus diversis obnoxius, quam contractus ecclesiasticus inter varias leges quas Ecclesia variis condidit sæculis?... Silent. Ergo.

Caput III.

De impedimentorum codice civili inductorum vi obligatoria.

Sit, inquiunt adversarii, sese quasi gratulabundos dantes, sit auctoritati civili jus proprium statuendi impedimenta dirimentia etiam in foro conscientiæ; verum enim vero, qui Galliæ ad gubernacula sedere aut sedent, eis mens certe non fuit, nec est, statuere hujusmodi impedimenta in Codice, bene vero rescindere matrimonia solummodo quoad effectus civiles: ita extrema ad propugnacula sese recipiunt. Itaque, cum quæstio hæc non sit speculativa tantum, sed ad praxim præsertim pertineat; si enim Codex civilis attingit matrimonium solum quoad effectus civiles, tota vis et efficacia impedimentorum dirimentium, maxima ex pacte evanescunt. Si autem Codex civilis attingit, disrumpitque fœdus matrimonii etiam in foro conscientiæ, quanti intersit ut quæstio præsens enucleatur, nemo non videt; itaque, inquam, licet intricatissima sit pro virili pacte excutiemus. Sit igitur propositio sequens:

Probabilius et saltem tutius est habere impedimenta in Codice inducta tanquam dirimentia vinculum conjugale in foro interno.

Probatur prima pars, scilicet probabilius, etc., ut illa sententia sit probabilior, sufficit ut conditores Codicis talia impedimenta inducere voluerint et potuerint; atqui utrumque videtur certum:

1º quod *voluerint*..... voluntas legislatoris, quando non est satis aperte expressa, nihilominus habetur pro tenenda, cum mens cognoscitur ut talis, atqui mens auctoritatis inducentis impedimenta in Codice est dare ea tanquam dirimentia in foro conscientiæ; namque mens ea cognoscitur talis vel ex natura cujuvis potestatis, vel ex *scopo* sibi proposito, vel ex *dictis legislatorum:* atqui tum ex natura potestatis cujuslibet, tum ex scopo, tum

ex dictis legislatorum, mens, etc. 1° *ex natura cujusque*, etc., experientia constat quamlibet potestatem ex natura sua transgredi limites, quemadmodum de se aquas transvehit flumen, nisi impediatur, ita quælibet auctoritas ni frenetur, proruit extra fines, invaditque vicinos. Ergo si auctoritas quæ tulit impedimenta in Codice potuit inducere ea tanquam dirimentia, mens illius talis fuit, ergo 1° ex natura cujuslibet potestatis cognoscitur legislatoris mentem fuisse condere impedimenta dirimentia; 2° *ex scopo*, etc. Priusquam Codex civilis in disceptationem quæstionemque vocaretur, rerum et temporum homines callidi, neminem scilicet ad unam vel ad alteram religionem cogi posse auctoritate civili, hocce ut principium inconcussum admitteretur, toti incumbebant. Itaque Codicis conditores ipsi ad eumdem finem contenderunt pariter pervenire. Primum igitur, contractum matrimonialem a lege cujusvis religionis eximere, atque a sacramento abstrahere, quædam visa est necessitas. Hinc famosa enuntiatio hæc *legem respicere ad matrimonium nisi ut contractum civilem : gallice. « La loi ne considère le mariage que comme un contrat civil. »* Verum enim vero contractum matrimonii abstrahendo a quavis lege positiva religiosa, voluerunt declarare invocationem cujuscumque præscripti religiosi coram lege et judicibus civilibus non fore admittendam : is est sensus præfatæ enuntiationis, « *la loi*, etc.... » Sed in ipsorum animo erat certissime non abstrahere contractum civilem matrimonii a contractu naturali, namque, nisi insanire supponantur, voluerunt certissime, in re tanti momenti, sanctionem gravissimam sanctissimamque Codici affigere, salva præcipue, ut aiunt, libertate cultuum. Porro ex antea et abunde dictis, si conditores Codicis abstraxissent a contractu naturali, sive non attigissent obligationem conscientiæ, non tulissent sanctionem contractui civili matrimonii gravissimam atque sanctissimam, ergo non attigissent quod sibi proponere debuerant, ergo non abdicarunt contractum naturalem, ergo impedimenta in codice inducta habenda sunt tanquam dirimentia vinculum conjugale lege naturali impositum contrahentibus : ergo obligant in foro conscientiæ propter honestatem publicam seu legem naturalem, quæ omnibus præexistit religionibus : ergo 2° ex *scopo conditorum* Codicis, mens auctoritatis inducentis impedimenta cognoscitur dedisse ea ut dirimentia in foro conscientiæ :

3° *ex dictis legislatorum et jurisperitorum :* (Portalis, Conf. du code et Code et motifs) « *Dans notre législation actuelle le défaut de présence de l'officier civil compétent a les mêmes effets qu'avait autrefois le défaut de présence du propre curé* (idem p. 221), *ce contrat n'est pas purement civil... ce n'est pas non plus un pur acte religieux... il était impossible d'abandonner ce contrat à la licence des passions.* (vide Bouteville, p. 285), *bornons-nous à plaindre les peuples qui n'ont point encore une idée assez saine du mariage.* » Id est, qui admittunt polygamiam. ita Tronchet, Bigot, Malleville, qui una consentiebant his verbis. « *Nous nous sommes convaincus que le mariage n'est ni un acte civile, ni un acte religieux, mais un acte naturel qui a fixé l'attention des législateurs.* » et cæteri : adde nunc jurisperitorum, quorum est sensum Codicis callere ; DD. Delvincourt, Pardessus, Toullier, Dupin, Locré, Merlin : unde ex præcitatis sic argumentamus : præsentiæ *Defectus officiarii civilis competentis eosdem* dicitur *habere effectus*, quos *habebat defectus proprii sacerdotis præsentiæ ;* atqui defectus præsentiæ proprii sacerdotis nullum reddebat matrimonium : ergo et defectus præsentiæ officiarii... Ergo ex Portalis, etc. 2° qui *admittunt polygamiam*, dicuntur *male sentire de matrimonio*, atqui posito quod lex civilis non irritaret matrimonium quoad vinculum conscientiæ, sequeretur, prioribus nuptiis subsistentibus in foro conscientiæ coram lege civili, secundas tamen fieri posse, proindeque lex civilis admitteret polygamiam, Ergo *male sentiret* de matrimonio. Ergo ex Bouteville, etc. ; 3° affirmant matrimonium *non esse contractum mere civilem, nec esse actum simpliciter religiosum*, ergo est contractus naturalis, legibus positivis confirmatus. Jamvero legislator est præsumendus voluisse matrimonialem contractum attingere, ordinare, in quantum poterat, ad bonum publicum, porro ex dictis propter bonum publicum

legislator potest irritare matrimonium quoad vinculum, quin lædat justitiam, ergo 3° *ex dictis conditorum Codicis* et jurisperitorum cognoscitur mentem auctoritatis impedimentum inducentis in Codice, habuisse ea tanquam dirimentia in foro conscientiæ, aliunde *ex scopo proposito, et natura cujusvis potestatis.*

Ergo 1° auctoritas civilis voluit impedimenta inducta in Codice esse dirimentia in foro conscientiæ.

2° Potuit *talia inducere*... patet ex probatione 2 propositionis.

Ergo 1°. Probabilius est, etc...

Prob. 2° *pars propositionis, tutius est*, etc...

Quisque videt tutiorem esse sententiam, cui minus periculi et incommodi inhæret, jamvero illa quam astruimus propositionem ita se habet : ergo, etc.

Supponere velis quod auctoritati civili jus concedatur indebitum; quid periculi, quid incommodi est timendum, aut removendum? Nil sane, fatentur omnes : Nunc vero admittas ex hypothesi : jus nativum, jus a summo Deo concessum, auctoritati civili eripiatur : quid-ne mali accidet? Nonne enim ordinationi divinæ *resistitur?* Nonne bono societatis adversatur cum tale jus ad hoc datum, ut custodia legum et tuitio societatis promoveantur! — Insuper casu in uno cives quidem infeliciter privabuntur civilibus effectibus. Sed non utentur matrimonio in foro conscientiæ irrito, ac proinde *fornicationem* redolente; dum vero in casu opposito, conjuges et civilibus effectibus erunt similiter privati, matrimonium invalidum, illicitum sustinebunt; quæ quidem graviora mala, et quidem in societatem redundantia.

Ergo sub quocumque respectu in aperto est, quæ et quanta mala et incommoda circumveniunt sententiam quæ nostram oppugnat. Ergo 2° nostra sententia tutior est, aliunde et probabilior.

Ergo probabilius et saltem tutius est, etc., etc.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Lex civilis non spectat matrimonium nisi ut contractum. Ergo non dirimit quoad vinculum.

Resp. distingo... ut contractum civilem per exclusionem invocationis seu recursus ad legem positivam religiosam, *C.* per exclusionem contractus naturalis, *N.* probavimus jam conditores Codicis, talia exprimendo respicere tantum ad libertatem cultuum, voluisse in condendo Codice matrimonium abstrahere a lege religiosa; non autem a lege naturali, ac proinde attingere voluisse contractum naturalem matrimonii in quantum poterant, ob bonam publicum. Jamvero ex dictis etiam bonum publicum postulat ut matrimonii contractus naturalis solvatur quoad vinculum. Ergo, etc.

Obj. 2°. Posito impedimento dirimente matrimonium esset extemplo nullum : atqui Codex requirit sententiam judicis. Ergo sententia nostra non concordaret cum Codice. Ergo, etc.

Resp. dist. Posito impedimento dirimente matrimonii contractus esset extemplo nullus, nullitate vera, *C.* irritus nullitate apparente, *N.* Itaque ut sanctionem quoad effectus civiles matrimonium obtineat, licet vere irritum, necessario requiritur, ut judex enuntiet sententiam. Porro illa sententia non est *judicativa*, non irritat matrimonium, sed est tantum *declarativa*, id est, judex declarat vinculum quod erat apparens *vere* fuisse disceptum : porro hoc posito, nostra sententia concordat plane cum Codice. Ergo, etc.

Nec dices matrimonium non jam esse simplex quid et unum; cum *duo ministri* erunt: namque cum contrahentes sistunt seu ante parochum, seu ante officiarium civilem, bis quidem dedunt consensum, diverso tempore, sed si actio physica duplex est, actio moralis est una, utpote idem et unus consensus. Ergo matrimonium non est duplex.

Conclusio practica.

Cum ex dictis, impedimenta tum ecclesiastica, tum civilia matrimonium irritent quoad vinculum, ac proinde illis inhæreat vis obligatoria in foro conscientiæ; quorum, saluti animarum et societatis christianæ et civilis utilitati, invigilare munus, et cura est, illi præcaveant diligenter ne matrimonia ineantur cum impedimentis, et cum irrita fuerint impedimentis apparentibus, ne dissolvantur nisi quam prudentissime.

Ergo 1° sponsi non jungantur, nisi saltem moraliter constet non adesse impedimentum, aut dispensatio postulata et concessa fuerit; quod si jam fuerint conjuncti; dispensatio postuletur, nec dissolvant matrimonium curati nisi prius consuluerint, quorum interest, ne solutione præcipiti maxima incommoda exoriantur, cum præsertim *lex civilis non agnoscat* impedimenta canonica.

Ergo 2° ea impedimenta a quocumque competente apprime nota sint, et etiam proponantur docenda, præsertim, quæ frequentius occurrere solent, ne tot tantaque incommoda, tot conscientiæ angores, tot denique infanda trahat secum eorum insciencia (vide ritualia et præsertim Parisiense luculenter digestum) : unde ut proposito sistamus nostro, nunc perpendemus, *quæ sunt in Codice civili impedimenta dirimentia et quæ nullitas inducatur per singula.*

Caput IV.

De natura, specie, et numero impedimentorum dirimentium Codice inductorum.

Codex civilis admittit impedimenta duplicis generis, seu potius *nullitates duplicis generis, absolutas et relativas : priores*, quæ invocari possunt ab omnibus quorum est, quandoque etiam procurator regius debet eas invocare ex officio : *Posteriores* autem invocari nequeunt nisi a quibusdam *designatis*, in quorum gratiam, et per quoddam tempus tantum lege determinatum, fuerunt constitutæ. Hinc, eæ quæ privatorum commodis inserviunt, diverso modo, v. g. lapsu temporis, ratihabitione, etc., dissolvi possunt : gallice, *être couvertes;* quæ vero ad honestatem publicam spectant, non ita possunt dissolvi, saltem plerumque.

Ex his concipitur qualis sit *natura* impedimentorum civilium Codice inductorum (vide in prænotatis, n° 4). Quandoque etiam evenit, quod contractus civilis licet sit irritus ab initio, opponuntur *exceptiones*, gallice, *fins de non recevoir*, vi quarum vigent effectus civiles, et illud propter maximum societatis bonum. Sed quid faciendum in illo casu et in cæteris, cum lex civilis attingat solummodo effectus civiles?..... Matrimonium irritum confirmandum est, aut continentia servanda. His dictis de qualitate impedimentorum dirimentium, nunc devenimus ad eorum numerum et speciem proprium.

§ I.— *Defectus consensus.*

1° « Il n'y a pas de mariage lorsqu'il n'y a point de consentement. » Art. 146.

Non quilibet consensus, sed consensus requiritur liber ab errore, vi et metu.

1° Ab errore : « Il n'y a point de consentement valable, si le consentement n'a été donné que par erreur, ou s'il a été extorqué par violence ou surpris par dol. » Art. 1109.

Cum autem contractus matrimonialis sit gravior et sanctior; ergo a fortiori immunis esse debet errore. Quis sit autem error requisitus?... Conveniunt jurisperiti legislatorem non intendisse personam *physicam*, sed personam *civilem* : nam art. 181 supponit errorem non esse recognitum *extemplo* cum sex menses concedat, porro si error versaretur circa personam physicam, *extemplo* recognitus fuisset... Ergo.— Vide Merlin, n° 55. Quæ sit præcise illa persona civilis, seu quæ sint illius qualitates designatæ, haud facile est, itaque illud judicum prudentiæ sapienter est relictum (180).— Duranton, n° 14; Toullier, Delvincourt.

2° Consensus liber a metu et violentia, qui quidem, qualis esse debeat sequentibus enuntiatur :

« Il y a violence, lorsqu'elle est de nature à faire impression sur une personne raisonnable, et qu'elle peut lui inspirer la crainte d'exposer sa personne ou sa fortune à un mal considérable et présent.

» On a égard, en cette matière, à l'âge, au sexe et à la condition des personnes. » Art. 1112.

« La violence est une cause de nullité du contrat, non-seulement lorsqu'elle a été exercée sur la partie contractante, mais encore lorsqu'elle l'a été sur son époux ou sur son épouse, sur ses descendans ou ses ascendans. » Art. 1113.

« La seule crainte révérentielle envers le père, la mère ou autre ascendant, sans qu'il y ait eu de violence exercée, ne suffit point pour annuler le contrat. » Art. 1114.

2° Itaque defectus consensus irritat matrimonium. 1° *Jure naturali*, nam contractus quilibet jure naturali invalidus est nisi adfuerit consensus, porro matrimonium est contractus et quolibet sanctior, ergo a fortiori irritatur jure naturali defectu consensus; 2° *jure civili :* defectus consensus inducit *nullitatem relativam*:

« Le mariage qui a été contracté sans le consentement libre des deux époux, ou de l'un d'eux, ne peut être attaqué que par les époux, ou par celui des deux dont le consentement n'a pas été libre.

» Lorsqu'il y a eu erreur dans la personne, le mariage ne peut être attaqué que par celui des deux époux qui a été induit en erreur. »

Hinc nullitas propter vim aut errorem invocari nequit nisi a *conjugibus* vel a *conjuge cujus* defuit consensus; dixit Codex *a conjuge*... qui enim libere assensus est, nihil jam amplius postulare æquo jure potest, dum autem, qui libertatis jure est fraudatus et solus potest cognoscere utrum error vel metus extiterit, utrum libertatis læsionem passus, ergo solus est admittendus ad *nullitatem* invocandam. Jamvero tale privilegium certos ut habeat fines æquum est : hinc

« Dans le cas de l'article précédent, la demande en nullité n'est plus recevable, toutes les fois qu'il y a eu cohabitation continuée pendant six mois depuis que l'époux a acquis sa pleine liberté, ou que l'erreur a été par lui reconnue. » Art. 181.

Patet nullitatem ex defectu consensus ortam, non invocari posse, nisi per sex menses a tempore, quo error sublatus est aut violentia. Nonne enim consensum renovare censetur, qui cessantibus errore aut violentia, per sex menses continuos cum conjuge habitat? Certe : porro renovato consensu reintegratur matrimonium. Ergo purgatur nullitas cohabitatione : insuper et ratificatione *expressa* (art. 1115). Toullier, n° 610; Duranton, n° 282 : Si autem ratificatio esset *tacita*, id est, si pars *quemdam actum* faciat, *quem certe non fecisset*, *si non habuisset mentem matrimonium ratificandi*, nullitas ob defectum consensus, etiam nondum elapsis sex mensibus continuis, invocari nequit (art. 1338).

3° Dementia laborantes et interdicti, ad matrimonium contrahendum inhabiles sunt habendi ; ita Delvincourt et Toullier : namque ex art. 174 : « Ne peuvent former opposition au mariage que dans les cas suivans...; 2° lorsque l'opposition est fondée sur l'état de démence du futur époux : » a fortiori si existat interdictio. Vide *Art.* 489 et 503.

§ II. — *Defectus consensus parentum.*

I. Cum tanti refert ad felicitatem sponsorum, ad honorem familiarum, totiusque societatis bonum et securitatem, ut non nisi fausta ac proinde legitima connubia fiant, illud ad assequendum nunquam satis cautum erit a legibus. Itaque Codex providus et sapiens sedulo requirit consensum parentum, non tantum ob reverentiam a liberis parentibus debitam, sed ob amorem quo parentes naturaliter prosequuntur liberos, cujus vis et industria, quæque innoxia amovere, quæque fausta liberis admovere, tam sagaciter sciunt. Imo tantum confisi sunt conditores Codicis in amore parentum erga liberos, ut ab eis non expetierint quidem rationem motivorum, quibus quandoque denegant consensum (*Art.* 176).

Itaque sic statuit Codex :

« Le fils qui n'a pas atteint l'âge de vingt-cinq ans accomplis, la fille qui n'a pas atteint l'âge de vingt-un ans accomplis, ne peuvent contracter mariage sans le consentement de leurs père et mère : en cas de dissentiment, le consentement du père suffit. » *Art.* 148 :

« Si l'un des deux est mort, ou s'il est dans l'impossibilité de manifester sa volonté, le consentement de l'autre suffit. » *Art.* 149.

« Si le père et la mère sont morts, ou s'ils sont dans l'impossibilité de manifester leur volonté, les aïeuls ou aïeules les remplacent; s'il y a dissentiment entre l'aïeul et l'aïeule de la même ligne, il suffit du consentement de l'aïeul. »

S'il y a dissentiment entre les deux lignes, ce partage emportera consentement. » *Art.* 150.

« S'il n'y a ni père ni mère, ni aïeuls ni aïeules, ou s'ils se trouvent tous dans l'impossibilité de manifester leur volonté, les fils ou filles mineurs de vingt-un ans ne

peuvent contracter mariage sans le consentement du conseil de famille. » *Art.* 190.

Nota 1°. Circa *Art.* 148, differentiam inter pueri et puellæ ætates esse admissam quod, attentis corporis mentisque dotibus, natura in uno quam in altero sexu maturius succrescat.

2° Ad *Art.* 149, *impossibilitam* consensus dandi a parentibus deduci ex eorum amentia, absentia et morte civili. Toullier p. 457, n° 543. Dur. 87.

3° Ad *Art.* 150, si avi deficiunt, proavos succedere. Delv. t. 1. Dur. n° 98.

4° Ad *Art.* 158 et 159.

« Les dispositions contenues aux articles 148 et 149, et les dispositions des articles 151, 152, 153, 154 et 155, relatives à l'acte respectueux qui doit être fait aux père et mère dans le cas prévu par ces articles, sont applicables aux enfans naturels légalement reconnus. »

« L'enfant naturel qui n'a point été reconnu, et celui qui, après l'avoir été, a perdu ses père et mère, ou dont les père et mère ne peuvent manifester leur volonté, ne pourra, avant l'âge de vingt-un ans révolus, se marier qu'après avoir obtenu le consentement d'un tuteur *ad hoc* qui lui sera nommé. »

Itaque quoad filios naturales, si sint legaliter agniti, consensum requiri parentum, cumque deficiunt, tutorum *ad hoc.*

5° Ad *Art.* 160: Si partes, sponsa vel sponsus, nil in eo casu differt, annum 21 compleverint, non requiri *consensum familiæ*, bene vero requiri, cum non compleverint; sed tunc etiam observandum, posito quod consensus a consilio denegatur, contrahentes motiva recusationis hujus postulare posse coram tribunalibus, quia collateralium utilitas in causa esse potest cur consensum recusent. Sic sentit Toullier n° 547. Contra stant Duranton n°. 101 et 102, Delvincourt t. 1, p. 117, eo quod art. ille conferat consilio familiæ omnimodam auctoritatem.

II. *Utrum defectus consensus parentum sit impedimentum dirimens et quando desinit esse, definit Art.* 182 :

« Le mariage contracté sans le consentement des père et mère, des ascendans, ou du conseil de famille, dans les cas où ce consentement était nécessaire, ne peut être attaqué que par ceux dont le consentement était requis, ou par celui des deux époux qui avait besoin de ce consentement. »

Ex illo *Art.* 182, clare deducitur varia illa præscripta legalia secum trahere impedimentum dirimens, cum imposita sint sub pœna *nullitatis :* insuper in id conveniunt jurisperiti omnes.

Nullitas illa est relativa, nec cognoscitur in jure canonico. Quare relativa? Quia 1° soli ascendentes, contemptam suam vindicandi auctoritatem jure pollent; 2° quia lex minores tutela sub sua suscepit. Hinc si ascendens vita functus, quin actio judicialis incœpta fuerit, hæredes eo jure ascendentis non potiuntur. Hinc minor, si subjaceat consilio familiæ, patitur quidem recusationem consensus hujusce consilii, non autem collateralium.

Quando desinit facultas invocandi nullitatem ob defectum consensus parentum sancit *Art.* 183 :

« L'action en nullité ne peut plus être intentée ni par les époux, ni par les parens dont le consentement était requis, toutes les fois que le mariage a été approuvé expressément ou tacitement par ceux dont le consentement était nécessaire, ou lorsqu'il s'est écoulé une année sans réclamation de leur part, depuis qu'ils ont eu connaissance du mariage. Elle ne peut être intentée non plus par l'époux, lorsqu'il s'est écoulé une année sans réclamation de sa part, depuis qu'il a atteint l'âge compétent pour consentir par lui-même au mariage. »

Ergo ratificatio expressa vel tacita parentum, quorum consensus erat necessarius, vel etiam sponsi qui habilis ad contrahendum matrimonium evasit, *nullitatem cooperiunt,* v. g. silentium parentibus servatum per annum ex quo matrimonium habuere... et conjugis cohabitatio voluntaria a die majoritatis (Toullier n° 616. Delvincourt n° 5.)

Insuper libertas quam homo a natura suscepit ad ineundum matrimonium, non semper vincitur, sed ad tempus præfinitum solvitur : hinc

« Les enfans de famille ayant atteint la majorité fixée par l'article 148, sont tenus, avant de contracter mariage, de demander, par un acte respectueux et formel, le conseil de leur père et de leur mère, ou celui de leurs aïeuls et aïeules, lorsque

leur père et leur mère sont décédés, ou dans l'impossibilité de manifester leur volonté. » *Art.* 151.

« Depuis la majorité fixée par l'article 148 jusqu'à l'âge de trente ans accomplis pour les fils, et jusqu'à l'âge de vingt-cinq ans accomplis pour les filles, l'acte respectueux prescrit par l'article précédent, et sur lequel il n'y aurait pas de consentement au mariage, sera renouvelé deux autres fois, de mois en mois; et un mois après le troisième acte, il pourra être passé outre à la célébration du mariage. » *Art.* 152.

« Après l'âge de trente ans, il pourra être, à défaut de consentement sur un acte respectueux, passé outre, un mois après, à la célébration du mariage. » *Art.* 153.

« En cas d'absence de l'ascendant auquel eût dû être fait l'acte respectueux, il sera passé outre à la célébration du mariage, en représentant le jugement qui aurait été rendu pour déclarer l'absence, ou, à défaut de ce jugement, celui qui aurait ordonné l'enquête, ou, s'il n'y a point encore eu de jugement, un acte de notoriété délivré par le juge de paix du lieu où l'ascendant a eu son dernier domicile connu. Cet acte contiendra la déclaration de quatre témoins appelés d'office par ce juge de paix. » *Art.* 155.

Hi articuli evolvi non indigent utpote per se clari, aliunde non præscribuntur sub pœna nullitatis.

§ III. — *Ætatis defectus.*

I. *Art.* 144 sic se habet :

« L'homme avant dix-huit ans révolus, la femme avant quinze ans révolus, ne peuvent contracter mariage. »

Hinc a puero ante annum 18 expletum et a puella ante annum 15 æque completum, matrimonium non legitime perficitur. Lege veteri Romana et jure canonico ætas nubentium præfixa fuerat ad 14 et 12 annum; lege autem 1792, ad 15 et 15. Codicis conditores sapienter rati hancce teneram ætatem imparem esse ad suscipiendam tanti ponderis obligationem, ideo ad 18 et 15 annum extenderunt. Quis enim vellet negotia credere imbecillitati et inscientiæ eorum, quibus lex antiqua familiæ curam conferebat? Æquum est tamen eam quæ statuit de *universalitatibus*, legem pati exceptiones seu dispensationem. Hinc *Art.* 145.

« Néanmoins il est loisible au roi d'accorder des dispenses d'âge pour des motifs graves. »

II. *Nullitas* ob defectum ætatis est *relativa* et sic statuitur *Art.* 184.

« Tout mariage contracté en contravention aux dispositions contenues aux articles 144, 147, 161, 162 et 165, peut être attaqué soit par les époux-mêmes, soit par tous ceux qui y ont intérêt, soit par le ministère public. »

Nullitas hæc invocari potest, 1° ab ipsis sponsis; 2° ab illis quorum interest; 3° ab auctoritate civili.

Hinc pariter cessat invocanda.

1° *A sponsis* ex *Art.* 185.

« Néanmoins le mariage contracté par des époux qui n'avaient point encore l'âge requis, ou dont l'un des deux n'avait point atteint cet âge, ne peut plus être attaqué, 1° lorsqu'il s'est écoulé six mois depuis que cet époux ou les époux ont atteint l'âge compétent; 2° lorsque la femme qui n'avait point cet âge a conçu avant l'échéance de six mois. »

Prohibitio, quæ nascitur ex defectu ætatis, lata est ne conjugium præmaturum sit infaustum, sed cum capacitas ætatis accesserit, nil tale timendum coram lege. Proinde invocanda *nullitas* cessat. 2° Si conjux, licet nondum sex menses post annum majoritatis suæ sit emensus, tacite vel expresse matrimonium approbet, admitti nequit ad nullitatem invocandam; nam tunc ille conjux est jam capax contrahendi matrimonium et renovat consensum per ratificationem expressam vel tacitam (ita Toullier). 3° Casu autem in quo mulier gravida effecta est antequam *sex menses* completi fuerint, gallice (*avant l'échéance des six mois*) *nullitas* impugnari potest; etenim repugnat honestati publicæ matrimonium initum contra legem inter mulierem puberem et impuberem puerum, per crimen firmari posse.

2° *Ab illis quorum interest* : *Art.* 186 :

« Le père, la mère, les ascendans et la famille qui ont consenti au mariage contracté dans le cas de l'article précédent, ne sont point recevables à en demander la nullité. »

Hinc æquum sane videtur, denegatam

facultatem invocandæ *nullitatis* eis, qui aut expresse aut tacite hujuscemodi matrimonium approbarunt, ne sanctitas legum temere violetur.

« Dans tous les cas où, conformément à l'article 184, l'action en nullité peut être intentée par tous ceux qui y ont un intérêt, elle ne peut l'être par les parens collatéraux, ou par les enfans nés d'un autre mariage, du vivant des deux époux, mais seulement lorsqu'ils y ont un intérêt né et actuel. »

Cum legislator hanc præscriptionem tulit, ea ratione erat motus, quod juris actio nullum aliud objectum habeat quam bonum publicum. Porro collaterales et prioris conjugii liberi tali non moverentur motivo ac proinde nullo gaudent titulo : ergo merito privantur facultate impugnandi matrimonium. Denique mortuo uno e conjugibus actio juris non admittitur ad impugnandum matrimonium invalidum defectu ætatis, ex *Art.* 190.

3° *A magistratu : Art.* 187 :

« Le procureur du roi, dans tous les cas auxquels s'applique l'article 184, et sous les modifications portées en l'article 185, peut et doit demander la nullité du mariage, du vivant des deux époux, et les faire condamner à se séparer. »

Ratio est quod actio juris careret objecto, namque objectum illud esset honestatis publicæ læsio, sed cessavit scandalum cessante conjugio : ergo, etc.

§ IV. *Ligamen prioris matrimonii.*

I. Statuit *Art.* 147 :

« On ne peut contracter un second mariage avant la dissolution du premier. »

Priore igitur manente matrimonio secundum attentari prohibetur; quinimo art. 340 Codicis pœnalis bigamum ad triremes damnat, ni sit bona in fide : vide etiam art. 188 id supponentem.

II. *Nullitas* ob prioris matrimonii ligamen de jure canonico est, et in Codice est *absoluta*. Refert enim honestati publicæ bonoque societatis ne sanctitas matrimonii violetur atque status familiarum turbetur.

Nota sedulo 1° procuratorem regium non solum posse, sed etiam debere tale conjugium impugnare, viventibus quidem sponsis; nam post mortem unius scandalum tollitur, nullum igitur objectum attingendum, ergo nulla actio juris procuratori.

Nota 2°. Si tamen bigamia realis non esset, nullitasque invocaretur, regio procuratori incumberet munus defendendi matrimonium. Ita Toullier.

III. Ad ligamen accedit unius conjugis *absentia;* quamobrem in medium afferatur :

« L'époux absent dont le conjoint a contracté une nouvelle union, sera seul recevable à attaquer ce mariage par lui-même, ou par son fondé de pouvoir, muni de la preuve de son existence. » *Art.* 139.

Solus igitur conjux læsus admittitur ad secundi matrimonii nullitatem invocandam, aut per seipsum aut per potestatis suæ jussorem (*fondé de pouvoirs*) : inde duo inconcussa manent.

1°. Quantumvis sit longa absentia vel provecta ætas conjugis absentis, compartem ad secundas non posse convolare nuptias, quin habeat facultatem eas impugnandi conjux qui fuerit absens, modo ipsius absentia testimonio comprobetur; prudenter id sancitum est, ne contractus gravissimus una in conjectura tantum fundetur.

2°. Mulier prohibetur novum inire matrimonium nisi post decem evolutos menses a dissolutione conjugii prioris; nam sic se habet :

« La femme ne peut contracter un nouveau mariage qu'après dix mois révolus depuis la dissolution du mariage précédent. » *Art.* 228 :

Cur mulier soluta vinculo conjugali, nisi hosce post decem menses, ad novas nuptias convolare inhibetur? Hæc mora visa est necessaria, ut status mulieris stabiliatur, neque fiat, ut aiunt, partus confusio.

IV. Utrum vero impedimentum de quo agitur (art. 228) sit dirimens an prohibens, quæstio movetur. Dirimens existimant Delvincourt, t. 1, p. 128; Proudhon, t. 1, p. 231. E contra ut mere prohibens tenent illud Merlin, Locré, Toullier, Duranton. His autem assentimur art. 194 Codicis pœnalis innixi. Nam art. ille mulctam 16 ad 300 f. edicit officiario civili, qui, antequam decem requisiti menses elapsi fuerint, matrimonium celebraverit; nullibi autem *nullitatem* matrimonii enuntiat, quæ quidem

gravior pœna videretur. Ergo validum esset matrimonium, quamvis unus tantum a dissolutione prioris conjugii mensis effluxerit; aliunde talis est jurisprudentia tribunalium satis sibi constans.

In praxi tamen nuptialis benedictio, in quantum fieri poterit, est differenda, ut tempus præfinitum attingatur.

§ V. — *Cognatio naturalis et affinitas, ubi etiam de cognatione legali dicitur.*

I. Hæc Codicis proscripta :

« En ligne directe, le mariage est prohibé entre tous les ascendans et descendans légitimes ou naturels, et les alliés dans la même ligne. » *Art.* 161.

« En ligne collatérale, le mariage est prohibé entre le frère et la sœur légitimes ou naturels, et les alliés au même degré. » *Art.* 162.

« Le mariage est encore prohibé entre l'oncle et la nièce, la tante et le nèveu. » *Art.* 163.

Nota. Sub art. 163 declaravit Concilium Status, gallice *Conseil d'Etat*, anno1808, comprehendi *le grand-oncle et la petite-nièce, la grand'tante et les petits-neveux*, denique omnes, qui communi ex stirpe oriundi. Sic affirmant jurisperiti, licet sileat Codex.

II. Nullitas inducta hisce articulis est absoluta, et quadrat cum jure canonico. Itaque matrimonium eodem modo quo diximus, ubi *de Ligamine*, impugnari potest.

III. Cum præcedens art. 163, non designet cognatos et affines *naturales* ut art. 162, quæri solet an inter consanguineos et affines *naturales* matrimonium æque ac inter cognatos *legitimos*, habeat Codex.

Negative cum Malleville, Toullier, Merlin,, 1° quia, si art. 163 cum art. præcedentibus conferatur, extemplo patet legislatorem non idem voluisse, cum idem non enuntiat : 2° quia sequens art. 164 probat in casu art. 163, honestatem publicam minus violari per hujuscemodi matrimonium quam in articulis superioribus, siquidem dispensatio quandoque obtineatur. Sententia illa confirmatur praxi tribunalium, præcipue ubi de affinibus naturalibus agitur.

Attamen contra stat Duranton et cum illo sic ratiocinamur : 1°. Cognatio naturalis quamvis agnita legaliter non sit, nullitatem matrimonii secum trahere videtur. Cur enim in dubium illud veniret ? Certe quod paternitas, ut aiunt, inquiri non possit; verum illud systema esset forte admittendum coram judice propter effectus civiles, jamvero judex non solvit matrimonium; declarat solummodo nullum : ergo ab initio nullum erat in foro conscientiæ : ergo cognatio naturalis, licet agnita non sit legaliter, in foro conscientiæ nullitatem parit.

2° Affinitas *naturalis*, qua nascitur ex commercio illicito, æque inducit nullitatem. Ratio est quod in art. 161, 162, Codex non explicet, quæ sit hæc affinitas legitima, nec ne ; ac proinde, cum propter honestatem publicam, impedimentum dirimens inter cognatos legitimos indicit, ita inter affines legitimos et *naturales* indicere censetur. Ergo, etc.

Ad praxim, quidquid sit et qualiscumque existat differentia inter art. 161, 162 et art. 163, tutius est *nullitatem* matrimonii propter cognationem aut affinitatem naturalem, licet non agnita legaliter, in foro conscientiæ admittere, et quandoque coram judice invocare, saltem ad tutamen conscientiæ, non autem ad effectus civiles, namque si non constet legaliter de commercio illicito, dubium non est quin plerumque invocatio illa repellatur. Cæterum, facile erit illam dispensationem postulare, quæ conceditur.

IV. « Néanmoins il est loisible au Roi de lever, pour des causes graves, les prohibitions portées par l'article 162 aux mariages entre beaux-frères et belles-sœurs, et par l'article 163 aux mariages entre l'oncle et la nièce, la tante et le neveu. » *Art.* 164.

Statuitur dispensationem obtineri posse in casu solius hujusce articuli ; consequenter quemvis sororem uxoris defunctæ ducere in conjugem in Gallia non conceditur. Jamvero ad dispensationem art. 163 requiruntur et designantur graves causæ (Concilium status 7 Maii an. 1803, *tabula legum*, n. 3308 et 2790.)

V. *Cognatio legalis* est ea quæ oritur ex adoptione legali. Porro ipsius effectus annumerantur in :

« L'adopté restera dans sa famille na-

turelle, et y conservera tous ses droits : néanmoins le mariage est prohibé

« Entre l'adoptant, l'adopté et ses descendans;

« Entre les enfans adoptifs du même individu;

« Entre l'adopté et les enfans qui pourraient survenir à l'adoptant;

« Entre l'adopté et le conjoint de l'adoptant, et réciproquement entre l'adoptant et le conjoint de l'adopté. » *Art.* 348.

Vide Durant. n. 133.

§ VI. — *Mors civilis.*

I. Art. 22 et sequentes, quæ sit mors civilis, determinant; qui vero sint effectus lamentabiles, aperit :

« Il est (le mort civilement) incapable de contracter un mariage qui produise aucun effet civil. » *Art.* 25.

Mortuus civiliter exul est a societate; quas ipsa tulit ad sui bonum et tutamen, leges ad illum nec quidquam spectant. Quomodo enim, ille qui nec bona, nec existentiam legalem habet, potestatem lege delegatam conjugibus exercere rite poterit? Ergo sapienter ad matrimonium inhabilis habetur.

II. Nullitas orta ex *morte civili* (saltem si attendas ad effectus civiles tantum, sicut et legislatores attendere voluerunt, quandoquidem apertis verbis declaravere, *quant à tous ses effets civils*, etc.) idcirco non memoratur inter *nullitates*, sane quia habita est ut *pleni juris*, eo sensu, quod non esset necesse illam invocari coram judice, sed satis esset exhiberi judicium ex quo mors civilis subsecuta est.

§ VII. — *Crimen.*

I. « Dans le cas de divorce admis en justice pour cause d'adultère, l'époux coupable ne pourra jamais se marier avec son complice. La femme adultère sera condamnée, par le même jugement, et sur la réquisition du ministère public, à la réclusion dans une maison de correction, pour un temps déterminé, qui ne pourra être moindre de trois mois, ni excéder deux années. » *Art.* 298.

Lex abrogata die 8 Maii 1816, quæ divortio auctoritatem adjungebat, verum legi supersunt conjuges divortio jam separati, numquid, defuncto innocente reus conjux cum complice matrimonium jungere poterit? Alii negant propterea quod, quæ fuerant ab hac lege facta, ista quoque lege regi debeant; ergo cum lex prohibebat matrimonium cum complice, ille qui usus est ea lege ad obtinendum divortium, etiam nunc non potest nubere cum complice; alii affirmant, innixi ratione quod impedimentum sit tantum prohibens, siquidem lex nemini jus tribuat matrimonium illud impugnandi. Durant. tom. II, n. 178, Toullier, n. 651.

II. Quid sit sentiendum de *separatione* causa adulterii, quæ nunc viget? Num eadem dispositio legalis isti separationi quam divortio apponenda? Negat Toullier n. 555, vide supra. E contra Delvincourt, p. 132, contendit prohibitionem art. 298 extendendam esse ad præfatum casum, saltem in mente legis, quæ voluit ut hæc duo essent quid unum et idem, attamen nobis prima sententia probabilior videtur eo quod sit consentanea jurisprudentiæ Curiæ supremæ, teste Duranton, n. 179.

Nota. Impedimentum propter crimen a lege civili inductum longe differt ab impedimento canonico : namque non requiritur matrimonii promissio, nec etiam esset sufficiens, nisi coram tribunalibus divortium admittatur, gallice, (*admis en justice*), itaque *nullitas* civilis non existeret, quamvis conjucidium junctum esset adulterio, siquidem conjucidium non dat locum divortio.

§ VIII. — *Conditionum lege præscriptarum defectus.*

I. Celebratio matrimonii respicit ad ordinem publicum; magni refert ad societatem, ut nova conjunctio inter cives, et nota sit et rite perfecta, tunc enim ii quorum interest, si locus detur, illam impedient, aut si rite perfecta fuerit, demum firma, sanctaque habebitur, sicque status, honor conjugum familiarumque in discrimen non venient. Quem ad assequendum scopum duas conditiones imposuit legislator, scilicet *publicitatem celebrationis, et præsentiam officiarii competentis.*

1°. Publicitas celebrationis matrimonii requiritur :

« Le mariage sera célébré publiquement, devant l'officier civil du domicile de l'une des parties. » *Art.* 165.

Lex non definit quid intelligat per matrimonium *publice celebratum*: si intelligatur de *publicationibus requisitis* factis, vel de *domo communi* veluti loco ubi matrimonium sit celebrandum ordinarie; *nullitas* a defectu talium conditionum sequi non videtur, nam ex art. 192, mulctæ solummodo pronuntiantur, nullibi autem nullitas textu obsignatur, aliunde ex :

« Les peines prononcées par l'article précédent seront encourues par les personnes qui y sont désignées, pour toute contravention aux règles prescrites par l'article 165, lors même que ces contraventions ne seraient pas jugées suffisantes pour faire prononcer la nullité du mariage. » *Art.* 193.

Ergo erit judicis dijudicare an matrimonium fuerit rite publicatum et celebratum. Vide Pothier, n. 69. *Traité du mariage*. Et nunc ita communiter judicant tribunalia.

2° *Præsentia officiarii competentis* ponitur :

« Tout mariage qui n'a point été contracté publiquement, et qui n'a point été célébré devant l'officier public compétent, peut être attaqué par les époux eux-mêmes, par les père et mère, par les ascendans, et par tous ceux qui y ont un intérêt né et actuel, ainsi que par le ministère public. » *Art.* 191.

Nota. Ille officiarius est in competens, cum neuter conjux habeat domicilium relative ad matrimonium in loco communi, ubi officiarius ille suo munere fungitur, vel cum extra suum locum communem officiarius celebrat matrimonium licet unus conjux ibi teneat domicilium.

II. Nullitas in utroque casu sequitur et quidem absoluta. Ita Pothier, n. 361, Portalis : *Dans notre législation actuelle le défaut de présence de l'officier civil compétent, a les mêmes effets qu'avait autrefois le défaut de présence du propre curé, le mariage étant radicalement nul, il n'offrait qu'un attentat aux droits de la société et une infraction manifeste des lois de l'Etat.* Attamen Curia suprema non omnino similiter judicavit 31 Augusti 1824, apud Sirey.

Ex his colligitur ad præxim : 1°. Codicem non ita fuisse rigorosum quoad conditiones formales matrimonii servandas integras ut primo intuitu apparet. Hinc quandiu matrimonium defectu conditionum formalium laborans non declaratur invalidum sententia judicis, tuta conscientia conjuges suo erunt in conjugio; mens enim legislatoris fuit, ut jam diximus, suspendere vim impedimenti et in eo sensu dicunt jurisperiti faciles admittendas esse exceptiones, gallice, *les fins de non recevoir sont favorables en cette matière.*

2°. Solutos esse conjuges quorum nullum est declaratum conjugium ob defectum conditionum præscriptarum lege, proindeque collocatos esse eodem in statu, quo erant ante matrimonium; solummodo a die qua nova unio est celebrata, effectus civiles sortietur; liberi autem jam ante procreati *legitimi* efficientur (art. 331).

III. Nullitas ob defectum conditionum formulariarum concordat cum jure canonico : vide quæ diximus ubi de conditionibus quæ æquivalent Bannis. Præcaveat sedulo parochus, ut antequam benedictionem nuptialem conjugibus impartiatur, prius sisterint coram officiario, alioquin gravissimas pœnas incurret, v. g. carceris, exilii ex art. 199 Codicis pœnalis.

§ IX. — *Ordo.*

Nulli quovis tempore, quovis in loco, extitere populi, quanquam diversis ascripti religionibus, apud quos non viguerit illa intima persuasio, scilicet *integritati seu continentiæ* inesse quid cœleste et divinum, quod hominem elevet gratumque Deo efficiat : proinde *munia sacerdotalia* minime concordare cum usu etiam legitimo connubii. Qua de re consulantur annales populorum, Jerusalem, Memphis, Athenæ, Roma, Canton, Quito, Mexico, etc., una voce idem dogma profitentur... Fuit igitur summe providens et sapientissime sagax catholicismus, cum omnimodæ sanctimoniæ suis sacerdotibus *legalem observantiam* imposuit!! antiquam illam ex visceribus, ut ita dicam, generis humani deprompsit sententiam, quam tantum errore purgavit, inviolatamque sanctione divina obsignavit!... Quid nunc futiunt anglicus iste Waburton « *Legem quæ sanctificat cœlibatum, sua esse essentia imperiorum destructivam* » ; et Rousseau noster « *Pour savoir à quoi*

s'en tenir sur la loi du célibat, il suffit d'observer que, si elle était généralisée, elle détruirait le genre humain (*Lettre à l'arch.*). » O portentum ultimas ad terras deportandum ! Respondeant, quorum nostris adversariis auctoritas arridet ; nonne Montesquieu noster confessus est « Con- » tinentiam publicam esse naturaliter junc- » tam propagationi generis humani (*Es- » prit des lois*, liv. XXIII, chap. XXI)? » Nonne doctissimi collatores Edimburgi concinunt : « *L'histoire ancienne et l'histoire moderne présentent des exemples sans nombre de la misère produite par l'oubli de cette sage abstinence (par rapport au mariage), et pas un seul exemple qu'elle ait produit, par une trop grande influence, le moindre inconvénient dans l'état (Revue d'Édimbourg, août* 1810, n° XXVII) » Quid plura? Vide Bacon (Sermones fideles chap. VIII, De Nuptiis) ; Malthum (*Sur le principe de la population*). Uno verbo, si ad rem ipsam attendamus, nobis erit compertum, boni verique *sacerdotis virtutem*, seu potius numen esse tantum, ad servandum inter fideles *honorabile connubium*, ad sanctimoniam, integritatemque matrimonii promovendam, ut sterilitas ipsius sit *spiritualis fœcunditas patriæ*, teste Platone. « Matrimonia sanctiora esse utique utiliora reipublicæ (Plato de repub., l. V). » Ergo cælibatus ecclesiasticus, sanctissimis sacerdotii catholici muniis congruit sapientissime, nec non reipnblicæ utilitati, augmentoque inservit mirabiliter : ergo nulla saluberior institutio excogitari potest, licet etiam, nullus ad divina respectus, sed tantum rationes humanæ aut politicæ considerarentur... Quo igitur pacto, quod antiquitus, quod ab omni gente habebatur ut quid divini, quod nostri coluere et tuiti sunt proavi, novissimis diebus apud nostrates in discrimen atque in dedecus fuit adductum? Proh dolor ! anno 1790, cætus, qui fuit dictus gallice *Assemblée constituante*, uno saltem e suis decretis, sacerdotalem cælibatum quodam modo labefactavit. Paulo post (heu infundum !) conventus iste (*la Convention*) qui sese iu omne nefas ruebat, nedum ordinem tanquam impedimentum matrimonii agnosceret, aut saltem in dubium relinqueret, totis adorsus est conatibus sacrilegas sacerdotum nuptias promovere, atque firmare. Nemo catholicus, qui tunc miseram Ecclesiæ Gallicæ conditionem non sit illacrymatus, cum *Filiæ Sion ablatus est omnis decor*. Pauci quidem sed perluctuosi effluxere anni. Tandem die 14 Jan. 1806 et die 30 Jan. 1807, minister cultuum scripsit ad archiepiscopum Burdigalensem, atque ad prefectum Rotomagensem gubernii illam esse decisionem, ut connubia sacerdotum qui a tempore Concordati (1801) communione suis episcopis fuerunt coadunati, ab officiariis civilibus non celebrarentur. Anno 1813 legem, quæ sacerdotum nuptias irritas indiceret, in Consilio status proposuere, sed vetuit tempestas iniqua, ne tum lex exoptata ferretur. Itaque, cum sileat Codex civilis de impedimento ordinis, hoc in rerum statu, quæritur *an* nihilominus in *foro externo velut impedimentum dirimens ordo sit habendus?* Nos autem cum multis et maximi momenti viris affirmamus

Propositio.

Probabilius esse, ordinem tanquam impedimentum dirimens existere in foro externo.

Prob. prima pars. 1° ex variis præscriptis legalibus ad quæstionem relationem habentibus ; 2° ex nativis legum interpretibus ; 3° ex praxi tribunalium.

1°. Sancitum *Concordato* cultum publicum esse in Gallia restitutum, *clerumque* catholicum recognitum... Porro si clerus recognoscitur, leges quibus regitur, eædem quibus regebatur, implicite recognoscuntur. Jam vero matrimonium sacerdotum canonibus irritum fiebat, ergo et nunc. — *In articulis*, qui dicuntur gallice (*articles organiques*), decernitur art. 6 : « *Les cas d'abus sont... l'infraction des règles consacrées par les canons reçus en France,* » et art. 26 : « *Les évêques ne pourront ordonner aucun ecclésiastique, s'il ne réunit les qualités requises par les canons reçus en France.* » Hæc evidenter renovant vim canonum qui ad clerum respiciunt..., etc... — *In Pacto fundamentali (la Charte)* : Religio catholica admittitur tanquam Religio Gallorum, sed illa religio ministris præscribit quasdam regulas, cum igitur taceat pactum de illis,

censetur merito illas confirmare in quantum regulæ legibus civilibus non adversantur : Ergo 1°. *Ex variis præscriptis*, etc...; 2° ex nativis legum interpretibus... — Minister justitiæ ac cultuum D. Merilhou, die 27 janv. 1831, ad procuratores generales hæc scribebat : « *M. le procureur-général, le ministre de la justice fut consulté plusieurs fois, sous le précédent gouvernement, sur la conduite que devaient tenir les officiers de l'état civil, lorsque des individus engagés dans les saints ordres demandaient à contracter mariage. La réponse a toujours été que la question, aussi grave que délicate, soulevée par cette prétention, devait être soumise aux tribunaux. En effet, la jurisprudence n'a pas été uniforme. Les modifications apportées à la charte de 1814 ont pu renouveler l'incertitude des maires, et déjà un préfet a demandé des instructions. Désirant établir une règle générale, je crois devoir vous avertir que la marche suivie jusqu'à ce jour ne me paraît pas devoir être abandonnée, nonobstant l'abrogation de l'article 6 de la charte de 1814. Il est vrai que quelques tribunaux avaient fondé leurs décisions sur le principe consacré par la disposition de cet article ; mais d'autres avaient aussi invoqué la loi organique du concordat ; en sorte qu'il peut encore exister des doutes, et c'est aux tribunaux seuls qu'il appartient de les dissiper. Je vous invite à donner des instructions dans ce sens à tous les officiers de l'état civil.* » Ita Sirey, Menjot de Dammartin, Gairal, Pardessus, etc... qui unanimiter nostram astruunt sententiam. Ergo 2° ex nativis, etc.

3°. Ex praxi tribunalium. Parisiense tribunal hoc judicium tulit die 19 Junii 1828 :

« *Attendu qu'il est constant que, dans l'ancien droit français, les dispositions des divers canons de l'Église catholique, qui défendaient aux prêtres de contracter mariage, étaient considérées comme lois de l'État ; que cela résulte de la déclaration du 4 août 1564, de la jurisprudence et de l'opinion des auteurs, et dérive d'ailleurs nécessairement de ce que la religion catholique, apostolique et romaine était alors reconnue comme la religion de l'État ;*

Attendu que les décrets de l'Assemblée constituante qui ont aboli les vœux monastiques, n'ont point abrogé les anciens principes, sur l'incapacité de contracter mariage, dont étaient frappés les ecclésiastiques promus aux ordres sacrés ; qu'au contraire il résulte du silence gardé à cet égard par la constitution civile du clergé, que sous son empire les règles de l'ancienne discipline de l'Église avaient conservé sur ce point tout leur effet ;

Attendu que, si depuis cette époque, et à la fin de 1792 et dans l'année 1793, plusienrs décrets de la Convention ont encouragé et même ordonné le mariage des prêtres catholigues, ces décrets, dont le but était de détruire le catholicisme en France, ont perdu toute leur force depuis le concordat de 1802 ;

Attendu que, d'après cette loi de l'État, non-seulement il fut reconnu que la religion catholique, apostolique et romaine était celle de la grande majorité des Français, mais encore qu'à l'autorité civile appartiendrait le droit et le devoir de statuer sur les abus commis par les ecclésiastiques, et qu'au nombre de ces abus, les articles organiques de ce concordat ont formellement placé l'infraction des règles consacrées par les canons reçus en France ;

Attendu que si le Code civil décrété depuis ce concordat n'a pas mis la prêtrise au nombre des empêchemens de mariage, c'est qu'il n'a traité que des règles propres à tous les citoyens, et non des obligations particulières imposées aux ministres catholiques par les canons de l'Église, sous l'empire desquels ils se trouvaient personnellement replacés par le concordat ; que si l'intention des auteurs du Code civil eût été de porter atteinte à ces règles et de remettre les prêtres catholiques sous les principes du droit commun, ils s'en seraient formellement expliqués ;

Attendu que c'est d'après ces principes, que le chef du gouvernement d'alors, sur le rapport du ministre des cultes et de la justice, a déclaré qu'on ne devait pas tolérer le mariage des prêtres casholiques qui depuis le concordat avaient été promus aux ordres sacrés,

parce que c'était porter atteinte a l'honneur du sacerdoce et à la sûreté des familles; et que ces mêmes principes ont été consacrés par des décisions de Cours souveraines;

Attendu que c'est dans cet état qu'est intervenue la Charte constitutionnelle donnée par le roi à ses peuples, qui dispose, art. 6, que la religion catholique, apostolique et romaine est la religion de l'État; qu'une pareille disposition ne peut être stérile et sans effet; que la conséquence la plus naturelle et la plus immédiate de cette disposition, c'est que l'auteur du pacte fondamental des Français, qui a voulu assurer à tous les cultes appui et protection, n'a pas voulu qu'un des principes essentiels de cette religion fût violé publiquement;

Attendu que de tous ces motifs il résulte que l'ecclésiastique qui librement a été promu aux ordres sacrés, après deux épreuves multipliées et après s'être conformé aux ordres établies à l'effet de faire connaître à tous ses engagemens, a contracté envers la religion de l'État et ceux qui en exercent le culte, l'obligation de garder le célibat, reconnu depuis tant de siècles comme étant l'essence de la religion catholique, apostolique et romaine; qu'ainsi, loin qu'un pareil engagement, par suite duquel le prêtre reçoit de l'État lui-même des avantages et immunités importantes et d'une nature irrévocable, puisse être assimilé à un simple contrat privé, il faut y reconnaître au contraire une obligation solennelle à la fois religieuse et politique, dont l'infraction ne saurait être autorisée, quelle que soit d'ailleurs la volonté postérieure de ce prêtre, sans violer publiquement la loi fondamentale de l'État et porter l'atteinte la plus grave aux droits des Français catholiques, aux bonnes mœurs et à l'ordre public;

Le tribunal déclare qu'il n'y a lieu à enjoindre à Me Esnée de faire les actes de sommations respectueuses dont il s'agit; en conséquence déboute le sieur Dumonteil de sa demande, et le condamne aux dépens. »

Judicium illud curia Pariensi rite fuit confirmatum die 27 decemb. 1828.

« *Considérant que si, aux termes de la Charte, chacun professe sa religion avec une égale liberté et obtient pour son culte la même protection, il ne s'ensuit pas qu'un Français puisse se présenter comme n'appartenant à aucune religion et comme étant étranger à tout culte;*

Que si le législateur n'a pas voulu interroger la conscience et scruter les opinions et les habitudes privées, sa haute prudence ne saurait devenir un moyen de se placer hors de toute croyance;

Considérant que chacun est réputé professer la religion dans laquelle il est né, et qu'il est censé en pratiquer le culte;

Que Dumonteil a non-seulement été reçu à sa naissance dans l'Église catholique, et y a été élevé, mais encore, que de sa pleine volonté il s'est engagé dans les ordres sacrés, et s'est ainsi obligé de garder toujours le célibat prescrit impérieusement par les conciles, dont les canons, quant à cette partie de discipline, ont été admis en France par la puissance civile et sanctionnés par une jurisprudence constante;

Met l'appel au néant, etc. »

Die 14 Junii 1832, cum denuo attentare conjugium ausus fuisset nimium famosus atque sacrilegus sacerdos, nomine Dumonteil, curia regia irritum fecit hisce motivis innixa : « *La cour vidant le partage déclaré par son arrêt du 14 mai 1831 : considérant que dans notre ancien droit l'engagement dans les ordres sacrés étaient un empêchement au mariage; que cet empêchement était fondé sur les canons admis en France par les puissances ecclésiastiques, et sanctionnés par la jurisprudence civile; que si les lois rendues par nos premières assemblées législatives ont fait momentanément cesser cet empêchement, il a été virtuellement rétabli par le concordat, lequel a remis en vigueur, quant à cette partie de la discipline, les anciens canons;*

Considérant que si le Code n'a pas rangé l'engagement dans les ordres sacrés au nombre des prohibitions du mariage, c'est que ce Code, postérieur au Concordat qui avait rappelé les règles de la matière, ne s'est occupé que des empêchements de l'ordre civil, qu'au surplus on ne pourrait induire de son

silence l'abrogation des dispositions du Concordat ;

Considérant que le Concordat n'a jamais cessé d'être observé comme loi de l'État, que l'art. 6 *de la Charte de* 1814 *n'avait rien ajouté à la force des anciens principes par le Concordat, et que la Charte de* 1830, *en abrogeant cet art.* 6, *n'a fait que rappeler les termes mêmes du Concordat, et n'y a aucunement dérogé ;*

Considérant qu'en cet état de législation, Dumonteil fils, est, aux yeux de la loi, frappé d'incapacité relativement au mariage ; que cette incapacité résulte de son engagement dans les ordres sacrés, qui lui ont été conférés conformément au Concordat, sous la protection de l'autorité civile, qui lui a imposé des obligations.

Par ces motifs... fait défense au maire du sixième arrondissement de Paris et à tous les officiers de l'État civil, de procéder au mariage du prêtre Dumonteil. »

Die 21 Februarii 1833, Curia suprema hæc protulit. : « *La Cour, attendu qu'il résulte des art.* 6 *et* 26 *de la loi organique du Concordat de germinal, an* X, *que les prêtres catholiques sont soumis aux canons qui étaient alors en vigueur, et par conséquent à ceux qui* PROHIBAIENT *le mariage aux ecclésiastiques engagés dans les ordres sacrés ; attendu que le Code civil et la Charte ne renferment aucune dérogation à cette législation* SPÉCIALE, *l'arrêt attaqué, en* INTERDISANT *le mariage dont il s'agit, n'a violé aucune loi, rejette, etc.* Ex iis, quæ circa praxim Tribunalium exposuimus, sic argumentari datur : Praxis Tribunalium satis sibi constans, maxime Curiæ regiæ et Curiæ supremæ, ea est ut, stante legali rerum ordine, tanquam vigentem, in foro externo Ecclesiæ, canonum vim et obligationem quoad clericos, habeant judices ; porro juxta canones irritum est matrimonium sacerdotum, ergo etiam nunc in foro externo nullum est ;

Et vero verba judiciorum accipienda sunt sensu obvio et naturali ; Porro verba judiciorum præfatorum exprimunt sensu naturali et obvio impedimentum dirimens hæc, v. g. *le Tribunal déclare nul et de nul effet le mariage, etc. Arrêt de la Cour de Paris du* 18 *mai* 1818. — *En interdisant le mariage* (21 mai 1833). — FRAPPÉ D'INCAPACITÉ RELATIVEMENT AU MARIAGE AUX YEUX DE LA LOI (14 juin 1832), hæc, inquam, evidenter sensu obvio et naturali designant impedimentum dirimens, nam aliis verbis judices uti non potuissent, nec revera utuntur ad exprimendum impedimentum dirimens. Ergo 3° ex praxi tribunalium, aliunde ex nativis legum interpretibus, et variis præscriptis legalibus ad quæstionem relationem habentibus, *probatur* matrimonium sacerdotum in foro externo esse nullum : Ergo probabilius est ordinem etiam in foro externo esse impedimentum dirimens. Quod sit impedimentum prohibens saltem, probatione non indiget, nam quæ diximus, abunde probant.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Silet Codex de ordine : ergo ordo in foro externo, etc.

Resp. neg. conseq. Ut enim valeret *conseq.* necesse foret ut non tantum sileret Codex, sed etiam aliquid contrarium statueret, seu derogaret canonibus, porro siluit Codex, propterea quod respexit tantum ad impedimenta civilia, sed non derogavit canonibus, quin imo virtualiter agnovit, agnoscendo Concordatum. Ergo, etc.

Inst. 1° Ex eo sequeretur omnes leges ecclesiasticas circa matrimonium, vim habere in foro externo, atqui, etc. Ergo.

R. distinguo maj. Sequeretur omnes leges, etc. quæ relationem dicunt ad Concordatum et ad alias præscriptiones legum, *C. secus, N.* fatemur equidem cæteras prohibitiones ecclesiasticas quas non designat Codex, non valere in foro externo, quare ? quia nullam habent relationem ad leges civiles, porro non ita se habet ordo. Jamjam vidimus virtute *Concordati*, etc. canones, qui spectant ad clerum, vim suam recuperasse, porro, ut aiunt judices præfati, *dans un tel état de législation, aux yeux de la loi le prêtre est frappé d'incapacité relativement au mariage.* Ergo ex eo quod ordo sit impedimentum dirimens in foro externo, non inde sequitur cæteras prohibitiones ecclesiasticas eamdem vim habere, cum eam-

dem relationem non habeant ad Concordatum et ad cæteras leges civiles.

Inst. 2°. Legislator non distinguit : porro ubi legislator non distinguit nec nos distinguere debemus. Ergo, etc.

R. dist. maj. non distinguit expresse, *C.* virtualiter, *N.* atqui ubi legislator non distinguit, nec, etc.

Dist. similiter *min.* nisi habeamus rationem distinguendi, *C. secus, N.*

Cum astruimus ordinem esse impedimentum dirimens in foro externo, non dicimus legislatorem, seu melius Codicem *expresse* habere ordinem ut impedimentum dirimens, sed tantum virtualiter ; cum enim post Concordatum venerit Codex, Concordato canones antiquos ad clerum pertinentes reintegranti, legalem existentiam *virtualiter* attribuit, si quidem non abrogavit, nec quid illi derogavit. Ergo legislator virtualiter distinguit, ubi agitatur de ordine : jam vero et nos habemus rationem distinguendi, cum legalibus præscriptis innitimur.

Hinc itaque, propterea quod ex dictis ordo gaudeat legislatione *speciali*, sequitur distinctionem illam inter et cæteras Ecclesiæ prohibitiones merito esse factam.

Quibus positis, evanescit, quod adversarii gloriose moliuntur argumentum, nempe : « Quemnam, inquiunt, judicem appellabis ut secernatur, quæ vigeat nec » ne in foro civili lex ecclesiastica? Ecclesiam? Sed tunc legem civilem ferret. » Judices? Sed ii legem applicant, non » condunt. Potestatem legislativam? Sed » nondum est locuta. » Quid ad nos ista argumentatio? Quid nostra refert talis appellatio? Hæc enim non est quæstio. Erat inquirendum an nullitas conjugii a sacerdote attentati possit coram tribunalibus invocari. Porro, cum ex dictis clerus subjaceat canonibus, lege civili *virtualiter* confirmatis, invocatio illa fundatur in *legislatione speciali*, ac proinde legitima est. Ergo si *potestas legislativa*, non locuta est *expresse*, locuta est *implicite*, agnoscendo prohibitiones Concordati, etc. ac proinde ad ipsam appellabunt. Ergo si judices *non condunt*, saltem legem *applicabunt*. Ergo restat via appellationi *relative ad nullitatem postulandam matrimonii sacerdotis*. Ergo ordo est impedimentum dirimens. Quid nunc ex probatis colligere est?

PRAXIS.

Colligere est 1°. Magistratum civilem (*le maire*) sese gerere tanti muneris dignum, si concursum suum ad conjugium sacerdotum recuset.

2°. Nullitatem istius conjugii a judicibus esse declarandam, ut civiles procreentur effectus, sed in foro interno ab initio existere.

3°. Illam sacrilegam unionem impugnari posse et debere ab eis, quorum interest, et quidem a procuratore regio, nam procurator, ex dictis ubi fuit mentio de impedimento cognationis, etc. debet invocationem nullitatis matrimonii ferre quando honestas publica læditur, porro sacrilega sacerdotum unio honestatem publicem imprimis lædit, « *viole publiquement la loi fondamentale de l'État, porte l'atteinte la plus grave aux droits des Français catholiques, aux bonnes mœurs et à l'ordre public.* » (Arrêts cités plus haut.) Ergo, etc.

Quanquam sententia, quam astruimus, apprime concilietur cum mente legislatorum ac jurisperitorum ; quanquam judices morum, legumque nativi defensores atque interpretes, una nobiscum consentiant in judicando, attamen hac in re legislationis nostræ imperfectionem non possumus non deflere. Quisquis igitur bonum ac decus religionis et patriæ in pretio habet, votis debet omnibus exoptare, ut tandem condatur lex specialis, aperta atque extra disputationis aleam posita, quæ publicum infandumque scandalum oculis avertat catholicis, quæ bonos mores foveat, vindicetque opinionem publicam, quæ tandem misero sacerdoti in perniciem atque infamiam ruenti, subveniat saluberrime. Faxit Deus ut *videant consules!!!*

FINIS.

INDEX

APPENDICIS AD TRACTATUM DE MATRIMONIO.

DISSERTATIO ERGA CONDITIONES MATRIMONII DUAS IN SECTIONES DIVISA. 3
§ I. Proœmium. Ib.
SECTIO 1ª. Caput I. De conditionibus Codicis quæ sponsalium instar haberi possint. Ib.
§ I. Propositio. Matrimonium mere civile æquivalet ordinarie sponsalibus in foro conscientiæ. Ib.
§ II. De mulcta apposita rescissioni actus civilis de matrimonio. 4
§ III. Propositio. Tenetur in foro conscientiæ et coram tribunalibus solvere mulctam a sponsis appositam ille qui ab actu civili de matrimonio resilit. Ib.
Caput II. De conditionibus civilibus quæ bannis æquivalent. Ib.
SECTIO II. Proœmium. 5
1°. Contractus matrimonialis sub respectu legis naturalis spectatus.
2°. Prout religiosus.
3°. Ut civilis.
Caput I. De potestate ponendi impedimenta dirimentia quam Ecclesia sibi vindicavit. 7
1ª. Propositio. Ecclesia jure divino potestatem habet impedimenta dirimentia stabiliendi. Ib.
Solvuntur objectiones. 11
Caput II. Propositio. Auctoritas civilis jure naturali seu proprio matrimonia in foro conscientiæ et inter fideles irrita reddere potest. Ib.
Solvuntur objectiones. 13
Caput III. De impedimentorum ex Codice civili emanantium vi obligatoria. 14
Probabilius et saltem tutius est habere impedimenta ex Codice inducta tanquam dirimentia vinculum conjugale in foro interno. Ib.
Solvuntur objectiones. 16
Conclusio practica. Ib.
Caput IV. De natura, specie et numero impedimentorum dirimentium ex Codice. 17
§ I. Defectus consensus partium. Ib.
§ II. Defectus consensus parentum. 18
§ III. Ætatis defectus. 20
§ IV. Ligamen prioris matrimonii. 21
§ V. Cognatio naturalis et affinitas, ubi etiam de cognatione legali. 22
§ VI. Mors civilis. 23
§ VII. Crimen. Ib.
§ VIII, Conditionum lege præscriptarum defectus. Ib.
§ IX. Ordo. 24
Propositio qua affirmatur ordinem tanquam impedimentum dirimens in foro externo existere. Ib.
Solvuntur objectiones 28
Praxis. 29

FINIS.

INDEX

MONITUM LECTORI.

Comperta apud omnes est, nec encomio indiget, indicis generalis utilitas. Nemo enim nescit quanti fastidii sit et laboris, sine ejus auxilio, inquirere in magna et numerosa voluminum mole, ea quæ scire cupimus. In tanta rerum copia et varietate distrahitur lectoris attentio, lassatur animus ac tædio afficitur, et præ operis difficultate, sæpe inquirere desinit quæ cognoscere ipsius intererat. His ergo incommodis occurrere volentes, maxima cura studuimus, in hac nova theologiæ P. Billuartii editione, indicem texere tam rerum quæ in decursu operis tractantur, quam textuum Scripturæ sacræ qui ab auctore citantur. Index primus testimonia Scripturæ sacræ in opere adhibita, vel aliquoties tantum designata, exhibet juxta catalogum sacrorum librorum. Index vero generalis alphabeticus est et quasi synopsis aut breviarium totius operis, cujus ope, uno veluti intuitu, summatim lectori subjiciuntur omnes quæstiones et decisiones quæ in decursu tractatuum evolvuntur, quasque in suis locis fusius tractatas facile poterit, si lubet, reperire. Ordinem et seriem voluminum secuti sumus utpote lectori magis commodum et minus laboriosum. Boni igitur consule, lector studiose et benevole, quidquid est laboris, fruere et vale.

TABULA GENERALIS

LOCORUM SCRIPTURÆ SANCTÆ

QUÆ IN DECEM TOMIS ADHIBENTUR.

Numerus primus et major indicat volumen, paginam vero posteriores arabici.

AUCTORITATES DESUMPTÆ EX LIBRO GENESEOS.

CAPUT I.

1. In principio creavit Deus cœlum et terram. II, 235, 237, 239, 240, 251.

2. Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi, et Spiritus Domini ferebatur super aquas. II, 237, 251.

3. Dixitque Deus : Fiat lux, et facta est lux. I, 162, 163 : II, 237, 251 : IX, 64.

4. Et vidit Deus lucem quod esset bona, et divisit lucem a tenebris. II, 237, 251.

5. Appellavitque lucem Diem, et tenebras Noctem. Factum est vespere et mane dies unus. II, 237, 251 ; III, 227.

6. Dixit quoque Deus : fiat Firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis. II, 251, 252, 253.

7. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quæ erant sub firmamento ab his quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. II, 251, 252, 253.

8. Vocavitque Deus firmamentum Cœlum ; et factum est vespere et mane dies secundus. II, 251, 252, 253.

9. Dixit vero Deus : Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum unum, et appareat arida ; et factum est ita. II, 253.

10. Et vocavit Deus aridam Terram, congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum. II, 253.

11. Et ait : Germinet terra herbam virentem et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. II, 253.

12. Et protulit terra herbam virentem et facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. II, 253.

13. Et factum est vespere et mane dies tertius. II, 253.

14. Dixit autem Deus : Fiant luminaria in firmamento cœli et dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora et dies et annos. II, 251, 255.

16. Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare majus ut præesset diei, et luminare minus ut præesset nocti, et stellas. II, 255.

17. Et posuit eas in firmamento cœli... II, 255.

19. Et factum est vespere et mane dies quartus. II, 255.

20. Dixit etiam Deus : Producant aquæ reptile animæ viventis et volatile super terram sub firmamento cœli. II, 253, 254, 255.

21. Creavitque Deus cete grandia et omnem animam viventem atque motabilem quam produxerant aquæ in species suas, et omne volatile secundum genus suum... II, 255.

23. Et factum est vespere et mane dies quintus. II, 255.

24. Dixit quoque Deus : Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, et reptilia, et bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita. II, 265.

25. Et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, et jumenta, et omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum. II, 256.

26. Et ait : Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et præsit piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis, universæque terræ, omnique reptili quod movetur in terra. II, 10, 17 : III, 256, 266, 273, 275, 278 : IV, 82 : VI, 25.

27. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum, masculum et fœminam creavit eos. II, 10, 256, 266, 279, 280 : IV, 389.

28. Benedixitque illis Deus, et ait : Crescite et multiplicamini, et replete terram, et subjicite eam, et dominamini piscibus maris, et volatilibus cœli, et universis animantibus quæ moventur super terram. II, 280, 284, 295 : III, 158 : IV, 389 : VI, 221, 222 : VIII, 132, 135 : X, 65.

29. Dixitque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, et universa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam. II, 257, 290 : VI, 221, 222.

30. Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli et universis quæ moventur in terra, in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum. II, 257.

31. Viditque Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona (I, 75, 167, 258), et factum est vespere et mane dies sextus. II, 242, 256, 280 : IV, 389.

CAPUT II.

1. Igitur perfecti sunt cœli et terra et omnis ornatus eorum. II, 284.

2. Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, et requievit ab omni opere quod patrarat. II, 241, 266.

4. Istæ sunt generationes cœli et terræ, quando creata sunt in die quo fecit Dominus cœlum et terram. II, 250.

5. Et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquam germinaret. Non enim pluerat Dominus Deus super terram; et homo non erat qui operaretur terram. II, 250, 253; IV, 389.

7. Formavit Deus hominem de limo terræ. II, 274.

8. Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio, et in eo posuit hominem quem formaverat. II, 293, 294, 296.

9. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave, lignum etiam vitæ in medio Paradisi, et lignum scientiæ boni et mali. II, 290, 298.

11. Nomen uni Phison...

13. Et nomen fluvii secundi Gehon...

14. Et nomen fluvii tertii Tygris... Fluvius autem quartus ipse est Euphrates. II, 293.

15. Tulit ergo Dominus Deus hominem et posuit eum in Paradiso voluptatis, ut operaretur et custodiret illum. H, 294, 298.

16. Præcepitque ei, dicens : Ex omni ligno Paradisi comede. II, 283, 298 : VIII, 132.

17. De ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas (II, 283, 298); in quocumque enim die comederis, morte morieris. II, 281, 305; III, 275; IV, 366, 376, 446; IX, 271.

18. Dixit quoque Dominus Deus : Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi. II, 276, 279.

19. Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, et universis volatilibus cœli (II, 255, 256), adduxit ea ad Adam ut videret quid vocaret ea. Omne quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen ejus. II, 269.

20. Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus. II, 278, 279.

21. Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam : cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus et replevit carnem pro ea. II, 276, 277, 278.

22. Et ædificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, et adduxit eam ad Adam. II, 276.

23. Dixitque Adam : Hoc nunc os ex ossibus meis (IV, 463), et caro de carne mea; hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. VIII, 241 : X, 90, 91, 92, 93.

24. Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ (I, 6), et erunt duo in carne una. II, 276, 277, 278, 279, 280, 285 : IV, 463 : V, 29.

25. Erat autem uterque nudus, Adam scilicet et uxor ejus, et non erubescebant. III, 255.

CAPUT III.

1. Sed et serpens erat callidior omnibus animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus : qui dixit ad mulierem (II, 298) : Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno Paradisi? II, 304.

2. Cui respondit mulier : De fructu lignorum quæ sunt in Paradiso vescimur. II, 290.

3. De fructu vero ligni quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus, etc. (II, 298), ne forte moriamur. V, 110.

4. Nequaquam morte moriemini. II, 301, 302, 303.

5. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum. II, 269, 301, 304.

6. Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis aspectuque delectabile; et tulit de fructu ejus, et comedit. II, 295, 298, 303.

9. Vocavitque Dominus Deus Adam, et dixit ei : Ubi es? II, 157.

12. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi. II, 302, 303.

13. Serpens decepit me. II, 270.

14. Et ait Dominus Deus ad serpentem : Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia et bestias terræ : super pectus tuum gradieris, et terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. II, 299, 300.

16. Mulieri dixit : Multiplicabo ærumnas tuas et conceptus tuos (II, 303, 306). Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui. II, 306 : VIII, 6.

17. Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno (II, 302) ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo : in labore comedes ex ea (IV, 399) cunctis diebus vitæ tuæ. II, 281, 306.

18. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbam terræ. II, 234, 306.

19. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es (II, 281, 306 : IX, 476). Quia pulvis es, et in pulverem reverteris. IX, 270.

22. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum. II, 283, 303, 304.

22. Ne forte sumat de ligno vitæ in æternum. II, 283.

24. Ejecitque Adam et collocavit ante Paradisum voluptatis Cherubim. II, 230, 295.

CAPUT IV.

3. De fructibus terræ Domino...

4. De primogenitis gregis sui. VI, 39.

4. Respexit Dominus ad Abel et ad munera ejus. III, 89, 449.

7. Nonne si bene egeris recipies; sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? (IV, 391.) Sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius. IV, 336, 346 : VIII, 185.

13. Major est iniquitas mea quam ut veniam merear. IX, 200.

14. Omnis qui invenerit me, occidet me... Et posuit Dominus Caïn signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum. IV, 391.

16. Habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. II, 225.

17. Cognovit autem Caïn uxorem suam, quæ concepit et peperit Henoch (IV, 391). Et ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Henoch. IV, 391.

25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam : et peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth. IV, 391.

26. Seth natus est filius. VIII, 437.

CAPUT V.

1. Hic est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.

2. Masculum et fœminam creavit eos, et benedixit illis; et vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. IV, 377, 389.

3. Vixit autem Adam centum triginta annis : et genuit ad imaginem et similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth. II, 69; IV, 389.

CAPUT VI.

4. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. II, 276.

5. Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malum omni tempore. III, 335 : V, 109.

6. Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra; et tactus dolore cordis intrinsecus. I, 64.

7. Delebo, inquit, hominem quem creavi a facie terræ. Pœnitet enim me fecisse eos. I, 64.

12. Omnis caro corruperat viam suam. I, 278 : II, 310 : III, 335.

CAPUT VII.

10. Cumque remansisset septem dies, aquæ diluvii inundaverunt super terram. II, 297.

27.... Remansit solus Noë et qui cum eo erant in arca. II, 297.

CAPUT VIII.

7. Non revertebatur donec siccarentur aquæ super terram. II, 320.

20. Ædificavit autem Noë altare Domino. VII, 373.

21. Sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia. I, 457 : VI, 112.

CAPUT IX.

3. Omne quod movetur et vivit erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia. II, 291 : VI, 222 : VIII, 81.

6. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. VI, 224.

9. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum et cum semine vestro post vos :

10. Et ad omnem animam viventem quæ est vobiscum, tam in volucribus quam in jumentis et pecudibus terræ cunctis.

11. Et nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis. II, 257.

20. Cœpitque Noë vir agricola exercere terram et plantavit vineam.

21. Bibensque vinum inebriatus est, et nudatus in tabernaculo suo. VIII, 115, 126.

CAPUT X.

24. At vero Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber.

25. Natique sunt Heber filii duo : nomen uni Phaleg, eo quod in diebus ejus divisa sit terra. VI, 59.

CAPUT XI.

12. Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis : et genuit Sale.

13. Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale trecentis tribus annis : et genuit filios et filias. III, 168.

CAPUT XII.

1. Dixit autem Dominus ad Abram...

3... In te benedicentur universæ cognationes terræ. II, 317, 332.

5. Tulitque Saraï uxorem suam et Lot filium fratris sui, universamque substantiam et omnes animas quas fecerant in Haran. II, 264 : IV, 463.

8... Ædificavit quoque ibi altare Domino, et invocavit nomen ejus. VII, 373.

10... Descenditque Abram in Ægyptum...

11... Dixit Saraï uxori suæ...

13. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis. VII, 402, 403.

CAPUT XIII.

8. Dixit ergo Abram ad Lot... Fratres enim sumus.

11... Divisique sunt alterutrum a fratre suo. III, 156; VII, 404.

14. Dixitque Dominus ad Abram : ...Leva oculos tuos...

15. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum.

16. Faciamque semen tuum sicut pulverem terræ. Si quis potest hominum numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. II, 338.

CAPUT XIV.

9... Quatuor reges adversus quinque. III, 179.

14. Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo : et persecutus est usque Dan. III, 179.

15. Et divisis sociis, irruit super eos nocte : percussitque eos, et persecutus est eos usque Hoba...

16. Reduxitque omnem substantiam, et Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque et populum. V, 364.

18. Melchisedech, rex Salem, proferens panem et vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi. III, 111 : VII, 237 : IX, 195, 196.

19. Benedixit ei, et ait : Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. IX, 195.

22. Qui respondit ei : Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem cœli et terræ. VII, 310.

CAPUT XV.

7. Dixitque ad eum : Ego Dominus qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram istam et possideres eam.

8. At ille ait : Domine Deus, unde scire possum quod possessurus sum eam? VII, 393.

CAPUT XVII.

1. Ego Deus omnipotens : ambula coram me et esto perfectus. VI, 381 : X, 154.

3. Cecidit Abram pronus in faciem. III, 125.

5. Patrem multarum gentium posui te. IV, 367.

7. Et... ut sim Deus tuus, et seminis tui post te. VIII, 430.

8. Daboque tibi et semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum. II, 338.

10. Hoc est pactum meum quod observabitis inter me et vos, et semen tuum post te : circumcidetur ex vobis omne masculinum. VIII, 281, 466 : IX, 62.

11. Et circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit signum fœderis inter me et vos. VIII, 466 : IX, 63.

12. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus quam emptitius, circumcidetur. III, 183.

13. Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. II, 335 : VIII, 441, 463.

14. Masculus cujus præputii caro circumcisa non fuerit, debitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. VIII, 463, 466.

17. Cecidit Abraham in faciem suam. III, 125.

CAPUT XVIII.

1. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. II, 11.

2. Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum (II, 11, 156, 157, 162). Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, et adoravit in terram. II, 11 : III, 125 : VII, 234.

3. Et Dixit : Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum. II, 11.

23. Et appropinquans ait : Numquid perdes justum cum impio? III, 441.

25. Absit a te ut rem hanc facias. III, 441.

32... Quid si inventi fuerint ibi decem? Et dixit : Non delebo propter decem. I, 249.

CAPUT XIX.

1. Veneruntque duo angeli Sodomam vespere, et sedente Lot in foribus civitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit et ivit obviam eis, adoravitque pronus in terram. II, 229 : III, 123.

7. Nolite, quæso, fratres mei, nolite malum hoc facere.

8. Habeo duas filias, quæ necdum cognoverunt virum, educam eas ad vos, et abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub umbra culminis mei. IV, 72.

13. Delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos ut perdamus illos. II, 229.

30. Ascenditque Lot de Segor, et mansit in monte, duæ quoque filiæ ejus cum eo (timuerunt enim manere in Segor); et mansit in spelunca ipse et duæ filiæ ejus. VIII, 120.

31. Dixitque major ad minorem : Pater noster senex est, et nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos juxta morem universæ terræ.

32. Veni, inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo, ut servare possimus ex patre nostro semen.

33. Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est major dormivitque cum patre : et ille non sensit nec quando accubuit filia, nec quando surrexit.

34. Altera quoque die dixit major ad minorem : Ecce dormivi heri cum patre meo; demus ei bibere vinum etiam hac nocte et dormies cum eo, ut salvemus semen de patre nostro.

35. Dederunt etiam et illa nocte patri suo bibere vinum : ingressaque minor filia dormivit cum eo; et nec tunc quidem sensit quando concubuerit vel quando illa surrexerit. VIII, 120, 121.

36. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo.

37. Peperitque major filium, et vocavit nomen ejus Moab; ipse est pater Moabitarum usque in præsentem diem.

38. Minor quoque peperit filium, et vocavit nomen ejus Ammon, id est, filius populi mei. Ipse est pater Ammonitarum usque hodie. VIII, 121.

CAPUT XX.

2. Dixitque de Sara uxore sua : Soror mea est. VII, 402.

9. Induxisti super me et super regnum meum peccatum grande. IV, 344.

CAPUT XXII.

2. Ait illi : Tolle filium tuum unigenitum quem diligis, Isaac, et vade in terram Visionis; atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi. IV, 446, 462.

5. Dixitque ad pueros suos : Expectate hic cum asino : ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos. VII, 402.

12. Nunc cognovi quod timeas Dominum. II, 31; III, 6.

16. Per memetipsum juravi, dicit Dominus. VIII, 129.

16. Quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me. IV, 177.

17. Benedicam tibi (IV, 177), et multiplicabo semen tuum sicut stellas, et velut arenam quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. V, 18.

18. Et BENEDICENTUR in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. IV, 367.

CAPUT XXIII.

7. Surrexit Abraham, et adoravit populum terræ, filios videlicet Heth. III, 129 : VII, 234.

8. Dixitque ad eos : Si placet animæ vestræ ut sepeliam mortuum meum, audite me et intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

9. Ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulcri. VII, 190, 454.

CAPUT XXIV.

2. Dixitque ad servum seniorem domus suæ..... Pone manum tuam super femur meum.

9. Posuit ergo servus manum sub femore Abraham domini sui, et juravit illi super sermone hoc. VII, 310.

14. Igitur puella cui ego dixero : Inclina hydriam tuam ut bibam; et illa responderit : Bibe, quin et camelis tuis dabo potum; ipsa est quam præparasti servo tuo Isaac... VII, 382.

15. Necdum intra se verba compleverat, ecce Rebecca egrediebatur. III, 185.

CAPUT XXV.

8. Et deficiens mortuus est... congregatusque est ad populum suum. VIII, 463.

23... Duæ gentes sunt in utero tuo, et duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, et major serviet minori. I, 410 : V, 85.

29. Coxit autem Jacob pulmentum : ad quem cum venisset Esaü de agro lassus,

30. Ait : Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen ejus Edom.

31. Cui dixit Jacob : Vende mihi primogenita tua.

32. Ille respondit : En morior! quid mihi proderunt primogenita?

33. Ait Jacob : Jura ergo mihi. Juravit ei Esaü et vendidit primogenita.

34. Et sic accepto pane et lentis edulio, comedit et bibit, et abiit : parvi pendens quod primogenita vendidisset. VII, 454.

CAPUT XXVI.

4... BENEDICENTUR in semine tuo omnes gentes terræ. II, 317.

13. Isaac ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est, II, 320.

CAPUT XXVII.

19. Dixitque Jacob : Ego sum primogenitus Esaü; feci sicut præcepisti mihi. Surge,

sede, et comede de venatione mea, ut benedicat mihi anima tua. VII, 402, 404.

33. Benedixique ei et erit benedictus. VII, 405.

35. Venit germanus tuus fraudulenter. VII, 404.

41. Veniet dies luctus patris mei, et occidam Jacob fratrem meum. IX, 237.

CAPUT XXVIII.

14... Et BENEDICENTUR IN TE et in semine tuo cunctæ tribus terræ. II, 317.

18. Jacob tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, et erexit in titulum, fundens oleum desuper. VII, 405.

20. Vovit etiam votum...

22. Cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. VII, 205.

CAPUT XXX.

23... Abstulit Deus opprobrium meum. III, 163.

CAPUT XXXI.

13. Ego sum Deus... VII, 404.

15. Nonne quasi alienas reputavit nos, et vendidit comeditque pretium nostrum? VI, 116.

53. Deus Abraham et Deus Nachor judicet inter nos, Deus patris eorum. VII, 416.

CAPUT XXXII.

1. Jacob quoque abiit itinere quo cœperat... fueruntque ei obviam Angeli Dei. II, 232.

24... Ecce vir luctabatur cum eo usque mane. I, 108.

30. Vidi Deum facie ad faciem. I, 102, 108.

CAPUT XXXIV.

30. Turbastis me et odiosum fecistis me Chananæis et Pheresæis, habitatoribus terræ hujus. Nos pauci sumus; illi congregati percutient me, et delebor ego et domus mea. V, 385.

CAPUT XXXV.

19. ...Ephratam, hæc est Bethlehem. III, 174.

CAPUT XXXVII.

2. ...Joseph... accusavitque fratres suos apud patrem, crimine pessimo. V, 336 : VIII, 167.

CAPUT XLI.

26. Septem boves pulchræ, et septem spicæ plenæ, septem anni ubertatis sunt. IX, 62, 63.

CAPUT XLII.

8. ...Fratres ipse cognoscens...

9. Ait ad eos : Exploratores estis : ut videatis infirmiora terræ venistis. VII, 402.

10. Qui dixerunt : Non est ita, domine...

12. Quibus ille respondit : Aliter est : imminuta terræ hujus considerare venistis.

14. Hoc est, ait, quod locutus sum; exploratores estis. VII, 302, 406.

15. Jam nunc experimentum vestri capiam. VII, 406.

CAPUT XLIII.

34. Biberuntque et inebriati sunt cum eo. VIII, 112, 120.

CAPUT XLIV.

2. Scyphum autem meum argenteum pone in ore sacci junioris. Factumque est ita. VII, 402, 403.

5. Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, et in quo augurari solet : pessimam rem fecistis.

16. An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? VII, 402, 406.

CAPUT XLV.

8. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. I, 397; IV, 358.

CAPUT XLVI.

26. Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum et egressæ sunt de femore illius... sexaginta sex. II, 264.

CAPUT XLVII.

20. Emit igitur Joseph omnem terram Ægypti vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subjecitque eam Pharaoni. IV, 446.

22. Præter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis : quibus et statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. VI, 221.

26. Ex eo tempore usque in præsentem diem in universa terra Ægypti, regibus quinta pars solvitur, et factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. IV, 446 : VI, 221 : VII, 141.

CAPUT XLVIII.

7. Sepelivi eam juxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellabatur Bethlehem. III, 174.

14. Qui extendens manum dexteram posuit super caput Ephraïm minoris fratris, sinistram autem super caput Manasse qui major natu erat, commutans manus.

15. Benedixitque Jacob filiis Joseph. IX, 8.

16. Angelus qui eripuit me de cunctis malis benedicat pueris istis, et invocentur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum, Abraham, Isaac. II, 232 : VII, 189.

22. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de domo Amorrhæi in gladio et arcu meo. V, 385.

CAPUT XLIX.

5. Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia.

6. In consilium eorum non veniat anima, et in cœtu illorum non sit gloria mea : quia in furore suo occiderunt virum, et in voluntate sua suffoderunt murum.

7. Maledictus furor eorum, quia pertinax; et indignatio eorum, quia dura : dividam eos in Jacob, et dispergam eos in Israël. V, 385.

8. Juda, te laudabunt fratres tui : ...adorabunt te filii matris tuæ. II, 328.

9. Requiescens accubuisti ut leo et quasi leæna : quis suscitabit eum? III, 225.

NON AUFERETUR sceptrum de Juda, et dux de femore ejus donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. II, 316, 317, 319, 323, 327; V, 18.

11. Ligans ad vineam pullum suum (II, 328), et ad vitem, o fili mi, asinam suam. Lavabit in vino stolam suam et in sanguine uvæ pallium suum. IX, 52.

26. ...Donec veniret desiderium collium æternorum. I, 94.

28. ...Benedixitque singulis, benedictionibus propriis. II, 328.

32. ...Appositus est ad populum suum. VIII, 464.

CAPUT L.

12. Feceruntque filii Jacob sicut præceperat eis.

13. Et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici quam emerat Abraham cum agro in possessione sepulcri ab Ephron Hætheo contra faciem Mambre. III, 148.

19. ...Nolite timere : num Dei possumus resistere voluntati? IV, 358.

20. Vos cogitastis de me malum : sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut impræsentiarum cernitis, et salvos faceret multos populos. I, 397 : IV, 183, 358.

21. Nolite timere : ego pascam vos et parvulos vestros : consolatusque est eos, et blande ac leniter est locutus. IV, 358.

24. Asportate ossa mea vobiscum de loco isto. III, 148.

AUCTORITATES EX LIBRO EXODI.

CAPUT I.

19. Quæ responderunt : Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres; ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, et priusquam veniamus ad eas, pariunt. VII, 398.

20. Bene ergo fecit Deus obstetricibus. III, 332.

21. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domos. III, 332. VII, 398.

CAPUT II.

15. Audivit enim Pharao sermonem hunc, et quærebat occidere Moysen. VI, 285.

CAPUT III.

14. EGO SUM QUI SUM : sic dices filiis Israel : QUI EST misit me ad vos. I, 45.

CAPUT IV.

13. Obsecro, Domine, mitte quem missurus es. II, 317.

24. Cumque esset in itinere, in diversorio occurrit ei Dominus, et volebat occidere eum.

25. Tulit illico Sephora acutissimam petram, et circumcidit præputium filii sui. III, 182 : VIII, 462.

CAPUT VI.

23. Accepit autem Aaron uxorem Elisabeth, filiam Aminadab, sororem Nahasson, quæ peperit ei Nadab, et Abiu, et Eleazar, et Ithamar. III, 165.

CAPUT VII.

1. Dixitque Dominus ad Moysen : Ecce constitui te Deum Pharaonis. I, 98.

12... Devoravit virga Aaron virgas eorum. IV, 463 : IX, 66, 125.

CAPUT VIII.

19. Digitus Dei est hic. V, 261.

CAPUT IX.

6. Mortua sunt omnia animantia Ægyptiorum. V, 110.

34. Videns Pharao quod cessasset pluvia... auxit peccatum. I, 310.

CAPUT XII.

2. Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. II, 248.

3. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, et dicite eis : Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias et domos suas. IV, 103.

6. Et servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus : immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. IX, 103, 105, 106.

7. Et sument de sanguine ejus ac ponent super utrumque postem et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum.

8. Et edent carnes nocte illa assas igni et azymos panes cum lactucis agrestibus. IX, 103.

11. Est enim phase, id est, transitus Domini. IX, 62, 63.

15. Septem diebus azyma comedetis : in die primo non erit fermentum in domibus vestris : quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, a primo die usque ad diem septimum. IX, 104.

16. Dies prima erit sancta atque solemnis, et dies septima eadem festivitate venerabilis : nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. IX, 103, 104, 105, 106.

18. Primo mense quarta decima die mensis ad vesperam, comedetis azyma, usque ad diem vigesimam primam ejusdem mensis ad vesperam. IX, 340.

19. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris. IX, 103, 104.

21... Ite tollentes animal per familias vestras, et immolate Phase. IX, 63.

22... Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ usque mane. IX, 109.

23. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios; cumque viderit sanguinem in superliminari et in utroque poste, transcendet ostium domus et non sinet percussorem ingredi domos vestras et lædere. IX, 109.

26. Et cum dixerint vobis filii vestri : Quæ est ista religio?

27. Dicetis eis : Victima transitus Domini est, quando transivit super domos filiorum

Israel in Ægypto, percutiens Ægyptios, et domos nostras liberans. IX, 63.

33. Feceruntque filii Israel sicut præceperat Moyses, et petierunt ab Ægyptiis vasa argentea et aurea, vestemque plurimam.

36. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis ut commodarent eis : et spoliaverunt Ægyptios. IV, 462, 463, 464.

44. Omnis autem servus emptitius circumcidetur et sic comedet. VIII, 441.

48. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, et facere Phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum ejus, et tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terræ. Si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo. VIII, 441.

CAPUT XIII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de jumentis : mea sunt enim omnia. III, 184, 185, 187.

4. Hodie egredimini mense novarum frugum. II, 247.

12. Separabis omne quod aperit vulvam Domino, et quod primitivum est in pecoribus tuis : quidquid habuerit masculini sexus, consecrabis Domino.

13. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes. III, 77 : VII, 302.

19. Tulit quoque Moyses ossa Joseph secum, eo quod adjurasset filios Israel, dicens : Visitabit vos Deus; efferte ossa mea hinc vobiscum. III, 149.

CAPUT XV.

10. Flavit spiritus tuus et operuit eos mare. II, 31.

CAPUT XVII.

7. ...Tentaverunt Dominum dicentes : Estne Dominus in nobis, an non? VII, 392.

9. Dixitque Moyses ad Josue : Elige viros, et egressus pugna contra Amalec...

10. Fecit Josue ut locutus erat Moyses, et pugnavit contra Amalec. V, 364.

CAPUT XIX.

3. Moyses autem ascendit ad Deum, vocavitque eum Dominus de monte, et ait : Hæc dices domui Jacob et annuntiabis filiis Israel.

6. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta. Hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel. V, 18.

22. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiat eos. VIII, 294.

CAPUT XX.

2. Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. II, 137 : VII, 340 : VIII, 29, 30.

3. Non habebis deos alienos coram me. VIII, 29, 30.

4. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, et quæ in terra deorsum. III, 133, 134, 135 : VIII, 29, 30.

5. Non adorabis ea, neque coles. III, 133 : VII, 371. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me. III, 86, 168 : IV, 408 : VIII, 21.

7. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. VI, 223 : VII, 313 : VIII, 29, 30.

8. Memento ut diem sabbati sanctifices. VII, 340, 343, 368 : VIII, 29.

10. Non facies omne opus in eo. VII, 340, 343, 368.

11. Sex enim diebus fecit cœlum et terram, et mare et omnia quæ in eis sunt, et requievit die septimo. II, 151, 235, 249, 252 : VII, 340.

12. Honora patrem tuum et matrem tuam. V, 320 : VIII, 12, 28, 29.

13. Non occides. IV, 459, 462 : V, 25 : VI, 221, 237 : VIII, 29.

14. Non mœchaberis. VIII, 29, 153.

15. Non furtum facies. VI, 289 : VIII, 29.

16. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. VI, 290 : VIII, 29.

17. Non concupisces domum proximi, nec desiderabis uxorem ejus. VI, 223 : VIII, 29.

23. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. III, 133.

CAPUT XXI.

1. Hæc sunt judicia quæ proponeres eis. V, 295.

13. Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. IX, 168.

17. Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. VIII, 11.

18. Si rixati fuerint viri, et percusserit alter proximum suum, et ille mortuus non fuerit, sed jacuerit in lectulo ;

19. Si surrexerit et ambulaverit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit; ita tamen ut operas ejus et impensas in medicos restituat. VI, 269.

26. Si percusserit quispiam oculum servi sui aut ancillæ, et luscos eos fecerit, dimittat eos liberos pro oculo quem eruit. VI, 269.

CAPUT XXII.

2. Si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inventus, et accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis.

3. Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, et ipse morietur. VI, 231.

6. Si egressus ignis invenerit spinas et comprehenderit acervos frugum sive segetes, reddet damnum qui ignem accenderit. V, 120.

16. Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam et habebit eam uxorem. VI, 275.

18. Maleficos non patieris vivere. VI, 222, 224.

29. Decimas tuas et primitias tuas non tardabis reddere. VII, 240.

CAPUT XXIII.

1. Non suscipies vocem mendacii. VI, 310.

2. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut a vero devies. VI, 310.

4. Si occurreris bovi inimici tui aut asino erranti, reduc eum. V, 361.

7. Mendacium fugies. (VI, 310 : VIII, 198.) Insontem et justum non occides. V, 369 : VI, 229, 310.

16. Solemnitatem messis primitivorum operis tui, quæcumque seminaveris in agro. (IX, 114.) Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro. II, 247.

20. Qui immolat diis occidetur, præterquam Domino soli. III, 129.

25. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. VII, 129.

26. Non erit infœcunda et sterilis in terra tua. III, 158 : VIII, 125 : X, 93.

CAPUT XXIV.

8. Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum et ait : Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. IX, 199.

CAPUT XXV.

24. ...Faciesque illi

25. Coronam interrasilem altam quatuor digitis, et super illam alteram coronam aureolam. IV, 43.

CAPUT XXIX.

38. Hoc est quod facies in altari : agnos anniculos duos per singulos dies jugiter,

39. Unum mane, et alterum vespere.

40. Decimam partem similæ conspersæ oleo fuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, et vinum ad libandum ejusdem mensuræ in agno uno. III, 111.

CAPUT XXX.

10. Et deprecabitur Aaron super cornua ejus semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato, et placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino. III, 154.

CAPUT XXXI.

14. Qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. VIII, 464.

CAPUT XXXII.

4. Fecit ex eis vitulum conflatilem. (V, 100.) Dixeruntque : Hi sunt dii tui, Israel. III, 135, 212.

6. Surgentesque mane obtulerunt holocausta et hostias pacificas, et sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. V, 109.

13. Recordare, Domine, Abraham, Isaac et Israel, servorum tuorum, quibus jurasti per temetipsum. VII, 189.

14. Placatusque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat adversus populum suum. IX, 270.

15. Et reversus est Moyses de monte.

19. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum et choros : iratusque valde, projecit de manu tabulas et confregit eas ad radicem montis. IV, 256.

31. Aut dimitte eis hanc noxam.

32. Aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. I, 449 : IV, 73, 302.

34. Ego in die ultionis visitabo et hoc peccatum eorum. IX, 270.

35. Percussit Dominus populum pro reatu vituli. IV, 382, 398.

CAPUT XXXIII.

2. Mittam præcursorem tui angelum. II, 229.

11. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. I, 102.

18. Ostende mihi gloriam tuam. I, 108.

19. Ego ostendam omne bonum tibi. (I, 409 : IV, 12, 36.) Et miserebor cui voluero, et clemens ero in quem mihi placuerit. I, 409.

20. Non poteris videre faciem meam : non enim videbit me homo et vivet. I, 109, 113, 114, 116.

23. Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. I, 116.

CAPUT XXXIV.

16. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant et filios tuos in deos suos. I, 196.

AUCTORITATES EX LIBRO LEVITICI.

CAPUT II.

14. Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis igni et confringes in morem farris, et sic offeres primitias tuas Domino. II, 247.

CAPUT IV.

2. Loquere filiis Israël. Anima quæ peccaverit per ignorantiam, et de universis mandatis Domini, quæ præcepit ut non fierent, quippiam fecerit :

3. Si sacerdos, qui unctus est, peccaverit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino.

13. Quod si omnis turba Israël ignoraverit, et per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est,

14. Et postea intellexerit peccatum suum, offeret pro peccato suo vitulum, adducetque eum ad ostium tabernaculi. IV, 348.

22. Si peccaverit princeps.... per ignorantiam...

23. ...Offeret hostiam Domino, hircum de capris immaculatum.

27. Quod si peccaverit anima per ignorantiam...

28. Et cognoverit peccatum suum, offeret capram immaculatam. IV, 548.

CAPUT V.

1. Si audierit vocem jurantis, nisi indicaverit, portabit iniquitatem suam. V, 336.

CAPUT VII.

20. Anima polluta... peribit de populis suis.

21. Et quæ tetigerit... interibit de populis suis.

25. Si quis adipem.... peribit de populo suo.

27. Omnis anima quæ ederit sanguinem peribit de populis suis VIII, 463.

CAPUT XI.

32. Et super quod ceciderit quidquam de morticinis eorum polluetur tam vas ligneum etc.

33. Vas autem fictile, in quod horum quidquam intro ceciderit, polluetur, et idcirco frangendum erit. VIII, 83.

CAPUT XII.

2. Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus juxta dies separationis menstruæ.

3. Et octavo die circumcidetur infantulus.

4. Ipsa vero triginta diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. III, 183, 185, 186, 187.

5. Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus juxta ritum fluxus menstrui, et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. III, 185.

6. Cumque repleti fuerint dies purificationis suæ pro filio sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum et pullum columbæ sive turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti,

7. Qui offeret illa coram Domino, et orabit pro ea, et sic mundabitur a profluvio sanguinis. (III, 186.) Ista est lex parientis masculum aut fœminam.

8. Quod si non potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato, orabitque pro ea sacerdos, et sic mundabitur. III, 184, 185.

CAPUT XVI.

2. Ne omni tempore ingrediatur sanctuarium. III, 154.

3. Vitulum pro peccato offeret, et arietem in holocaustum.

5. Suscipietque ab universa multitudine filiorum Israël duos hircos pro peccato et unum arietem in holocaustum. IX, 42.

9. Cujus exierit sors Domino, offeret illum pro peccato. IX, 42.

10 Cujus autem in caprum emissarium, statuet eum vivum coram Domino ut fundat preces super eo, et mittat eum in solitudinem.

21. Posita utraque manu super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël, et universa delicta atque peccata eorum: quæ imprecans capiti ejus, emittet illum per hominem paratum in desertum. IX, 199.

27. Vitulum autem et hircum, qui pro peccato fuerant immolati, et quorum sanguis illatus est in sanctuarium ut expiatio compleretur, asportabunt foras castra, et comburent igni tam pelles quam carnes eorum ac fimum. III, 212: IX, 42.

29. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum. Mense septimo, decima die mensis affligetis animas vestras, nullumque opus facietis, sive indigena, sive advena qui peregrinatur inter vos.

30. In hac die expiatio erit vestri atque mundatio ab omnibus peccatis vestris. IX, 110.

31. Sabbatum requietionis est, et affligetis animas vestras. IX, 298.

CAPUT XVII.

11. Anima omnis carnis in sanguine est. V, 336.

CAPUT XIX.

2. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. VIII, 294.

4. Nolite converti ad idola, nec deos conflatiles facietis vobis. III, 134.

11. Non mentiemini. VII, 396.

17. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. V, 294, 376.

18. Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. (V, 245.) Diliges amicum tuum sicut teipsum. V, 294.

19. Leges meas custodite. Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. II, 257.

CAPUT XX.

11. Qui dormierit cum noverca sua, et revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. VII, 380.

17. Rem nefariam operati sunt. VIII, 157.

CAPUT XXI.

6. Sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus. VIII, 294.

CAPUT XXII.

3. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, et quæ obtulerunt filii Israël Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. VIII, 294.

CAPUT XXIII.

3. Dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus. Omne opus non facietis in eo. VII, 340.

5. Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam, Phase Domini est; et decima quinta die mensis hujus, solemnitas Azymorum est. IX, 334.

7. Omne opus servile non facietis in eo. VII, 340.

15. Numerabitis, ab altero die sabbati in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas. II, 321.

16. Usque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est quinquaginta dies; et sic offeretis sacrificium novum Domino. IX, 110.

32. A vespera ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. IX, 334.

CAPUT XXIV.

5. Accipies quoque similam, et coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas. IX, 113.

9. Eruntque Aaron et filiorum ejus ut comedant eos in loco sancto : quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo. IV, 504.

16. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur; lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. (IV, 426.) Qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur.

17. Qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur. IV, 350.

CAPUT XXV.

8. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta novem. II, 321.

36. Ne accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti.

37. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, et frugum superabundantiam non exiges. VII, 104.

CAPUT XXVI.

1. Ego Dominus Deus vester : non facietis vobis idolum et sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra ut adoretis eum. III, 133.

CAPUT XXVII.

2. Homo qui votum fecerit, et sponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium.

9. Animal quod immolari potest Domino, si quis voverit, sanctum erit;

10. Et mutari non poterit; consecratum erit Domino. VII, 295, 296.

14. Homo si voverit domum suam...

16. Si agrum possessionis suæ voverit et consecraverit Domino. VII, 265.

28. Omne quod Domino consecratur, sive animal, sive ager, non vendetur nec redimi poterit : quidquid semel fuerit consecratum sanctum sanctorum erit Domino.

29. Et omnis consecratio quæ offertur ab homine non redimetur, sed morte morietur. VII, 252.

30. Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, et illi sanctificantur. VII, 240.

AUCTORITATES EX LIBRO NUMERORUM.

CAPUT V.

12. Vir cujus uxor erraverit, maritumque contemnens,

13. Dormierit cum altero viro, et hoc maritus deprehendere non quiverit, sed latet adulterium, et testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro. VIII, 144.

23. Scribet sacerdos in libello ista maledicta, et delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit.

24. Et dabit ei bibere.

27. Quas cum biberit, si polluta est, et contempto viro adulterii rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, et inflato ventre computrescet femur : eritque mulier in maledictionem, et in exemplum omni populo.

28. Quod si polluta non fuerit, erit innoxia, et faciet liberos.

29. Ista est lex zelotypiæ. VIII, 144.

CAPUT X.

35. Surge, Domine, et dissipentur inimici tui, et fugiant qui oderunt te a facie tua. V, 339.

CAPUT XII.

2. Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne et similiter nobis locutus est? I, 114.

6. Audite sermones meos : si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.

7. At non talis servus meus Moyses...

8. Ore enim ad os loquar ei et palam (1, 117), et non per ænigmata et figuras Dominum videt. I, 114, 116.

13. Clamavitque Moyses ad Dominum dicens : Deus; obsecro, sana eam.

14. Cui respondit Dominus : Si pater ejus spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, et postea revocabitur.

15. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus. IX, 270.

CAPUT XV.

25. Quoniam sponte non peccaverunt. IV, 348.

CAPUT XVI.

10. Idcirco ad se fecit accedere te et omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotium vindicetis. II, 327.

CAPUT XVIII.

16. Cujus redemptio erit post unum mensem siclis argenti quinque. III, 185.

21. Filiis Levi dedi omnes decimas Israëlis in possessionem, pro ministerio quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis.

23. ...Nihil aliud possidebunt.

24. Decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum et necessaria separavi. VII, 240.

26. Præcipe Levitis atque denuntia : Cum acceperitis a filiis Israël decimas quas dedi vobis, primitias earum afferte Domino, id est decimam partem decimæ.

27. Ut reputetur vobis in oblationem primitivorum tam de areis quamde torcularibus,

28. Et universis quorum accipitis primi-

tias, offerte Domino, et date Aaron sacerdoti. VII, 245.

31. Pretium est pro ministerio quo servitis in tabernaculo testimonii. VII, 456.

CAPUT XIX.

15. Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, immundum erit. VIII, 83.

20. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio ecclesiæ. VIII, 463.

CAPUT XX.

12. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron : Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. IX, 270.

CAPUT XXI.

2. At Israël voto se Domino obligans ait : Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes ejus.

3. Exaudivitque Dominus preces Israël et tradidit Chananæum, quem ille interfecit subversis urbibus ejus.

23. Venit in Jasa, pugnavitque contra eum.

24. A quo percussus est in ore gladii. V, 364.

CAPUT XXII.

28. Aperuitque Dominus os asinæ, et locuta est : Quid feci tibi? cur percutis me? ecce jam tertio.

30. Dixit asina : Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consuevisti usque in præsentem diem? dic quid simile unquam fecerim tibi? At ille ait : Nunquam. II, 300.

CAPUT XXIII.

19. Non est Deus quasi homo ut mentiatur, neque ut filius hominis ut mutetur. V, 6.

CAPUT XXIV.

17. ORIETUR STELLA ex Jacob. II, 314: III, 178, 179.

19. De Jacob erit qui dominetur et perdat reliquias civitatis.

23. Heu! quis victurus est quando ista faciet Deus? II, 338.

CAPUT XXV.

11. Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis (II, 327), avertit iram meam a filiis Israël : quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israël in zelo meo. IV, 256.

16. Locutus est Dominus ad Moysen dicens :

17. Hostes vos sentiant Madianitæ, et percutite eos. V, 364.

CAPUT XXVIII.

3. Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis : agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum.

4. Unum offeretis mane, et alterum vespere.

5. Decimam partem ephi similæ quæ conspersa sit oleo purissimo et habeat quartam partem hin. III, 111.

17. Et quinta decima die solemnitas : septem diebus vescentur azymis. IX, 104.

CAPUT XXX.

3. Si quis vivorum votum Domino voverit aut se constrinxerit juramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. VII, 319.

16. Sin autem contradixerit postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem ejus. VII, 263.

CAPUT XXXIII.

3. Profecti igitur de Ramesse mense primo, decima quinta die mensis primi altera die Phase. IX, 111, 112.

CAPUT XXXVI.

6. Hæc lex super filiabus Salphaad a Domino promulgata est : Nubant quibus volunt, tantum ut suæ tribus hominibus.

7. Ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. III, 164. Omnes enim viri ducent uxores de tribu et cognatione sua.

8. Et cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient, ut hæreditas permaneat in familiis. III, 164, 165.

AUCTORITATES EX DEUTERONOMIO.

CAPUT I.

16. Quod justum est judicate. VI, 104.

CAPUT IV.

2. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo : custodite mandata Domini Dei vivi, quæ ego præcipio vobis. II, 354 : IV, 91.

15. Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis.

16. Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel fœminæ. III, 133.

19. Ne forte.... errore deceptus, adores ea et colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus. III, 133.

20. Vos Dominus eduxit de fornace ferrea Ægypti. IV, 412.

23. Cave ne.., facias tibi sculptam similitudinem eorum quæ fieri Deus prohibuit. III, 140.

25. Deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem. III, 140.

29. Cumque quæsieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum : si tamen toto corde quæsieris, et tota tribulatione animæ tuæ. III, 85; IX, 293.

39. Deus in cœlo sursum, et in terra deorsum, et non sit alius. I, 61.

CAPUT V.

7. Non habebis deos alienos in conspectu meo. III, 133.

8. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium quæ in cœlo sunt desuper, et quæ in terra deorsum, et quæ versantur in aquis sub terra. III, 133.

9. Non adorabis ea et non coles; ego enim

sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator. III, 133.

16. Honora patrem tuum et matrem. V, 83, 316.

21. Non concupisces. VIII, 184, 186.

CAPUT VI.

4. Audi Israel : Dominus Deus noster Dominus unus est. I, 97 ; II, 19.

5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. III, 339 : V, 83, 313, 316.

13. Dominum Deum tuum timebis, ac per nomen ejus jurabis. VII, 356.

CAPUT VII.

2. Tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas usque ad internecionem. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum. V, 364.

3. Neque sociabis cum eis conjugia. X, 218.

8. Dilexit vos Dominus, eduxitque vos in manu forti et redemit de domo servitutis de manu Pharaonis regis Ægypti. III, 78.

14. Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis. VIII, 125, 153.

CAPUT X.

20. Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies. III, 139.

CAPUT XI.

10. Terra enim ad quam ingrederis possidendam,

11. Montuosa est et campestris, de cœlo expectans pluvias. II, 330.

CAPUT XII.

6. Offeretis in loco illo holocausta..... et vota atque donaria, primogenita boum et ovium. VII, 265.

11. Et quidquid præcipuum est in muneribus, quæ vovebitis Domino. VII, 265.

23. Ne sanguinem comedas, sanguis enim eorum pro anima est ; et idcirco non debes animam comedere cum carnibus. IX, 68, 69.

26. Quæ autem sanctificaveris et voveris Domino tolle, et venies ad locum quem elegerit Dominus. VII, 265.

32. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino ; nec addas quidquam, nec minuas. IV, 451 ; VII, 373.

31. Non facies similiter Domino Deo tuo ; omnes enim abominationes quas aversatur Dominus fecerunt, diis suis offerentes filios et filias, et comburentes igni. VII, 302.

CAPUT XV.

11. Præcipio tibi ut aperias manum fratri tuo egeno et pauperi. V, 352.

CAPUT XVI.

2. Immolabis phase Domino Deo tuo de ovibus et de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. IX, 108,

3. Non comedes in eo panem fermentatum ; septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem. IX, 108.

5. Non poteris immolare phase in qualibet urbium tuarum,

6. Sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi. IX, 104.

18. Judices et magistros constitues in omnibus portis tuis, ut judicent populum justo judicio. VI, 104.

19. Non accipies personam nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum et mutant verba justorum. VI, 371.

CAPUT XVII.

6. In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. VI, 308, 311, 330.

13. Cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. IX, 108.

CAPUT XVIII.

15. *Prophetam* de gente tua et de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus : ipsum audies. II, 441.

18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, et ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. II, 316.

19. Qui autem verba ejus quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam. VIII, 379.

CAPUT XIX.

15. In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. VI, 308, 311, 330.

CAPUT XX.

10. Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primum pacem.

11. Si receperit, et aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, salvabitur, et serviet tibi sub tributo. VII, 338.

16. De his autem civitatibus quæ dabuntur tibi nullam omnino permittes vivere.

17. Sed interficies in ore gladii, Hethæum videlicet et Amorrhæum et Chananæum, Pheresæum et Hevæum, et Jebusæum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.

18. Ne forte doceant vos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt diis suis, et peccetis in Deum vestrum. VII, 339.

CAPUT XXI.

15. Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam et alteram odiosam, genuerintque ex eo liberos, et fuerit filius odiosæ primogenitus,

16. Volueritque substantiam inter filios suos dividere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum et præferre filio odiosæ. X, 158.

17. Sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia : iste enim est principium liberorum ejus, et huic debentur primogenita. VII, 454.

CAPUT XXII.

5. Non induetur mulier veste virili, nec vir veste muliebri. VIII, 212.

22. Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, id est, adulter et adultera : et auferes malum de Israel. VIII, 155.

CAPUT XXIII.

1. Non intrabit eunuchus, attritis vel amputatis testiculis et abscisso veretro, ecclesiam Domini. VI, 286.

2. Non ingredietur mamzer, hoc est, de scorto natus, in ecclesiam Domini, usque ad decimam generationem. VI, 286.

17. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel.

18. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium carnis in domo Domini Dei tui : quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum. VIII, 137.

19. Non fœnerabis fratribus ad usuram, pecuniam, fruges, nec quamlibet aliam rem.

20. Sed alieno. VI, 108, 109.

21. Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. VII, 256, 261, 265.

22. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. VII, 265.

23. Quod autem semel egressum est de labiis tuis observabis, et facies sicut promisisti Domino Deo tuo, et propria voluntate et ore tuo locutus es. VII, 260.

CAPUT XXIV.

1. Si acceperit homo uxorem et habuerit eam, et non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudii et dabit in manu illius, et dimittet eam de domo sua.

2. Cumque egressa alterum maritum duxerit,

3. Et ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii et dimiserit de domo sua,

4. Non poterit prior maritus recipere eam in uxorem. X, 173. Quia polluta et abominabilis facta est coram Domino. X, 172.

16. Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur. III, 86.

CAPUT XXV.

2. Sin autem eum qui peccavit dignum viderint plagis, prosternent, et coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit et plagarum modus. III, 208.

5. Quando habitaverint fratres simul, et unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus, et suscitabit semen fratris sui.

6. Et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen ejus in Israel. III, 167.

13. Non habebis in sacculo diversa pondera, majus et minus.

16. Abominatur enim Deus tuus eum qui facit hæc, et aversatur omnem injustitiam. VI, 253.

CAPUT XXVI.

16. Hodie Dominus Deus tuus præcipet tibi ut facias mandata hæc atque judicia, et custodias et impleas ex toto corde tuo, et ex tota anima tua. IV, 2[illegible]9, 245.

CAPUT XXVII.

20. Maledictus qui dormit cum uxore patris sui. VIII, 16.

22. Maledictus qui dormit cum sorore sua filia patris sui vel matris suæ.

23. Maledictus qui dormit cum socru sua. VIII, 16.

26. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficiet. IV, 422.

CAPUT XXVIII.

12.... Fœnerabis gentibus multis, et ipse a nullo fœnus accipies. VII, 112.

CAPUT XXX.

6. Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum et cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo. III, 345.

11. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi non est supra te, neque procul positum. III, 345.

12. Nec in cœlo situm, ut possis dicere : Quis nostrum valet ad cœlum ascendere ut deferat illud ad nos et audiamus atque opere compleamus?

14. Sed juxta te est sermo valde in ore et in corde tuo, ut facias illum. III, 345.

20. Ipse est vita tua et longitudo dierum. III, 410.

CAPUT XXXII.

4. Dei perfecta sunt opera et omnes viæ ejus judicia : Deus fidelis et absque ulla iniquitate, justus et rectus. II, 242; IV, 356.

6. Numquid non ipse est pater tuus qui possedit te, et fecit et creavit te? II, 28.

7. Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; majores tuos, et dicent tibi. V, 88.

12. Dominus solus dux ejus fuit, et non erat cum eo Deus alienus. II, 24.

17. Immolaverunt dæmoniis et non Deo, diis quos ignorabant. Novi recentesque venerunt quos non coluerunt patres eorum. VII, 374.

18. Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui.

21 Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus. III, 135 : VII, 374.

39. Videte quod ego sim solus et non sit alius Deus præter me : ego occidam, et ego vivere faciam. I, 97 : VI, 25, 223, 226.

40. Vivo ego in æternum. I, 95.

41. His qui oderunt me retribuam. V, 359.

AUCTORITATES EX LIBRO JOSUE.

CAPUT I.

14. Vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, et pugnate pro eis. V, 364.

CAPUT II.

1. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, et quieverunt apud eam.

4. Tollensque mulier viros, abscondit et ait : Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam unde essent. III, 333.

14. Cumque tradiderit nobis Dominus terram, faciemus in te misericordiam et veritatem. III, 333.

CAPUT V.

2. Fac tibi cultros lapideos et circumcide secundo filios Israël. VIII, 463.

3. Fecit quod jusserat Dominus, et cir-

cumcidit filios Israël in colle Præputiorum. III, 183.

CAPUT VI.

17. Sola Rahab meretrix vivat, cum universis qui cum ea in domo sunt : abscondit enim nuntios quos direximus. III, 333.

20. Ascendit unusquisque per locum qui contra se erat, ceperuntque civitatem.

21. Et interfecerunt omnia quæ erant in ea, a viro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem. V, 364.

25. Rahab vero meretricem, et domum patris ejus, et omnia quæ habebat, fecit Josue vivere; et habitaverunt in medio Israël usque in præsentem diem, eo quod absconderit nuntios quos miserat ut explorarent Jericho. III, 333.

CAPUT VII.

15. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua.

24. Tollens itaque Josue Achan filium Zari....

25. Dixit : Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in hac die. Lapidavitque eum omnis Israël, et cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. IV, 412.

CAPUT VIII.

15. Josue vero et omnis Israël cesserunt loco, simulantes metum, et fugientes per solitudinis viam. VII, 403.

24. Igitur omnibus interfectis qui Israëlem ad deserta tendentem fuerant persecuti, et in eodem loco gladio corruentibus, reversi filii Israël percusserunt civitatem. V, 364.

25. Erant autem qui in eodem die conciderant, a viro usque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes urbis Haï. V, 364.

CAPUT IX.

3. Qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Josue Jericho et Haï,

4. Et callide cogitantes,

6. Perrexerunt ad Josue, et dixerunt ei atque simul omni Israeli : De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. VII, 339.

15. Fecitque Josue cum eis pacem, et initio fœdere pollicitus est quod non occiderentur : principes quoque multitudinis juraverunt eis.

17. Moverunt castra filii Israël, et venerunt in civitates eorum die tertio; quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, et Caphira. VII, 339.

18. Et non percusserunt eos, eo quod jurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israël. Murmuravit itaque omne vulgus contra principes. VII, 339.

19. Qui responderunt eis : Juravimus illis in nomine Domini Dei Israël, et idcirco non possumus eos contingere.

21. Sed sic vivant, ut in usus universæ multitudinis ligna cedant, aquasque comportent. VII, 339, 340.

CAPUT X.

7. Ascendit Josue de Galgalis, et omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi. V, 364.

8. Dixitque Dominus ad Josue : Ne timeas eos; in manus enim tuas tradidi illos : nullus ex eis tibi resistere poterit.

9. Irruit itaque Josue super eos repente.

10. Contrivitque plaga magna in Gabaon. V, 364.

CAPUT XIV.

13. Nomen Hebron antea vocabatur Cariath-Arbe : Adam maximus ibi inter Enacim situs est. III, 213.

CAPUT XV.

25. Et Carioth. III, 208.

CAPUT XXII.

17. An parum vobis est, quod peccatis in Beelphegor? et usque in præsentem diem macula hujus sceleris in vobis permanet. IV, 394.

CAPUT XXIV.

15. Optio vobis datur, eligite hodie quod placet, cui servire potissimum debeatis, utrum diis quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum in quorum terra habitatis? Ego autem et domus mea serviemus Domino. IV, 82.

AUCTORITATES EX LIBRO JUDICUM.

CAPUT II.

1. Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad locum Flentium II, 162.

CAPUT IV.

4. Erat autem Debbora prophetis, uxor Lapidoth, quæ judicabat populum in illo tempore.

5. Et sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama et Bethel, in monte Ephraïm; ascendebantque ad eam filii Israël in omne judicium. VI, 222, 223.

23. Humiliavit ergo Deus in die illo Jabin regem Chanaan coram filiis Israël.

24. Qui crescebant quotidie, et forti manu opprimebant Jabin regem Chanaan, donec delerent eum. II, 320.

CAPUT VI.

14. Spiritus Domini induit Gedeon. VII, 303.

CAPUT VII.

13. Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo; et in hunc modum referebat quod viderat : Vidi somnium, et videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volvi, et in castra Madian descendere; cumque pervenisset ad tabernaculum, percussit illum atque subvertit, et terræ funditus coæquavit. VII, 382.

14. Respondit is cui loquebatur : Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filii Joas viri Israelitæ; tradidit enim Dominus in manus ejus Madian, et omnia castra ejus.

15. Cumque audisset Gedeon somnium, et interpretationem ejus, adoravit, et reversus ad castra Israël, ait : Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian. VII, 382.

CAPUT XI.

29. Factus est ergo super Jephte spiritus Domini, et circuiens Galaad, et Manasse, Maspha quoque Galaad, et inde transiens ad filios Ammon. VII, 303.

30. Votum vovet Domino dicens : Si tradideris filios Ammon in manus meas,

31. Quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit revertenti cum pace a filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. VII, 302.

34. Revertente autem Jephte in Maspha, domum suam, occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis et choris : non enim habebat alios filios. VII, 302.

35. Qua visa, scidit vestimenta sua et ait : Heu me! filia mea, decepisti me et decepta es.

37. Dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes, et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis;

38. Cui ille respondit : Vade....

39. Expletis duobus mensibus, reversa est ad patrem suum, et fecit ei sicut voverat quæ ignorabat virum. VII, 302.

CAPUT XIV.

11. Cum ergo cives loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta ut essent cum eo. VIII, 91.

CAPUT XVI.

1. Abiit quoque in Gazam, et vidit ibi mulierem meretricem, ingressusque est ad eam. VI, 285.

4. Post hæc amavit mulierem quæ habitabat in valle Sorec, et vocabatur Dalila. VI, 285.

28. At ille, invocato Domino, ait : Domine Deus, memento mei, et redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis, et pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam.

29. Et apprehendens ambas columnas, etc. VI, 285.

30. Ait : Moriatur anima mea cum Philistiim. VI, 229, 285.

CAPUT XXI.

1. Juraverunt quoque filii Israël in Maspha, et dixerunt : Nullus nostrum dabit filiis Benjamin de filiabus suis uxorem. III, 164, 165.

2. Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo, et in conspectu ejus sedentes usque ad vesperam, levaverunt vocem, et magno ululatu cœperunt flere, dicentes :

3. Quare, Domine Deus Israël, factum est hoc malum in populo tuo, ut hodie una tribus auferatur ex nobis?

6. Ductique pœnitentia filii Israël super fratre suo Benjamin, cœperunt dicere : Ablata est tribus una de Israël.

7. Unde uxores accipient? Omnes enim in commune juravimus non daturos nos his filias nostras.

8. Idcirco dixerunt : Quis est de universis tribubus Israël qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inventi sunt habitores Jabes Galaad in illo exercitu non fuisse. VIII, 198.

12. Inventæque sunt de Jabes Galaad quadringentæ virgines quæ nescierunt virum, et adduxerunt eas ad castra in Silo, in terram Chanaan.

13. Miseruntque nuntios ad filios Benjamin, qui erant in Petra Remmon, et præceperunt eis ut eos susciperent in pace.

14. Veneruntque filii Benjamin in illo tempore, et datæ sunt eis uxores de filiabus Jabes Galaad : alias autem non repererunt, quas simili modo traderent. VIII, 198.

15. Universusque Israël valde doluit, et egit pœnitentiam super interfectione unius tribus ex Israël.

16. Dixeruntque majores natu : Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt uxores? Omnes in Benjamin fœminæ conciderunt.

17. Et magna nobis cura ingentique studio providendum est ne una tribus deleatur ex Israël.

18. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti juramento et maledictione, qua diximus : Maledictus qui dederit de filiabus suis uxorem Benjamin. VIII, 198.

19. Ceperuntque concilium atque dixerunt : Ecce solemnitas Domini est in Silo anniversaria, quæ sita est ad septentrionem urbis Bethel, et ad orientalem plagam viæ quæ de Bethel tendit ad Sichimam, et ad meridiem oppidi Lebona.

20. Præceperuntque filiis Benjamin, atque dixerunt : Ite, et latitate in vineis.

21. Cumque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis, et rapite ex eis singuli uxores singulas, et pergite in terram Benjamin.

22. Cumque venerint patres eorum ac fratres, et adversus vos queri cœperint atque jurgari, dicemus eis : Miseremini eorum; non enim rapuerunt eas jure bellantium atque victorum : sed rogantibus ut acciperent, non dedistis, et a vestra parte peccatum est. VIII, 198.

23. Feceruntque filii Benjamin ut sibi fuerat imperatum; et juxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros uxores singulas, abieruntque in possessionem suam, ædificantes urbes et habitantes in eis.

24. Filii quoque Israël reversi sunt per tribus et familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israël; sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. VIII, 198.

AUCTORITATES EX LIBRO RUTH.

CAPUT IV.

4. Si vis possidere jure propinquitatis, eme et posside. Sin autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, ut sciam quid facere debeam. Nullus enim est propinquus, excepto te, qui prior es, et me qui secundus sum. At ille respondit : Ego agrum emam.

5. Cui dixit Booz : Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Mohabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere, ut suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.

6. Qui respondit : Cedo juri propinquitatis : neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo; tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor.

13. Tulit itaque Booz Ruth, et accepit uxorem. III, 165, 166.

AUCTORITATES EX LIBRO I REGUM.

CAPUT II.

6. Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit. VI, 229.

25. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Dominus; si autem in Dominum peccaverit, quis orabit pro eo? IX, 237.

27. Venit vir Dei ad Heli, et ait ad eum : Hæc dicit Dominus : Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui, cum essem in Ægypto in domo Pharaonis?

28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Israël mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me : et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israël. IV, 256.

30. Quare calce abjecisti victimam meam, et munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo, et magis honorasti filios tuos quam me, ut comederetis primitias omnis sacrificii Israël populi mei?

31. Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum, et brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua.

34. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni et Phinees : in die uno morientur ambo. IV, 256.

CAPUT III.

11. Et dixit Dominus ad Samuelem : Ecce ego facio verbum in Israël : Quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus.

12. In die illa suscitabo adversum Heli omnia quæ locutus sum super domum ejus : incipiam, et complebo. IV, 256.

13. Prædixi enim ei quod judicaturus essem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eo quod noverat indigne agere filios suos, et non corripuerit eos.

14. Idcirco juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis et muneribus usque in æternum. IV, 256.

CAPUT IV.

4. Misit ergo populus in Silo, et tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super cherubim : erantque duo filii Heli cum arca fœderis Dei, Ophni et Phinees.

5. Cumque venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israël clamore grandi, et personuit terra.

11. Et arca Dei capta est : duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni et Phinees. II, 317.

CAPUT VII.

3. Præparate corda vestra Domino. III, 423.

5. Dixit autem Samuel : Congregate universum Israël in Masphath, ut orem pro vobis Dominum.

8. Dixeruntque ad Samuelem : Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philistinorum. VII, 189.

CAPUT VIII.

4. Congregati ergo universi majores natu Israël, venerunt ad Samuelem in Ramatha. III, 17.

5. Dixeruntque ei : Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis : constitue nobis regem, ut judicet nos, sicut et universæ habent nationes. VII, 203.

6. Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod dixisset : Da nobis regem, ut judicet nos. Et oravi Samuel ad Dominum.

7. Dixit autem Dominus ad Samuelem : Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi; non enim te abjecerunt sed me, ne regnem super eos. VII, 203 : X, 173.

21. Et audivit Samuel omnia verba populi et locutus est ea in auribus Domini.

22. Dixit autem Dominus ad Samuelem : Audi vocem eorum et constitue super eos regem. VII, 203.

CAPUT X.

1. Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput ejus, et deosculatus est eum, et ait : Ecce unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, et liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt; et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem. II, 317.

CAPUT XIV.

44. Et ait Saül : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia morte morieris, Jonatha. VII, 303.

45. Dixitque populus ad Saül : Ergone Jonathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israël? hoc nefas est : vivit Dominus! si ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Liberavit ergo populus Jonathan, ut non moreretur. VII, 305.

CAPUT XV.

3. Nunc ergo vade et percute Amalec et demolire universa ejus; non parcas ei, non concupiscas ex rebus aliquid : IV, 211. Sed

interfice a viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem. V, 364.

7. Percussitque Saül Amalec ab Hevila, donec venias ad Sur...

8. Omne vulgus interfecit in ore gladii. V, 364.

20. Imo audivi vocem Domini, et ambulavi in via per quam misit me Dominus, et adduxi Agag regem Amalec, et Amalec interfeci.

21. Tulit autem de præda populus oves et boves, primitias eorum quæ cæsa sunt, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis. IV, 211.

22. Melior est obedientia quam victimæ. VII, 184, 237 : VIII, 5.

24. Dixitque Saül ad Samuelem : Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini et verba tua. IV, 211.

CAPUT XVIII.

26. Cumque renuntiassent servi ejus David, verba quæ dixerat Saül, placuit sermo in oculis David ut fieret gener regis.

27. Et post paucos dies surgens David abiit cum viris qui sub eo erant, et percussit ex Philistiim ducentos viros, et attulit eorum præputia, et annumeravit ea regi, ut esset gener ejus. Dedit itaque Saül ei Michol filiam suam. uxorem. III, 165.

CAPUT XX.

5. Dixit autem David ad Jonathan : Ecce calendæ sunt crastino, et ego ex more sedere soleo juxta regem ad vescendum : dimitte ergo me ut abscondar in agro usque ad vesperam diei tertiæ.

6. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei : Rogavit me David ut iret celeriter in Bethleem civitatem suam; quia victimæ solemnes ibi sunt universis contribulibus suis. VII, 402.

8. Si est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, et ad patrem tuum ne introducas me. IV, 73.

CAPUT XXI.

2. Et ait David ad Achimelech sacerdotem : Rex præcepit mihi sermonem, et dixit : Nemo sciat rem propter quam missus es a me, et cujusmodi præcepta tibi dederim : nam et pueris condixi in illum et illum locum. VII, 402.

6. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. Neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant a facie Domini, ut ponerentur panes calidi. IV, 504.

12. Posuit autem David sermones istos in corde suo, et extimuit valde a facie Achis regis Geth.

13. Et immutavit os suum coram eis, et collabebatur inter manus eorum, et impingebat in ostia portæ, defluebantque salivæ ejus in barbam. VII, 403.

CAPUT XXII.

22. Ego sum reus omnium animarum patris tui. VII, 405.

CAPUT XXVII.

8. Et ascendit David et viri ejus, et agebant prædas de Gessuri, et de Gerzi, et de Amalecitis. VII, 403.

9. Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum et mulierem.

10. Dicebat autem ei Achis : In quem irruisti hodie? Respondebat David : Contra meridiem Judæ, et contra meridiem Jerameel et contra meridiem Ceni. VII,402, 404.

CAPUT XXVIII.

11. Dixitque ei mulier : Quem suscitabo tibi? Qui ait : Samuelem mihi suscita.

12. Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamavit voce magna, et dixit ad Saül : Quare imposuisti mihi? tu es enim Saül. VII, 390.

13. Dixitque ei rex : Noli timere. Quod vidisti? Et ait mulier ad Saül : Deos vidi ascendentes de terra. VII, 390.

14. Intellexit Saül quod Samuel esset.....

15. Dixit Samuel ad Saül : Quare inquietasti me ut suscitarer?

16. Et ait Samuel. III, 150 : VII, 390.

19. Et dabit Dominus etiam Israël tecum in manus Philistiim. Cras autem tu et filii tui mecum eritis. VII, 390, 391.

AUCTORITATES EX LIBRO II REGUM.

CAPUT II.

5. Misit ergo David nuntios ad viros Jabes Galaad, dixitque ad eos : Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saül, et sepelistis eum.....

6. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam et veritatem. V, 338.

CAPUT V.

2. Tu pasces populum meum Israël. IV, 450.

CAPUT VII.

12. Cumque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus.

13. Ipse ædificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum. III, 168.

14. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium. Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, et in plagis filiorum hominum.

15. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saül, quem amovi a facie mea. IX, 266.

16. Et fidelis erit domus tua et regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus jugiter. III, 168.

CAPUT VIII.

1. Percussit David Philistiim, et humiliavit eos ; et tulit David frenum tributi de manu Philistinorum.

2. Et percussit Moab, et mensus est eos funiculo, coæquans terræ.

3. Et percussit David Adarezer filium Rohob regem Soba, quando profectus est ut dominaretur super flumen Euphraten. V, 364.

CAPUT IX.

13. Miphiboseth de mensa regis jugiter vescebatur. VII, 192.

CAPUT XII.

10. Quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quod despexeris me, et tuleris uxorem Uriæ Hæthei, ut esset uxor tua. IX, 270.

11. Ego suscitabo super te malum de domo tua, et tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus.

12. Tu enim fecisti abscondite, ego autem faciam in conspectu omnis Israël et in conspectu solis. IV, 359, 360.

13. Dominus transtulit peccatum tuum, non morieris.

14. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. IV, 399.

CAPUT XVI.

10. Quid mihi et vobis, filii Sarviæ? Dimittite eum ut maledicat. II, 426. Dominus enim præcepit ei ut malediceret David? III, 51 : IV, 359.

CAPUT XIX.

27. Fac quod placitum est tibi. VI, 116.

30. Etiam cuncta accipiat. VI, 116.

CAPUT XXI.

1. Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter : et consuluit David oraculum Domini. Dixitque Dominus : Propter Saül, et domum ejus sanguinum, quia occidit Gabaonitas. VII, 339.

4. Dixeruntque Gabaonitæ....

5. Virum qui attrivit nos et oppressit iniique, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe ejus in cunctis finibus Israël.

6. Dentur nobis septem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saül, quondam electi Domini : et ait rex, Ego dabo.

9. Et dedit eos in manu Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram Domino. VII, 339.

CAPUT XXIV.

1. Addidit furor irasci Domini contra Israël, commovitque David in eis dicentem : Vade, numera Israël et Judam. IV, 359.

AUCTORITATES EX LIBRO III REGUM.

CAPUT I.

16. Inclinavit se Bethsabee, et adoravit regem. VII, 234.

23. Et nuntiaverunt regi dicentes : Adest Nathan propheta. Cumque introisset in conspectu regis, et adorasset eum pronus in terra. VII, 234.

52. Dixitque Salomon : Si fuerit vir bonus, non cadet ne ullus quidem capillus in terram; sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur. VI, 324.

CAPUT II.

15. Translatum est regnum et factum est fratris mei; a Domino enim constitutum est ei. VI, 324.

19. Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonia : et surrexit rex in occursum ejus, adoravitque eam, et sedit super thronum suum; positusque est thronu matris regis, quæ sedit ad dexteram ejus. III, 238.

22. Responditque Salomon et dixit matri suæ : Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? Postula ei et regnum : ipse enim est frater meus major me, et habet Abiathar sacerdotem et Joab filium Sarviæ. VI, 323.

CAPUT III.

12. Dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. II, 270.

CAPUT VIII.

27. Cœli cœlorum te capere non possunt. I, 88.

39. Ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum). II, 182.

46. Non est homo qui non peccet. III, 349, 352.

CAPUT X.

28. Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, et de Coa. III, 207.

29. Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, et equus centum quinquaginta. III, 207.

CAPUT XI.

2. Dixit Dominus filiis Israël : Non ingrediemini ad eas..... certissime enim avertent corda vestra ut sequamini deos eorum. I, 195, 196.

41. Reliquum autem verborum Salomonis, et omnia quæ fecit, et sapientia ejus : ecce universa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis. IX, 264, 267.

43. Dormivit Salomon cum patribus suis, et sepultus est in civitate David. IX, 266.

CAPUT XII.

1. Venit autem Roboam in Sichem : illuc enim congregatus erat omnis Israël ad constituendum eum regem. II, 317.

8. Qui dereliquit concilium seniorum, quod dederant ei, et adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo, et assistebant illi. IV, 211.

13. Respondit rex populo dura, derelicto concilio seniorum quod ei dederant.

15. Et non acquievit rex populo, quoniam aversatus fuerat eum Dominus. IV, 211.

20. Factum est autem cum audisset omnis

Israël quod reversus esset Jeroboam, miserunt, et vocaverunt eum congregato cœtu, et constituerunt eum regem super Israël, nec secutus est quisquam domum David præter tribum Juda solam. II, 317.

CAPUT XIII.

30. Et posuit cadaver ejus in sepulcro suo, et planxerunt eum : Heu, heu, mi frater!

31. Cumque planxissent eum, dixit ad filios suos : Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulcro in quo vir Dei sepultus est : juxta ossa ejus ponite ossa mea. V, 338.

CAPUT XVII.

4. Corvisque præcepi ut pascant te ibi. IV, 360.

CAPUT XVIII.

26. Qui cum tulissent bovem, quem dederat eis, fecerunt : et invocabant nomen Baal de mane usque meridiem, dicentes : Baal, exaudi nos. VII, 335.

27. Clamate : Deus enim est, et forsitan cum alio loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. VII, 336.

28. Clamabant ergo voce magna. VII, 335.

CAPUT XIX.

10. Dereliquerunt pactum tuum filii Israël, altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, et quærunt animam meam aut auferant eam. V, 109.

18. Derelinquam mihi in Israël septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal. V, 109, 110.

CAPUT XXI.

2. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens : Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina est, et prope domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem : aut si commodius tibi putas, argenti pretium, quanto digna est. VIII, 29.

18. Descende in occursum Achab regis Israël.... ecce ad vineam Naboth descendit ut possideat eam.

19. Et loqueris ad eum dicens : Hæc dicit Dominus : Occidisti, insuper et possedisti. Post hæc addes : Hæc dicit Dominus : In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. IV, 446.

21. Et ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, et interficiam de Achab mingentem ad parietem et clausum et ultimum in Israël.

22. Et domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabat, et sicut domum Baasa filii Ahia : quia egisti ut me ad iracundiam provocares, et peccare fecisti Israël. III, 168.

CAPUT XXII.

21. Ego decipiam illum.

22. Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus IV, 300. Decipies et prævalebis : egredere et fac ita. IV, 339.

23. Dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum. IV, 359, 360.

AUCTORITATES EX LIBRO IV REGUM.

CAPUT II.

9. Dixit Eliseus : Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus. II, 20.

16. Spiritus Domini. II, 20.

CAPUT V.

17. Dixitque Naaman.... Non faciet ultra servus tuus holocaustum diis alienis, nisi Domino. I, 449.

18. Hoc solum est de quo depreceris Dominum pro servo tuo : quando ingredietur dominus meus templum Remmon ut adoret, et illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.

19. Qui dixit ei : Vade in pace. V, 38, 39 : VII, 387.

23. Dixitque Naaman : Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, et duplicia vestimenta, et imposuit duobus pueris suis, qui et portaverunt coram eo. VII, 435.

CAPUT VI.

16. Noli timere : plures enim nobiscum sunt quam cum illis. II, 210.

19. Non est hæc via, neque ista est civitas; sequemini me et ostendam vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam, etc. VII, 402.

CAPUT VIII.

10. Dixit ei Eliseus : Vade, dic ei : Sanaberis : porro ostendit mihi Dominus quia morte morietur. VII, 403, 406.

24. Et dormivit Joram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in civitate David, et regnavit Ochosias filius ejus pro eo. III, 168.

CAPUT X.

18. Congregavit ergo Jehu omnem populum et dixit ad eos : Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius. V, 39.

19. Nunc igitur omnes prophetas Baal et universos servos ejus, et cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me : nullus sit qui non veniat; sacrificium enim grande est mihi Baal : quicumque defuerit, non vivet. Porro Jehu faciebat hoc insidiose, ut disperderet cultores Baal.

20. Et dixit : Sanctificate diem solemnem Baal. V, 39.

23. Ingressusque Jehu et Jonadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal : Perquirite et videte ne quis forte vobiscum sit de servis Domini, sed ut sint servi Baal soli.

24. Ingressi sunt igitur ut facerent victimas et holocausta. V, 39.

CAPUT XI.

2. Joas filium Ochoziæ. III, 168.

CAPUT XII.

20. Servi ejut percusserunt Joas...

21. Et mortuus est..... regnavitque Amasias filius ejus pro eo. III, 168.

CAPUT XIII.

19. Si percusisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem. I, 177, 195, 212.

21. Quidam autem sepelientes hominem viderunt latronculos, et projecerunt cadaver in sepulcro Elisei. Quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo, et stetit super pedes suos. III, 148.

CAPUT XV.

32. Joatham filius Oziæ regis Juda. III, 168.

CAPUT XX.

1. Venit Isaias filius Amos propheta dixitque ei : Hæc dicit Dominus Deus : Præcipe domui tuæ; morieris enim tu et non vives. I. 196 : VII, 403.

CAPUT XXII.

20. Colligam te ad patres tuos, ut non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum in locum istum. VII, 192.

CAPUT XXIII.

13. Excelsa quoque, quæ erant in Jerusalem... quæ ædificaverat Salomon rex Israël, Astaroth idolo Sidoniorum, et Chamos offensioni Moab, et Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex.

14. Et contrivit statuas, et succidit lucos : replevitque loca eorum ossibus mortuorum. IX, 266, 267.

29. Ascendit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regem Assyriorum ad flumen Euphraten : et abiit Josias rex in occursum ejus; et occisus est in Mageddo, cum vidisset eum.

30. Et portaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo; et pertulerunt in Jerusalem, et sepelierunt eum in sepulcro suo. III, 169.

CAPUT XXIV.

5. Et dormivit Joakim cum patribus suis.

6. Et regnavit Joachin filius ejus pro eo. III, 169.

CAPUT XXV.

7. Filios Sedeciæ occidit coram eo, et oculos ejus effodit, vinxitque eum catenis, et adduxit in Babylonem. II, 315.

27. Factum est vero in anno trigesimo septimo transmigrationis Joachim regis Juda, mense duodecimo, vigesima septima die mensis, sublevavit Evilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Joachin regis Juda de carcere.

28. Et locutus est ei benigne; et posuit thronum ejus super thronum regum qui erant cum eo in Babylone. II, 315, 316 : III, 169.

AUCTORITATES EX LIBRO I PARALIPOMENON.

CAPUT I.

18. Arphaxad autem genuit Sale, qui et ipse genuit Heber. III, 168.

19. Porro Heber nati sunt duo filii : nomen uni Phaleg, quia in diebus ejus divisa est terra; et nomen fratris ejus Jectan. VI, 59.

CAPUT III.

15. Filii autem Josiæ fuerunt, primogenitus Johanan, secundus Joakim, tertius Sedecias, quartus Sellum. III, 169.

16. De Joakim natus est Jechonias et Sedecias. III, 169.

17. Filii Jechoniæ fuerunt Azir et Salathiel. III, 169.

18. Melchiram, Phadaia, etc. III, 169.

19. De Phadaia orti sunt Zorobabel et Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam et Salomith, sororem eorum. III, 169.

CAPUT VI.

15. Porro Josedec egressus est, quando transtulit Dominus Judam et Jerusalem per manus Nabuchodonosor. III, 167, 168, 169.

CAPUT XIV.

4. Et hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Jerusalem : Samua et Sobad, Nathan et Salomon. III, 16.

CAPUT XVII.

14. Et statuam eum in domo mea, et in regno meo usque in sempiternum, et thronus ejus erit firmissimus in perpetuum. IX, 266.

CAPUT XXI.

1. Consurrexit Satan contra Israël, et concitavit David ut numeraret Israël. IV, 360.

CAPUT XXIX.

21. Obtulerunt holocaustum die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille. IX, 111.

AUCTORITATES EX LIBRO II PARALIPOMENON.

CAPUT I.

17. Quadrigam equorum sexcentis argenteis; et equum centum quinquaginta. III, 207, 208.

CAPUT IV.

19. Fecitque Salomon omnia vasa domus Dei, et altare aureum, et mensas, et super eas panes propositionis. VIII, 285.

20. Candelabra quoque cum lucernis suis ut lucerent ante oraculum juxta ritum, ex auro purissimo.

21. Et florentia quædam, et lucernas et forcipes aureas : omnia de auro mundissimo facta sunt. VIII, 285.

CAPUT VI.

30. Propitiare et redde unicuique secundum vias suas quas nosti eum habere in corde

suo. (Tu enim solus nosti corda filiorum hominum.) II, 182.

CAPUT VII.

5. Mactavit Salomon rex hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia, X, 108.

CAPUT IX.

29. Reliqua autem operum Salomonis priorum et novissimorum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ et libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo videntis contra Jeroboam filium Nabat. IX, 267.

CAPUT XXII.

11. Porro Josabet, filia regis, tulit Joas filium Ochosiæ, et furata est eum de medio filiorum regis cum interficerentur; absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum : Josabeth autem, quæ absconderat eum, erat filia regis Joram, uxor Joiadæ pontificis, soror Ochosiæ; et idcirco Athalia non interfecit eum. III, 165.

CAPUT XXVI.

18. Restiterunt regi, atque dixerunt : Non est tui officii, Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujuscemodi ministerium; egredere de sanctuario, ne contempseris; quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo. VII, 236.

CAPUT XXXIII.

15. Abstulit deos alienos, et simulacrum de domo Domini, aras quoque quas fecerat in Jerusalem, et projecti omnia extra urbem. IX, 267.

CAPUT XXXVI.

9. Octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset, et tribus mensibus ac decem diebus regnavit in Jerusalem, fecitque malum in conspectu Domini. II, 315.

10. Cumque anni circulus volveretur, misit Nabuchodonosor rex qui adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini. Regem vero constituit Sedeciam patruum ejus super Judam et Jerusalem. II, 315, 316.

AUCTORITATES EX LIBRO I ESDRÆ.

CAPUT I.

1. Ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ. II, 337.

CAPUT VI.

1. Darius rex præcepit.

11. Ut omnis homo qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, et erigatur et configatur in eo. III, 211.

CAPUT VII.

7. Ascenderunt de filiis Israël, et de filiis sacerdotum, in Jerusalem, anno septimo Artaxerxis regis. II, 324.

8. Et venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis. II, 324.

24. Vobis quoque notum facimus de universis sacerdotibus, et levitis, et cantoribus, et janitoribus, nathinæis, et ministris domus Dei hujus, ut vectigal, et tributum, et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. VI, 221.

AUCTORITATES EX LIBRO II ESDRÆ.

CAPUT I.

1. Et factum est in mense Caslen anno vigesimo, et ego eram in Susis castro. II, 324.

CAPUT II.

1. Factum est autem in mense Nisan anno vigesimo Artaxerxis regis. II, 324.

CAPUT XI.

10. Et de sacerdotibus, Idaia filius Joarib. II, 327.

AUCTORITATES EX LIBRO TOBIÆ.

CAPUT I.

19. Tobias, etc.

20. Mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat. V, 338.

CAPUT II.

3. Jejunus pervenit ad corpus.

4. Tollensque illud portavit ad domum suam occulte, ut dum sol occubuisset, caute sepeliret eum.

7. Cum vero sol occubuisset, abiit et sepelivit eum. V, 338 : IX, 107.

9. Sed Tobias plus timens Deum quam regem, rapiebat corpora occisorum, et occultabat in domo sua, et mediis noctibus sepeliebat ea. V, 338.

12. Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et sancti Job. IV, 407.

CAPUT IV.

13. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, et præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. VIII, 156.

14. Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. II, 204, 301, 302 : VIII, 207.

CAPUT V.

7. At ille respondit : Ex filiis Israël.

18. Ego sum Azarias, Ananiæ magni filius. VII, 402, 404.

CAPUT VIII.

3. Raphaël angelus apprehendit dæmonium, et religavit illud in deserto Ægypti. II, 162, 163.

8. Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistique ei adjutorium Evam. II, 274.

CAPUT XII.

7. Sacramentum regis abscondere bonum est : opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est. VIII, 214.

9. Eleemosyna a morte liberat, et ipsa est quæ purgat peccata, et facit invenire misericordiam et vitam æternam. V, 339.

12. Quando orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos (V, 338), et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tua, et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. VII, 190.

13. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. IV, 407.

15. Ego enim sum Raphaël angelus, unus ex septem qui astamus ante Dominum. II, 230.

19. Videbar quidem vobiscum manducare et bibere; sed ego cibo invisibili et potu qui ab hominibus videri non potest, utor. II, 158, 424 : III, 231.

20. Tempus est ut revertar ad eum qui me misit. II, 229.

AUCTORITATES EX LIBRO JUDITH.

CAPUT IX.

2. Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, et denudaverunt femur virginis in confusionem. V, 386.

3. Et dedisti mulieres illorum in prædam et filias illorum in captivitatem, et omnem prædam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum. V, 383.

4. Tu enim fecisti priora, et illa post illa cogitasti; et hoc factum est quod ipse voluisti. I, 419.

5. Tua judicia in tua providentia posuisti. I, 397.

CAPUT X.

10. Judith transivit per portas, ipsa et abra ejus.

12. Quæ respondit : Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi a facie eorum, quoniam futurum agnovi quod dentur vobis in deprædationem, pro eo quod contemnentes vos noluerunt ultro tradere seipsos ut invenirent misericordiam in conspectu vestro. VII, 402, 404.

13. Hac de causa cogitavi mecum dicens : Vadam ad faciem principis Holophernis ut indicem illi secreta illorum, et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, ita ut non cadat vir unus de exercitu ejus. VII, 402.

CAPUT XI.

4. Et dixit illi Judith : Sume verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ perfectam rem faciet Dominus. VII, 402.

CAPUT XII.

7. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, et baptizabat se in fonte aquæ. VIII, 376.

13. Judith respondit : Quæ ego sum ut contradicam domino meo?

14. Omne quod erit ante oculos ejus bonum et optimum faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. VII, 402.

CAPUT XVI.

21. Dabit ignem et vermes in carnes eorum ut urantur et sentiant usque in sempiternum. II, 216 : IV, 414.

31. Dies autem victoriæ hujus festivitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, et colitur a Judæis ex illo tempore usque in præsentem diem. VII, 373.

AUCTORITATES EX LIBRO ESTHER.

CAPUT VI.

9. Sic honorabitur quemcumque voluerit rex honorare. VIII, 330.

CAPUT XIII.

9. Domine, rex omnipotens. in ditione enim tua cuncta sunt posita, et non est qui possit tuæ resistere voluntati (I, 259), si decreveris salvare Israël.

11. Dominus omnium es, nec est qui resistat majestati tuæ. I, 329, 409.

CAPUT XIV.

12. Domine rex deorum, et universæ potestatis.

13. Transfer cor illius in odium hostis nostri. I, 329 : III, 400.

14. Domine, qui habes omnium scientiam. I, 153.

CAPUT XV.

11. Convertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem. I, 329 : III, 400.

AUCTORITATES EX LIBRO JOB.

CAPUT I.

7. Circuivi terram et perambulavi eam. II, 170, 223.

CAPUT II.

2. Circuivi terram et perambulavi eam. II, 223.

CAPUT IV.

18. In Angelis suis reperit pravitatem. II, 199.

CAPUT V.

7. Homo nascitur ad laborem. II, 306.

CAPUT IX.

2. Et quod non justificetur homo compositus Deo. III, 432.

21. Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. III, 427.

CAPUT X.

9. Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me. II, 274.

22. Ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. II, 211.

CAPUT XI.

8. Excelsior cœlo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces?

9. Longior terra mensura ejus et latior mari. I, 64 : 80, 88.

CAPUT XII.

4. Deridetur justi simplicitas. VI, 372.

CAPUT XIV.

3. Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in judicium. IV, 364.

4. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? IV, 364.

CAPUT XV.

15. Cœli non sunt mundi in conspectu ejus. II, 460.

CAPUT XIX.

25. Scio quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum.

26. Et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum. I, 102.

27. Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt, et non alius. I, 102, 103 : II, 314, 315.

CAPUT XX.

26. Devorabit eum ignis qui non succenditur. II, 216 : IV, 414.

CAPUT XXI.

14. Dixerunt Deo : Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus. I, 302, 361.

CAPUT XXII.

3. Quid prodest Deo si justus fueris? V, 348.

13. Quid enim novit Deus? Quasi per caliginem judicat.

14. Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, et circa cardines cœli perambulat. I, 79, 158, 397.

CAPUT XXIV.

3. Dirige me in veritate tua, et doce me. IV, 220, 222.

23. Ipsi fuerunt rebelles lumini. I, 302, 361.

CAPUT XXV.

5. Ecce luna etiam non splendet, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. II, 460.

6. Quanto magis homo putredo, et filius hominis vermis! III, 432.

CAPUT XXVI.

11. Columnæ cœli contremiscunt et pavent ad nutum ejus. V, 266.

CAPUT XXXI.

18. Ab infantia mea crevit mecum miseratio. IV, 264.

CAPUT XXXV.

6. Si peccaveris, quid ei nocebis? IV, 280.

7. Si juste egeris, quid donabis ei? III, 436.

CAPUT XXXVII.

7. Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua. VII, 382.

11. Frumentum desiderat nubes. II, 330.

CAPUT XXXVIII.

28. Quis est pluviæ pater? Aut quis genuit stillas roris? III, 372.

CAPUT XL.

10. Ecce Behemot, quem feci tecum. II, 251.

CAPUT XLI.

25. Ipse est rex super universos filios superbiæ. II, 206.

CAPUT XLII.

5. Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. I, 102.

6. Ago pœnitentiam in favilla et cinere. IX, 454.

8. Job servus meus orabit pro vobis. VII, 189.

AUCTORITATES EX LIBRO PSALMORUM.

PSALM. II.

2. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus. II, 331 : V, 18.

6. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus. VI, 54.

7. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu. Ego hodie genui te. II, 5, 6, 70 : III, 226 : IX, 217.

8. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. II, 332 : V, 103 : VI, 54, 55.

9. Reges eos in virga ferrea. II, 319.

PSALM. III.

6. Ego dormivi, et soporatus sum, et exsurrexi, quia Dominus suscepit me. II, 331.

PSALM. IV.

3. Utquid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium? VI, 367 : VIII, 45.

5. Irascimini, et nolite peccare. VIII, 201.

6. Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino. VII, 237. Multi dicunt : Quis ostendit nobis bona? IV, 338.

7. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine! IV, 338.

PSALM. V.

5. Non Deus volens iniquitatem tu es. IV, 356.

7. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. VII, 399.

PSALM. VI.

1. Domine, ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. I, 64.

3. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum. IV, 421.

6. In inferno autem quis confitebitur tibi? II, 210.

PSALM. VII.

10. Scrutans corda et renes Deus. IV, 483.

11. Salvos facit rectos corde. II, 271.

PSALM. VIII.

7. Minuisti eum paulo minus ab angelis. II, 150.

8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas; insuper et pecora campi. II, 434 : VI, 14.

9. Volucres cœli, et pisces maris, qui perambulant semitas maris? II, 252.

PSALM. IX.

8. Dominus in æternum permanet. I, 93.

18. Convertantur peccatores in infernum. V, 293.

PSALM. X.

5. Dominus in templo sancto suo; Dominus, in cœlo sedes ejus. I, 80.

PSALM. XIII.

6. Omnes declinaverunt. I, 278.

PSALM. XIV.

1. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? VII, 107.

2. Qui ingreditur sine macula, et operatur justitiam. IV, 8, 400 : IX, 237.

4. Qui jurat proximo suo, et non decipit. VII, 312.

5. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. VII, 107.

PSALM. XV.

2. Dixi Domino : Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. V, 272.

5. Dominus pars hæreditatis meæ. IV, 12.

10. Non relinques animam meam in inferno; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. III, 223, 226, 229 : V, 76.

PSALM. XVI.

15. Satiabor cum apparuerit gloria tua. I, 107 : III, 78 : IV, 12, 22, 24.

PSALM. XVII.

4. Laudans invocabo Dominum : et ab inimicis meis salvus ero. VII, 335.

12. Et posuit tenebras latibulum suum. I, 38.

20. Salvum mefecit quoniam voluit me. I, 409.

26. Cum sancto sanctus eris I, 91, 449.

27. Et cum electo electus eris (I, 449), et cum perverso perverteris. I, 91.

28. Populum humilem salvum facies. I, 437.

30. In te eripiar a tentatione. III, 548.

PSALM. XVIII.

2. Cœli enarrant gloriam Dei. I, 24, 39.

5. In omnem terram exivit sonus eorum. V, 103.

6. In sole posuit tabernaculum suum. V, 100.

7. Nec est qui se abscondat a calore ejus. I, 306.

9. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. IV, 445.

13. Delicta quis intelligit? III, 427. Ab occultis meis munda me. IX, 425.

PSALM. XIX.

1. Quis habitabit in tabernaculo tuo. IX, 237.

PSALM. XXI.

2. Longe a salute mea verba delictorum meorum. III, 30.

7. Ego autem sum vermis, et non homo : opprobrium hominum, et abjectio plebis.

8. Omnes videntes me deriserunt me : locuti sunt labiis, et moverunt caput.

9. Speravit in Domino, eripiat eum; salvum faciat eum, quoniam vult eum. II, 331, 332.

17. Foderunt manus meas et pedes meos. V, 18.

18. Dinumeraverunt omnia ossa mea. II, 331, 332.

19. Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. II, 331, 332 : V, 18 : IX, 195.

28. Convertentur ad Dominum universi fines terræ : et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium. II, 317 : V, 103.

PSALM. XXII.

6. Misericordia tua subsequetur me. III, 581.

PSALM. XXIII.

1. Domini est terra, et plenitudo ejus. VI, 24.

3. Quis ascendet in montem Domini? IX, 257.

4. Qui nec juravit in dolo proximo suo. VII, 400.

10. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ! II, 223.

PSALM. XXIV.

7. Delicta juventutis meæ et ignorantias meas ne memineris. IV, 211, 347.

10. Universæ viæ Domini, misericordia et veritas. IV, 360.

11. Propitiaberis peccato meo; multum est enim. III, 359.

PSALM. XXV.

5. Odivi ecclesiam malignantium. V, 93.

PSALM. XXVI.

9. Adjutor meus esto. I, 443.

12. Insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi. II, 331.

PSALM. XXVIII.

3. Vox Domini super aquas : Dominus super aquas multas. VIII, 385.

PSALM. XXIX.

7. Non movebor in æternum. I, 446.

8. Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus. I, 446.

PSALM. XXX.

2. In te, Domine, speravi. II, 438 : V, 262.

6. In manus tuas commendo spiritum meum. II, 258.

20. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te! I, 446.

PSALM. XXXI.

1. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. III, 82, 430.

3. Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea. IX, 296.

5. Dixi : Confitebor adversum me. IX, 296.
10. Multa flagella peccatoris. (IV, 398.) Sperantem in Domino misericordia circumdabit. I, 437.

PSALM. XXXII.

1. Exsultate justi in Domino : rectos decet collaudatio. II, 271.
3. Cantate ei canticum novum ; bene psallite ei in vociferatione. VII, 335, 336.
6. Verbo Domini cœli firmati sunt (I, 162) ; et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. I, 162 : II, 6, 10.
9. Quoniam ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit, et creata sunt. VI, 372 : IX, 52.
15. Qui finxit sigillatim corda eorum ; qui intelligit omnia opera eorum. I, 153, 158 : II, 263.

PSALM. XXXIII.

2. Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus ejus in ore meo. VII, 335.
14. Labia tua ne loquantur dolum. VII, 400.
15. Diverte a malo, et fac bonum. IV, 308.
16. Oculi Domini super justos. I, 64.

PSALM. XXXIV.

3. Effunde framcam. III, 311.
11. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. II, 331 : III, 6.
15. Congregata sunt super me flagella. II, 331 : V, 18.

PSALM. XXXV.

4. Noluit intelligere ut bene ageret. IV, 71.
9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ ; et torrente voluptatis potabis eos. IV, 24 : VIII, 112, 120.

PSALM. XXXVI.

5. Spera in eo ; et ipse faciet. V, 255.
23. Apud Dominum gressus hominis dirigentur : et viam ejus volet. IV, 162.
27. Declina a malo, et fac bonum. VI, 11.
30. Os justi meditabitur sapientiam. I, 160
39. Salus justorum a Domino. 1, 404.

PSALM. XXXIX.

8. In capite libri scriptum est de me.
9. Ut facerem voluntatem tuam : Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei. II, 461 : III, 56.
18. Ego autem mendicus sum, et pauper. VI, 402.

PSALM. XL.

5. Sana animam meam, quia peccavi tibi. III, 359 : IV, 421.

PSALM. XLII.

1. De gente non sancta. 1, 453.

PSALM. XLIII.

19. Non recessit retro cor nostrum : et non declinasti semitas nostras a via tua. IV, 359, 360.

PSALM. XLIV.

2. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. V, 67, 68.
3. Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in æternum. III, 29, 196.
5. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. III, 29, 196.
7. Sedes tua Deus in sæculum sæculi : virga directionis virga regni tui. II, 33, 319, 320.
8. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. II, 402.

PSALM. XLV.

10. Arcum conteret, et confringet arma. II, 338.

PSALM. XLVII.

9. Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum (I, 145), in civitate Dei nostri : Deus fundavit eam in æternum. I, 145 : V, 107.

PSALM. XLVIII.

11. Simul insipiens et stultus peribunt. II, 154, 250.
13. Homo, cum in honore esset, non intellexit : comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis. II, 257 : VI, 224.

PSALM. XLIX.

7. Audi, populus meus, et loquar ; Israël, et testificabor tibi : Deus Deus tuus ego sum. II, 332.
8. Non in sacrificiis tuis arguam te : holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. II, 332.
9. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. II, 332.
14. Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. II, 332.

PSALM. L.

3. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. IV, 200. Dele iniquitatem meam. III, 429.
6. Tibi soli peccavi (II, 345) ; ut justificeris in sermonibus tuis. III, 462.
7. Ecce in iniquitatibus conceptus sum : et in peccatis concepit memater mea. IV, 364.
9. Asperges me hyssopo, et mundabor ; lavabis me, et super nivem dealbabor. III, 429 : IV, 394 : VIII, 388.
11. Omnes iniquitates meas dele. III, 429.
12. Cor mundum crea in me, Deus. III, 422 : VIII, 198.
14. Redde mihi lætitiam salutaris tui ; et spiritu principali confirma me. II, 138.
18. Si voluisses sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis. VII, 237.
19. Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies. VII, 237 : VIII, 410 : IX, 322.

PSALM. LII.

1. Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus. I, 40.
4. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt. II, 250.

PSALM. LVII.

11. Lætabitur justus cum viderit vindictam. IV, 174 : V, 293.

PSALM. LVIII.

11. Misericordia ejus præveniet me. III, 381.

PSALM. LIX.

6. Dedisti metuentibus te significationem : ut fugiant a facie arcus. IV, 337.

PSALM. LXI.

13. Quia tu reddes unicuique juxta opera sua. IV, 421.

PSALM. LXII.

4. Labia mea laudabunt te.

6. Et labiis exsultationis laudabit os meum. VII, 333.

12. Laudabuntur omnes qui jurant in eo. IV, 445.

PSALM. LXIV.

5. Beatus quem elegisti et assumpsisti. III, 2.

PSALM. LXV.

10. *Igne* nos examinasti, sicut examinatur argentum. IV, 412.

12. Transivimus per ignem et aquam. IV, 412.

13. Reddam tibi vota mea,

14. Quæ distinxerunt labia mea. VII, 263.

PSALM. LXVI.

2. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. IV, 338.

7. Benedicat nos Deus, Deus noster,

8. Benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terræ. II, 10.

PSALM. LXVII.

5. Iter facite ei qui ascendit super occasum. V, 18.

19. Ascendisti in altum, cepisti captivitatem : accepisti dona in hominibus. II, 332.

PSALM. LXVIII.

4. Defecerunt oculi mei. V, 110.

5. Quæ non rapui, tunc exsolvebam, III, 80.

6. Delicta mea a te non sunt abscondita. I, 158.

10. Zelus domus tuæ comedit me. III, 39.

13. Adversum me loquebantur qui sedebant in porta : et in me psallebant qui bibebant vinum. VI, 354.

21. Sustinui qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur, et non inveni. III, 19.

22. Dederunt in escam meam fel; et in siti mea potaverunt me aceto. II, 332; V, 18.

29. Deleantur de Libro viventium : et cum justis non scribantur. I, 449.

PSALM. LXX.

5. Patientia mea, Domine. V, 271.

9. Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. III, 463.

PSALM. LXXI.

8. Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. II, 316, 332 : IV, 103.

9. Coram illo procident Æthiopes : et inimici ejus terram lingent.

10. Reges Tharsis et insulæ munera offerent; reges Arabum et Saba dona adducent. III, 179.

11. Et adorabunt eum omnes reges terræ (III, 184) : omnes gentes servient ei. II, 58, 316.

14. Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum. IV, 405.

18. Qui facit mirabilia solus. V, 24.

19. Benedictum nomen majestatis ejus in æternum, et replebitur majestate ejus omnis terra. II, 316.

PSALM. LXXII.

23. Quid mihi est in cœlo? et a te quid volui super terram? IV, 12.

26. Pars mea Deus in æternum. IV, 12.

PSALM. LXXIII.

1. Iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ. V, 94.

23. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. II, 211, 213 : V, 339.

PSALM. LXXV.

4. Confregit potentias arcuum. V, 102, 103.

5. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. I, 93.

12. Vovete, et reddite Domino Deo vestro. VII, 263.

PSALM. LXXVI.

4. Memor fui Dei, et delectatus sum. VII, 186.

PSALM. LXXVII.

18. Tentaverunt Deum in cordibus suis :

19. Numquid poterit Deus parare mensam in deserto? VII, 392.

24. Pluit illis manna ad manducandum. V, 82.

57. Averterunt se, et non servaverunt pactum : quemadmodum patres eorum, conversi sunt in arcum pravum. II, 333.

PSALM. LXXVIII.

6. Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, et in regna quæ nomen tuum non invocaverunt. I, 39 : IV, 345.

PSALM. LXXXI.

1. Deus stetit in synagoga deorum. I, 98.

4. Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate. VI, 326, 327.

6. Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes. I, 98.

7. Vos autem sicut homines moriemini. I, 98 : II, 369.

PSALM. LXXXIII.

3. Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini (III, 411). Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. IV, 256 : VII, 184.

12. Gratiam, et gloriam dabit Dominus. III, 420 : VII, 189.

PSALM. LXXXIV.

11. Misericordia, et veritas obviaverunt sibi : justitia et pax osculatæ sunt. III, 86.

PSALM. LXXXV.

9. Omnes gentes quascumque fecisti, venient. II, 317.

PSALM. LXXXVIII.

4. Juravi David servo meo :

5. Usque in æternum præparabo semen tuum. III, 164.
27. Ipse invocabit me : Pater meus es tu. II, 112.
29. In æternum servabo illi misericordiam meam et testamentum meum fidele ipsi.
30. Et ponam in sæculum sæculi semen ejus : et thronum ejus sicut dies cœli. V, 107.
49. Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem? III, 212.

PSALM. LXXXIX.

4. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit. IV, 34.

PSALM. XC.

1. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. I, 285 : VII, 385.
11. Angelis suis mandavit de te : ut custodiant te in omnibus viis tuis. II, 178, 232.

PSALM. XCII.

5. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. V, 10.

PSALM. XCIII.

1. Deus ultionum libere egit. I, 259.
4. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? I, 71.

PSALM. XCIV.

4. In manu ejus sunt omnes fines terræ. I, 329.
8. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. I, 309.

PSALM. XCV.

5. Omnes dii gentium dæmonia. VII, 375.

PSALM. XCVI.

2. Nubeset caligo in circuitu ejus. I, 338.
7. Adorate eum, omnes Angeli ejus. II, 9 : IX, 96.

PSALM. XCVII.

8. Flumina plaudent manu, simul montes exsultabunt. II, 337.

PSALM. C.

8. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. VI, 225.

PSALM. CI.

19. Populus, qui creabitur, laudabit Dominum. II, 22, 355.
38. Tu idem ipse es, et anni tui non deficient. I, 93.

PSALM. CII.

5. Qui replet in bonis desiderium tuum. IV, 12.
7. Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israël voluntates suas. IV, 135.
8. Miserator et misericors Dominus ; longanimis, et multum misericors. I, 302.

PSALM. CIII.

4. Qui facis angelos tuos spiritus. II, 149, 150.
24. Omnia in sapientia fecisti. I, 162.
30. Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ. II, 10 : VIII, 387.
35. Deficiant peccatores a terra et iniqui, ita ut non sint. V, 293.

PSALM. CIV.

8. Memor fuit in sæculum testamenti sui : verbi quod mandavit in mille generationes. IV, 33.
15. Nolite tangere christos meos. II, 432.
25. Convertit cor eorum ut odirent populum ejus. IV, 359.
37. Non erat in tribubus eorum infirmus. VIII, 467.

PSALM. CV.

3. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? IX, 53.
43. Cito fecerunt, obliti sunt operum ejus. VII, 374.
19. Et fecerunt vitulum in Horeb : et adoraverunt sculptile.
20. Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. III, 139 : VII, 374.
21. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto,
22. Mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro. VII, 374.
35. Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum.
36. Et servierunt sculptibilibus eorum : et factum est illis in scandalum.
37. Et immolaverunt filios suos et filias suas dæmoniis. VII, 374.

PSALM. CVI.

32. Exaltent eum in ecclesiam plebis. V, 95.

PSALM. CVI.

1. Dixit Dominus Domino meo (I, 6 : II, 5, 70) : Sede a dextris meis.
3. Ante luciferum genui te. II, 5, 6.
4. Juravit Dominus et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. III, 110, 111 : VII, 312 : VIII, 180 : IX, 195, 230.
6. Implebit ruinas. II, 338, 459.

PSALM. CXIII.

1. In exitu Israël de Ægypto. III, 135.
3. Omnia quæcumque voluit fecit. I, 85, 254, 256, 269, 327.
4. Simulacra gentium argentum et aurum ; opera manuum hominum. VII, 372.
16. Cœlum cœli Domino : terram autem dedit filiis hominum. I, 80.

PSALM. CXV.

15. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. III, 455.

PSALM. CXVII.

1. Confitemini Domino, quoniam bonus. I, 76.
13. Impulsus eversus sum ut caderem, et Dominus suscepit me. III, 348.

PSALM. CXVIII.

1. Beati immaculati in via. IV, 394.
4. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. IV, 210.
7. Custodiendo sermones tuos.
11. In corde meo abscondi eloquia tua. IV, 133.
30. Judicia tua non sum oblitus. IV, 133.
33. Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum. VIII, 91.

36. Inclina cor meum in testimonia tua : et non in avaritiam. IV, 550.

63. Particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium mandata tua. IX, 460.

103. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel et favum, ori meo! III, 421.

105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. IV, 445 : V, 85.

112. Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem. V, 309.

113. Iniquos odio habui. V, 293, 360.

120. Confige timore tuo carnes meas : a judiciis enim tuis timui. III, 411 : IX, 304, 305.

164. Septies in die laudem dixi tibi. VII, 204.

PSALM. CXXI.

1. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi. III, 411.

PSALM. CXXII.

2. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. III, 156.

PSALM. CXXVIII.

2. Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi. V, 107.

3. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. II, 331, 332.

PSALM. CXXIX.

3. Si iniquitates observaveris, Domine : Domine, quis sustinebit? III, 456.

6. A custodia matutina usque ad noctem. VII, 219.

PSALM. CXXXI.

1. Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis ejus. III, 165 : VII, 189.

10. Propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui. III, 165 : VII, 189.

PSALM. CXXXII.

2. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. IX, 4.

PSALM. CXXXV.

4. Facit mirabilia magna solus. II, 415 : V, 24.

5. Qui fecit cœlos in intellectu. I, 162.

PSALM. CXXXVIII.

2. Tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam. III, 226.

3. Intellexisti cogitationes meas de longe. I, 158.

4. Omnes vias meas prævidisti. I, 178.

5. Cognovisti omnia, novissima et antiqua. I, 158, 178.

6. Mirabilis facta est scientia tua ex me. I, 156.

7. Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam?

8. Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. I, 80.

17. Nimis honorificati sunt amici tui, Deus. V, 271.

PSALM. CXL.

4. Ad excusandas excusationes in peccatis. VIII, 122.

5. Corripiet me justus in misericordia, et increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

PSALM. CXLII.

2. Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. III, 432, 454.

10. Doce me facere voluntatem tuam. IV, 133, 445.

PSALM. CXLIV.

9. Suavis Dominus universis. I, 436.

PSALM. CXLV.

4. Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam. II, 261.

6. Qui fecit cœlum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt. II, 235.

PSALM. CXLVI.

4. Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat. II, 269.

9. Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum. VII, 201.

PSALM. CXLVII.

20. Non fecit taliter omni nationi : et judicia sua non manifestavit eis. I, 300 : II, 342 : IV, 133.

PSALM. CXLVIII.

5. Ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt. I, 165.

AUCTORITATES EX LIBRO PROVERBIORUM.

CAPUT I.

4. Ut detur parvulis astutia. VI, 8.

7. Timor Domini principium sapientiæ. IX, 307.

24. Vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret. I, 270, 272, 301, 339 : III, 390.

CAPUT II.

5. Ne innitaris prudentiæ tuæ. IV, 202.

7. Ne sis sapiens apud temetipsum (IV, 202) : time Deum, et recede a malo. III, 410.

12. Quem diligit Dominus, corripit. VI, 260.

15. Pretiosior est cunctis opibus : et omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. VII, 393.

19. Dominus sapientia fundavit terram, stabilivit cœlos prudentia. I, 162.

CAPUT IV.

3. Unigenitus coram matre mea. II, 69.

7. In omni possessione tua acquire prudentiam. V, 8.

18. Justorum semita, quasi lux splendens, procedit et crescit usque ad perfectam diem. III, 462, 464 : V, 280.

24. Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te. VI, 262.

CAPUT VI.

16. Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus. IV, 426.

23. Mandatum lucerna est, et lex lux. IV, 445.

30. Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit; furatur enim ut esurientem impleat animam. VI, 289, 290.

31. Deprehensus reddet septuplum.

32. Qui autem adulter est perdet animam suam. V, 265 : VIII, 165.

CAPUT VIII.

15. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. IV, 449, 454, 493 : V, 147, 271.

7. Ego diligentes me diligo. VIII, 321, 322.

18. Mecum sunt divitiæ, et gloria, opes superbæ. VIII, 220.

22. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. II, 6, 151, 243, 333.

24. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram. II, 243.

25. Ante colles ego parturiebar.

26. Adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terræ. II, 243.

30. Cum eo eram cuncta componens. II, 6, 244.

CAPUT IX.

3. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem. I, 7.

5. Bibite vinum quod miscui vobis. IX, 123, 124, 125.

6. Ambulate per vias prudentiæ. VI, 8.

CAPUT X.

19. In multiloquio non decrit peccatum. VIII, 107.

30. Impii non habitabunt super terram, IV, 426.

CAPUT XI.

1. Statera dolosa, abominatio est apud Dominum. VI, 293, 294.

13. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana : qui autem fidelis est animi, celat amici commissum. VI, 375.

14. Ubi non est gubernator, populus corruet. IV, 449.

29. Qui stultus est, serviet sapienti. VI, 217.

CAPUT XII.

10. Novit justus jumentorum suorum animas : viscera autem impiorum crudelia. VI, 216.

26. Qui negligit damnum propter amicum, justus est. V, 304.

CAPUT XIII.

10. Inter superbos semper jurgia sunt. IV, 257.

16. Astutus omnia agit cum consilio. VI, 8.

24. Qui parcit virgæ, odit filium suum. VI, 238 : VIII, 25.

CAPUT XIV.

12. Est via quæ videtur homini justa : novissima autem ejus deducunt ad mortem. IV, 245.

22. Errant qui operantur malum. IV, 334 : VI, 368.

24. Corona sapientium, divitiæ eorum. VI, 396.

29. Timor Domini fons vitæ. IX, 307.

CAPUT XV.

8. Victimæ impiorum abominabiles Domino. III, 332.

CAPUT XVI.

1. Hominis est animam præparare, et Domini gubernare linguam. III, 358.

4. Universa propter semetipsum operatus est Dominus : impium quoque ad diem malum I, 467. : III, 247 : IV, 6, 356 : V, 271.

9. Cor hominis disponit viam suam : sed Domini est dirigere gressus ejus. III, 353, 358.

19. Acquire prudentiam, quia pretiosor est argento. VI, 8.

33. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur. I, 398 : VII, 382.

CAPUT XVII.

6. Gloria filiorum patres eorum. III, 153.

17. Omni tempore diligit qui amicus est. V, 289.

CAPUT XVIII.

3. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. VIII, 10.

5. Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii. VI, 206.

17. Justus prior est accusator sui. IX, 232.

CAPUT XIX.

4. Qui mendacia loquitur non effugiet. VII, 397.

CAPUT XX.

1. Luxuriosa res vinum. VIII, 91.

CAPUT XXI.

1. Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini : quocumque voluerit, inclinabit illud. I, 329, 333, 339 : III, 401, 404 : IV, 84.

13. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur. V, 340.

CAPUT XXII.

1. Melius est nomen bonum quam divitiæ multæ. V, 351, 353.

CAPUT XXIII.

13. Noli subtrahere a puero disciplinam; si enim percusseris eum virga, non morietur. VI, 353.

14. Tu virga percuties eum, et animam ejus de inferno liberabis. VI, 333 : VIII, 25.

21. Dantes symbola consumentur. V, 15.

29. Cui væ?

30. Nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis? VIII, 121.

CAPUT XXIV.

11. Erue eos qui ducuntur ad mortem. V, 326, 328.

15. Ne quæras impietatem in domo justi. V, 331.

16. Septies cadet justus, et resurget. IX, 420.

32. Quod cum vidissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam. IX, 266.

CAPUT XXV.

21. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. V, 294.

23. Ventus aquilo dissipat pluvias et facies tristis linguam detrahentem. VI, 565.

CAPUT XXVI.

4. Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. VI, 352.

20. Susurrone subtracto, jurgia cessabunt. VI, 386.

CAPUT XXVII.

23. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. IX, 367.

CAPUT XXVIII.

24. Qui subtrahit aliquid a patre suo et matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps est homicidæ. VI, 298.

CAPUT XXX.

1. Verba congregantis filii vomentis. IX, 266.

2. Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum. IX, 266.

8. Mendicitatem et divitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria. III, 198 : VII, 198.

AUCTORITATES EX LIBRO ECCLESIASTES.

CAPUT I.

2. Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. IX, 266.

7. Omnia flumina intrant in mare. II, 254.

15. Stultorum infinitus est numerus. VI, 117.

16. Ecce magnus effectus sum, et præcessi omnes sapientia qui fuerunt ante me in Jerusalem. II, 270.

CAPUT II.

9. Sapientia quoque perseveravit mecum. IX, 266.

CAPUT III.

11. Cuncta fecit bona in tempore suo, et mundum tradidit disputationi eorum. IV, 335.

18. Dixi in corde meo de filiis hominum. II, 262.

19. Unus est interitus hominis, et jumentorum, et æqua utriusque conditio : sicut moritur homo, sic et illa moriuntur; similiter spirant omnia, et nihil habet homo jumento amplius. II, 261, 262.

21. Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum? II, 258, 262.

CAPUT V.

3. Si quid vovisti Deo, ne moreris, reddere : displicet enim ei infidelis et stulta promissio.

4. Multo melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere. VI, 247, 256.

CAPUT VII.

12. Utilior est sapientia cum divitiis. VI, 396.

14. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. I, 310.

21. Non est homo justus in terra, qui faciat bonum, et non peccet. III, 349.

30. Hoc inveni quod fecerit Deus hominem rectum (II, 271, 275), et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. II, 250 : III, 274 : IV, 366.

CAPUT VIII.

3. Omne quod voluerit, faciet. I, 269.

CAPUT IX.

1. Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei : et tamen nescit homo utrum odio vel amore dignus sit. I, 451 : III, 426 : V, 143.

2. Sed omnia in futurum servantur incerta. I, 451 : IV, 143.

5. Mortui nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem. III, 449 : VII, 191.

10. Nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos. II, 210, 211.

CAPUT X.

1. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti. VIII, 288.

3. In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat. VI, 115.

11. Si mordeat serpens in silentio. IX, 336.

CAPUT XI.

3. Lignum, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. III, 448, 449.

4. Qui observat ventum, non seminat : et qui considerat nubes, nunquam metet. VII, 261.

CAPUT XII.

7. Revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. II, 258, 260, 262, 263.

AUCTORITATES EX CANTICO CANTICORUM.

CAPUT I.

1. Osculetur me osculo oris sui. V, 79.

3. Recti diligunt te. II, 271.

CAPUT II.

4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. V, 297.

CAPUT IV.

1. Quam pulchra es! absque eo, quod intrinsecus latet. VI, 220.

2. Sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro omnes gemellis fœtibus. VIII, 385.

7. Tota pulchra es, et macula non est in te. II, 449.

12. Hortus conclusus. V, 143.

13. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. II, 293, 297.

CAPUT VI.

3. Decorâ : ... terribilis ut castrorum acies ordinatâ. V, 103.

8. Una est columba mea. V, 102, 103.

9. Pulchra ut luna, electa ut sol. V, 103.

CAPUT VIII.

5. Sub arbore malo suscitavi te : ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. II, 298.

7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. V, 289.

AUCTORITATES EX LIBRO SAPIENTIÆ.

CAPUT I.

4. In malevolam animam non introïbit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. III, 153.

5. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. VIII, 288.

7. Spiritus Domini replevit orbem terrarum : et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. II, 10.

11. Os quod mentitur, occidit animam. VI, 399.

13. Deus mortem non fecit (II, 281), nec lætatur in perditione vivorum. I, 390.

16. Impii manibus et verbis accersierunt illam. I, 453.

CAPUT II.

16. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris tanquam ab immunditiis, et præfert novissima justorum, et gloriatur patrem se habere Deum.

17. Videamus si sermones illius veri sint, et tentemus quæ ventura sunt illi ; et sciemus quæ erunt novissima illius. II, 331.

18. Si enim est verus filius Dei, suscipiet eum, et liberabit eum de manibus contrariorum.

19. Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus et probemus patientiam illius.

20. Morte turpissima condemnemus eum. II, 331.

21. Hæc cogitaverunt, et erraverunt : excæcavit enim illos malitia eorum. II, 260.

23. Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis sui fecit illum. II, 266, 299 : IV, 366.

24. Invidia autem Diaboli mors intravit in orbem terrarum. II, 281, 299 : III, 275 : IV, 366.

CAPUT III.

1. Justorum animæ in manu Dei sunt,

2. Visi sunt oculis insipientium mori.

3. Illi autem sunt in pace. II, 260.

5. Deus tentavit eos, et invenit eos dignos se. III, 455, 457.

13. Felix est sterilis ; et incoinquinata quæ nescivit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. III, 159.

CAPUT IV.

11. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus. I, 197 : III, 367.

CAPUT V.

3. Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes : hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. II, 215.

5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. II, 215.

16. Justi in perpetuum vivent. II, 260 : IV, 41.

17. Dextera sua teget eos, et brachio sancto suo defendet illos.

18. Accipiet armaturam zelus illius, et armabit creaturam ad ultionem inimicorum. II, 238.

19. Induet pro thorace justitiam, et accipiet pro galea judicium certum.

20. Sumet scutum inexpugnabile, æquitatem. II, 238.

CAPUT VI.

8. Non subtrahet personam cujusquam Deus (II, 91). Æqualiter cura est illi de omnibus. I, 391, 422, 436.

9. Fortioribus fortior instat cruciatio. IV, 515.

CAPUT VII.

17. Ut sciam dispositiones orbis terrarum, et virtutes elementorum,

18. Vicissitudinum permutationes, et commutationes temporum,

19. Anni cursus et stellarum dispositiones. II, 269.

24. Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. I, 91.

CAPUT VIII.

1. Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. I, 397 : II, 228 : III, 369 : VIII, 222.

6. Quis horum quæ sunt, magis quam illa est artifex? I, 162.

7. Sobrietatem et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus. IV, 265.

8. Signa et monstra scit antequam fiant, et eventus temporum et sæculorum. I, 158.

19. Puer autem eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam.

20. Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. II, 266.

21. Scivi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det ; et hoc ipsum erat sapientiæ scire cujus esset hoc donum. III, 345.

CAPUT IX.

13. Quis hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? II, 332.

18. Per sapientiam sanati sunt quicumque tibi placuerunt, Domine. II, 307.

CAPUT X.

1. Hæc illum qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit.

2. Et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia. II, 307 : IV, 389.

17. Reddidit justis mercedem laborum suorum. VI, 289, 302.

CAPUT XI.

17. Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. IV, 401.

18. Creavit orbem terrarum, ex materia invisa. II, 240.

21. Sed omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti. I, 76.

24. Misereris omnium. I, 301.

25. Diligis omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti. III, 369 : V, 355.

26. Quomodo posset aliquid permanere nisi tu voluisses? I, 190.

CAPUT XII.

10. Et naturalis malitia ipsorum. IV, 276.

16. Omnium Dominus es. VI, 24.

CAPUT XIII.

1. Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei : et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est.

2. Sed aut ignem, aut spiritum, aut solem et lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. VII, 375.

5. A magnitudine speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. I, 24, 38.

9. Si tantum potuerunt scire ut possent æstimare sæculum : quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt? I, 38.

17. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est. VII, 371.

CAPUT XIV.

1. Alius navigare cogitans, et per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se, fragilius lignum invocat. VII, 371, 375, 376.

3. Tua autem, Pater, providentia gubernat. I, 397.

9. Similiter autem odio sunt Deo, impius et impietas ejus. III, 430 : IV, 335.

20. Multitudo hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc deum æstimaverunt. VII, 373.

21. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio; quoniam aut affectui, aut regibus deservientes homines, incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt. VII, 373, 376.

CAPUT XV.

13. Quoniam omnia idola nationum deos æstimaverunt, quibus neque oculorum usus est ad videndum. III, 135.

CAPUT XVI.

13. Tu es, Domine, qui vitæ et mortis habes potestatem. VI, 26., 216.

24. Creatura enim tibi factori deserviens. III, 105.

CAPUT XVIII.

14. Cum quietum silentium contineret omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet,

15. Omnipotens sermo tuus de cœlo a regalibus sedibus, durus debellator, in mediam exterminii terram prosilivit. III, 162, 177.

AUCTORITATES EX LIBRO ECCLESIASTICI.

CAPUT I.

8. Unus est Altissimus, creator omnipotens. II, 240.

25. Radix sapientiæ est timere Deum. III, 410.

27. Timor Domini expellit peccatum. III, 410 : IX, 265.

CAPUT III.

22. Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris : et in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. III, 322 : VIII, 222.

26. Multos quoque supplantavit suspicio illorum et in vanitate detinuit sensus illorum. VIII, 221, 222.

27. Qui amat periculum in illo peribit. IV, 209 : VIII, 149 : IX, 403.

CAPUT IV.

1. Eleemosynam pauperis ne defraudes, et oculos tuos ne transvertas a paupere. V, 340.

CAPUT V.

5. De propitiato peccato noli esse sine metu. III, 426.

8. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. IX, 298, 299.

CAPUT VI.

13. Amico fideli nulla est comparatio. VI, 376.

CAPUT VII.

14. Noli velle mentiri omne mendacium. IV, 423.

27. Trade filiam, et grande opus feceris; et homini sensato da illam. VIII, 9.

CAPUT VIII.

11. Non te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt a patribus suis. V, 88.

CAPUT X.

9. Avaro nihil est scelestius.

10. Nihil est iniquius quam amare pecuniam; hic enim animam suam venalem habet, quoniam in vita sua projecit intima sua. VIII, 25.

14. Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo.

15. Quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor ejus : quoniam initium omnis peccati est superbia. II, 204, 300 : VIII, 221.

CAPUT XIII.

19. Omne animal diligit simile sibi. IV, 256.

CAPUT XV.

1. Qui timet Deum, faciet bona. III, 410.

11. Non dixeris : Per Deum abest. I, 301.

12. Non dicas : Ille me implanavit. IV, 356.

14. Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui. I, 339 : IV, 82, 83, 167.

15. Adjecit mandata et præcepta sua :

16. Si volueris mandata servare, conservabunt te. III, 345.

17. Apposuit tibi aquam et ignem : ad quod volueris, porrige manum tuam. I, 359.

18. Ante hominem vita et mors, bonum et malum; quod placuerit ei dabitur illi. I, 422 : IV, 82, 83.

21. Nemini mandavit impie agere, et nemini dedit spatium peccandi. IV, 356.

CAPUT XVI.

4. Universa propter semetipsum operatus et Dominus. II, 238.

CAPUT XVII.

1. Deus creavit de terra hominem (II, 277), et secundum imaginem suam fecit illum. II, 314.

5. Creavit ex ipso adjutorium simile sibi (II, 277) : et disciplina intellectus replevit illos. II, 269.

6. Creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum. II, 269.

12. Mandavit illis unicuique de proximo suo. VII, 143 : VIII, 90 : IX, 398.

CAPUT XVIII.

1. Qui vivit in æternum, creavit omnia simul. II, 151, 251.

22. Ne verearis usque ad mortem justificari; quoniam merces Dei manet in æternum. III, 432, 455.

30. Post concupiscentias tuas non eas. IV, 324 : VIII, 193.

CAPUT XIX.

1. Qui spernit modica, paulatim decidet. IV, 427.

4. Qui credit cito, levis est corde. V, 11.

26. Ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur sensatus. VIII, 223.

CAPUT XX.

13. Exigua dabit, et multa exprobrabit. VI, 350.

31. Dona excæcant oculos judicum, et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum. VI, 323.

CAPUT XXI.

1. De pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. IX, 237.

4. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. IX, 237.

7. Qui timet Deum, convertetur ad cor suum. IX, 307.

13. Consummatio timoris Dei sapientia. IX, 307.

CAPUT XXIII.

9. Jurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa.

12. Vir multum jurans implebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga. VII, 312, 313.

CAPUT XXIV.

5. Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. II, 22, 58, 355.

6. Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens. II, 355.

7. Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.

8. Gyrum cœli circuivi sola, et profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi. II, 355.

12. Creator omnium; et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo. II, 22.

14. Ab initio, et ante sæcula creata sum. II, 22.

25. In me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis. I, 71.

45. Penetrabo omnes inferiores partes terræ (III, 224), illuminabo omnes sperantes in Domino. III, 225.

CAPUT XXV.

33. A muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur. IV, 378, 394.

CAPUT XXVIII.

11. Vir peccator conturbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam. VI, 371.

15. Susurro et bilinguis maledictus; multos enim turbabit pacem habentes. VI, 372.

CAPUT XXIX.

1. Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo. VIII, 112.

2. Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius.

10. Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt. VIII, 112.

12. Propter mandatum, assume pauperem : et propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum. V, 340.

13. Perde pecuniam propter fratrem et amicum tuum. V, 304.

15. Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo. V, 339.

CAPUT XXXI.

8. Beatus dives qui inventus est sine macula. IV, 394.

10. Erit illi gloria æterna : qui potuit transgredi et non est transgressus; facere mala et non fecit. IV, 83.

35. Vinum in jucunditatem creatum est, non ad ebrietatem, ab initio. VIII, 127.

CAPUT XXXIII.

10. Omnes homines de solo, et ex terra, unde creatus est Adam. II, 274.

13. Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud et disponere. II, 274.

14. Omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus : sic homo in manu illius qui se fecit. I, 329, 397 : III, 401 : IV, 84 : VIII, 116.

15. Intuere opera Altissimi, duo et duo, et unum contra unum. I, 248.

CAPUT XXXIV.

4. Ab immundo quid mundabitur? VIII, 291.

23. Dona iniquorum non probat Altissimus. III, 30.

30. Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit eum, quid proficit lavatio ejus? VIII, 288.

31. Homo qui jejunat in peccatis suis : et iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? IX, 467.

CAPUT XXXVII.

20. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, et ante omnem actum consilium stabile. IV, 210, 220.

23. Qui sophistice loquitur, odibilis erit. VII, 399, 400.

CAPUT XXXIX.

39. Omnia opera Domini bona. II, 199.

CAPUT XLI.

15. Curam habe de bono nomine : hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi et magni. VI, 25, 331, 339.

17. Sapientia abscondita et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque? III, 177.

CAPUT XLIV.

16. Henoch placuit Deo, et translatus est in paradisum, ut det gentibus pœnitentiam. II, 297.

17. Noë inventus est perfectus, justus, et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. V, 85.

20. Abraham magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi in gloria. V, 85.

CAPUT XLV.

1. Dilectus Deo et hominibus Moyses :

2. Similem illum fecit in gloria sanctorum. V, 85.

7. Excelsum fecit Aaron fratrem ejus.

8. Statuit illi testamentum æternum et dedit illi sacerdotium gentis. V, 85.

CAPUT XLVI.

16. Samuel propheta Domini.

23. Et post hoc dormivit ; et notum fecit regi, et ostendit illi finem vitæ suæ, et exaltavit vocem suam de terra in prophetia delere impietatem gentis. VII, 420.

CAPUT XLVII.

15. Salomon, quemadmodum eruditus es in juventute tua. IX. 265.

18. In cantilenis et proverbiis, et comparationibus, et interpretationibus miratæ sunt terræ.

21. Et inclinasti femora tua in mulieribus; potestatem habuisti in corpore tuo.

22. Dedisti maculam in gloria tua. IX, 265, 266.

AUCTORITATES EX ISAIA.

CAPUT I.

3. Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui. III, 175.

4. Væ genti peccatrici... Dereliquerunt Dominum, IV, 281.

11. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum. Holocausta arietum nolui. II, 332.

13. Neomeniam et sabbatum, et festivitates alias non feram.

14. Calendas vestras et solemnitates vestras odivit anima mea. II, 334.

16. Lavamini, mundi estote... quiescite agere perverse.

18. Et venite, et arguite me, dicit Dominus; si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. IX, 273.

CAPUT II.

2. Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes. II, 317, 338.

3. De Sion exibit lex et verbum Domini de Jerusalem. V, 18, 133.

4. Et judicabit gentes, et arguet populos multos (II, 334) : et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces : non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. II, 238.

20. In die illa projiciet homo idola argenti sui, et simulacra auri sui, quæ fecerat sibi ut adoraret, talpas et vespertiliones. VII, 373.

CAPUT III.

13. Stat ad judicandum Dominus. I, 64.

14. Rapina pauperis in domo vestra. VI, 38.

CAPUT IV.

4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion. IV, 394.

CAPUT V.

3. Judicate inter me et vineam meam.

4. Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci ei? I, 272. An quod expectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas? I, 339, 340 · III, 390.

22. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem! IV, 426 : VIII, 121.

CAPUT VI.

1. Vidi Dominum sedentem (I, 64) super solium excelsum et elevatum. I, 102.

2. Seraphim. II, 219, 228.

3. Clamabant alter ad alterum (II, 180, 219) : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum. II, 19.

6. Et volavit ad me unus de Seraphim, et

in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari. II, 228, 230.

9. Vade, et dices populo huic : Audite audientes et nolite intelligere. II, 10.

10. Excæca cor populi hujus, et aures ejus aggrava. V, 293.

CAPUT VII.

11. Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. II, 330.

12, Et dixit Achaz : Non petam, et non tentabo Dominum. VII, 397.

14. Ecce virgo concipiet, et pariet filium. I, 197 : II, 330 : III, 154, 156, 165 : V, 19 : VII, 476.

15. Ut sciat reprobare malum et eligere bonum. III, 50.

CAPUT IX.

6. *Parvulus natus* est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus; et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. II, 315, 459.

7. Super solium David et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud et corroboret in judicio et justitia, a modo et usque in sempiternum. II, 338, 363 : VII, 55.

CAPUT X.

5. Virga furoris mei et baculus ipse est. I, 329 : III, 401 : IV, 359.

6. Ad gentem fallacem mittam eum, et contra populum furoris mei mandabo illi ut auferat spolia.

7. Ipse autem non sic arbitrabitur, et cor ejus non ita existimabit, sed ad conterendum erit cor ejus. IV, 368.

15. Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si elevetur virga contra elevantem se, et exaltetur baculus qui utique lignum est. I, 329 : III, 401 : IV, 359.

CAPUT XI.

1. Egredietur virga de radice Jesse. II, 330 : III, 166 : V, 19.

2. Requiescet super eum spiritus Domini : spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis.

3. Et replebit eum spiritus timoris Domini. II, 436, 440.

4. Percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium.

5. Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus. II, 238.

6. Habitabit lupus cum agno (II, 238, 239), et pardus cum hœdo accubabit : vitulus et leo et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. II, 237.

7. Vitulus et ursus pascentur, simul requiescent catuli eorum : et leo quasi bos comedet paleas. II, 237.

10. Ipsum gentes deprecabuntur (II, 317); et erit sepulcrum ejus gloriosum. II, 332 : III, 152.

CAPUT XIII.

17. Ego suscitabo super eos Medos. 359.

CAPUT XIV.

12. Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris? II, 208.

13. Qui dicebas in corde tuo : In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum. II, 204, 208.

14. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. II, 152, 206.

24. Juravit Dominus exercituum, dicens : Si non ut putavi ita erit, et quomodo mente tractavi,

25. Sic eveniet : ut conteram Assyrium in terra mea.

26. Hoc consilium quod cogitavi. I, 188.

27. Dominus enim exercituum decrevit : et quis poterit infirmare (I, 269)? et manus ejus extenta, et quis avertet eam? I, 188, 329.

CAPUT XIX.

1. Ecce Dominus ascendet super nubem levem et ingredietur Ægyptum; et commovebuntur simulacra Ægypti a facie ejus, et cor Ægypti tabescet in medio ejus. III, 190.

19. In die illa erit altare Domini in medio Ægypti. II, 338.

21. Cognoscent Ægyptii Dominum, et colent eum in hostiis et muneribus, et vota vovebunt Domino et solvent. II, 333 ; V, 19 : VII, 260.

CAPUT XXII.

22. Et dabo clavem domus David super humerum ejus; et aperiet, et non erit qui claudat; et claudet, et non erit qui aperiat. IV, 450.

CAPUT XXIV.

21. In die illa visitabit Dominus super militiam cœli in excelso. II, 217.

23. Erubescet luna, et confundetur sol, cum regnaverit Dominus exercituum in monte Sion, et in Jerusalem. II, 337.

CAPUT XXV.

2. Posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum : ut non sit civitas, et in sempiternum non ædificetur. II, 320, 336.

CAPUT XXVI.

12. Omnia opera nostra operatus es nobis. I, 191, 328, 332 : III, 404.

17. Sicut quæ concipit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis : sic facti sumus a facie tua, Domine. IX, 264.

18. Concepimus, et quasi parturivimus et peperimus spiritum. IX, 305.

CAPUT XXVII.

1. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, et grandi et forti, super leviathan serpentem vectem, et super leviathan serpentem tortuosum. II, 305.

8. In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, judicabit eam. IV, 404, 410.

CAPUT XXIX.

11. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent : Lege istum ; et respondebit : Non possum, signatus est enim. V, 84.

CAPUT XXXIII.

14. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante (II, 218) ? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? IV, 414.

22. Dominus legifer nosters Dominus rex noster : ipse salvabit nos. II, 360.

CAPUT XXXV.

1. Florebit quasi lilium.

2. Germinans germinabit, et exultabit lætabunda et laudans. III, 174.

4. Deus ipse veniet, et salvabit vos.

5. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt.

6. Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum. II, 331.

8. Non transibit per eam pollutus.

9. Non erit ibi leo, et mala bestia non ascendet per eam. V, 96.

CAPUT XXXVIII.

1. Morieris tu, et non vives. I, 197 : VII, 427.

16. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. IIIAX, 65.

CAPUT XL.

2. Loquimini ad cor Jerusalem et advocate eam : quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius. VIII, 409 : IX, 294.

4. Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa et aspera in vias planas. II, 237.

16. Libanus non sufficiet ad succendendum, et animalia ejus non sufficient ad holocaustum. IX, 455.

18. Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? III, 141.

CAPUT XLI.

22. Accedant et nuntient nobis quæcumque ventura sunt; priora quæ fuerunt nuntiate; et ponemus cor nostrum. II, 179, 182.

23. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, et sciemus quia dii estis vos. I, 178 : II, 179 : VI, 19 : VII, 376.

CAPUT XLII.

1. Ecce servus meus, suscipiam eum. III, 105.

13. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum : vociferabitur et clamabit : super inimicos suos confortabitur. III, 237.

17. Confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili : Vos dii nostri. VII, 372.

CAPUT XLIII.

4. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus : ego dilexi te. III, 369.

24. Servire me fecisti in peccatis tuis. I, 380.

25. Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me. III, 429.

CAPUT XLIV.

24. Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram (II, 235), et nullus mecum. II, 240.

26. Qui dico Jerusalem : Habitaberis ; et civitatibus Juda : Ædificamini, et deserta ejus suscitabo. II, 321.

28. Pastor meus es (IV, 450), et omnem voluntatem meam complebis. III, 345.

CAPUT XLV.

1. Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes. II, 318.

9. Væ qui contradicit fictori suo, testa de samiis terræ ; numquid dicet lutum figulo suo : Quid facis, et opus tuum absque manibus est? II, 274 : IV, 84.

13. Ego suscitavi eum ad justitiam, et omnes vias ejus dirigam ; ipse ædificabit civitatem meam, et captivitatem meam dimittet. II, 321.

14. Hæc dicit Dominus : Labor Ægypti, et negotiatio Æthiopiæ, et Sabaim viri sublimes ad te transibunt et tui erunt : post te ambulabunt, vincti manicis pergent, et te adorabunt teque deprecabuntur : tantum in te est Deus, et non est absque te Deus.

15. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israël Salvator. I, 38 : II, 8, 268, 315, 318, 363.

18. Dominus formans terram, ipse plastes ejus, non in vanum creavit eam, ut habitaretur formavit eam. II, 295.

23. In memetipso juravi. VII, 312.

CAPUT XLVI.

1. Confractus est Bel, contritus est Nabo : facta sunt simulacra eorum bestiis et jumentis, onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem. VII, 372.

9. Ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei.

10. Annuntians ab exordio novissimum et ab initio quæ necdum facta sunt (II, 179). Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet. I, 269.

CAPUT XLVIII.

8. Scio quia prævaricans prævaricaberis, et transgressorem ex utero vocavi te. I, 178.

12. Audi me Jacob et Israël quem ego voco : Ego ipse, ego primus, ego novissimus.

13. Manus mea fundavit terram, et dextera mea mensa est cœlos. II, 315.

16. Accedite ad me et audite hoc : Non a principio in abscondito locutus sum; ex tempore antequam fieret, ibi eram; et nunc Dominus misit me et Spiritus ejus. II, 146.

17. Hæc dicit Dominus redemptor tuus, sanctus Israël : Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas. II, 315, 316.

CAPUT XLIX.

6. Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob et fæces Israël conver-

tendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. II, 332 : V, 18, 19.

CAPUT L.

6. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus; faciem meam non averti ab increpantibus, et conspuentibus in me. II, 331 : V, 18, 19.

CAPUT LI.

2. Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram quæ peperit vos. III, 173.

CAPUT LII.

1. Non adjiciet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus.

11. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere : exite de medio ejus. (V, 96.) Mundamini, qui fertis vasa Domini. VIII, 204.

CAPUT LIII.

2. Non est species ei, neque decor : et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum.

3. Despectum et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem : et quasi absconditus vultus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum. II, 16 : III, 29, 197.

4. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nosrtos ipse portavit, et nos putavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum. III, 29, 38, 79.

5. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanati sumus. III, 79.

6. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. III, 79.

7. Oblatus est quia ipse voluit (III, 50), et non aperuit os suum : sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet (VIII, 35), et non aperiet os suum. II, 331.

8. De angustia, et de judicio sublatus est : generationem ejus quis enarrabit? (II, 70 : V, 83.) Quia abscissus est de terra viventium : propter scelus populi mei percussi eum. II, 331 : III, 79.

10. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate; si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum. III, 53 : 71, 76, 79.

11. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur (III, 71, 76). Justificabit ipse justus servus meus multos. III, 105.

12. Et cum sceleratis reputatus est. III, 211.

CAPUT LIV.

10. Montes commovebuntur, et colles contremiscent : misericordia autem mea non recedet a te. IX, 238.

11. Sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris,

12. Et ponam jaspidem propugnacula tua. II, 237.

CAPUT LV.

1. Tenite, emite absque argento et absque ulla commutatione vinum et lac. III, 455.

3. Inclinate aurem vestram et venite ad me : audite et vivet anima vestra, et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Davìd fideles.

4. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. II, 333.

CAPUT LVI.

10. Speculatores ejus cæsi omnes, nescierunt universi : canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes et amantes somnia. V, 112.

11. Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam : omnes in viam suam declinaverunt, a summo usque ad novissimum. V, 112.

CAPUT LVIII.

3. Quare jejunavimus et non aspexisti? (VIII, 59, 60.) Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra. VIII, 60.

7. Frange esurienti panem tuum (IX, 67), et carnem tuam ne despexeris. V, 307.

CAPUT LIX.

2. Iniquitates vestræ diviserunt inter vos et Deum vestrum. X, 93.

CAPUT LX.

3. Ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. III, 179.

4. Leva in circuitu oculos tuos, et vide : omnes isti congregati sunt, venerunt tibi : filii de longe venient, et filiæ tuæ de latere surgent. II, 338.

15. Ponam te in superbiam sæculorum. VIII, 205.

CAPUT LXI.

1. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me (II, 436), ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam. II, 122, 331, 360.

8. Dabo opus eorum in veritate, et fœdus perpetuum feriam eis.

9. Et scient in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populorum. II, 334.

CAPUT LXIII.

3. Torcular calcavi solus. IX, 51.

16. Abraham nescivit nos, et Israël ignoravit nos. VII, 224.

17. Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis. indurasti cor nostrum, ne timeremus te? IV, 359.

CAPUT LXIV.

4. Oculus non vidit, Deus, absque te quæ præparasti expectantibus te. I, 4, 114.

6. Facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ. III, 454 : IV, 315.

8. Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos vero lutum. II, 274.

CAPUT LXV.

2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum. I, 272.

16. Qui jurat in terra jurabit in Deo amen? VII, 275.

CAPUT LXVI.

1. Hæct dici Dominus : Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. I, 80.

9. Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam; dicit Dominus? si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? II, 58.

18. Ego venio ut congregem cum omnibus gentibus et linguis : et venient, et videbunt gloriam meam.

19. Et ponam in eis signum : et mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad gentes, in mare, in Africam et Lydiam tendentes sagittam, in Italiam et Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, et non viderunt gloriam meam.

21. Et assumam ex eis in sacerdotes et levitas. II, 333.

23. Et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato : veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit Dominus. II, 237.

24. Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. II, 216 ; IV, 401, 403.

AUCTORITATES EX JEREMIA.

CAPUT I.

5. Antequam exires de vulva, sanctificavi te. III, 152.

CAPUT II.

13. Duo mala fecit populus meus : me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. IV, 283, 290, 401, 431.

18. Qui tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? II, 294.

19. Malum et amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum. IV, 281.

20. Confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, et dixisti : Non serviam. VIII, 207.

22. Si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus. IV, 394.

27. Dicentes ligno : Pater meus es tu; et lapidi : Tu me genuisti.

28. Ubi sunt dii tui quos fecisti tibi? III, 133, 136 : VII, 373.

29. Omnes dereliquistis me. V, 109.

CAPUT III.

1. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. VIII, 122.

CAPUT IV.

2. Jurabis : Vivit Dominus in veritate, in judicio et in justitia. VII, 275, 278.

CAPUT VI.

20. Utquid mihi thus de Saba affertis? Holocautomata vestra non sunt accepta, et victimæ vestræ non placuerunt mihi. II, 333.

CAPUT VII.

26. Pejus operati sunt quam patres eorum. IV, 313.

CAPUT VIII.

7. Milvus in cœlo. II, 253.

CAPUT X.

2. Juxta vias gentium nolite discere : et asignis cœli nolite metuere quæ timent Gentes.

3. Quia leges populorum vanæ sunt. VII, 379.

23. Non est hominis via ejus, nec viri est ut ambulet, et dirigat gressus suos. IV, 83.

CAPUT XI.

10. Irritum fecerunt domus Israël et domus Juda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum. II, 333.

19. Non cognovi quia cogitaverunt super me concilia (III, 6, 7), dicentes : Mittamus lignum in panem ejus. IX, 51.

CAPUT XII.

15. Cum evulsero eos, vertar et miserebor eorum : et reducam eos, virum ad hæreditatem suam, et virum in terram suam.

16. Et erit : si eruditi didicerint vias populi mei, ut jurent in nomine meo. VII, 275.

CAPUT XIII.

23. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. I, 310.

CAPUT XIV.

13. Hæc dicit Dominus. VII, 407.

CAPUT XV.

1. Si steterit Moyses, et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. II, 256 : VII, 196.

CAPUT XVII.

5. Maledictus homo qui confidit in homine! I, 438.

9. Pravum est cor omnium et inscrutabile : quis cognoscet illud?

10. Ego Dominus, scrutans cor et probans renes, qui do unicuique juxta viam suam. II, 132.

CAPUT XVIII.

6. Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea. I, 339, 274 : IV, 84.

8. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam : agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. IX, 206.

CAPUT XIX.

11. Hæc dicit Dominus exercituum : Sic conteram populum istum et civitatem istam, sicut conteritur vas figuli quod non potest ultra instaurari. II, 320, 336.

CAPUT XXII.

18. Hæc dicit Dominus ad Joakim, filium Josiæ, regem Juda : Non plangent eum :

19. Sepultura asini sepelietur, putrefactus et projectus extra portas Jerusalem. V, 337.

30. Scribe virum istum, sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur : nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David, et potestatem habeat ultra in Juda. II, 326, 327 : III, 169 : VI, 51, 52, 53.

CAPUT XXIII.

5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et

suscitabo David germen justum : et regnabit rex, et sapiens erit : et faciet judicium et justitiam in terra. II, 313.

6. In diebus illis salvabitur Juda, et Israël habitavit confidenter; et hoc est nomen quod vocabunt eum. Dominus justus noster. II, 313.

24. Numquid non cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus. I, 80.

28. Qui habet somnium, narret somnium : et qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere : quid paleis ad triticum? dicit Dominus. VIII, 288.

CAPUT XXV.

12. Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum. II, 321.

CAPUT XXIX.

10. Quia hæc dicit Dominus : Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni visitabo vos : et suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum. II, 321.

14. Reducam captivitatem vestram et congregabo vos de universis gentibus et de cunctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dominus : et reverti vos faciam de loco, ad quem transmigrare vos feci. II, 336.

CAPUT XXXI.

18. Converte me et convertar. III, 462.

31. Ecce dies venient, dicit Dominus : et feriam domui Israël et domui Juda fœdus novum. II, 226 : III, 355.

32. Non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Ægypti : pactum, quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus.

33. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit Dominus : dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam : et ero eis in Deum, et ipsi mihi erunt in populum. II, 226, 334 : V, 100, 117.

34. Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum; omnes enim me cognoscent, a minimo eorum usque ad maximum. II, 226 : V, 100, 117.

40. Non evelletur, et non destruetur ultra in perpetuum. II, 336.

CAPUT XXXII.

18. Fortissime, magne, et potens, Dominus exercitum nomen tibi. I, 152.

19. Magnus consilio, et incomprehensibilis cogitatu. I, 139.

40. Timorem meum dabo in corde eorum, ut a me non recedant. III, 410.

CAPUT XXXIII.

17. Hæc dicit Dominus : Non interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israël.

18. Et de sacerdotibus et de levitis non interibit vir a facie mea, qui offerat holocautomata, et incendat sacrificium, et cædat victimas omnibus diebus. II, 333.

22. Sicuti enumerari non possunt stellæ cœli et metiri arena maris : sic multiplicabo semen servi mei et levitas ministros meos. II, 333.

CAPUT XXXVI.

18. Dixit autem eis Baruch : Ex ore loquebatur suo quasi legens ad me omnes sermones istos, et ego scribebam in volumine atramento. V, 68.

CAPUT XLVIII.

24. Super Carioth. III, 215.

46. Væ tibi, Moab, periisti populo Chamos : quia comprehensi sunt filii tui et filiæ tuæ in captivitatem.

47. Et convertam captivitatem Moab in novissimis diebus, ait Dominus. II, 337, 338.

CAPUT XLIX.

2. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : et auditum faciam super Rabath filiorum Ammon fremitum prælii. III, 337, 338.

6. Et post hæc reverti faciam captivos filiorum Ammon, dicit Dominus. III, 337, 338.

CAPUT LI.

9. Curavimus Babylonem, et non est sanata : derelinquamus eam. I, 318.

AUCTORITATES EX THRENIS.

CAPUT I.

7. Viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata ejus. VII, 363.

CAPUT III.

6. In tenebrosis collocavit me sicut mortuos sempiternos. II, 217.

30. Dabit percutienti se maxillam, et saturabitur opprobriis. II, 331.

CAPUT IV.

4. Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis. IX, 67.

6. Major effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. IV, 313.

CAPUT V.

7. Patres nostri peccaverunt, et nos iniquitates eorum portavimus. III, 86, 87.

21. Converte nos, Domine, ad te, et convertemur. III, 354, 355, 357 : IX, 265.

AUCTORITATES EX BARUCH PROPHETA.

CAPUT II.

34. Et revocabo illos in terram quam juravi patribus eorum Abraham, Isaac et Jacob, et dominabuntur ejus. II, 321.

35. Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, ut sim illis in Deum, et ipsi mihi erunt in populum. II, 334.

CAPUT III.

36. Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. II, 8.

37. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israël dilecto suo.

38. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est. II, 8, 315, 363.

CAPUT VI.

3. Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos et argenteos, et lapideos et ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus.

11. Hi autem non liberantur ab ærugine et tinea.

14. Unde vobis notum sit quia non sunt dii.

15. Non ergo timueritis eos. III, 133.

AUCTORITATES EX EZECHIELE PROPHETA.

CAPUT X.

1. Super caput Cherubim. II, 18, 222, 228.

CAPUT XI.

19. Auferam cor lapideum de carne eorum. II, 400 : IX, 298.

CAPUT XIV.

4. Homo de domo Israël, qui posuerit immunditias suas in corde suo. IV, 394.

9. Propheta cum erraverit, et locutus fuerit verbum : ego Dominus decepi prophetam illum. IV, 394.

CAPUT XVI.

3. Jerusalem. V, 81.

55. Soror tua Sodoma et filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam : et Samaria et filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam : et tu et filiæ tuæ revertemini ad antiquitatem vestram. II, 337.

60. Recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ : et suscitabo tibi pactum sempiternum. II, 234.

CAPUT XVIII.

2. Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt. III, 87.

4. Ecce omnes animæ meæ sunt ; ut anima patris, ita et anima filii mea est anima quæ peccaverit ipsa morietur. III, 86.

8. Ad usuram non commodaverit, et amplius non acceperit. VII, 107.

13. Ad usuram dantem et amplius accipientem : numquid vivet? non vivet, morte morietur. VII, 107, 108.

20. Anima quæ peccaverit, ipsa morietur : filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii. IV, 359, 364, 366, 432 : VIII, 436.

21. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis.... vita vivet.

22. Omnium iniquitatem ejus non recordabor. I, 463 : IX, 271, 284, 296.

23. Numquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, et non ut convertatur a viis suis, et vivat? I, 306, 436.

24. Si averterit se justus a justitia sua et fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus quas fecerat non recordabuntur. III, 449, 463. In prævaricatione qua prævaricatus est, et in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur. IX, 284.

26. Cum averterit se justus a justitia sua et fecerit iniquitatem morietur in eis. V, 289.

30. Convertimini, et agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas. III, 332 : VIII, 410 : IX, 279, 296.

CAPUT XXII.

12. Usuram et superabundantiam accepisti, et avare proximos tuos calumniabaris. VII, 110.

CAPUT XXIV.

13. Mundare te volui, et non es mundata. I, 270.

CAPUT XXVIII.

2. Elevatum est cor tuum et dixisti : Deus ego sum. II, 204, 206 : VIII, 45.

12. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore. II, 174.

13. In deliciis Paradisi Dei fuisti, in die qua conditus es.

14. Tu Cherub extentus, et protegens, et posui te in monte sancto Dei. II, 152, 174.

15. Perfectus in viis tuis, a die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te. II, 192, 198, 208.

16. Et ejeci te de monte Dei et perdidi te, o Cherub protegens. II, 152.

17. Elevatum est cor tuum in decore tuo. II, 204.

CAPUT XXIX.

19. Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Ægypti :

20. Dedi in terram Ægypti, pro eo quod laboraverit, ait Dominus Deus. III, 326.

CAPUT XXX.

13. Hæc dicit Dominus Deus : Et disperdam simulacra, et cessare faciam idola de Memphis. II, 332.

CAPUT XXXII.

40. Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant. III, 410.

CAPUT XXXIII.

11. Vivo ego, dicit Dominus Deus : nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat. Convertimini, convertimini. I, 272, 453.

12. Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit. I, 463 : IX, 282, 419.

14. Si.... egerit pœnitentiam,

15. Et pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, vita vivet et non morietur. VI, 121.

CAPUT XXXIV.

12. Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum, sic visitabo oves meas et liberabo eas de omnibus locis in quibus disper-

sæ fuerunt in die nubis et caliginis. II, 336 355.

13. Et educam eas de populis, et congregabo de terris, et inducam eas in terram suam : ei pascam eas,

14. Et in montibus excelsis Israël erunt pascua earum. II, 336, 355.

CAPUT XXXVI.

25. Effundam super vos aquam mundam (III, 368), et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. III, 368, 400, 430 : IV, 394 : VIII, 385, 388, 390, 456.

26. Dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio (vestri III, 368 :) et auferam a vobis cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum. I, 329 : III, 368 : IX, 290.

27. Faciam ut in præceptis meis ambuletis, I, 329, 450 : III, 368.

CAPUT XLIV.

2. Porta hæc clausa erit; non aperietur, et vir non transibit per eam; quia Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa. III, 155.

AUCTORITATES EX DANIELE PROPHETA.

CAPUT II.

44. Suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur. V, 103, 147.

CAPUT III.

35. Neque auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, et Isaac servum tuum, et Israël sanctum tuum. VII, 189.

CAPUT IV.

24. Rex, consilium meum placeat tibi; peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum; forsitan ignoscet delictis tuis. III, 332, 333, 450 : IV, 339, 340, 454.

CAPUT VII.

9. Aspiciebam donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit : vestimentum ejus candidum quasi nix, et capilli capitis ejus quasi lana munda. II, 375.

10. Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei. II, 153, 229, 231.

14. Dedit ei potestatem, et honorem, et regnum; et omnes populi, tribus et linguæ ipsi servient : potestas ejus potestas æterna quæ non auferetur : et regnum ejus, quod non corrumpetur. II, 338.

CAPUT VIII.

16. Gabriel, fac intelligere istum visionem. II, 150, 219.

CAPUT IX.

17. Ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est. IV, 338.

24. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna (II, 321), et impleatur visio et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum.

25. Scito ergo et animadverte : ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem et hebdomades sexaginta duæ erunt, et rursum ædificabitur platea, et muri in angustia temporum.

26. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus : et non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo : et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio.

27. Confirmabit autem pactum multis hebdoma una : et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium (V, 111) : et erit in templo abominatio desolationis : et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio. II, 321, 324, 333, 337 : V, 19.

CAPUT X.

11. Nunc enim missus sum ad te. II, 352. VII, 190.

13. Restitit mihi viginti et uno diebus (VII, 197). Et ecce Michael, unus de principibus primis, venit in adjutorium meum. II, 231.

19. Et dixit : Noli timere, vir desideriorum : pax tibi : confortare, et esto robustus. VII, 306.

CAPUT XII.

2. Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt. I, 286.

3. Qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. IV, 45.

11. A tempore cum ablatum fuerit juge sacrificium, et posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. V, 111.

CAPUT XIII.

23. Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Dei. IV, 228.

CAPUT XIV.

4. Quia non colo idola manu facta, sed viventem Deum. III, 135.

5. Et dixit rex ad eum : Non videtur tibi esse Bel vivens Deus? An non vides quanta comedat et bibat quotidie?

6. Et ait Daniel arridens : Ne erres, rex : iste enim intrinsecus luteus est, et forinsecus æreus, neque comedit aliquando. III, 135.

AUCTORITATES EX OSEA PROPHETA.

CAPUT I.

2. Vade, sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum. IV, 463, 464 : V, 79 : VIII, 140, 141.

7. Domui Juda miserebor, et salvabo eos in Domino Deo suo; et non salvabo eos in arcu, et gladio, et in bello, et in equis, et in equitibus. II, 238.

CAPUT II.

14. Ducam eam in solitudinem : et loquar ad cor ejus. VI, 406.

19. Sponsabo te mihi in sempiternum : et sponsabo te mihi in justitia, et judicio, et in misericordia et in miserationibus.

20. Et sponsabo te mihi in fide. III, 277 : V, 207.

CAPUT III.

4. Dies multos sedebunt filii Israël sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine ephod, et sine seraphim. II, 316, 334, 337.

5. Et post hæc revertentur filii Israël, et quærent Dominum Deum suum : et pavebunt ad Dominum et ad bonum ejus, in novissimo dierum. II, 237.

CAPUT IV.

6. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam; quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; et oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuornm et ego. II, 333.

8. Peccata populi mei comedent. III, 30 : IV, 278.

CAPUT VI.

3. In die tertia suscitabit nos. III, 226.

6. Misericordiam volui, et non sacrificium. VII, 237.

7. Ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum; ibi prævaricati sunt in me. II, 335 : IV, 372.

CAPUT IX.

10. Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. IV, 284, 290, 394.

14. Da eis vulvam sine liberis. III, 158.

CAPUT XIII.

9. Perditio tua, Israël : tantummodo in me auxilium tuum. I, 342, 362, 453, 467.

14. Ero mors tua, o mors. I, 291 : III, 230.

CAPUT XIV.

3. Omnem aufer iniquitatem. III, 429.

AUCTORITATES EX JOELE PROPHETA.

CAPUT I.

20. Area sitiens imbrem. II, 330.

CAPUT II.

12. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, et in fletu, et in planctu;

13. Et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra (VIII, 59 : IX, 282, 292, 293, 454, 469). Benignus et misericors est, patiens et multæ misericordiæ et præstabilis super malitia. IX, 268, 323.

25. Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus et rubigo. IX, 282.

28. Effundam spiritum meum super omnem carnem : et prophetabunt filii vestri. II, 31, 332 : V, 18, 19 : IX, 3.

32. Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. VIII, 410 : IX, 240.

AUCTORITATES EX AMOS PROPHETA.

CAPUT II.

2. Devorabit ædes Carioth. III, 207.

6. Super tribus sceleribus Israël, super quatuor non convertam eum : pro eo quod vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calceamentis. III, 207 : IX, 237.

CAPUT IV.

13. Creans ventum. II, 31.

CAPUT V.

1. Audite verbum istud quod ego levo super vos planctum. Domus Israël cecidit, et non adjiciet ut resurgat.

2. Virgo Israël projecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. II, 336.

21. Odi et projeci festivitates vestras. II, 333.

CAPUT VI.

14. Qui lætamini in nihilo. IV, 280.

CAPUT VII.

14. Responditque Amos, et dixit ad Amasiam : Non sum propheta et non sum filius prophetæ : sed armentarius ego sum vellicans sycomoros. VII, 402, 403.

15. Et tulit me Dominus cum sequerer gregem : et dixit ad me : Vade propheta ad populum meum Israël. VII, 405.

CAPUT VIII.

6. Possideamus pauperes pro calceamentis. III, 207.

9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus : occidet sol in meridie, et tenebrescere faciam terram in die luminis. II, 331 : V, 18, 19.

CAPUT IX.

11. In die illa suscitabo tabernaculum David quod cecidit : et reædificabo illud, sicut in diebus antiquis. II, 336.

14. Convertam captivitatem populi mei Israël : et ædificabunt civitates desertas et inhabitabunt : et plantabunt vineas et bibent vinum earum : et facient hortos et comedent fructus eorum. II, 336.

15. Et plantabo eos super humum suam : et non evellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus. II, 336.

AUCTORITATES EX JONA PROPHETA.

CAPUT I.

7. Venite, et mittamus sortes, et sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes : et cecidit sors super Jonam. VII, 382.

4. Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur. I, 196, 197 : VII, 402, 407.

AUCTORITATES EX MICHÆA PROPHETA.

CAPUT II.

11. Utinam non essem vir habens spiritum, et mendacium potius loquerer! VII, 398.

CAPUT IV.

1. In novissimo dierum, erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, et sublimis super colles : et fluent ad eum populi.

2. Et properabunt gentes multæ et dicent : Venite ascendamus ad montem Domini : de Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem. II, 334.

5. Nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum et ultra. V, 207.

CAPUT V.

2. *Et tu Bethlehem* Ephrata, parvulus es in millibus Juda : ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, et egressus ejus ab initio a diebus æternitatis. II, 316, 330, 364 : III, 174 : V, 18, 19.

CAPUT VII.

7. Numquid placari potest Dominus in millibus arietum? II, 332.

18. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem? III, 332.

AUCTORITATES EX HABACUC PROPHETA.

CAPUT II.

3. Quia veniens veniet, et non tardabit. II, 317.

CAPUT III.

1. Domine, opus tuum, in medio annorum vivifica illud. II, 408.

6. Stetit et mensus est terram, aspexit et dissolvit genies : et contriti sunt montes sæculi ab itineribus æternitatis ejus. II, 338.

AUCTORITATES EX SOPHONIA PROPHETA.

CAPUT III.

8. Expecta me, dicit Dominus in die resurrectionis meæ in futurum. III, 226.

AUCTORITATES EX AGGÆO PROPHETA.

CAPUT II.

7. Adhuc unum modicum est, et ego commovebo cœlum, et terram, et mare, et aridam.

8. Et movebo omnes gentes, *et veniet Desideratus* cunctis gentibus : et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum.

10. Magna erit gloria domus istùd novissimæ plus quam primæ, dicit Dominus exercituum : et in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. II, 317, 325, 328 : V, 18, 19.

14. Si tetigerit pollutus in anima. VIII, 288.

AUCTORITATES EX ZACHARIA PROPHETA.

CAPUT I.

3. Convertimini ad me, ait Dominus exercituum : et convertar ad vos. III, 358, 423, 462.

12. Domine exercituum, usquequo tu non miserebéris Jerusalem et urbium Juda? II, 223.

CAPUT II.

3. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, et angelus alius egrediebatur in occursum ejus, III, 177.

CAPUT V.

3. Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ : quia omnis fur, sicut tibi scriptum est, judicabitur. VI, 290.

CAPUT IX.

9. Exulta satis filia Sion, jubila filia Jerusalem : *Ecce Rex tuus* veniet tibi justus et salvator : ipse pauper, et ascendens super asinam, et super pullum filium asinæ. V, 54, 74.

11. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. III, 224, 225.

CAPUT XI.

12. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. II, 331 : V, 18.

13. Et dixit Dominus ad me : Projice illud ad statuarium, decorum pretium quo appretiatus sum ab eis. II, 331.

CAPUT XII.

1. Fingens spiritum hominis in eo. II, 263.

CAPUT XIII.

1. In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris, et menstruatæ. IV, 394 : VIII, 388.

2. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum : disperdam nomina idolorum de terra, et non memorabitur ultra : et pseudoprophetas, et spiritum immundum auferam de terra. II, 332 : III, 203 : V, 18, 19.

7. Percute pastorem et dispergentur oves. V, 69.

AUCTORITATES EX MALACHIA PROPHETA.

CAPUT I.

2. Nonne frater erat Esaü Jacob, dicit Dominus, et dilexi Jacob :

3. Esaü autem odio habui? I, 401.

10. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra.

11. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda : quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. II, 333 : IX, 200.

CAPUT II.

16. Cum odio habueris, dimitte. X, 177, II, 49.

CAPUT III.

1. Ecce ego mitto Angelum meum. et præparabit viam ante faciem meam (II, 238). Et statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quæritis, et Angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum. II, 49, 323 : V, 18.

6. Ego Dominus, et non mutor. I, 90.

CAPUT IV.

4. Mementote legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israël præcepta, et judicia. II, 335.

5. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam (II, 338), antequam veniat dies Domini magnus et terribilis.

6. Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum : ne forte veniam et percutiam terram anathemate. II, 335.

AUCTORITATES EX LIBRO I MACHABÆORUM.

CAPUT II.

1. Mathathias filius Joannis, filii Simeonis, sacerdos ex filiis Joarib. II, 326,

41. Cogitaverunt in die illa, dicentes : Omnis homo quicumque venerit ad nos in bello in die sabbatorum, pugnemus adversus eum. V, 372.

46. Circumciderunt pueros incircumcisos, quotquot invenerunt in finibus Israël, et in fortitudine. VIII, 241.

54. Phinees, pater noster, zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotii æterni. II, 326, 327.

CAPUT IV.

45. Incidit illis consilium bonum. IV, 121.

CAPUT V.

3. Et debellabat Judas filios Esaü. II, 326.

63. Et viri Juda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israël, et gentium omnium, ubi audiebatur nomen eorum. II, 327.

65. Et exivit Judas et fratres ejus, et expugnabant Esaü in terra quæ ad Austrum est, etc. II, 327.

CAPUT XIV.

30. Appositus est ad populum suum. VIII, 464.

CAPUT XVI.

16. Cum inebriatus esset Simon, et filii ejus. VIII, 120.

AUCTORITATES EX LIBRO II MACHABÆORUM.

CAPUT I.

24. Deus omnium creator...

25. Solus præstans, solus justus, solus omnipotens, et æternus. I, 93.

CAPUT VI.

20. Destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem. I, 401.

CAPUT VII.

28. Peto, nate, ut aspicias ad cœlum et terram, et ad omnia quæ in eis sunt : et intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, et hominum genus. II, 239.

CAPUT IX.

13. Orabat scelestus Dominum a quo non esset misericordiam consecuturus. I, 319 : IX, 208.

CAPUT XII.

44. Nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, et vanum orare pro mortuis. IV, 35.

46. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur. II, 260 : VII, 200.

AUCTORITATES EX EVANGELIO SECUNDUM MATTHÆUM.

CAPUT I.

1. Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. II, 425 : III, 165, 166.

8. Joram genuit Osiam. III, 166.

11. Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigratione Babylonis. II, 326 : III, 166, 167, 168, 169.

12. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel (III, 168, 169). Salathiel autem genuit Zorobabel. II, 326 : III, 166, 167, 168, 169.

16. Jacob genuit Joseph virum Mariæ (III, 166 : X, 142), de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus. II, 425, 426.

18. Cum esset desponsata (X, 141) mater ejus Maria Joseph (X, 140), antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. II, 330, 331 : III, 155, 156, 159.

19. Joseph autem vir ejus (X, 142), cum esset justus, et nollet eam traducere : voluit occulte dimittere eam. III, 156 : X, 141.

20. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens : Jo-

seph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam (X, 142, 143); quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. II, 409 : III, 159, 160 : VIII, 437.

21. Pariet autem filium : et vocabis nomen ejus *Jesum* (III, 159, 160); ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. IX, 230.

22. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem :

23. Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium. II, 330, 331 : III, 154.

24. Exsurgens autem Joseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, et accepit conjugem suam. II, 320, 355 : III, 154.

25 Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. II, 320 : III, 154, 155.

CAPUT II.

1. Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda (II, 330 : III, 180 : VIII, 390), ecce Magi ab oriente venerunt Jerosolymam. III, 180.

2. Dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in oriente. III, 178, 179 : VIII, 390.

6. Et tu Bethlehem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. III, 175.

7. Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. III, 180.

8. Et mittens illos in Bethlehem, dixit : Ite, et interrogate diligenter de Puero; et cum inveneritis, renuntiate mihi. III, 178, 179.

9. Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. III, 178.

11. Et procidentes adoraverunt eum. III, 180.

13. Qui cum recessissent, ecce Angelus apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge et accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Ægyptum (III, 180), et esto ibi usque dum dicam tibi. III, 189, 190, 191.

15. Et erat ibi usque ad obitum Herodis (III, 189). Ex Ægypto vocavi Filium meum. III, 189.

16. Herodes... mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, et in omnibus finibus ejus (III, 178) a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. III, 180.

19. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto. III, 189.

20. Dicens : Surge et accipe puerum et matrem ejus, et vade in terram Israël; defuncti sunt enim (III, 212), qui quærebant animam pueri.

21. Qui consurgens, accepit puerum, et matrem ejus, et venit in terram Israël. III, 189.

22. Audiens autem quod Archelaüs regnaret in Judæa pro Herode patro suo, timuit illo ire : et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. III, 189.

CAPUT III.

2. Pœnitentiam agite. IX, 261.

10. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur. III, 340.

11. Qui autem post me venturus est, fortior me est : ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni. VIII, 244, 323, 388, 410.

12. Permundabit aream suam : et congregabit triticum suum in horreum; paleas autem comburet igni inextinguibili. IV, 412, 414.

14. Ego a te debeo baptizari.

15. Respondens Jesus, dixit ei : Sine modo (III, 194 : VIII, 381) : sic enim decet nos implere omnem justitiam. III, 194.

16. Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cœli (III, 187) : et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam. III, 187, 195.

17. Et ecce vox de cœlis dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. II, 6 : III, 120 : V, 69.

CAPUT IV.

1. Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a Diabolo. III, 199.

2. Et cum jejunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit.

3. Et accedens tentator. III, 199.

5. Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum super pinnaculum templi. III, 200.

10. Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. III, 140.

11. Angeli accesserunt, et ministrabant ei. II, 167, 170.

CAPUT V.

3. Beati pauperes spiritu. IV, 369.

6. Beati qui esuriunt, et sitiunt justitiam. VI, 94 : VIII, 53.

8. Beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt. IV, 15, 22.

10. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam : quoniam ipsorum est regnum cœlorum. III, 433 : VIII, 33, 35, 51, 198.

11. Beati estis cum maledixerint vobis (VI, 251), et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me.

12. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. I, 133 : III, 435 : V, 309 : VI, 257, 352.

14. Non potest civitas abscondi supra montem posita. V, 100.

16. Sic luceat lux vestra coram hominibus : ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. III, 440.

17. Nolite putare quoniam veni solvere

Legem. Non veni solvere, sed adimplere. IV, 390 : VIII, 382.

19. Qui solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. IV, 421.

20. Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. III, 440 : VI, 90 : VII, 241.

21. Non occides. VI, 217.

22. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio (VIII, 201). Qui dixerit fratri suo, Raca, reus erit consilio : qui autem dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis. IV, 398, 414 : VI, 352 : VIII, 201.

23. Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te :

24. Relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo; et tunc veniens offeres munus tuum. V, 297 : VI, 352.

28. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. IV, 177, 179.

29. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. V, 82 : IX, 403.

32. Qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari. VIII, 17, 137 : X, 167.

33. Audistis quia dictum est antiquis : Non perjurabis; reddes autem Domino juramenta tua. VII, 303, 307.

34. Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est;

35. Neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Jerosolymam, quia civitas est magni Regis. VII, 300, 304.

36. Neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

37. Sit autem sermo vester : Est, est : Non, non; quod autem his abundantius est, a malo est. VII, 304, 388, 392.

39. Ego autem dico vobis, non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram. V, 364 : VI, 230, 351.

40. Et ei qui tecum vult in judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium. VI, 110, 230.

43. Audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. V, 273, 293, 294, 332.

44. Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros (VI, 197); benefacite his qui oderunt vos (III, 372 : V, 294); orate pro persequentibus et calumniantibus vos. VII, 179.

45. Ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est (I, 451 : III, 371 : V, 294) : qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. I, 301.

46. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? V, 312.

48. Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est. II, 14 : III, 350 : V, 294, 502.

CAPUT VI.

1. Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est. IV, 148, 149.

2. Receperunt mercedem suam. IV, 154.

5. Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis et in angulis plateærum stantes orare, ut videantur ab hominibus : amen dico vobis, receperunt mercedem suam. VII, 367.

6. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito. VII, 199.

7. Orantes autem, nolite multum loqui (VII, 192), sicut ethnici; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. VII, 193.

9. Sic ergo vos orabitis (VII, 193) : Pater noster qui es in cœlis (VII, 193) : sanctificetur nomen tuum. VII, 198.

10. Adveniat regnum tuum : fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra. I, 267 : III, 365 : IV, 177 : VII, 198.

11. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. VII, 198, 197.

12. Et dimitte nobis debita nostra (II, 331 : IV, 420 : VII, 198, 199 : VIII, 185), sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. III, 156, 349 : V, 293 : VIII, 187 : IX, 260.

13. Et ne nos inducas in tentationem (IV, 358 : VII, 198). Sed libera nos a malo; amen. VII, 198.

14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum : dimittet et vobis Pater vester cœlestis delicta vestra. V, 291 : VIII, 22.

15. Si autem non dimiseritis hominibus : nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. V, 293.

22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit;

23. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. IV, 149, 152.

24. Nemo potest duobus dominis servire... Non potestis Deo servire et mammonæ. IV, 6 : V, 243.

25. Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis. VI, 417, 419.

33. Quærite primum regnum Dei. VII, 198 : IX, 177.

CAPUT VII.

1. Nolite judicare, ut non judicemini. V, 285 : VI, 103, 106.

5. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. V, 354.

6. Nolite dare sanctum canibus (V, 84) :

nec mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis. V, 79 : VIII, 365.

7. Petite, et dabitur vobis. VII, 187.

8. Omnis qui petit, accipit. IX, 322.

14. Quam angusta porta, et arcta via est, quæ ducit ad vitam ! IV, 222, 245.

16. A fructibus eorum cognoscetis eos. IX, 199, 405.

18. Non potest arbor bona malos fructus facere. IV, 159 : neque arbor mala bonos fructus facere. III, 332, 334 : VII, 310 : VIII, 288.

19. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur. III, 440.

22. In nomine tuo virtutes multas fecimus? IV, 259.

CAPUT VIII.

2. Domine, si vis, potest me mundare. III, 25.

8. Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum. IX, 161.

10. Audiens Jesus miratus est. III, 39.

17. Ipse infirmitates nostras accepit : et ægrotationes nostras ipse portavit. III, 79.

20. Vulpes foveas habent et volucres cœli nidos : Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. III, 198, 199 : VI, 54.

CAPUT IX.

2. Videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. III, 439 : VIII, 220.

4. Cum vidisset Jesus cogitationes eorum (II, 182). dixit : Utquid cogitatis mala in cordibus vestris? IV, 183.

10. Factum est, discumbente eo in domo, multi publicani et peccatores venientes, discumbebant cum Jesu et discipulis ejus. III. 197 : IV, 395.

12. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.

13. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. II, 343, 455, 456.

22. Confide, filia, fides tua te salvam fecit. III. 439, 440.

CAPUT X.

4. Iscariotes. III, 208.

8. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite; gratis accepistis, gratis date. II, 336 : VII, 393, 405, 443.

9. Nolite possidere aurum neque argentum. III, 198.

10. Dignus est operarius cibo suo. VII, 410.

16. Mitto vos sicut oves in medio luporum. II, 338. Estote ergo prudentes sicut serpentes. II, 299, et simplices sicut columbæ. II, 14 : VI, 56.

17. Tradent enim vos in concilliis, et in synagogis suis flagellabunt vos. V, 40.

18. Et ad præsides, et ad reges ducemini propter me in testimonium illis gentibus.

19. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. II, 7 : V, 40.

20. Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. II, 123.

23. Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. V, 40.

28. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. (VIII, 68); sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. II, 260 : III, 410 : V, 264 : VIII, 51 : IX, 304. 305.

32. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. V, 39 : VIII, 37, 415, 414.

33. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. VII, 372.

37. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. IV, 433 : V, 298.

39. Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. VIII, 413, 414.

CAPUT XI.

3. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? II, 317.

11. Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista; qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo. III, 359 : IV, 18 : V, 278.

12. Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. IX, 469.

18. Venit Joannes neque manducans neque bibens. III, 197 : VIII, 129.

19. Venit Filius hominis manducans et bibens. III, 197 : VIII, 129.

21. Væ tibi, Corozaïn; væ tibi, Bethzaïda; quia si in Tyro et Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere pœnitentiam egissent. I, 195, 196, 207, 234, 341.

23. Si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem. I, 196 : II, 301.

27. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. III, 20. Et nemo novit Filium nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare? I, 105 : II, 35, 110, 120 : III, 329.

28. Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis. I, 306.

30. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. IV, 222, 451.

CAPUT XII.

5. Sacerdotes in templo sabbatum violant, et sine crimine sunt. VII, 344.

10. Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum.

11. Ipse autem dixit illis : Quis erit ex vobis homo qui habeat ovem unam, et si ceciderit hæc sabbatis in foveam, nonne tenebit et levabit eam?

12. Quanto magis melior est homo ove? itaque licet sabbatis benefacere. VII, 347.

30. Qui non congregat mecum, spargit. V, 180.

31. Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus; spiritus autem blasphemiæ non remittetur. IX, 237, 239.

32. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. II, 10 : IX, 237, 239.

34. Ex abundantia enim cordis os loquitur. VIII, 136.

36. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. IV, 165.

37. Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis. IV, 163.

40. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, et tribus noctibus. III, 223.

47. Ecce mater tua, et fratres tui foris stant, quærentes te. III, 153 : V, 307.

48. Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei? II, 426.

49. Et extendens manum in discipulos suos, dixit : Ecce mater mea, et fratres mei.

50. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, et soror, et mater est. II, 426 : V, 307.

CAPUT XIII.

3. Exiit qui seminat, seminare. V, 84.

17. Amen dico vobis, quia multi prophetæ et justi cupierunt videre quæ vos videtis, et non viderunt. II, 39.

24. Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. IV, 412.

30. Sinite utraque crescere usque ad messem. IV, 412, 413. Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum. IV, 412.

38. Ager autem est mundus.

41. Mittet Filius hominis angelos suos. II, 229.

42. Mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. IV, 414.

44. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro : quem qui invenit homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit omnia quæ habet, et emit agrum illum. V, 65.

48. Elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. IV, 412.

49. Sic erit in consummatione sæculi : exibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum.

50. Et mittent eos in caminum ignis. IV, 414.

54. Unde huic sapientia hæc, et virtutes?

55. Nonne hic est fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria?

56. Unde ergo huic omnia ista? III, 154.

CAPUT XV.

3. Vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? V, 88.

11. Non quod intrat in os coinquinat hominem. VIII, 82.

14. Sinite illos : cæci sunt, et duces cæcorum. V, 378.

24. Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël.

26. Non est bonum sumere panem filiorum et dare canibus. II, 332 : III, 200.

CAPUT XVI.

2. Facto vespere dicitis : Serenum erit, rubicundum est enim cœlum;

3. Et mane : Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. II, 235.

13. Dicit illis Jesus : Vos autem quem me esse dicitis? II, 33 : V, 154, 155.

16. Respondens Simon Petrus, dixit : Tu es Christus, Filius Dei vivi. II, 35.

17. Respondens autem Jesus, dixit ei : Beatus es, Simon Bar-Jona : quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. II, 35 : III, 329 : V, 145, 147, 172, 173.

18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. IV, 450, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. V, 5, 110, 121, 145, 146.

19. Et tibi dabo claves regni cœlorum. IV, 450 : IX, 262, 336. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis (IV, 492); et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cœlis. IV, 450, 463 : V, 150, 173 : VII, 283, 297 : IX, 231, 234, 267, 336 *et in appendice.*

22. Assumens eum Petrus. III, 200.

24. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. V, 299.

26. Quam dabit homo commutationem pro anima sua? VIII, 143.

CAPUT XVII.

1. Assumit Jesus Petrum, etc. III, 209.

2. Et resplenduit facies ejus sicut sol : vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix. III, 204.

4. Bonum est nos hic esse. I, 107.

5. Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. II, 431, 432.

18. Quare nos non potuimus ejicere illum? V, 22.

20. Hoc genus dæmoniorum non ejicitur nisi per orationem et jejunium. VII, 87.

24. Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis?

26. Et ille dixit : Ab alienis. Dixit illi Jesus : Ergo liberi sunt filii. IV, 509.

25. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum: et eum piscem qui primus ascenderit tolle; et aperto ore ejus, invenies staterem; illum sumens, da eis pro me et te. I, 509, 510.

CAPUT XVIII.

5. Qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit. III, 459.

7. Necesse est ut veniant scandala. III, 348 : V, 379.

8. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, et projice abs te. VI, 258 : X, 171.

9. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice abs te; bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. VIII, 143.

10. Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei. II, 150.

15. Si peccaverit in te frater tuus (V, 293, 347), vade, et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. V, 347, 348, 349, 354.

16. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. V, 354 : VI, 331.

17. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. IV, 492 : V, 98, 279, 348, 354 : VIII, 81 : IX, 338 *et in appendice.*

18. Quæcumque alligaveritis super terram erunt ligata et in cœlo : et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlo. V, 150 : VII, 216 : IX, 231, 236, 237, 242, 332, 333, 336.

20. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. V, 233 : 239 : VII, 240.

21. Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? V, 348. Usque septies?

22. Dicit illi Jesus : Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. II, 322 : IX, 250, 260, 405.

35. Sic et Pater cœlestis faciet vobis, si non remiserietis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. IX, 279.

CAPUT XIX.

4. Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et fœminam fecit eos? et dixit (X, 158) :

5. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ (I, 6, X, 96), et erunt duo in carne una. X, 158.

6. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. VIII, 135. Quod ergo Deus conjunxit homo non separet. I, 6 : V, 173 : X, 96, 158.

9. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur. X, 158, 165.

12. Sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum. VI, 258 : VIII, 124.

17. Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus. III, 105. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. III, 345, 441 : IV, 16, 493 : V, 28, 310.

20. Omnia hæc custodivi a juventute mea. III, 245.

21. Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus... et veni, sequere me. V, 54.

27. Ecce nos reliquimus omnia (X, 66), et secuti sumus te : quid ergo erit nobis?

28. Sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël. V, 309 : X, 66.

29. Omnis qui reliquerit domum aut patrem, aut matrem propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam æternam possidebit. III, 453, 459 : X, 66.

CAPUT XX.

8. Voca operarios, et redde illis mercedem. I, 394.

13. Nonne ex denario convenisti mecum? I, 394.

14. Tolle quod tuum est, et vade. I, 394, 440 : VI, 212.

15. Aut non licet mihi quod volo facere? I, 440 : VI, 212.

16. Multi sunt vocati, pauci vero electi. I, 413, 421, 452 : III, 461.

18. Ecce ascendimus Jerosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, et scribis, et condemnabunt eum morte.

19. Et tertia die resurget. II, 424.

23. Sedere ad dexteram vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. II, 23.

26. Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. VIII, 283.

28. Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam, redemptionem pro multis. I, 286 : III, 78, 219.

CAPUT XXII.

14. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. I, 413, 421, 452.

16. Non enim respicis personam hominum. VI, 197.

21. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo. IV, 509 : V, 175 : VI, 120, 209.

30. In resurrectione neque nubent, neque nubentur : sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. II, 155 : IV, 32, 33.

32. Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. II, 260.

36. Magister, quod est mandatum magnum in Lege? IV, 390 : V, 294.

37. Ait illi Jesus : Diliges Dominum Deum tuum (V, 82, 398), ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua.

38. Hoc est maximum et primum mandatum. V, 273, 294, 299, 313, 324.

39. Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. V, 301.

40. In his duobus mandatis universa Lex pendet, et Prophetæ. V, 273, 293, 294, 299, 313

42. Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei : David.

43. Ait illis : Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens :

44. Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis?

45. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? I, 6.

46. Et nemo poterat ei respondere verbum. I, 6 : II, 8, 20.

CAPUT XXIII.

2. Super cathedram Moysi sederunt. V, 230.

10. Nec vocemini magistri, quia Magister vester unus est, Christus. V, 117.

21. Quicumque juraverit in templo, jurat in illo, et in eo qui habitat in ipso.

22. Et qui jurat in cœlo jurat in throno Dei, et in eo qui sedet super eum. VII, 306, 311.

23. Decimatis mentham et anethum. Hæc oportuit facere, et illa non omittere. VII, 240.

24. Excolantes culicem et camelum deglutientes. IV, 166, 188.

37. Jerusalem.... quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti! I, 270, 272, 278 : III, 390.

CAPUT XXIV.

14. Et prædicabitur hoc evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus; et tunc veniet consummatio. V, 33, 105.

23. Si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus, aut illic; nolite credere. VII, 99.

33. Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. I, 12 : IX, 238.

CAPUT XXV.

9. Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes. IX, 461, *et in appendice.*

15. Dedit unicuique, secundum propriam virtutem. VIII, 221.

21. Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam (III, 457); intra in gaudium domini tui. IV, 24.

34. Venite, benedicti Patris mei; possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. IV, 412, 413, 414.

35. Esurivi enim et dedistis (IV, 323), mihi manducare. I, 421, 430 : III, 455 : V, 338.

40. Quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41. Discedite a me, maledicti (I, 452), in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, et angelis ejus. I, 199, 210, 211 : IV, 414.

42. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare. I, 421, 451, 4 2 :II, 211 : 453 : IV, 398, 401, 403, 409, 411, 412 : V, 339.

46. Ibunt hi in supplicium æternum : justi autem in vitam æternam. I, 94 : II, 211, 260 : IV, 35, 41, 398, 401, 403 : VI, 81.

CAPUT XXVI.

2. Scitis quia post biduum Pascha fiet. IX, 105, 106.

5. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. IX, 105, 108.

15. Prima die Azymorum (IX, 107), accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : Ubi vis paremus tibi comedere pascha? IX, 103.

18. Apud te facio pascha cum discipulis meis. IX, 106.

19. Et paraverunt pascha.

20. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. IX, 103.

23. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. IX, 182.

25. Respondens autem Judas, dixit (IX, 141) : Numquid ego sum, rabbi? Ait illi : Tu dixisti. IX, 182.

26. Cœnantibus autem eis (IX, 127), accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait : Accipite et comedite. IX, 64. Hoc est corpus meum. V, 114, 115 : IX, 46, 48, 63, 94, 116.

27. Et accipiens calicem gratias egit; et dedit illis, dicens : Bibite ex hoc omnes. IX, 46, 48, 63, 116, 170, 172.

28. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. I, 286 : IX, 45, 114.

29. Dico autem vobis : Non bibam amodo de hoc genimine vitis (IX, 114, 116, 120), usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. IV, 34 : IX, 114, 184.

30. Hymno dicto, exierunt in montem Oliveti. VII, 334.

31. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. V, 110. Scriptum est enim : Percutiam pastorem et dispergentur oves gregis. V, 69.

38. Tristis est anima mea usque ad mortem. II, 426 : III, 3, 39 : IV, 255.

39. Pater mi! si possibile est, transeat a me calix iste (III, 30) : verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. III, 47, 49, 109.

41. Orate ut non intretis in tentationem. VII, 290.

52. Converte gladium tuum in locum suum : omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. V, 364, 371 : VI, 228.

CAPUT XXVII.

5. Laqueo se suspendit. III, 207.

18. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. IV, 344.

26. Jesum flagellatum tradidit eis. III, 208.

32. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus. III, 209.

44. Latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. III, 212.

45. Tenebræ factæ sunt super universam terram. III, 216.

46. Deus meus, Deus meus, utquid dereliquisti me? III, 30.

50 Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

51. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum (III, 216, 217), et terra mota est, et petræ scissæ sunt. III, 216, 228.

52. Et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.

53. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. III, 216, 228.

54. Vere Filius Dei erat iste. V, 111.

CAPUT XXVIII.

2. Angelus Domini descendit de cœlo, et accedens revolvit lapidem. II, 163, 170.

3. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur. II, 166.

18. Data est mihi omnis potestas in cœlo, et in terra. II, 23, 336 : III, 20, 107 : VI, 54 : VIII, 6.

19. Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. II, 10, 11, 70 : III, 20, 195, 441 : V, 5, 103, 108, 181, 182, 234 : VI, 54 : VIII, 227, 228, 284, 377, 379, 385, 393, 396, 398, 399, 421, 427, 428, 435 : IX, 8, 59, 242, 259, 263 : X, 13.

20. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. V, 5, 103, 109, 234 : IX, 59.

AUCTORITATES EX EVANGELIO SECUNDUM MARCUM.

CAPUT I.

4. Fuit Joannes in deserto baptizans, et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. III, 193.

8. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto. III, 193.

9. Venit Jesus a Nazareth Galilææ : et baptizatus est a Joanne in Jordane. III, 194.

34. Non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. II, 313.

36. Simon, et qui cum illo erant. V, 147.

CAPUT III.

5. Circumspiciens eos cum ira. III, 39 : IV, 255.

22. Quoniam Beelzebub habet, et quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia. IX, 10, 11.

CAPUT V.

7. Adjuro te per Deum. VII, 333.

CAPUT VI.

3. Nonne hic est faber? III, 192.

9. Ne induerentur duabus tunicis. III, 197.

13. Et ungebant oleo multos ægros, et sanabant. X, 2.

50. Ego sum; nolite timere. III, 199.

CAPUT VII.

7. In vanum me colunt, docentes doctrinas, et præcepta hominum.

24. Ingressus domum, neminem voluit scire, et non potuit latere. III, 26.

32. Deprecabantur eum, ut imponat illi manum.

33. Misit digitos suos in auriculas ejus : et expuens, tetigit linguam ejus. VIII, 228 : IX, 13.

34. Ephphetha, quod est, Adaperire. VIII, 468.

CAPUT VIII.

9. Erant qui manducaverant quasi quatuor millia. III, 194.

31. Oportet Filium hominis post tres dies resurgere. III, 182.

CAPUT IX.

40. Quisquis potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis : non perdit mercedem suam. III, 439.

42. Ire in gehennam, in ignem inextinguibilem.

43. Ubi vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur. IV, 410, 412 : IX, 307.

CAPUT X.

9. Quod Deus conjunxit, homo non separet. X, 170.

11. Quicumque dimiserit uxorem suam, et aliam duxerit, adulterium committit super eam. X, 160, 163.

33. Potestis bibere calicem quem ego bibo : aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? VIII, 409, 448.

CAPUT XI.

2. Invenietis pullum ligatum. IX, 332.

24. Omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis. I, 431.

CAPUT XII.

14. Nec enim vides in faciem hominum. VI, 199.

17. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo. IV, 451 : V, 175.

32. Bene, Magister, in veritate dixisti, quia unus est Deus, et non est alius præter eum. I, 97.

33. Et ut diligatur ex toto corde, et ex toto intellectu, et ex tota anima, et ex tota fortitudine. V, 312.

CAPUT XIII.

32. De die autem illo, vel hora, nemo scit, neque angeli in cœlo, neque Filius, nisi Pater. II, 23 : VII, 402.

37. Quod vobis dico, omnibus dico : Vigilate. III, 6 : IX, 165.

CAPUT XIV.

12. Primo die Azymorum (IX, 104, 105, 106), quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli : Quo vis eamus, et paremus tibi ut manduces pascha? IX, 104, 105, 116.

14. Ubi est refectio mea, ut pascha cum discipulis meis manducem? IX, 106, 107.

16. Et paraverunt pascha.

17. Vespere autem facto, venit cum duodecim. IX, 104, 106.

22. Et manducantibus illis accepit Jesus panem, et benedicens fregit, et dedit eis et ait : Sumite, hoc est corpus meum. IX, 46, 53, 55, 62, 63, 64, 65, 66, 88, 90, 92, 93, 104, 106, 140 et *alibi sæpissime*.

23. Et accepto calice, gratias agens dedit eis : et biberunt ex illo omnes. IX, 46, 93.

24. Et ait illis : Hic est sanguis meus (IX, 55, 62, 63, 140 *et sæpius alibi passim*) novi

testamenti, qui pro multis effundetur (IX, 46), in remissionem peccatorum. IX, 66.

33. Et cœpit pavere, et tædere. III, 38.

CAPUT XV.

15. Tradidit Jesum flagellis cæsum. III, 208.

39. Videns centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait : Vere hic homo Filius Dei erat. III, 217.

42. Erat Parasceve, quod est ante sabbatum. IX, 108.

44. Pilatus mirabatur si jam obiisset. III, 217.

CAPUT XVI.

9. Surgens mane, prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene. III, 227, 232.

14. Novissime, recumbentibus illis undecim apparuit : et exprobravit incredulitatem eorum (III, 233) et duritiam cordis; quia iis qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. V, 47.

15. Et dixit eis : Euntes in mundum universum, prædicate evangelium omni creaturæ.

16. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit (III, 438, 439 : V, 27, 30, 33, 103, 169 : VIII, 38, 252, 267, 402, 429, 437, 455) : qui vero non crediderit, condemnabitur. III, 338 : V, 27, 30, 99 : IX, 242.

17. Signa eos qui crediderint, hæc sequentur : In nomine meo dæmonia ejicient (VII, 334, 335, 371, 372) : linguis loquentur novis. III, 240.

19. Dominus Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum. III, 236.

20. Prædicaverunt ubique, Domino cooperante. III, 380.

AUCTORITATES EX EVANGELIO SECUNDUM LUCAM.

CAPUT I.

6. Erant justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela. III, 352.

15. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. III, 152, 171.

26. Missus est angelus Gabriel a Deo. II, 170, 229.

27. Ad Virginem. II, 170.

28. Ave, gratia plena (III, 154) : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. II, 429 : III, 161, 162, 163.

30. Ne timeas, Maria. III, 162.

31. Ecce concipies (III, 162, 163) in utero, et paries filium (II, 434), et vocabis nomen ejus Jesum. II, 425.

32. Hic erit magnus (III, 162), et dabit illi Dominus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in æternum. III, 165 : IV, 33 : VI, 54.

33. Et regni ejus non erit finis. IV, 33 : V, 107.

34. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco ? III, 156, 159, 162, 163, 182.

35. Spiritus sanctus superveniet in te (III, 162, 163 : IX, 54), et virtus Altissimi obumbrabit tibi (II, 10 : III, 163). Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. II, 426, 436, 438 : III, 29, 173.

37. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. II, 310 : III, 162.

38. Ecce ancilla Domini (III, 160, 162), fiat mihi secundum verbum tuum (III, 162, 163). Et discessit ab illa angelus. III, 171.

39. Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione. III, 171.

41. Ut audivit salutationem Mariæ Elizabeth, exultavit infans in utero ejus : et repleta est Spiritu sancto Elizabeth. III, 171.

42. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

43. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? III, 171, 172.

44. Exultavit in gaudio infans in utero meo. III, 171.

45. Beata, quæ credidisti quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a Domino. III, 171.

48. Respexit humilitatem ancillæ suæ. VIII, 204.

52. Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles. III, 226.

56. Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus. III, 200.

58. Et audierunt vicini, et cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei. III, 158.

59. Factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum; et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. III, 183.

60. Nequaquam, sed vocabitur Joannes. III, 183.

63. Fecit redemptionem plebis suæ. III, 183.

78. Per viscera misericordiæ Dei nostri : in quibus visitavit nos oriens ex alto. II, 406.

CAPUT II.

1. Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. III, 165, 215.

3. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem. III, 165.

4. Ascendit autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth, in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem : eo quod esset de domo et familia David. III, 165, 174.

5. Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. III, 160, 165 : X, 142, 143, 144.

7. Reclinavit eum in præsepio ; quia non erat eis locus in diversorio. III, 165, 175.

8. Pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum. III, 165, 175, 177.

14. Gloria in altissimis Deo (VII, 335),

et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. III, 177.

10. Evangelizo vobis gaudium magnum. II, 456.

11. Quia natus est vobis hodie Salvator. II, 456.

15. Discesserunt ab eis angeli in cœlum. II, 165.

19. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. III, 186.

21. Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer (III, 182, 184, 186), vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. III, 162, 184.

22. Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus (III, 184, 185), secundum legem Moysi (III, 184), tulerunt illum in Jerusalem ut sisterent eum Domino. III, 184.

23. Sicut scriptum est in lege Domini : quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. III, 184.

24. Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. III, 184, 185.

25. Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon (III, 187, 188), et homo iste justus et timoratus, expectans consolationem Israël. III, 187, 188.

26. Responsum acceperat a Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. III, 178.

27. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo. III, 187, 188 : X, 140.

28. Et ipse accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum. III, 187, 188.

33. Et erat pater ejus et mater mirantes super his. X, 140.

35. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. III, 244.

39. Ut perfecerunt omnia secundum Legem Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth. III, 180, 188.

40. Puer autem crescebat et confortabatur, plenus sapientia. III, 189.

48. Ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te. III, 165 : VII, 392 : X, 140.

52. Jesus proficiebat sapientia et ætate et gratia, apud Deum et homines. II, 440 : III, 16, 19.

CAPUT III.

1. Anno quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris (III, 194), procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galiææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinæ tetrarcha. II, 324, 325.

2. Sub principibus sacerdotum Anna et Caïpha, factum est verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium, in deserto. II, 325.

3. Venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. VI, 12.

6. Videbit omnis caro salutare Dei. II, 310.

7. Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? IX, 304.

8. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. IX, 272, 304.

9. Omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. V, 341, 343.

10. Et interrogabant eum turbæ, dicentes : Quid ergo faciemus? V, 341, 343.

11. Respondens autem dicebat illis : Qui habet duas tunicas, det non habenti : et qui habet escas, similiter faciat. III, 198 : V, 341, 343.

14. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis vestris. V, 364.

16. Ego quidem aqua baptizo : vos ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni. III, 193.

21. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, et Jesu baptizato et orante, apertum est cœlum. III, 193, 194, 195.

12. Et descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum : et vox de cœlo facta est (II, 6 : III, 195) : Tu es Filius meus dilectus : in te complacui mihi. V, 69.

23. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta (III, 167), ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli (III, 166, 167), qui fuit Mathat. III, 167.

27. Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri. III, 166.

34. Qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ. III, 167.

35. Sale,

36. Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad. III, 168, 169.

CAPUT IV.

1. Jesus autem, plenus Spiritu sancto, regressus est a Jordane : et agebatur a Spiritu in desertum. II, 8, 440.

5. Duxit illum Diabolus in montem excelsum. III, 200.

9. Duxit illum in Jerusalem. III, 200.

14. Regressus est Jesus in virtute spiritus. II, 8.

34. Scio te quis sis : Sanctus Dei. II, 314.

41. Tu es Filius Dei (II, 314) : et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. II, 314.

43. Aliis civitatibus oportet me evangelizare : quia ideo missus sum. II, 402.

CAPUT V.

8. Petrus procidit ad genua Jesu, dicens : Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. IX, 161.

10. Noli timere. IX, 161.

31. Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. II, 332.

32. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. II, 332.

34. Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare?

35. Venient autem dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus: tunc jejunabunt in illis diebus. VIII, 91.

CAPUT VI.

12. Exiit in montem solus orare, et erat pernoctans in oratione Dei. VI, 406.

19. Virtus de illo exibat, et sanabat omnes. III, 22, 203.

20. Beati pauperes. IV, 269.

31. Prout vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter. V, 337, 360 : X, 155.

34. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? nam et peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia. VII, 107.

35. Diligite inimicos vestros (III, 371); mutuum date, nihil inde sperantes (VII, 107); et eritis filii Altissimi. III, 371.

36. Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est. IX, 259.

37. Nolite judicare, et non judibicamini. VI, 106.

38. Mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. III, 457.

41. Vides festucam. IV, 445.

CAPUT VII.

28. Major inter natos mulierum propheta Joanne Baptista nemo est. III, 333.

34. Venit Filius hominis manducans, et bibens. VIII, 135.

37. Mulier quæ erat in civitate peccatrix. IV, 393.

47. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. III, 375, 435 : IX, 262.

48. Remittuntur tibi peccata. IX, 262.

CAPUT VIII.

2. Et mulieres aliquæ,

3. Quæ ministrabant ei de facultatibus suis. III, 198, 199.

11. Semen est verbum Dei. IX, 62.

45. Dixit Petrus, et qui cum illo erant. V, 149.

46. Novi virtutem de me exiisse. III, 22.

CAPUT IX.

22. Oportet Filium hominis multa pati, et tertia die resurgere. III, 234.

26. Qui me erubuerit et meos sermones hunc Filius hominis erubescet. V, 39.

32. Petrus vero, et qui cum illo erant. V, 150.

35. Hic est Filius meus dilectus. II, 5.

36. Dum fieret vox, inventus est Jesus solus. II, 24.

55. Nescitis cujus spiritus estis. V, 52.

CAPUT X.

7. Dignus est operarius mercede sua. VII, 240.

16. Qui vos audit, me audit (V, 109) : et qui vos spernit, me spernit. IV, 478, 492 : VIII, 5, 6, 62, 81.

10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici : et nihil vobis nocebit. VII, 334.

21. Confiteor tibi, Pater, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Etiam, Pater, quoniam sic placuit ante te. I, 409.

27. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis (IV, 209), et ex omni mente tua. V, 312.

30. Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum; et plagis impositis, abierunt semivivo relicto. III, 31, 50, 277.

40. Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? II, 21.

42. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. VI, 404 : VIII, 124.

CAPUT XI.

2. Pater, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.

3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. V, 293 : IX, 48.

9. Petite, et dabitur vobis : quærite, et invenietis. III, 338.

15. In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. IX, 240, 241.

24. Revertar in domum meam unde exivi. IX, 281.

38. Quare non baptizatus esset ante prandium? VIII, 376.

41. Quod superest date eleemosynam (IV, 168) : et ecce omnia munda sunt vobis. III, 171 : V, 339 : VI, 116.

CAPUT XII.

8. Omnis quicumque confessus fuerit me. VIII, 413.

9. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. V, 38.

13. Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem.

14. Homo, quis me constituit judicem super vos? VI, 54.

18. Destruam horrea mea. V, 342.

32. Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. I, 409, 415.

38. Si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit. VII, 219.

47. Voluntatem Domini sui

48. Qui non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis. IV, 211.

50. Baptismo autem habeo baptizari. VIII, 376, 409, 446.

CAPUT XIII.

3. Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. IX, 157, 268.

CAPUT XIV.

23. Compelle intrare, ut impleatur domus mea. VIII, 240, 443.

26. Si quis venit ad me, et non odit pa-

trem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. I, 453 : V, 298 : V, 360.

33. Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. VI, 59.

CAPUT XV.

7. Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente. I, 390.

19. Jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. IX, 265.

CAPUT XVI.

8. Laudavit Dominus villicum iniquitatis. VII, 181.

9. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. V, 344 : VII, 398.

16. Lex et Prophetæ usque ad Joannem. IV, 390.

18. Omnis qui dimittit uxorem suam et alteram ducit, mœchatur; et qui dimissam a viro ducit, mœchatur. X, 159.

23. Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala. I, 451.

CAPUT XVII.

3. Si peccaverit in te frater tuus. IX, 242.

4. Si septies in die peccaverit in te, et septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. IX, 406.

5. Adauge nobis fidem. V, 49.

10. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite : Servi inutiles sumus : quod debuimus facere, facimus. III, 453, 454 : IX, *in appendice*, 515.

14. Ite, ostendite vos sacerdotibus. IX, 341.

20. Non venit regnum Dei cum observatione. V, 100.

21. Neque dicent : Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. V, 100.

22. Et ait ad discipulos suos : Venient dies quando desideretis videre unum diem Filii hominis, et non videbitis. V, 100.

23. Et dicent vobis : Ecce hic et ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. V, 100.

CAPUT XVIII.

1. Oportet semper orare (VII, 188), et non deficere. VII, 202.

8. Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra? II, 344 : V, 111.

12. Jejuno bis in sabbato. III, 232.

14. Omnis qui se exaltat humiliabitur. VII, 203.

19. Nemo bonus nisi solus Deus. I, 77.

CAPUT XIX.

10. Venit Filius hominis quærere et salvum facere quod perierat. II, 352.

23. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens, cum usuris utique exegissem illam? VII, 108.

40. Si hi tacuerint, lapides clamabunt. I, 196.

41. Videns civitatem, flevit super illam. IV, 255.

CAPUT XX.

25. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo. V, 175.

CAPUT XXII.

7. Venit dies Azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. VIII, 381 : IX, 104, 105, 106.

8. Et misit Petrum et Joannem, dicens : Euntes parate nobis pascha, ut manducemus. VIII, 381.

13. Euntes, invenerunt sicut dixit illis, et paraverunt pascha. IX, 104, 106.

14. Et cum facta esset hora, discubuit, et duodecim Apostoli cum eo. IX, 104, 181.

15. Et ait illis : Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. IX, 104, 105, 181.

17. Et accepto calice, gratias egit, et dixit : Accipite, et dividite inter vos. IX, 89.

19. Et accepto pane, gratias egit, et fregit, et dedit eis, dicens : Hoc est corpus meum (V, 85), quod pro vobis datur (IX, 46) : hoc facite in meam commemorationem. IV, 170 : VIII, 284, 285 : IX, 41 46, 63, 64, 92, 93, 140, *et sæpissime alibi* : X, 43.

20. Similiter et calicem, postquam cœnavit (IX, 111, 135), dicens : Hic est calix, novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. IX, 46, 63, 64, 167, 174.

21. Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. IX, 181.

22. Filius hominis, secundum quod definitum est, vadit. III, 54.

23. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. VIII, 391.

25. Reges Gentium dominantur eorum : et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur.

26. Vos autem non sic. IV, 481.

31. Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum. V, 177, 178, 179, 180.

32. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua (V, 115, 182, 183) ; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. V, 177, 178, 179, 180.

41. Positis genibus orabat. VII, 184.

42. Dicens : Pater, si vis, transfer calicem istum a me; verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. III, 47.

49. Domine, si percutimus in gladio. VI, 256.

53. Hæc est hora vestra, et potestas tenebrarum. VI, 304.

67. Si vobis dixero, non credetis mihi. III, 224.

70. Tu ergo es Filius Dei (III, 224) ? Qui ait : Vos dicitis, quia ego sum. IX, 68.

CAPUT XXIII.

34. Pater, dimitte illis : non enim sciunt quid faciunt. III, 359.

36. Illudebant autem ei, et milites acce-

dentes, et acetum offerentes ei. X, 20.
40. Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. III, 212.
41. Et nos quidem juste, nam digna factis, recipimus ; hic vero nihil mali gessit. III, 212.
42. Domine, memento mei (III, 358), cum veneris in regno tuo. V, 111
43. Hodie mecum eris in paradiso. II, 293 : III, 212.
46. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. II, 426.
48. Omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum illud, et videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, revertebantur. V, 111.
49. Stabant autem omnes noti ejus a longe, et mulieres quæ secutæ eum erant a Galilæa. V, 111.
54. Et dies erat Parasceves, et sabbatum illucescebat. IX, 106, 108.

CAPUT XXIV.

26. Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam ? II, 452, 457 : III, 2, 74.
28. Ipse se finxit longius ire. VII, 434, 438.
34. Surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni. III, 232.
36. Ego sum : nolite timere.
39. Palpate, et videte (III, 231 : IX, 99) : quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. I, 100, 104 : II, 424.
44. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum essem adhuc vobiscum. III, 232.
46. Sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die,
47. Et prædicari in nomine ejus pœnitentiam, et remissionem peccatorum. III, 227.
49. Et ego mitto promissum Patris mei in vos. Vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. IX, 8.
50. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, et elevatis manibus suis, benedixit eis.
51. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, et ferebatur in cœlum. III, 237.

AUCTORITATES EX EVANGELIO SECUNDUM JOANNEM.

CAPUT I.

1. In principio erat Verbum (II, 6, 36), et Verbum erat apud Deum (II, 6), et Deus erat Verbum. II, 8, 14.
3. Omnia per ipsum facta sunt (I, 162 : II, 6, 131, 335 : IX, 404,) ; et sine ipso factum est nihil (II, 9, 251 : IV, 281) quod factum est. I, 254.
4. In ipso vita erat. I, 254.
5. Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. I, 301.
6. Fuit homo missus a Deo. II, 9.
9. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. I, 301, 312 : IV, 345.
12. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. III, 371.
13. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. II, 9 : III, 371.
14. Verbum caro factum est (II, 309, 364, 367, 424 : III, 44, 117 : V, 82 : IX, 45, 53, 64, 88), et habitavit in nobis (II, 365) : et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre. III, 115, 193, 194 : X, 10.
15. Quia prior me erat. II, 22.
16. De plenitudine ejus nos omnes accepimus (II, 406 : III, 420 : VIII, 455), et gratiam pro gratia. I, 414 : II, 344, 406, 447 : III, 76, 421, 431, 455.
17. Lex per Moysen data est (IV, 390), gratia et veritas per Jesum Christum facta est. I, 110 : III, 22, 193, 420.
18. Deum nemo vidit unquam (I, 108, 109) : unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. I, 116 : II, 5, 70.
25. Qui ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? VIII, 377.
27. Qui post me venturus est, qui ante me factus est. II, 22.
28. Hæc in Bethania facta sunt, trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans. III, 194.
29. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. II, 362 : III, 419 : IV, 371.
30. Quia prior me erat. II, 23 : III, 429.
31. Ut manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans. III, 189, 193.
33. Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendentem (III, 193), hic est qui baptizat in Spiritu sancto. V, 148 : VIII, 286.
44. Erat autem Philippus a Bethsaïda, civitate Andreæ et Petri. V, 151.

CAPUT II.

1. Et erat mater Jesu ibi. II, 426 : III, 177.
3. Vinum non habent. III, 153.
4. Quid mihi et tibi est, mulier (II, 426 : III, 153)? nondum venit hora mea. III, 153.
11. Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ. III, 203.
19. Solvite templum hoc. IX, 47.

CAPUT III.

3. Nisi quis renatus fuerit denuo. IV, 366 : VIII, 437.
5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua (VII, 377, 385, 388, 409, 410, 411, 413, 427, 428, 429, 430, 431 : VIII, 375, 377, 459 : IX, 37, 60, 153), et Spiritu sancto (III, 193, 371 : IV, 336), non potest introire in regnum Dei. 381, 409 : VIII, 247, 250, 338, 375, 377, 385, 388, 409, 410, 411, 413, 427, 428, 429, 430, 434, 459.
7. Oportet vos nasci denuo. VIII, 382, 437.

10. Tu es magister in Israël, et hæc ignoras. VIII, 388.

11. Quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur. II, 11 : III, 2.

13. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo. II, 425 : III, 2.

14. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis. V, 30.

15. Ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. I, 286, 287 : V, 30.

16. Sic Deus dilexit mundum (III, 430), ut Filium suum unigenitum daret (I, 272, 273 : III, 164, 277) : ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. II, 352.

17. Misit Deus Filium suum in mundum. II, 146.

18. Qui credit in eum non judicabitur; qui autem non credit, jam judicatus est : quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. V, 27, 31.

22. Post hæc venit Jesus, et discipuli ejus in terram Judæam, et illic demorabatur cum eis, et baptizabat. VIII. 377.

27. Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. III, 401.

29. Amicus sponsi. VIII, 94.

31. Qui est de terra, de terra loquitur. Qui de cœlo venit, super omnes est. III, 17.

32. Et quod vidit et audivit, hoc testatur. III, 17.

34. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. II, 442.

35. Pater diligit Filium. II, 70.

36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam (III, 429, 439) : qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. V, 31.

CAPUT IV.

1. Ut ergo cognovit Jesus quia audierunt Pharisæi quod Jesus plures discipulos facit et baptizat, quam Joannes. VIII, 377.

2. (Quanquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus. VIII, 397.)

3. Reliquit Judæam et abiit iterum in Galilæam. VIII, 377, 378, 379.

7. Da mihi bibere. VI, 402.

10. Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu forsitan petiisses ab eo. II, 301.

13. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei,

14. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. III, 368, 457.

23. Venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. IV, 220 : V, 99, 100 : VII, 317 : IX, 188, 190.

24. Spiritus est Deus (I, 63 : II, 10), et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare. VII, 184.

44. Propheta in sua patria honorem non habet. II, 441.

CAPUT V.

17. Pater meus usque modo operatur. II, 268.

19. Non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem (II, 23); quæcumque enim ille fecerit, hæc et Filius similiter facit. II, 6, 9.

23. Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem (II, 9) : qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. III, 126.

26. Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso. II, 23, 70.

27. Et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est. III, 237.

30. Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. III, 47.

34. Ego autem non ab homine testimonium accipio. V, 118.

36. Opera quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. III, 203.

39. Scrutamini Scripturas; illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. II, 314 : V, 116.

44. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis? I, 275 : V, 118.

CAPUT VI.

20. Ego sum, nolite timere. III, 447.

39. Hæc est voluntas ejus, qui misit me, Patris, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo. I, 448.

44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. I, 404 : III, 333.

46. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo. I, 116.

51. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. II, 365, 425 : III, 178 : IX, 54.

52. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum (IX, 53, 164) : et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. IX, 45, 76, 90.

53. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes : Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? IX, 45.

54. Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen, dico vobis (IX, 53) : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis (VIII, 381, 382, 430), et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. VIII, 382, 430 : IX, 45, 60, 61, 62, 153, 159, 164, 168, 184.

55. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam (VIII, 247 : IX, 184); et ego resuscitabo eum in novissimo die. IX, 49, 62, 159, 164.

56. Caro mea vere est cibus (IX, 50, 64), et sanguis meus vere est potus. VIII, 247 : IX, 45, 62.

57. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. IX, 159.

58. Sicut misit me vivens Pater (II, 146),

et qui manducat me (II, 146), et ipse vivet propter me. IX, 61, 62, 159, 183, 184.

59. Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt : qui manducat hunc panem vivet in æternum. IX, 45, 46, 53, 64.

60. Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaüm. IX, 45.

61. Multi ergo audientes ex discipulis ejus, dixerunt : Durus est hic sermo (IX, 42), et quis potest eum audire? IX, 45.

62. Sciens autem Jesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis : Hoc vos scandalizat? IX, 45.

63. Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? IX, 45.

64. Spiritus est, qui vivificat : caro non prodest quidquam (IX, 46). Verba quæ ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt. IX, 45, 59.

65. Sciebat ab initio Jesus qui essent non credentes, et quis traditurus esset eum. I, 178.

67. Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro : et jam non cum illo ambulabant. IX, 45.

71. Nonne ego vos duodecim elegi? et ex vobis unus diabolus est. I, 415.

CAPUT VII.

3. Transi hinc, et vade in Judæam, ut et discipuli tui videant opera tua, quæ facis. VII, 405.

4. Manifesta teipsum mundo. III, 155 : VII, 405.

8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendo ad diem festum istud (III, 486 : VII, 402) : quia meum tempus nondum impletum est. VII, 405.

10, Ipse ascendit non manifeste, sed quasi in occulto. VII, 405.

17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere ; cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. V, 118.

19. Nemo ex vobis facit legem. IV, 444.

23. Mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? V, 372.

39. Nondum erat spiritus datus (V, 73), quia Jesus nondum erat glorificatus. III, 227, 379 : IX, 9.

CAPUT VIII.

7. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. VI, 105.

12. Ego sum lux mundi. I, 301.

16, Solus non sum : sed ego, et qui misit me, Pater. II, 146.

17. In lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. II, 6 : VI, 331.

18. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso : et testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. II, 6.

26. Et ego, quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. II, 31.

29. Quæ placita sunt ei facio semper. III, 71.

34. Omnis qui facit peccatum, servus est peccati. III, 105, 106.

41. Nos ex fornicatione non sumus nati. X, 157.

42. Ego ex Deo processi. II, 5, 58.

44. Vos ex patre Diabolo estis. Ille homicida erat ab initio (II, 299 : VIII, 288), et in veritate non stetit. II, 192, 208.

46. Quis ex vobis arguet me de peccato? III, 29.

47. Qui ex Deo est, verba Dei audit. I, 451, 456.

55. Scio eum, et sermonem ejus servo. III, 1, 2.

56. Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum; vidit et gavisus est. II, 39.

CAPUT IX.

3. Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo. IV, 407.

4. Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est; veniet nox, quando nemo potest operari. II, 211 : III, 72, 449.

31. Scimus quia peccatores Deus non audit. III, 332 : VII, 203 : VIII, 288.

32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. V, 21.

33. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam. V, 21.

CAPUT X.

11. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. V, 39, 347.

15. Animam meam pono pro ovibus meis. I, 286, 287.

16. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili; et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor. III, 176 : V, 94, 95, 102.

17. Ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. III, 54.

18. Nemo tollit eam a me; sed ego pono eam a meipso (III, 217) ; et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam : hoc mandatum accepi a Patre. III, 51, 54, 111, 217.

25. Loquor vobis, et non creditis. Opera quæ ego facio (III, 22) in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. III, 210 : V, 11.

28. Ego vitam æternam do eis (IV, 41) : et non rapiet eas quisquam de manu mea. I, 448.

29. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est; et nemo potest rapere de manu Patris mei. II, 13, 14, 25.

30. Ego et Pater unum sumus. II, 13, 14, 18, 45, 363 : IX, 46, 70.

31. Sustulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum. II, 13.

33. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia : et quia tu, homo cum sis, facis teipsum deum. II, 13.

34. Nonne scriptum est in lege vestra : Quia ego dixi, Dii estis? II, 14 : V, 73.

35. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura. II, 14.

36. Quem Pater sanctificavit, et misit in mundum (II, 432), vos dicitis : Quia blasphemas ; quia dixi : Filius Dei sum. II, 14.

37. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. II, 13, 45.

38. Si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite (III, 205), ut cognoscatis et credatis quia Pater in me est, et ego in Patre. II, 13, 45.

39. Quærebant ergo eum apprehendere, et exivit de manibus eorum. II, 13.

CAPUT XI.

22. Scio quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. III, 109.

25. Ego sum resurrectio et vita. III, 432, 438.

26. Qui credit in me, non morietur in æternum. III, 438.

27. Utique, Domine, ego credidi quia tu es Christus, Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. III, 438.

33. Turbavit seipsum. IV, 255.

35. Et lacrymatus est Jesus. IV, 255.

41. Pater.

42. Ego autem sciebam quia semper me audis. I, 287 : III, 109.

43. Lazare, veni foras. IX, 140, 340.

CAPUT XII.

8. Pauperes semper habetis vobiscum ; me autem non semper habetis. IX, 64.

32. Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. I, 286.

39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaïas :

40. Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum. I, 309.

43. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. IV, 433.

CAPUT XIII.

1. Ante diem festum Paschæ (IX, 105), sciens Jesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem : cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. IX, 46, 73, 104, 105.

2. Et cœna facta est. IX, 104.

4. Surgit a cœna, et ponit vestimenta sua. III, 198.

7. Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. VIII, 368, 369.

8. Si non lavero te, non habebis partem mecum. IV, 422 : VIII, 368, 369.

10. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus (VIII, 368, 369, 370). Et vos mundi estis, sed non omnes. III, 428.

12. Scitis quid fecerim vobis ? VIII, 368.

14. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus et Magister : et vos debetis alter alterius lavare pedes. VIII, 368.

15. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. VIII, 368, 369.

18. Ego scio quos elegerim. I, 449.

26. Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotæ. IV, 182.

27. Quod facis, fac citius. IV, 339.

34. Mandatum novum do vobis : ut diligatis invicem sicut dilexi vos. V, 302 : VI, 252.

35. In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. III, 428.

CAPUT XIV.

1. Creditis in Deum, et in me credite. V, 30 : IX, 60.

2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Vado parare vobis locum. I, 133.

3. Ut ubi sum ego, et vos sitis. I, 133.

6. Ego sum via, et veritas et vita (I, 54, 65, 253 : IV, 224). Nemo venit ad Patrem, nisi per me. II, 459.

8. Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. IV, 22.

11. Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est ? II, 145.

15. Si diligitis me, mandata mea servate. V, 291.

16. Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis (II, 5, 7, 67, 108), ut maneat vobiscum in æternum. V, 108, 121, 234 : IX, 5.

17. Spiritum veritatis V, 103, 121, 234. Vos cognoscetis eum : quia apud vos manebit, et in vobis erit. III, 428.

20. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. III, 428.

21. Qui diligit me, diligetur a Patre meo : et ego diligam eum. III, 373 : V, 270, 272 : VIII, 443 : IX, 280, 322, 410.

23. Si quis diligit me, Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus (II, 5), et mansionem apud eum faciemus. II, 123, 147 : III, 370 : V, 313 : IX, 295.

26. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem Pater mittet in nomine meo (II, 146), ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis. V, 108, 237.

28. Vado ad Patrem, quia Pater major me est. II, 21 : III, 107, 240 : V, 108.

31. Ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio (III, 51). Surgite, eamus hinc. III, 73, 217.

CAPUT XV.

1. Ego sum vitis vera (IX, 63) : et Pater meus agricola est.

2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. III, 455.

3. Jam vos mundi estis (III, 428) propter sermonem quem locutus sum vobis. VIII, 229.

4. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite ; sic nec vos, nisi in me manseritis. IX, 93.

5. Ego sum vitis, vos palmites ; qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum

multum (III, 455) : quia sine me nihil potestis facere. III, 76, 353, 354.

10. Si præcepta mea servaveritis, ...sicut et ego Patris mei præcepta servavi. III, 51.

12. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. V, 353.

13. Majorem hac dilectionem (II, 452) nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. V, 305 : VIII, 39, 415.

14. Vos amici mei estis. V, 270.

15. Jam non dicam vos servos. Vos autem dixi amicos (I, 257 : V, 270, 271) ; quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. II, 31 : VII, 404.

16. Non vos me elegistis : sed ego elegi vos. III, 124, 353.

22. Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent (I, 313 : IV, 331 : V, 50) : nunc autem excusationem non habent de peccato suo. III, 219.

24. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent (III, 219) : nunc autem et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum. V, 359.

25. Ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est : Quia odio habuerunt me gratis. V, 75.

26. Cum autem venerit Paracletus quem ego mittam vobis a Patre (II, 122), Spiritum veritatis, qui a Patre procedit. II, 58, 67, 122, 146.

CAPUT XVI.

2. Venit hora, ut omnis qui interfecit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. IV, 344.

3. Non noverunt Patrem, neque me. III, 219.

7. Expedit vobis ut ego vadam : si non abiero, Paracletus non veniet ad vos : si autem abiero, mittam eum ad vos. II, 172 : IX, 9, 73.

13. Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem (V, 14, 110, 121). Non loquetur a semetipso : sed quæcumque audiet loquetur, et quæ ventura sunt annuntiabit vobis. II, 122.

14. Ille me clarificabit : quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. II, 5, 122.

15. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt (II, 9). Propterea dixi : Quia de meo accipiet. II, 122, 126.

22. Gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. IV, 24.

23. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. VII, 193.

24. Petite, et accipietis. IV, 337.

28. Exivi a Patre (II, 5), et veni in mundum (II, 363) : iterum relinquo mundum. IX, 64.

32. Non sum solus, quia Pater mecum est. II, 6.

CAPUT XVII.

3. Hæc est vita æterna : ut cognoscant te, solum Deum verum (I, 97, 105, 108, 133 : IV, 15, 16, 22), et quem misisti, Jesum Christum. I, 108 : II, 9, 10, 23.

4. Opus consummavi. III, 74.

5. Nunc clarifica me (III, 74) tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset, apud te. II, 6, 243 : III, 2.

6. Tui erant, et mihi eos dedisti. III, 125.

9. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. I, 287, 289.

10. Mea omnia tua sunt, et tua mea sunt. II, 9.

12. Quos dedisti mihi, custodivi ; et nemo ex iis periit, nisi Filius perditionis. I, 449, 450, 451.

20. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. V, 104.

22. Ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis (III, 371) ; ut sint unum, sicut et nos unum sumus. II, 14 : IX, 48.

24. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum : ut videant claritatem meam quam dedisti mihi. Quia dilexisti me ante mundi constitutionem. II, 243 : III, 1, 2.

CAPUT XVIII.

9. Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. I, 395, 410.

20. Ego palam locutus sum mundo : in occulto locutus sum nihil. III, 200.

28. Non introierunt in Prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha. IX, 104, 105.

31. Accipite eum vos (II, 324), et secundum legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi : Nobis non licet interficere quemquam. II, 324, 325 : III, 209.

36. Regnum meum non est de hoc mundo (V, 175 : VI, 53, 54, 56) : si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Judæis : nunc autem regnum meum non est hinc. VI, 53, 54.

37. Dixit ei Pilatus : Ergo rex es tu? Respondit Jesus : Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. IV, 224, : VI, 53, 54.

39. Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in Pascha : vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum? IX, 106.

CAPUT XIX.

1. Apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit. III, 208.

6. Accipite eum vos, et crucifigite. II, 325.

11. Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper (VI, 304). Propterea qui me tradidit tibi majus peccatum habet. IV, 313.

14. Erant autem parasceve Paschæ, hora quasi sexta. IX, 105, 106.

15. Non habemus regem, nisi Cæsarem. II, 324, 325.

25. Stabat juxta crucem Jesu mater ejus, III, 214.

26. Dicit matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. IX, 88.

27. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua. IX, 88.

30. Consummatum est. VIII, 382, 387.

31. Judæi ergo (quoniam parasceve erat), ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus ille dies sabbati) (IX, 106), rogaverunt Pilatum. IX, 107, 108.

33. Ad Jesum cum venissent, et viderunt jam mortuum, non fregerunt ejus crura. III, 213.

34. Sed unus militum lancea ejus latus aperuit, et continuo exiyit sanguis et aqua. III, 213.

CAPUT XX.

1. Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. III, 227, 228.

17. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum (III, 190, 233). Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. III, 103.

21. Sicut misit me Pater (IX, 8), et ego mitto vos. V, 150, 151 : IX, 233, 333, 353, 361.

22. Hæc cum dixisset, insufflavit, et dixit eis : Accipite Spiritum sanctum. V, 150 : VIII, 247, 284, 381 : IX, 231, 233, 237, 238, 333, 335, 360, 361.

23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis : et quorum retinueritis, retenta sunt. V, 153 : VIII, 247, 284, 292, 302, 381 : IX, 231, 232, 235, 240, 242, 250, 251, 252, 253, 256, 257, 258, 333, 336, 337, 333, 335, 360, 361. *Vide appendicem.* X, 42.

27. Infer digitum tuum huc, et vide manus meas; et affer manum tuam, et mitte in latus meum. III, 231.

28. Dominus meus, et Deus meus. II, 9 : V, 102.

30. Multa quidem, et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. V, 89.

31. Hæc autem scripta sunt ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei, et ut credentes, habeatis vitam in nomine ejus. III, 438 : V, 89.

CAPUT XXI.

15. Simon Joannis, diligis me plus his? Pasce agnos meos. IV, 450 : V, 146, 179.

17. Domine, tu omnia nosti (II, 23) : tu scis quia amo te (V, 146). Pasce oves meas. II, 42 : IV, 450 : V, 94, 146, 179. *Vide etiam appendicem.*

25. Sunt autem et alia multa, quæ fecit Jesus : quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. II, 336.

AUCTORITATES EX ACTIBUS APOSTOLORUM.

CAPUT I.

1. De omnibus quæ cœpit Jesus facere et docere. VI, 55 : IX, 177, 181.

3. Per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. III, 233, 236 : IX, 8.

4. Et convescens, præcipit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris. III, 237.

5. Vos baptizabimini Spiritu sancto. VIII, 376, 409.

6. Si in tempore hoc restitues regnum Israël? II, 40.

8. Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos. II, 8.

9. Videntibus illis, elevatus est; et nubes suscepit eum ab oculis eorum. III, 236, 237.

12. Tunc reversi sunt Jerosolymam, a monte qui vocatur Oliveti qui est juxta Jerusalem, sabbati habens iter. III, 237.

14. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et Maria matre Jesu, et fratribus ejus. III, 237.

15. In diebus illis, exurgens Petrus in medio fratrum dixit :

16. Viri fratres, oportet impleri Scripturam.

18. Suspensus crepuit medius : et diffusa sunt omnia viscera ejus. III, 207, 208.

CAPUT II.

1. Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. III, 238 : IX, 110, 111.

2. Et factus est repente de cœlo sonus (IX, 110, 111), tanquam advenientis spiritus vehementis (II, 152 : IX, 5), et replevit totam domum ubi erant sedentes. III, 238.

3. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. III, 238, 239.

4. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis (III, 239, 240), prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. III, 238.

14. Stans Petrus cum undecim. V, 147.

15. Non, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia. III, 239.

21. Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. IX, 322.

23. Hunc, definito consilio, et præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis. IV, 338.

24. Quem Deus suscitavit, solutis doloribus inferni juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. III, 224.

37. His auditis, compuncti sunt corde (V, 117), et dixerunt ad Petrum, et ad reliquos Apostolos : Quid faciemus, viri fratres? VIII, 428, 432.

38. Petrus vero ad illos : Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi (VIII, 402, 404), in remissionem peccatorum (IV, 366 : VIII, 404, 435, 436 : IX, 243, 317.

42. Erant perseverantes in doctrina Apos-

tolorum, et communicatione fractionis panis, et orationibus. IX, 164.

CAPUT III.

4. Intuens autem in eum Petrus. IX, 141.
6. Argentum et aurum non est mihi. X, 39. Quod habeo, hoc tibi do : In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula. IX, 255.
21. Quem oportet quidem cœlum suscipere. III, 236.

CAPUT IV.

10. In nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis. III, 234.
12. Non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. I, 440 : II, 39 : V, 29 : VIII, 242.
18. Ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu. III, 234.
19. Petrus vero et Joannes respondentes, dixerunt ad eos : Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate. III, 234.
20. Non enim possumus quæ vidimus et audivimus non loqui.
21. At illi comminantes dimiserunt eos. III, 234.
27. Convenerunt vere in civitate ista adversus sanctum puerum suum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Israël. III, 54.
28. Facere quæ manus tua et consilium tuum decreverunt fieri. III, 54 : IV, 338.

CAPUT V.

3. Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? II, 10.
4. Non es mentitus hominibus, sed Deo. II, 10.
29. Respondens Petrus et Apostoli, dixerunt (V, 150) : Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. IV, 195, 492 : V, 356.
41. Illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. VIII, 50.

CAPUT VI.

2. Convocantes duodecim multitudinem Discipulorum. V, 230.

CAPUT VII.

22. Moyses,
24. Percusso Ægyptio,
25. Existimabat intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis. VI, 284.
51. Dura cervice, et incircumcisis cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis. I, 270, 339 : III, 390.
55. Ecce video cœlos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei. III, 187.

CAPUT VIII.

14. Cum autem audiissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem. IX, 1, 2.
15. Qui cum venissent oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum. VIII, 233 : IX, 1, 2.
16. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. VIII, 402 : IX, 1, 2.
17. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum. VIII, 233, 247 : IX, 1, 2, 21.
20. Pecunia tua tecum sit in perditionem : quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. VII, 424, 425.
31. Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? V, 83.
36. Venerunt ad quamdam aquam : et ait eunuchus : Ecce aqua ; quid prohibet me baptizari? VIII, 385.
37. Credo Filium Dei esse Jesum Christum. VIII, 401.

CAPUT IX.

6. Domine, quid me vis facere? IX, 321.
15. Vas electionis est mihi. III, 475.

CAPUT X.

19. Dixit Spiritus ei : Ecce viri tres quærunt te. II, 7.
20. Surge itaque, descende, et vade cum eis, nihil dubitans; quia ego misi illos. II, 7,
34. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. I, 315, 422 : II, 91.
35. Sed in omni gente, qui timet eum, et operatur justitiam, acceptus est illi. I, 315.
38. Jesum a Nazareth : quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute (II, 436), qui pertransiit benefaciendo, et sanando omnes oppressos a Diabolo. II, 336.
41. Non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo. III, 232.
47. Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? VIII, 385.
48. Jussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi. VIII, 402.

CAPUT XI.

14. Qui loquetur tibi verba, in quibus salvus eris tu, et universa domus tua. V, 31.

CAPUT XII.

7. Angelus Domini astitit : et lumen refulsit in habitaculo; percussoque latere Petri, excitavit eum. II, 163, 166.
15. Angelus ejus est. II, 232.

CAPUT XIII.

2. Dixit Spiritus sanctus : Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. II, 7.
9. Paulus intuens in eum. IX, 141.
38. Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur. III, 439.
39. In hoc omnis qui credit justificatur. III, 439.
46. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes. II, 333.

CAPUT XV.

6. Convenerunt apostoli et seniores videre de verbo hoc. V, 231, 232.

7. Cum magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos : Viri fratres. V, 235.

9. Fide purificans corda eorum. VIII, 229.

10. Quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? III, 346.

11. Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi. III, 346.

12. Tacuit omnis multitudo. V, 231.

19. Propter quod ego judico. V, 232.

22. Placuit apostolis et senioribus cum omni ecclesia. V, 231.

28. Visum est Spiritui sancto, et nobis (V, 68, 224, 226, 239), nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria. X, 75

41. Perambulabat ...præcipiens custodire præcepta Apostolorum (IV, 450) et seniorum. V, 231.

CAPUT XVI.

7. Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, et non permisit eos Spiritus Jesu. II, 123.

14. Et quædam mulier, nomine Lydia, colens Deum, audivit : cujus Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur a Paulo. III, 329, 380 : V, 12, 120.

27. Custos carceris.

33. Baptizatus est ipse, et omnis domus ejus continuo. VIII, 390.

CAPUT XVII.

11. Susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent. V, 116, 117.

22. Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosiores ego vos video. VII, 372.

24. Deus, qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt (II, 335), non in manufactis templis habitat. VII, 184.

25. Nec manibus humanis colitur indigens aliquo (VII, 187), cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem, et omnia. VIII, 385, 387.

26. Fecitque ex uno omne genus hominum. II, 277.

27. Quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. I, 81 : II, 44.

28. In ipso enim vivimus, movemur et sumus. I, 81, 394, 418 : II, 45 : V, 298.

CAPUT XIX.

5. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu. V, 281 : VIII, 402 : IX, 2.

6. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguis, et prophetabant. V, 281 : VIII, 401 : IX, 2, 21.

19. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus ; et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. V, 61.

CAPUT XX.

16. Paulus festinabat, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Jerosolymis. III, 238 : VII, 341 : IX, 110.

28. Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei. IV, 450 : V, 108, 131, 152, 168, 169 : VIII, 284 : X, 70, 71.

35. Beatius est magis dare, quam accipere. II, 25.

36. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis, oravit cum omnibus illis. VII, 184.

CAPUT XXII.

14. Deus patrum nostrorum præordinavit te, ut cognosceres voluntatem ejus. I, 327.

16. Et nunc quid moraris? Exurge, et baptizare, et ablue peccata tua, invocato nomine ipsius. IV, 366 : VIII, 411 : IX, 321.

CAPUT XXIII.

3. Tu sedens judicas me secundum legem. VII, 402.

8. Non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum. II, 149.

CAPUT XXVII.

9. Cum jam non esset tuta navigatio, eo quod et jejunium jam præteriisset. VIII, 108.

CAPUT XXVIII.

25. Bene Spiritus sanctus locutus est per Isaïam prophetam ad patres nostros,

26. Dicens : Vade ad populum istum, et dic ad eos : Aure audietis, et non intelligetis. II, 10.

AUCTORITATES DESUMPTÆ EX EPISTOLIS DIVI PAULI.

EX EPIST. AD ROMANOS.

CAPUT I.

3. De Filio suo, qui factus est ei ex semine David, secundum carnem. II, 366, 424, 425 : III, 30, 121, 166.

4. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute (III, 121), secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri. III, 121.

5. Per quem accepimus gratiam. III, 432.

8. Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis; quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. V, 155, 157, 205.

9. Testis enim mihi est Deus. VII, 308.

13. Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpe proposui venire ad vos (et prohibitus sum usque adhuc). V, 155.

16. Non enim erubesco evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. VIII, 249.

17. Justus ex fide vivit. VIII, 249.

20. Invisibilia enim ipsius, a creatione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur (I, 98 : III, 328) : sempiterna quoque ejus virtus, et divinitas : ita ut sint inexcusabiles. I, 24, 98, 257 : II, 210 : III, 328 : VII, 184.

24. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam. IV, 399.

25. Servierunt creaturæ potius quam creatori. VII, 374.

26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. IV, 400.

28. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt. IV, 339, 400.

30. Detractores, Deo odibiles. VI, 333, 370.

32. Qui talia agunt, digni sunt morte : et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. V, 332 : VI, 151, 363 : VIII, 137.

CAPUT II.

1. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas. V, 185....

2. Scimus enim quoniam judicium Dei est secundum veritatem. IV, 383.

4. An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? I, 272.

6. Reddet unicuique secundum opera ejus. I, 133 : III, 433.

7. Iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam, et honorem, et incorruptionem, quærunt vitam æternam. III, 433.

9. Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum. IV, 398.

12. Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. IV, 338, 433.

13. Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. III, 440.

24. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. IV, 433 : V, 28.

15. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. III, 333, 343 : V, 28.

CAPUT III.

1. Quid ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis?

2. Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. VIII, 273, 466.

8. Non faciamus mala ut veniant bona. IV, 154, 366 : V, 303.

20. Cognitio peccati. IV, 390.

21. Justitia Dei manifestata est. III, 431.

22. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes et super omnes. V, 29.

24. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu. III, 77, 83, 219, 461 : VIII, 242.

25. Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. III, 77, 83 : VIII, 242 : IX, 103.

26. Ut sit ipse justus, et justificans eum qui est ex fide Jesu Christi. VIII, 242.

28. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis. III, 441 : VIII, 249.

CAPUT IV.

2. Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. III, 441.

4. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. III, 442.

5. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiæ Dei. III, 442.

6. Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus. III, 442.

11. Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio. VIII, 466.

12. Pater circumcisionis. III, 206.

13. Ubi non est lex; nec prævaricatio. IV, 366, 390.

16. Ut secundum gratiam firma sit promissio. I, 438.

25. Traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram. III, 226.

CAPUT V.

3. Scientes quod tribulatio patientiam operatur;

4. Patientia autem probationem. IX, 472.

5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. II, 148 : III, 368, 373, 432 : V, 270, 279.

8. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus,

9. Christus pro nobis mortuus est. II, 452.

10. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus; multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. III, 84 : IV, 368.

12. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. II, 281, 303, 362 : III, 273 : IV, 364, 365, 366, 367, 370, 377, 381, 394.

13. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo : peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. IV, 338, 390.

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. IV, 363, 390.

15. Sed non sicut delictum, ita et donum (X, 29) : si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. II, 459 : III, 94 : IV, 363, 366, 367.

18. Igitur sicut per unius delictum in om-

nes homines in condemnationem : sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. I, 286 : II, 307 : IV, 367, 370, 377 : V, 29.

19. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi (IV, 367) : ita et per unius obeditionem, justi constituentur multi. I, 286 : III, 51, 53, 452 : IV, 365, 369, 370, 373, 376.

20. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia. III, 77, 94, 359 : IX, 288, 289.

CAPUT VI.

3. Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? VIII, 379, 385, 446, 455, 456.

4. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem (VIII, 379, 385, 446); ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. III, 226 : VIII, 446, 455, 456.

8. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum Christo. VIII, 446, 455, 456.

11. Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro. III, 226 : VIII, 446, 455, 456.

12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. IV, 324.

20. Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ. IV, 74.

23. Stipendia enim peccati, mors (I, 415 : II, 281 : III, 455 : IV, 365, 366, 394 : V, 291). Gratia autem Dei, vita æterna (I, 105, 135, 404, 415 : II, 187 : III, 286, 353 : IV, 5 : VII, 446, 456 : IX, 280), in Christo Jesu Domino nostro. I, 415.

CAPUT VII.

7. Peccatum non cognovi, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces. IV, 279, 390.

14. Scimus enim quia lex spiritualis est : ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. III, 426.

15. Quod enim operor, non intelligo (III, 426) : non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio. IV, 89.

16. Si autem quod nolo, illud facio; consentio legi. IV, 322.

17. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. IV, 322.

18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. I, 437.

23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. I, 437 : III, 315, 319 : IV, 84.

24. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? III, 315, 319, 342, 348.

25. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. III, 342.

CAPUT VIII.

1. Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu (IV, 385 : IX, 271), qui non secundum carnem ambulant. IV, 322.

3. Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. II, 424 : III, 28.

8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. X, 92.

10. Corpus quidem mortuum est propter peccatum (IV, 394); spiritus vero vivit propter justificationem. II, 281.

11. Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. VIII, 457.

15. Non enim accepistis spiritum servitutis, iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba (Pater). IX, 305.

16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod simus filii Dei. I, 451, 428.

17. Si autem filii, et hæredes : hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi (I, 451 : III, 3) ; si tamen compatimur. I, 451.

18. Existimo enim, quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam. III, 211, 457.

24. Spe enim salvi facti sumus (V, 253, 257, 266) : spes autem quæ videtur non est spes; nam quod videt quis, quid sperat? V, 261.

26. Ipse Spiritus postulat pro nobis (VII, 201 ; gemitibus inenarrabilibus. II, 31.

28. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum (I, 410, 446 : IX, 263), iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. I, 404, 421, 422, 444.

29. Nam quos præscivit, et prædestinavit (I, 404, 410, 421, 422) conformes fieri imaginis Filii sui (I, 404, 421 : II, 115, 267 : III, 120, 123, 177), ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. I, 404, : II, 353.

30. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit (I, 404); et quos vocavit, hos et justificavit : quos autem justificavit, illos et glorificavit. I, 404, 415, 422, 429, 441.

31. Si Deus pro nobis, quis contra nos? I, 404.

32. Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. III, 120, 218.

34. Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. III, 73, 108, 190.

35. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? II, 45.

38. Certus sum enim quod neque mors, neque vita,

39. Neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. V, 289.

CAPUT IX.

1. Veritatem dico in Christo, non mentior. VII, 308.

5. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. V, 302.

5. Christus, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. II, 9.

6. Non enim omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israëlitæ. II, 335 : VIII, 430.

7. Neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii (II, 335) : sed in Isaac vocabitur tibi semen. VIII, 430.

8. Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei : sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. VIII, 430.

11. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (I, 410 : II, 266), (ut secundum electionem propositum Dei maneret). I, 410, 429.

12. Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei. I, 410, 429.

13. Quia major serviet minori (I, 429), sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esaü autem odio habui. I, 410, 433, 460.

14. Numquid iniquitas apud Deum? Absit! I, 440 : IV, 356.

15. Miserebor cujus misereor : et misericordiam præstabo cujus miserebor. I, 410.

16. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. I, 235, 410 : III, 401 : IV, 84.

18. Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat. I, 235, 239, 359.

19. Dicis itaque mihi : Quid adhuc quæritur? Voluntati enim ejus quis resistit? I, 235, 254, 269, 359 : IV, 124.

20. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? (I, 410, 437, 440, 463 : III, 322) Numquid dicit figmentum ei qui se finxit : Quid me fecisti sic? I, 235, 359.

21. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? I, 235, 359, 440.

22. Quod si Deus volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum. I, 460.

23. Ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam. I, 460.

24. Quos et vocavit nos non solum ex Judæis, sed etiam ex Gentibus. I, 411.

CAPUT X.

3. Ignorantes justitiam Dei, et suam volentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti. III, 432.

4. Finis enim legis, Christus. IV, 390.

8. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus.

9. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. III, 438, 439.

10. Corde creditur ad justitiam (V, 36) : ore autem confessio fit ad salutem. V, 26, 39.

11. Omnis qui credit in illum, non confundetur. VIII, 410.

13. Omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. VII, 191 : VIII, 410.

14. Quomodo invocabunt in quem non crediderunt? (I, 307 : VII, 191) aut quomodo credent ei quem non audierunt? (V, 50) Quomodo autem audient sine prædicante? I, 300, 313 : III, 328 : IV, 331.

17. Ergo fides ex auditu. III, 177.

18. In omnem terram exivit sonus eorum. V, 33.

20. Inventus sum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. III, 334.

CAPUT XI.

2. Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. I, 422.

5. Secundum electionem gratiæ. I, 410.

6. Si autem gratia, jam non ex operibus (III, 461) ; alioquin gratia jam non est gratia. I, 410 : III, 386.

20. Tu autem fide stas : noli altum sapere, sed time. V, 289.

29. Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio Dei. III, 221 : IX, 279.

32. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate : ut omnium misereatur. I, 432.

33. O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! (I, 143, 156, 188, 410 : III, 402) quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! I, 139, 411, 464.

34. Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? I, 411.

35. Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? I, 393, 411 : III, 329, 353, 401, 402, 442.

36. Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia. I, 71, 188, 329, 411, 418, 435 : III, 329, 353.

CAPUT XII.

1. Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei (VII, 333), ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam. VII, 237.

2. Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona. I, 254.

3. Sapere ad sobrietatem. VIII, 110.

4. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent. VI, 267.

15. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. IV, 253.

19. Non vosmetipsos defendentes, charissimi (VI, 239), sed date locum iræ. Scriptum est enim : Mihi vindicta ; ego retribuam, dicit Dominus. V, 364 : VI, 224 : VIII, 20.

21. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. VIII, 20.

CAPUT XIII.

1. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit (VIII, 6) : non est enim potestas

nisi a Deo ; quæ autem sunt a Deo ordinata sunt. IV, 454, 478 : V, 175.

2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit (IV, 478 : V, 175 : VIII, 6). Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. IV, 493, 499 : VI, 341.

4. Si autem malum feceris, time ; non enim sine causa gladium portat : Dei enim minister est ; vindex in iram, ei qui malum agit. VI, 104, 222.

5. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. IV, 493.

6. Ideo enim et tributa præstatis : ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes. IV, 493.

7. Reddite ergo omnibus debita (VI, 115) : cui tributum, tributum ; cui vectigal, vectigal. IV, 493 : VI, 215.

9. Non concupisces. IV, 279.

10. Plenitudo legis est dilectio. III, 459 : VIII, 10.

11. Hora est jam nos de somno surgere. X, 5.

12. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis ;

13. Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus, etc.

14. Sed induimini Dominum Jesum Christum. III, 430.

CAPUT XIV.

3. Qui non manducat, manducantem non judicet. V, 112 : VIII, 83.

4. Tu quis es, qui judicas alienum servum? VI, 105, 106.

17. Non est enim regnum Dei, esca et potus. III, 197.

23. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est ; quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. III, 334 : IV, 190.

CAPUT XV.

8. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis. II, 332.

30. Obsecro ergo vos, fratres, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. VII, 189.

CAPUT XVI.

16. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. V, 93.

17. Rogo autem vos, fratres : ut observetis eos qui dissensiones et offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt. V, 88.

EX EPIST. I AD CORINTHIOS.

CAPUT I.

9. Fidelis Deus : per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri, IX, 312.

10. Idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata.

12. Ego quidem sum Pauli ; ego autem Apollo ; ego vero Cephæ. VIII, 282.

13. Numquid Paulus crucifixus est pro vobis ? (III, 83) aut in nomine Pauli baptizati estis? II, 11.

17. Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare. VIII, 228, 418.

23. Nos autem prædicamus Chistum crucifixum, Judæis quidem scándalum, Gentibus autem stultitiam. V, 25 : IX, 73.

24. Ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam. V, 25 : IX, 1, 73.

27. Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. V, 25.

28. Et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. V, 25.

30. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio. III, 432.

31. Ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in Domino glorietur. III, 442.

CAPUT II.

2. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. I, 14.

7. Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est. II, 36.

8. Quam nemo principum hujus sæculi cognovit (II, 36) : si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. III, 177 : IV, 344.

9. Sed sicut scriptum est : Quod oculus non vidit, nec auris audivit (IV, 32), nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum. I, 105 : III, 286, 371 : IV, 417.

10. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum (III, 427 : IV, 417) : Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. I, 158 : II, 10, 23 : V, 143.

11. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? (I, 158 : II, 10, 184 : III, 427, 428 : V, 143) Ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. I, 158 : II, 10, 184, 257, 258.

12. Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. III, 427.

14. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei (II, 257 : V, 118) ; stultitia enim est illi, et non potest intelligere : quia spiritualiter examinatur. III, 330.

15. Spiritualis autem judicat omnia : et ipse a nemine judicatur. V, 118.

CAPUT III.

4. Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus?

5. Ministri ejus, cui credidistis. VIII, 280.

7. Itaque neque qui plantat est aliquid,

neque qui rigat : sed, qui incrementum dat, Deus. III, 329 : VIII, 325.

8. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. I, 394.

11. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. V, 104, 148.

15. Ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem. IV, 404.

16. Nescitis quia templum Dei estis? II, 148.

17. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. II, 148.

22. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura (I, 444) : omnia enim vestra sunt.

23. Vos autem Christi : Christus autem Dei. II, 355 : III, 123, 420.

CAPUT IV.

1. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. VII, 424 : VIII, 302.

2. Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. V, 203.

3. Sed neque meipsum judico. III, 426.

4. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum : qui autem judicat me, Dominus est. III, 426.

5. Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus : qui est illuminabit abscondita tenebrarum (III, 426), et manifestabit consilia cordium. VII, 303.

6. Ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum inflctur pro alio. I, 204.

7. Quis enim te discernit? quid habes quod non accepisti? quid gloriaris quasi non acceperis? I, 204, 205, 241, 318 : III, 259, 309, 329, 338, 353, 359, 399, 401 : VIII, 46.

9. Puto enim quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos. I, 401.

15. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. VIII, 107.

16. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi. VII, 264.

CAPUT V.

1. Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. VIII, 155, 157.

5. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? IV, 154.

7. Pascha nostrum immolatus est Christus. IX, 119.

8. Itaque epulemur, non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis et veritatis. IX, 119.

12. Quid enim mihi de iis qui foris sunt, judicare? V, 52.

CAPUT VI.

8. Sed vos injuriam facitis, et fraudatis : et hoc fratribus. VI, 104.

9. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis servientes neque adulteri. III, 430 : VIII, 137, 138, 155.

10. Neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. III, 430 : VI, 289, 373 : VIII, 137, 138, 155, 157.

11. Et hæc quidam fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis (III, 430, 431 : VIII, 455), in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. VIII, 137, 138.

19. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est? II, 10.

20. Empti estis pretio magno. (III, 77). Glorificate et portate Deum in corpore vestro. II, 10 : III, 205.

CAPUT VII.

1. Bonum est homini mulierem non tangere. X, 92.

2. Unusquisque suam uxorem habeat. X, 92.

3. Uxori vir debitum reddat; similiter autem et uxor viro. X, 92, 151.

4. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir (X, 214). Similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. VIII, 155 : X, 151, 154.

5. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi : et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. VIII, 166 X, 144.

6. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. X, 144.

7. Volo enim omnes vos esse sicut meipsum (VIII, 124) : sed unusquisque proprium donum habet ex Deo : alius quidem sic, alius vero sic. I, 413.

8. Dico autem non nuptis et viduis : bonum est illis si sic permaneant, sicut et ego. VIII, 124 : X, 91, 92.

9. Quod si non se contineant, nubant (VIII, 125). Melius est enim nubere quam uri. IV, 224 : VII, 283 : X, 143, 160.

10. Iis autem qui matrimonio juncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus (X, 72), uxorem a viro non discedere. X, 164.

11. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari (X, 163). Et vir uxorem suam non dimittat.

12. Nam cæteris ego dico, non Dominus : Si quis frater uxorem habet infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. X, 164.

14. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, etc. VIII, 412, 430.

15. Quod si infidelis discedit, discedat. X, 164.

23. Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. III, 78 : IV, 451.

25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo : consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. VIII, 124, 128.

27. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. VIII, 124 : X, 91, 92.

28. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. IV, 424 : X, 92.

29. Qui habent uxores, tanquam non habentes sint. X, 92.

31. Et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. X, 92.

32. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. VIII, 128.

33. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est. VIII, 128.

34. Et mulier innupta, et virgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. VIII, 128, 210.

36. Quod vult faciat : non peccat, si nubat. IV, 83.

37. Non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis (IV, 83, 92); et hoc judicavit in corde suo, servare virginitatem suam, bene facit. X, 92.

38. Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; et qui non jungit, melius facit. VIII, 128 : X, 91, 92, 93, 95.

39. Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est : cui vult nubat, tantum in Domino. X, 103, 104, 159, 217.

40. Beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium : puto autem quod et ego spiritum Dei habeam. V, 70 : VIII, 128.

CAPUT VIII.

4. De escis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, et quod nullus est Deus nisi unus. I, 97 : II, 23, 24 : III, 133 : VII, 371.

5. Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (siquidem sunt dii multi et domini multi). I, 97 : II, 23.

6. Nobis tamen unus Deus, Pater (I, 98 : II, 23, 24), ex quo omnia, et nos in illum : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia (II, 23), et nos per ipsum. VIII, 400.

8. Esca autem nos non commendat Deo. Neque si non manducaverimus, abundabimus; neque si non manducaverimus, deficiemus. VIII, 83.

11. Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? I, 282.

CAPUT IX.

5. Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et cæteri Apostoli, et fratres Domini, et Cephas? V, 151 : X, 66.

7. Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam et de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? VI, 215 : VII, 240, 442.

9. Scriptum est enim in lege Moysi : Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? I, 159, 396 : VII, 240.

11. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? VII, 240.

13. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt; et qui altari deserviunt, cum altari participant? VII, 208, 442.

14. Ita et Dominus ordinavit iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. VII, 442.

20. Et factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer. VII, 418, 419.

21. Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) ut eos qui sub lege erant lucrifacerem; iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. VII, 418, 419.

22. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. III, 197.

24. Sic currite, ut comprehendatis. I, 137.

27. Castigo corpus meum, et in servitutem redigo : ne forte cum aliis prædicaverim ipse reprobus efficiar. I, 411, 422, 452 : V, 289.

CAPUT X.

1. Patres nostri...

2. Et omnes in Moyse baptizati sunt in nube, et in mari. II, 11 : VIII, 376.

3. Et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt. IX, 62, 63.

4. Et omnes eumdem potum spiritalem biberunt. IX, 62, 63, 64. (Bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra : petra autem erat Christus.) V, 148 : IX, 61, 62, 63.

11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. V, 29 : IX, 63.

12. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. I, 438.

13. Tentatio vos non apprehendat nisi humana; fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. III, 348.

16. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est (IX, 140)? et panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est? IX, 140, 215.

17. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. VIII, 418 : IX, 41, 102, 114.

20. Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, et non Deo (VII, 374). Nolo autem vos fieri socios dæmoniorum. VII, 334.

25. Omne, quod in macello venit, man-

ducate, nihil interrogantes propter conscientiam. VIII, 82.

26. Domini est terra, et plenitudo ejus.

27. Si quis vocat vos infidelium et vultis ire : omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. VIII, 82, 83.

31. Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid faciatis ; omnia in gloriam Dei facite. III, 459 : IV, 165, 167, 422 : V, 324, 329.

CAPUT XI.

6. Turpe est mulieri tonderi. X, 56.

7. Vir imago et gloria Dei est ; mulier autem gloria viri est. II, 267.

8. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. II, 267, 277.

9. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. II, 267.

10. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos. II, 149.

18. Convenientibus vobis in ecclesiam. V, 94 : IX, 219.

22. Numquid domos non habetis ad manducandum? aut ecclesiam Dei contemnitis? IX, 219.

23. Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis (IX, 167) ; quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem. IX, 103, 174.

24. Et gratias agens fregit, et dixit : Accipite et manducate : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. IX, 64, 65, 72.

25. Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. IX, 41, 46, 48, 159, 167, *et alibi sæpissime*.

27. Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. IX, 48, 159, 167, 168, 171.

28. Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. IX, 159, 167, 168, 174.

29. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit ; non dijudicans corpus Domini. IX, 48, 159, 167, 168, 171.

32. Dum judicamur autem a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. IX, 454.

34. Cætera autem, cum venero, disponam. VIII, 573.

CAPUT XII.

4. Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. II, 8 : III, 164, 380.

5. Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. III, 380.

6. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. II, 8, 10 : III, 164, 380.

7. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. III, 379, 380.

8. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ : alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum. II, 8 : III, 239, 240.

9. Alteri fides in eodem Spiritu (II, 8) ; alii gratia sanitatum in uno Spiritu. III, 243.

10. Alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. III, 239, 240.

11. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. I, 259 : II, 8, 10.

12. Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa ; omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt : ita et Christus. V, 102 : VIII, 428.

13. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. V, 102 : VIII, 427.

23. Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus. VIII, 211.

25. Ut non sit schisma in corpore. VIII, 285.

27. Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro. II, 447.

30. Numquid omnes linguis loquuntur? IX, 5.

31. Æmulamini autem charismata meliora. X, 28.

CAPUT XIII.

1. Si linguis hominum loquar et Angelorum. II, 219.

2. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. III, 440, 449, 458, 459 : V, 43.

3. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. III, 449, 458, 459 : VI, 244 : VII, 34, 37 : VIII, 415.

4. Charitas patiens est, benigna est ; charitas non æmulatur, non agit perperam. III, 130, 373 : V, 273.

5. Non quærit quæ sua sunt. III, 57 : V, 256, 303.

8. Charitas nunquam excidit (V, 289) : sive prophetiæ evacuabuntur (II, 441) ; sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur. I, 12.

9. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. V, 44, 45.

10. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. V, 44, 45.

12. Videmus nunc per speculum in ænigmate ; tunc autem facie ad faciem (I, 36. IV, 17). Nunc cognosco ex parte ; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. I, 107, 140 : IV, 17.

13. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc (V, 256) : major autem horum est charitas. IV, 30 : V, 43, 277.

CAPUT XIV.

8. Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? IX, 227.

9. Ita et vos per linguam nisi manifestum

sermonem dederitis; quomodo scietur id quod dicitur? IX, 227.

16. Cæterum si benedixeris spiritu; qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. IX, 227.

18. Omnium vestrum lingua loquor. III, 240.

21. In Lege scriptum est. V, 73.

22. Linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus. X, 4.

34. Mulieres in ecclesiis taceant. V, 94 : IV, 219.

35. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. IX, 219.

CAPUT XV.

3. Quoniam Christus mortuus est. IX, 49, 50.

4. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. III, 226.

10. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. I, 245 : III, 380.

12. Si autem Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis; quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? III, 221, 226.

14. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est et fides vestra. III, 226.

19. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. II, 261.

20. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium. III, 227, 228.

21. Quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. II, 281.

22. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. I, 286 : IV, 369.

26. Cum autem dicat :

27. Omnia subjecta sunt ei; sine dubio præter eum qui subjecit ei omnia. II, 454.

28. Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei (III, 107), qui subjecit sibi omnia (II, 21), ut sit Deus omnia in omnibus. II, 332.

29. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Utquid et baptizantur pro illis? VIII, 446.

41. Stella enim a stella differt in claritate. I, 133 : III, 230.

42. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. III, 230 : IV, 43.

43. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. III, 230 : IV, 44, 45.

44. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. I, 104 : IV, 44, 45.

45. Factus est primus homo Adam in animam viventem (II, 268), novissimus Adam in spiritum vivificantem. IV, 389.

47. Primus homo de terra terrenus; secundus homo de cœlo, cœlestis. II, 425 : IV, 389.

49. Igitur, sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis. II, 115.

50. Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt. II, 425.

54. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem. VIII, 437.

CAPUT XVI.

14. Omnia vestra in charitate fiant. IV, 170 : V, 324.

22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. V, 313.

EX EPIST. II AD CORINTHIOS.

CAPUT I.

3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum (II, 334), et Deus totius consolationis,

4. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. VI, 360.

12. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. IV, 190 : VI, 251.

21. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo (IX, 11), et qui unxit nos Deus :

22. Qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. III, 368 : VIII, 247 : IX, 11, 35.

23. Ego autem testem Deum invoco in animam meam (VII, 312), quod parcens vobis, non veni ultra Corinthum : non quia dominamur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri; nam fide statis. V, 118, 119.

CAPUT II.

10. Nam et ego quod donavi, si quid donavi; propter vos in persona Christi. VII, 283 : IX, 233.

15. Christi bonus odor sumus Deo. IX, 10.

CAPUT III.

5. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis. III, 334, 335.

6. Qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti : non littera, sed Spiritu; littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. V, 68.

17. Dominus autem Spiritus est. I, 63.

CAPUT IV.

3. Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum. V, 83.

5. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum; nos autem servos vestros per Jesum. VI, 378.

11. Semper enim nos, qui vivimus. II, 45.

13. Habentes autem eumdem spiritum fidei. V, 29.

17. Id enim, quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. III, 453, 457.

CAPUT V.

6. Scientes quoniam dùm sumus in corpore peregrinamur a Domino. VII, 218, 226.

10. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. III, 449 : IV, 365, 367, 410, 421.

14. Æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt;

15. Et pro omnibus mortuus est Christus. I, 282, 283 : II, 457 : IV, 265.

18. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum; et dedit nobis ministerium reconciliationis. III, 84, 277.

19. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum (I, 272 : III, 83), et posuit in nobis verbum reconciliationis. III, 84, 277.

20. Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. II, 465; III, 84.

21. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit (IV, 279 : VII, 238; IX, 65), ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. III, 30.

CAPUT VI.

1. Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. I, 339; III, 391; IX, 186.

5. In jejuniis;

6. In castitate. VIII, 59.

14. Nolite jugum ducere cum infidelibus (X, 217). Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? III, 153; IV, 157.

15. Quæ autem conventio Christi ad Belial? III, 153; IV, 263.

CAPUT VII.

8. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me pœnitet. VIII, 24.

12. Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est. X, 206.

CAPUT VIII.

8. Non quasi imperans dico. V, 339.

9. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives. VI, 53, 54.

10. Et consilium in hoc do. V, 340.

21. Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. VI, 251.

CAPUT IX.

7. Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate : hilarem enim datorem diligit Deus. VII, 265.

CAPUT X.

4. Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo. V, 364.

5. In captivitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi. I, 23.

8. Nam, et si amplius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, et non in destructionem vestram, non erubescant. X, 75.

CAPUT XI.

2. Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo. VIII, 122.

6. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia. III, 240.

13. Nam ejusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. III, 204.

CAPUT XII.

2. Scio hominem in Christo, ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus, nescio, Deus scit), raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum.

3. Et scio hujusmodi hominem,

4. Quoniam raptus est in paradisum : et audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. I, 114, 130.

9. Sufficit tibi gratia mea. IV, 322.

CAPUT XIII.

4. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate; sed vivit ex virtute Dei. III, 226.

13. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. III, 373.

EX EPIST. AD GALATAS.

CAPUT I.

4. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. II, 21.

8. Sed licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. V, 88, 202.

20. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. VII, 308.

CAPUT II.

5. Quibus neque ad horam cessimus subjectione. V, 151, 153.

7. Sed e contra cum vidissent quod creditum est mihi Evangelium præputii, sicut et Petro circumcisionis. V, 151, 153.

9. Et cum cognovissent gratiam quæ data est mihi, Jacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis. V, 151, 152, 153.

11. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti (V, 153), quia reprehensibilis erat. VII, 417.

12. Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum Gentibus edebat : cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. VII, 417.

13. Et simulationi ejus consenserunt cæteri Judæi, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. VII, 417, 418.

14. Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus : Si tu, cum Judæus sis, gentiliter vivis, et non judaice : quomodo Gentes cogis judaizare? VII, 417.

16. Scientes autem quod non justificatur homo ex operibus legis (III, 441), nisi per fidem Jesu Christi. V, 29.

21. Si enim per legem justitia : ergo gratis

Christus mortuus est. II, 457; III, 363; VIII, 269.

CAPUT III.

4. Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa? IX, 283.

7. Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ. II, 238.

13. Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum. II, 367 : III, 78.

23. Prius autem quam veniret fides, sub Lege custodiebamur conclusi, in eamdem fidem, quæ revelanda erat. V, 29.

27. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. VIII, 428.

CAPUT IV.

1. Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit Dominus omnium, VI, 25.

4. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub Lege. II, 352, 364, 365, 409, 425; III, 163, 185, 199.

5. Ut eos qui sub Lege erant redimeret. II, 352; III, 185, 199.

9. Quoniam autem estis filii, misit Deus spiritum Filii sui in corda vestra. II, 123.

9. Quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa? VIII, 271 : 467.

CAPUT V.

2. Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit. VII, 419.

3. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ Legis faciendæ. IV, 194.

4. Evacuati estis a Christo (V, 46), qui in Lege justificamini; a gratia excidistis. V, 289.

6. Nam in Christo Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium : sed fides quæ per charitatem operatur. III, 440, 459 : V, 278 : VIII, 466.

13. Vos enim in libertatem vocati estis, fratres (IV, 451) : per charitatem Spiritus servite invicem. VIII, 4.

19. Manifesta sunt autem opera carnis : quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. VIII, 137.

21. Homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia : quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. V, 362 : VIII, 111, 137.

22. Fructus autem Spiritus est : charitas gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,

23. Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. III, 239.

CAPUT VI.

1. Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne et tu tenteris. V, 348.

2. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. IV, 408 : V, 348 : VI, 401 : IX, 461.

5. Unusquisque enim onus suum portabit. IX, 461.

10. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. II, 211 : III, 422, 449.

15. In Christo enim Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. III, 422.

EX EPIST. AD EPHESIOS.

CAPUT I.

3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. I, 527 : III, 76, 111, 123, 420.

4. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem (I, 205, 527, 429, 435 : II, 243, 335 : III, 123), ut essemus sancti, et immaculati in conspectu ejus in charitate. I, 409.

5. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum (III, 123) in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ. I, 404, 409, 412.

6. In laudem gloriæ gratiæ suæ. I, 409 : III, 466.

7. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum. III, 78.

10. Instaurare omnia in Christo quæ in cœlis, et quæ in terra sunt, in ipso. II, 343, 459.

11. In quo etiam et nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. I, 168, 190, 259, 327, 404 : II, 243.

17. Ut Deus det vobis spiritum sapientiæ, et revelationis, in agnitione ejus. III, 329.

18. Illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus. I, 102 : III, 329.

20. Suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in cœlestibus. II, 446.

21. Supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem. II, 228.

22. Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam. II, 446 : V, 93.

CAPUT II.

2. Principem potestatis aëris hujus. II, 216.

3. In desideriis carnis (III, 346), eramus natura filii iræ. III, 290 : IV, 365, 371.

4. Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos. II, 344.

5. Et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo.

6. Et conresuscitavit. III, 260.

8. Gratia enim estis salvati per fidem ; et hoc non ex vobis, Dei enim donum est ;

9. Non ex operibus, ut ne quis glorietur. III, 329.

10. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu (III, 422), in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus. I, 327.

14. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum. III, 176.

25. Superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum. V, 104, 148.

CAPUT III.

5. Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus et Prophetis, in Spiritu. V, 14, 29.

7. Cujus factus sum minister, secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi, secundum operationem virtutis ejus. III, 394, 403.

9. Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo. II, 312.

10. Ut innotescat principatibus et potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei. II, 175, 225.

17. Christum habitare per fidem in cordibus vestris. VIII, 428.

CAPUT IV.

3. Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. V, 165.

4. Unum corpus, et unus spiritus (II, 23, 24), sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. V, 163.

5. Unus Dominus (II, 23, 24), una fides (V, 99, 166, 167), unum baptisma. V, 102 : VIII, 409.

6. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia et in omnibus nobis. II, 23, 24.

7. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. III, 431, 432.

9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ? III, 225.

10. Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos (III, 236), ut impleret omnia. III, 236, 237.

11. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores. I, 5 : V, 163.

12. Ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. I, 5 : V, 165 : VIII, 285.

14. Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, et in astutia ad circumventionem erroris. I, 5.

15. In charitate crescamus. V, 279.

22. Deponere vos veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

23. Renovamini autem spiritu mentis vestræ. III, 431.

24. Et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est, in justitia et sanctitate veritatis. III, 431.

30. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei. IX, 46.

32. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit nobis. I, 396 : III, 85.

CAPUT V.

2. Et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. III, 80, 110, 218.

5. Hoc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet (VIII, 25) hæreditatem in regno Christi et Dei. VIII, 137, 138.

6. Nemo vos seducat inanibus verbis (V, 122) : propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. VIII, 137, 138.

13. Omne, quod manifestatur, lumen est. II, 225.

14. Surge qui dormis (X, 5), et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. III, 363.

18. Implemini Spiritu sancto. VII, 336.

19. Loquentes vobismetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino. VII, 204, 336, 337.

23. Quoniam vir caput est mulieris : sicut Christus caput est Ecclesiæ. V, 93.

25. Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea (V, 90, 103 : VIII, 225, 287).

26. Ut illam sanctificaret (V, 104) mundans lavacro aquæ in verbo vitæ. IV, 366 : VIII, 223, 247, 250, 385, 399, 428 : IX, 243.

27. Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, IV, 38.

28. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. VI, 100 : VIII, 17.

29. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam. VIII, 17.

30. Quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus. II, 279.

31. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhærebit uxori suæ (I, 6); et erunt duo in carne una. II, 279 : VII, 17.

32. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia. II, 280, 314 : VIII, 214 : X, 93, 100, 101.

CAPUT VI.

12. Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus. II, 165.

18. Orantes omni tempore. VII, 202.

EX EPIST. AD PHILIPPENSES.

CAPUT I.

6. Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet. III, 354, 355.

9. Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet. V, 279.

23. Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo. IV, 35 : VII, 98.

CAPUT II.

3. Sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes. VI, 348.

6. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. II, 9, 144, 363, 364.

7. Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens (II, 363, 364, 367, 409), in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. II, 424 : IX, 47.

8. Humiliavit semetipsum (II, 402), factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. II, 424, 425, 452, 457 : III, 51, 53, 71, 74, 221.

9. Propter quod et Deus exaltavit illum (II, 452, 457 : III, 54, 71, *at in appendice*), et donavit illi nomen, quod est super omne nomen. II, 402 : III, 74.

10. Ut in nomine Jesu omne genu flectatur. II, 402 : III, 74.

12. Cum metu et tremore vestram salutem operamini. I, 424 : III, 426.

13. Deus est enim, qui operatur in vobis et velle, et perficere, pro bona voluntate. I, 191, 273, 328, 329, 331, 418, 424 : II, 143, 253, 534, 580 : III, 253, 400, 401, 464 : IV, 84, 162.

21. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi. V, 110, 157 : IX, 567.

CAPUT III.

6. Secundum justitiam, quæ in lege est, conversatus sine querela. III, 345.

9. Et inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Jesu. III, 441.

12. Sequor autem, si quomodo comprehendam. I, 137.

19. Quorum Deus venter est. IV, 6, 432 : VIII, 105.

21. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem, qua etiam possit sibi subjicere omnia. II, 21.

EX EPIST. AD COLOSSENSES.

CAPUT I.

5. Propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis (V, 309) : quam audistis in verbo veritatis Evangelii.

6. Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit. V, 104.

10. Ut ambuletis digne Deo (III, 457), in omni opere bono fructificantes. III, 455.

15. Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ. II, 6, 115, 355, 461, 463, 464.

16. Quoniam in ipso condita sunt universa in cœlis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt. II, 6, 9, 10, 18, 149, 228.

17. Et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. II, 9.

18. Qui est principium, primogenitus ex mortuis. III, 228.

19. Quia in ipso complacuit,

20. Et per eum reconciliare omnia in ipsum (I, 272), sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. II, 459.

24. Gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea (III, 87, 95), pro corpore ejus, quod est Ecclesia. *Vide appendicem.*

26. Mysterium, quod absconditum fuit a sæculis, et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus. V, 29.

CAPUT II.

3. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ. III, 6.

8. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam. VIII, 387.

9. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. II, 9, 370, 455.

10. Qui est caput omnis principatus, et potestatis. II, 455.

12. Consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis (VIII, 385) per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis. II, 455.

15. Et expolians principatus, et potestates, traduxit confidenter. III, 225.

16. Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu. VIII, 82, 83.

20. Si ergo mortui estis cum Christo, ab elementis hujus mundi : quid, adhuc tanquam viventes in mundo decernitis? VIII, 82.

21. Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis. VIII, 82.

22. Quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundum præcepta et doctrinas hominum. VIII, 82.

23. Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione et humilitate. VIII, 81.

CAPUT III.

1. Quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens.

2. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. III, 236.

9. Nolite mentiri invicem. VII, 397.

11. Ubi non est Gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, Barbarus et Scytha, servus et liber : sed omnia, et in omnibus Christus. III, 177.

14. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. III, 459 : V, 278.

16. Commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus. VII, 335.

17. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum. V, 324.

20. Filii, obedite parentibus per omnia. VIII, 7.

21. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. VIII, 15.

22. Servi, obedite per omnia dominis carnalibus. VIII, 7.

CAPUT IV.

11. Hi soli sunt adjutores mei in regno Dei. V, 157.

EX EPIST. I AD THESSALONICENSES.

CAPUT I.

4. Scientes, fratres dilecti a Deo, electionem vestram. I, 451.

5. Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine multa. I, 451 : III, 329.

CAPUT III.

2. Misimus Timotheum fratrem nostrum, ad confirmandos vos. V, 179.

CAPUT IV.

3. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra. I, 256 : VII, 203.

CAPUT V.

17. Sine intermissione orate. VII, 202.

19. Spiritum nolite extinguere. II, 20 : III, 391 : X, 29.

21. Omnia probate : quod bonum est tenete. IV, 245 : V, 118.

22. Ab omni specie mala abstinete vos. IV, 245.

26. Salutate fratres omnes in osculo sancto. VIII, 195.

EX EPIST. II AD THESSALONICENSES.

CAPUT I.

4. In omnibus persecutionibus vestris, et tribulationibus, quas sustinetis.

5. Ut digni habeamini in regno Dei, pro quo et patimini. III, 455, 457.

9. Pœnas dabunt in interitu æternas, a facie Domini. IV, 415.

CAPUT II.

3. Nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. V, 111.

4. In templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. II, 206.

3. Cujus est adventus secundum operationem Satanæ, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus. V, 21.

10. Mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. IV, 359.

14. Itaque, fratres, state, et tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. V, 85, 86, 120.

CAPUT III.

15. Nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. V, 348.

EX EPIST. I AD TIMOTHEUM.

CAPUT I.

5. Charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. IX, 314.

7. Volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. V, 80.

9. Lex justo non est posita, sed injustis. IV, 451 : VIII, 91.

13. Blasphemus fui, et contumeliosus (III, 346) : ignorans feci in incredulitate. III, 358, 359.

14. Superabundavit autem gratia Domini nostri, cum fide et dilectione. III, 373.

15. Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. II, 352.

17. Regi sæculorum immortali, invisibili. I, 99, 108.

CAPUT II.

1. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus. I, 272 : VII, 200.

2. Pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt. I, 272.

3. Hoc enim bonum est, et acceptum coram Salvatore nostro Deo. I, 272.

4. Qui omnes homines vult salvos fieri (I, 270, 272, 273, 276, 277, 361, 422, 436 : VII, 191), et ad agnitionem veritatis venire. I, 270, 272, 361 : III, 396.

5. Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Jesus. I, 272 : II, 24 : VII, 191.

6. Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. I, 272, 282, 286 : II, 307 : III, 78, 277.

9. Mulieres in habitu ornato, cum verecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa. VIII, 211.

13. Adam enim primus formatus est, deinde Eva. II, 305.

14. Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit. II, 205, 305.

CAPUT III.

1. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. VII, 254.

2. Oportet ergo episcopum irreprehensilem esse, oportet episcopum esse unius uxoris virum (X, 65), sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem. VI, 205.

3. Non vinolentum, non percussorem. VI, 225.

15. Ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. V, 5, 108, 121, 254.

16. Magnum est pietatis sacramentum. II, 308 : VIII, 214.

CAPUT IV.

1. In novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus errori et doctrinis dæmoniorum. VIII, 81.

2. In hypocrisi loquentium mendacium. VIII, 81.

3. Prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. VIII, 81.

4. Quia omnis creatura Dei bona est (I, 75), et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. VIII, 81, 82, 85.

7. Exerce teipsum ad pietatem.

8. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est. VIII, 60.

10. Speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime fidelium. I, 282, 315, 321 : III, 42.

14. Noli negligere gratiam, quæ est in te (III, 368), quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii. VIII, 247 : IX, 28 : X, 28, 81.

CAPUT V.

1. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem. V, 353.

3. Viduas honora. V, 353.

8. Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior. V, 306 : VIII, 17.

12. Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. VII, 256.

14. Volo juniores nubere, filios procreare. X, 91.

17. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. VII, 456.

18. Dignus est operarius mercede sua. VII, 456.

19. Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. X, 75.

20. Peccantes coram omnibus argue : ut et cæteri timorem habeant. V, 353.

22. Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. X, 29.

CAPUT VI.

9. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. VIII, 25, 26.

10. Radix enim omnium malorum est cupiditas. VIII, 25, 26.

16. Lucem inhabitat inaccessibilem (1,108): quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. I, 36, 99, 108, 109, 116, 139.

17. Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vero. V, 344 : VI, 57.

18. Facile tribuere, communicare. III, 174.

20. O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates. I, 220 : V, 122.

EX EPIST. II AD TIMOTHEUM.

CAPUT I.

6. Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. III, 368 : X, 28, 29, 41, 81.

7. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis. IX, 303 : X, 29.

13. Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide. V, 86, 122.

14. Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. V, 122.

CAPUT II.

1. Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu. N, 86.

2. Et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. V, 86.

4. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit. V, 371 : VI, 411 : VII, 100.

8. Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine David. III, 166.

10. Omnia sustineo propter electos. *Vide in appendice.*

12. Si negaverimus, et ille negabit nos. V, 38.

13. Negare seipsum non potest. III, 278.

14. Noli contendere verbis. V, 360.

16. Profana autem et vaniloquia devita multum enim proficiunt ad impietatem. V, 122.

17. Et sermo eorum ut cancer serpit. V, 122.

19. Cognovit Dominus qui sunt ejus. I, 449.

20. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. I, 422, 460.

21. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, I, 422.

CAPUT III.

2. Blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti. VIII, 19.

15. Ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu. V, 89.

16. Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum. V, 68, 89.

17. Ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. V, 89.

CAPUT IV.

1. Testificor coram Deo, et Jesu Christo. VII, 308.

6. Tempus resolutionis meæ instat. IV, 33.

8. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex. I, 153, 394, 418, 419, 460; II, 400; III, 450, 453, 457; IV, 33.

16. In prima mea defensione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt. V, 157.

EX EPIST. AD TITUM.

CAPUT I.

5. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per

civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. V, 169; X, 75, 76.

7. Oportet episcopum sine crimine esse. I, 5; VI, 203.

8. Sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem. VI, 196; X, 65.

9. Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere. I, 5, 7.

10. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, et seductores. I, 5.

11. Quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet. I, 5.

15. Omnia munda mundis (III, 334; VIII, 82): coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum et mens et conscientia. III, 332.

16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. I, 40.

CAPUT II.

1. Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam. VI, 8.

2. Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes. VI, 8; VIII, 113.

12. Sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo. VIII, 112.

13. Expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. II, 9.

14. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate. III, 78.

CAPUT III.

3. Eramus aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes. III, 346.

4. Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei. II, 406.

5. Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti. II, 406; IV, 366; VIII, 247, 250, 428, 455; IX, 238, 239.

10. Hæreticum hominem, post unam et secundam correptionem devita. X, 170.

EX EPIST. AD HEBRÆOS.

CAPUT I.

3. Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus (II, 115), portansque omnia verbo virtutis suæ. I, 162: II, 6, 9.

5. Filius meus es tu, ego hodie genui te? II, 15.

7. Ad Angelos quidem dicit: Quia facit Angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. II, 149.

8. Ad Filium autem: Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi. II, 149.

13. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis (II, 15; III, 238), quoad usque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? II, 8.

14. Nonne omnes sunt administratorii spiritus (II, 149, 170), in ministerium missi (II, 230), propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? II, 8, 458.

CAPUT II.

8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus. In eo enim quod omnia ei subjecit, nihil dimisit non subjectum ei. II, 434. Nunc autem necdum videmus omnia subjecta ei. III, 107.

9. Videmus Jesum propter passionem mortis, gloria et honore coronatum (III, 74): ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. I, 282.

10. Decebat enim eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. II, 459.

11. Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: II, 456.

12. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. II, 456.

13. Et iterum: Ecce ego, et pueri mei, quos dedit mihi Deus. II, 456.

14. Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem. II, 427.

16. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. III, 163.

CAPUT III.

1. Considerate Apostolum, et pontificem confessionis nostræ Jesum. V, 104.

4. Qui autem omnia creavit, Deus est. II, 240.

6. Christus vero tanquam filius in domo sua; quæ domus sumus nos, si fiduciam et gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus. V, 95.

CAPUT IV.

13. Non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus. I, 79, 158.

14. Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit cœlos, Jesum Filium Dei. III, 110.

CAPUT V.

1. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus (VIII, 284), pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. III, 80, 109; VII, 236; IX, 206, 227.

2. Qui condolere possit iis qui ignorant, et errant. IX, 227.

4. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. VII, 240; VIII, 285; X, 58.

5. Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. III, 80, 82; VIII, 285; X, 58.

6. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. IX, 184.

7. Exauditus est pro sua reverentia. I, 287; III, 109.

11. De quo nobis grandis sermo, et ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. IX, 196, 233, 236.

12. Facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. IX, 196.

CAPUT VI.

2. Impositionis quoque manuum. VIII, 406: IX, 11.

4. Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati (IX, 237, 238, 260), gustaverunt etiam donum cœleste, et participes facti sunt Spiritus sancti. IX, 237, 238.

5. Gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, IX, 237, 238.

6. Et prolapsi sunt; rursus renovari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei. VIII, 406 : IX, 237, 238, 260.

10. Non enim injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri (I, 394 : III, 452, 453 : IX, 283), et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. IX, 283.

16. Homines enim per majorem sui jurant (VII, 307) : et omnis controversiæ eorum finis, ad confirmationem, est juramentum. VII, 304.

17. In quo abundantius volens Deus ostendere, pollicitationis hæredibus, immobilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum. IV, 7 : VII, 318.

18. Ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, firmissimum solatium habeamus. IV, 7.

20. Introivit Jesus... pontifex factus in æternum. II, 367.

CAPUT VII.

1. Melchisedech, rex Salem.

2. Qui interpretatur rex justitiæ, IX, 229.

3. Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens (III, 111 : IX, 196, 229, 230); assimilatus autem Filio Dei (II, 229), manet sacerdos in perpetuum. IX, 229, 230.

7. Quod minus est a meliore benedicitur. X, 86.

11. Si ergo consummatio per sacerdotium leviticum erat, quid adhuc necesse fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, et non secundum Aaron? III, 166.

14. Manifestum est enim quod ex Juda ortus sit Dominus noster; in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. II, 327 : III, 166.

19. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. III, 458.

22. In tantum melioris testamenti sponsor factus est Jesus. III, 78.

23. Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. IX, 197.

24. Hic autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. III, 111 : IX. 197, 198, 206.

25. Semper vivens ad interpellandum pro nobis. III, 108 : IX, 197, 198.

26. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus (III, 30), excelsior cœlis factus. III, 80, 81, 236.

27. Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit semel seipsum offerendo. III, 80, 81, 244 : IX, 198.

CAPUT VIII.

3. Omnis enim pontifex ad offerendum munera et hostias constituitur; unde necesse est et hunc habere aliquid, quod offerat. III, 80 : IX, 206.

4. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos; cum essent qui offerrent secundum Legem munera. III, 80.

5. Qui exemplari et umbræ deserviunt cœlestium, III, 80.

CAPUT IX.

3. Post velamentum autem secundum. III, 216.

11. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non hujus creationis. III, 80.

12. Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa. III, 80.

14. Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis. II, 465.

15. Et ideo novi Testamenti mediator est; ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori Testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. III, 78.

24. Non enim in manu facta Sancta Jesus introivit, exemplaria verorum; sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. III, 80, 81.

25. Neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno. III, 80, 81.

26. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. III, 80, 81.

27. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori (III, 242), post hoc autem judicium. III, 449.

28. Sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. I, 286 : III, 80.

CAPUT X.

4. Impossibile enim est sanguine taurorum et hircorum auferri peccata. III, 80, 83.

5. Ideo ingrediens (III, 54, 81) mundum, dicit : Hostiam et oblationem noluisti;

corpus autem aptasti mihi. III, 72, 80, 82.

6. Holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. III, 80.

7. Tunc dixi : Ecce venio (III, 80); in capite libri scriptum est de me : Ut faciam, Deus, voluntatem tuam. III, 54, 72.

11. Et omnis quidem sacerdos præstò est quotidie ministrans, et easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata. III, 83.

12. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei. III, 83.

14. Una enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos. II, 452, 457 : III, 83, 86 : IX, 198.

18. Ubi autem horum remissio : jam non est oblatio pro peccato. IX, 198.

26. Voluntarie enim peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia. IX, 198, 238.

38. Justus autem ex fide vivit. III, 438.

CAPUT XI.

1. Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. III, 438 : V, 1, 9, 26, 27, 41, 42, 44 : IX, 265.

3. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. III, 438.

6. Sine fide impossibile est placere Deo. (III, 334, 438.) Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus remunerator sit. I, 33, 36, 314 : III, 438, 439, 452 : V, 26, 27, 41, 42, 44 : VIII, 205 : IX, 265, 317.

9. Fide demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena. V, 309.

10. Expectabat enim fundamentum habentem civitatem; cujus artifex et conditor Deus. V, 309.

16. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. V, 26, 27.

17. Fide obtulit Abraham Isaac.

19. Arbitrans quia et mortuis suscitare potens est Deus. VII, 405.

24. Moyses,

25. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem. I, 134 : V, 3 9.

26. Aspiciebat enim in remunerationem. V, 26, 309.

32. Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Jephte, David, Samuel et Prophetis. VI, 285 : VII, 305.

33. Qui per fidem vicerunt regna (V, 364), operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones. V, 38 : VI, 285 : VII, 305.

34. Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. V, 364.

37. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti. VIII, 210.

39. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem. III, 228, 229.

40. Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. III, 228, 229.

CAPUT XII.

14. Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. IV, 38.

15. Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei. I, 339.

17. Postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est; non enim invenit pœnitentiæ locum (IX, 237); quanquam cum lacrymis exquisisset eam. I, 319 : IX, 237.

18. Non enim accessistis ad tractabilem montem. V, 100.

22. Sed accessistis ad Sion montem, et ad civitatem Dei viventis. V, 99.

CAPUT XIII.

10. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt. IX, 197.

11. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. III, 212.

12. Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. III, 212.

13. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes. III, 212.

16. Beneficentiæ autem, et communionis nolite oblivisci; talibus enim hostiis promeretur Deus. III. 453 : VII, 257 : VIII, 250.

17. Obedite præpositis vestris, et subjacete eis. IV, 451, 478, 492 : VIII, 6.

20. Deus autem pacis

21. Aptet vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem. I, 333.

AUCTORITATES EX EPISTOLA CATHOLICA BEATI JACOBI.

CAPUT I.

5. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat. IV, 337.

12. Beatus vir, qui suffert tentationem : quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ (III, 188), quam repromisit Deus diligentibus se. III, 375, 450.

13. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur : Deus enim intentator malorum est (IV, 336): ipse autem neminem tentat. VII, 391.

14. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. IV, 119, 322.

15. Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum (IV, 322) : peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. VIII, 184.

17. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. I, 90.

18. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus. II, 251 : III, 371.

27. Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem, hæc est : visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. VI, 401 : VII, 181.

CAPUT II.

1. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ. VI, 212.

2. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu ; VI, 212.

3. Et intendatis in eum qui indutus est veste præclara, et dixeritis ei : Tu sede hic bene ; pauperi autem dicatis : Tu sta illic ; aut : Sede sub scabello pedum meorum. VI, 212,

4. Nonne judicatis apud vosmetipsos, et facti estis judices cogitationum iniquarum? VI, 212.

5. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et hæredes regni quod repromisit Deus diligentibus se? I, 422.

10. Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. IV, 313 : V, 48 : IX, 278.

11. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus est transgressor legis. IV, 313.

13. Superexaltat misericordia judicium. I, 596.

14. Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum? III, 440.

17. Fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. III, 440.

19. Dæmones credunt (III, 349), et contremiscunt. V, 45.

20. Fides sine operibus mortua est. II, 449 : V, 41.

23. Abraham amicus Dei appellatus est. V, 271.

24. Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum? III, 440.

26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est. III, 440.

CAPUT III.

2. In multis enim offendimus omnes. III, 349 : IV, 420.

8. Linguam autem nullus hominum domare potest. VI, 333.

CAPUT IV.

2. Non habetis propter quod non postulatis. VII, 188.

6. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. III, 427 : VIII, 203.

7. Resistite autem Diabolo, et fugiet a vobis. VIII, 31.

11. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, et judicat legem. VI, 106.

CAPUT V.

7. Patientes estote, fratres. X, 2.

12. Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare (X, 2), neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester : Est, est ; Non, non ; ut non sub judicio decidatis. VII, 313.

13. Tristatur aliquis vestrum? oret. X, 2.

14. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo, in nomine Domini. VIII, 247, 284 : X, 1, 2, 3, 6, 7, 12, 18, 19, 20, 24.

15. Et oratio fidei salvabit infirmum (IX, 238), et alleviabit eum Dominus (X, 17) : et si in peccatis sit, remittentur ei. VIII, 247 : X, 2, 3.

16. Confitemini ergo ad alterutrum peccata vestra (IX, 354) ; et orate pro invicem ut salvemini. VII, 188, 200 : IX, 354 : X, 2, 19.

AUCTORITATES EX EPISTOLIS BEATI PETRI APOSTOLI.

EX EPIST. I.

CAPUT I.

3. Regeneravit nos in spem vivam,

4. In hæreditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem. IV, 39.

9. Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum. V, 310.

12. Spiritu sancto misso de cœlo, in quem desiderant Angeli prospicere. I, 278 : II, 10 : V, 270.

18. Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis,

19. Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi et incontaminati. III, 77.

CAPUT II.

2. Sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite. V, 434 : VIII, 469.

5. Superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias. V, 100 : VIII, 285.

9. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. V, 103 : VIII, 285.

13. Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum : sive regi, quasi præcellenti ;

14. Sive ducibus, tanquam ab eo missis. VIII, 6.

18. Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. VI, 24.

22. Qui peccatum non fecit. III, 50.

23. Qui, cum pateretur, non comminabatur. VIII, 33.

24. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum; ut peccatis mortui, justitiæ vivamus : cujus livore sanati estis. III, 79.

CAPUT III.

1. Mulieres subditæ sint viris suis. VIII, 18.

3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. VIII, 211.

15. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe. V, 206.

19. His, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit.

20. Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca. III, 224.

21. Vos nunc similis formæ salvos facit baptisma : non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. VIII, 228, 229.

CAPUT IV.

6. Mortuis evangelizatum est. III, 2.

7. Estote igitur prudentes, et vigilate in orationibus. VI, 8.

8. Charitas operit multitudinem peccatorum. IX, 265.

10. Sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. VIII, 180.

18. Justus vix salvabitur. IX, 461.

CAPUT V.

4. Pascite qui in vobis est gregem Dei. V, 151, 153, 169.

7. Ipsi cura est de vobis. I, 397.

8. Adversarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret. II, 178 : IV, 365.

9. Cui resistite fortes in fide. VIII, 51.

13. Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta, et Marcus filius meus. V, 155.

EX EPIST. II.

CAPUT I.

4. Per quem maxima et pretiosa nobis promissa donavit : ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ. III, 368, 371.

10. Quapropter, fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. I, 405, 422, 449 : III, 440.

CAPUT II.

4. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit (II, 199), sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. II, 216, 217.

11. Ubi Angeli fortitudine et virtute cum sint majores. II, 150.

19. A quo enim quis superatus est, hujus et servus est. II, 210 : III, 105, 299.

CAPUT III.

9. Dominus patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. I, 272, 306, 453.

16. In quibus sunt quædam difficilia intellectu. V, 83.

AUCTORITATES EX EPISTOLA I BEATI JOANNIS APOSTOLI.

CAPUT I.

1. Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ. II, 363.

7. Sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato. II, 361, 427 : III, 430 : IX, 275.

8. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. III, 349, 350 : IV, 420.

9. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra. III, 462.

CAPUT II.

1. Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum. III, 237, 462.

2. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris (III, 462) : non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. I, 283 : II, 361.

15. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. IV, 324.

16. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ : quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. III, 291 : IV 324 : VI, 381 : IX.

17. Et mundus transit, et concupiscentia ejus. IV, 324.

18. Nunc Antichristi multi facti sunt. V, 117.

19. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis; nam, si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. V, 95, 289.

20. Sed vos unctionem habetis a Sancto. IX, 11.

21. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam (V, 117), et quoniam omne mendacium ex veritate non est. VII, 397.

26. Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. V, 117.

27. Et vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis (IX, 11). Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos; sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus (IV, 265), et verum est, et non est mendacium. V, 117.

CAPUT III.

1. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur et simus. III, 575.

2. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus : quoniam videbimus eum sicuti est. I, 99, 107, 128, 141 : IV, 22 : V, 271.

3. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se. V, 235.

7. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est. III, 431, 440.

8. Qui facit peccatum, ex Diabolo est (IV, 336) : quoniam ab initio Diabolus peccat. II, 199.

9. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet : et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. I, 348 : III, 350, 368, 371, 436 : V, 289.

10. Omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum. II, 24.

14. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam (III, 428), quoniam diligimus fratres (III, 427). Qui non diligit, manet in morte. III, 375, 459 : IV. 422.

15. Omnis qui odit fratrem suum homicida est (IV, 422). Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem. IX, 62.

16. Nos debemus pro fratribus animas ponere. V, 304.

17. Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo : quomodo charitas Dei manet in eo? V, 304, 305, 342,

18. Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate. V, 341.

20. Major est Deus corde nostro. II, 21.

CAPUT IV.

1. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. I, 451 : V, 118.

2. Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est. II, 424 : III, 114.

3. Et omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est. II, 424 : III, 114.

7. Omnis qui diligit, ex Deo natus est. III, 375.

10. Ipse prior dilexit nos (III, 375 : IX, 322), et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. III, 87.

13. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis : quoniam de spiritu suo dedit nobis. III, 427.

16. Et nos cognovimus, et credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est; et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. III, 375, 459 : V, 270 : VI, 377.

18. Perfecta charitas foras mittit timorem. IX, 306.

19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. V, 313.

CAPUT V.

3. Mandata ejus gravia non sunt. IV, 222.

7. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo : Pater, Verbum, et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt. II, 10, 11, 12, 13 : V, 72, 75.

13. Hæc scribo vobis : ut sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. I, 451.

14. Quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. VII, 203.

16. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem : non pro illo dico ut roget quis. IX, 237, 238.

18. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat : sed generatio Dei conservat eum. III, 371 : IV, 22.

20. Et simus in vero Filio ejus (II, 3, 9). Hic est verus Deus, et vita æterna. II, 9, 10, 24, 25, 365.

AUCTORITATES EX EPISTOLA BEATI JUDÆ APOSTOLI.

6. Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum, vinculis æternis sub caligine reservavit. II, 192, 217.

9. Cum Michaël Archangelus (II, 219) cum Diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit : Imperet tibi Dominus. II, 219, 228.

20. Vos autem; charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes.

21. Vosmetipsos in dilectione Dei servate, exspectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. III, 440.

AUCTORITATES EX LIBRO APOCALYPSIS BEATI JOANNIS APOSTOLI.

CAPUT I.

4. Ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est (I, 93) : et a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt. II, 149.

5. Et a Jesu Christo, qui est primogenitus mortuorum. III, 228.

6. Fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri suo. VIII, 285.

10. Fui in spiritu in dominica die. VII, 341.

CAPUT II.

5. Age pœnitentiam; sin autem, venio tibi cito, et movebo candelabrum tuum de loco suo. IX, 299.

CAPUT III.

2. Esto vigilans, et confirma cætera, quæ moritura erant. V, 179.

11. Tene quod habes, ut nemo corripiat coronam tuam. I, 449.

20. Ecce sto ad ostium, et pulso (I, 272) : si quis aperuerit mihi januam, intrabo ad illum. I, 301 : III, 390.

CAPUT IV.

11. Dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriam, et honorem, et virtutem (I, 23, 24, 25) : quia tu creasti omnia, et propter voluntatem tuam erant, et creata sunt. I, 190.

CAPUT V.

9. Redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione. V, 103.

10. Et fecisti nos Deo nostro regnum. V, 103.

11. Erat numerus eorum millia millium. II, 135.

12. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem et divinitatem, et sapientiam. II, 25, 402 : III, 74, 80.

CAPUT VI.

9. Vidi subtus altare animas interfectorum propter Verbum Dei. IV, 35.

10. Usquequo, Domine (sanctus et verus), non judicas, et non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? VII, 197.

11. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ (IV, 33); et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conservi eorum, et fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut et illi. VII, 197.

CAPUT VII.

4. Audivi numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israël. I, 452.

5. Ex tribu Juda duodecim millia signati. II, 322.

9. Et post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. I, 452.

CAPUT XII.

1. Signum magnum apparuit in cœlo. III, 137, 139.

8. Neque locus inventus est eorum amplius in cœlo. II, 165.

10. Quia projectus est accusator fratrum nostrorum. II, 459.

11. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, et propter verbum testimonii sui, et non dilexerunt animas suas usque ad mortem. II, 459.

CAPUT XIV.

10. Cruciabitur igne et sulphure.

11. Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum. IV, 403.

CAPUT XVII.

1. Sed et super aquas multas.

15. Aquæ, populi sunt. IX, 39.

CAPUT XVIII.

7. Quantum glorificavit se, et in deliciis fuit; tantum date illi tormentum et luctum. V, 314, 408.

CAPUT XX.

1. Et vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu sua. IV, 33.

2. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est Diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille. II, 217 : IV, 33.

3. Et misit eum in abyssum (IV, 217), et clausit, et signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni : et post hæc oportet illum solvi modico tempore. IV, 33.

4. Et vidi sedes, et sederunt super eas, et judicium datum est illis; et animas decollatorum propter testimonium Jesu et propter verbum Dei, et qui non adoraverunt bestiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus aut in manibus suis (IV, 33) : et vixerunt, et regnaverunt cum Christo mille annis.

5. Hæc est resurrectio prima. IV, 33.

6. Beatus, et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima : in his secunda mors non habet potestatem; sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum illo mille annis. IV, 33.

7. Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas de carcere suo, et exibit, et seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, et Magog, etc. IV, 33.

12. Vidi mortuos magnos et pusillos (IV, 412) : judicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. IV, 412.

13. Et judicatum est de singulis secundum opera ipsorum. IV, 412, 413.

15. Qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. IV, 412.

CAPUT XXI.

2. Ego Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cœlo a Deo. V, 147.

14. Murus civitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni. V, 104.

23. Civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea; nam claritas Dei illuminavit eam. II, 226.

27. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens et mendacium (IV, 38, 323), nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni. I, 449.

CAPUT XXII.

11. Qui justus est, justificetur adhuc. V, 279.

16. Ego sum stella splendida et matutina. III, 178.

18. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. V, 88.

INDEX GENERALIS.

NOTA. *Numerus primus et major, Romanus dictus, volumen indicat; pagina vero indicatur per numerum posteriorem et minorem, Arabicum.*

AARON. In sacrificiis Aaron offerebatur panis et vinum, ut pars tantum aut condimentum sacrificii, non ut materia integra et totalis, sicut in sacrificio Melchisedech. IX, 106.

ABBATES vocantur ad concilium generale cum jure suffragii decisivi, ex privilegio summorum pontificum. V, 231.

ABBATISSÆ præsunt-ne in spiritualibus suis monialibus? X, 56.

ABAYLARDUS (Petrus) ponebat in trinitate gradus, in majestate modos, numeros in æternitate : constituebat denique Patrem plenam esse potentiam, Filium quamdam potentiam, Spiritum sanctum nullam potentiam. II, 4. In hoc situs erat error Abaylardi, quod attributa divina partiretur inter personas, non adoptatione aut appropriatione, sed partitione et consignatione; et sic dicebat Patri competere omnipotentiam, Filio sapientiam, Spiritui sancto bonitatem. *Ibid.* Abaylardus contendebat fidei nostræ mysteria posse ratione demonstrari. 35.

ABDICATIO. Quæritur an abdicatio dominii requiratur ad justitiam distributivam, Resp. non requiritur abdicatio omnis dominii, sed tantum concessio alicujus dominii, aut etiam quandoque simplicis usus. 1,395. Utrum abdicatio seu renuntiatio pura beneficii, hoc est, neminem collatori commendando, facta inscio superiore, sit valida? VII, 462. Abdicatio beneficii simoniace accepti fieri debet inter manus collatoris, cum non sit alius qui illud legitime conferre possit. 467. Sed quid fieri debet si collator etiam in ipsa beneficii collatione sit simoniacus, ideoque excommunicatus? *Ibid.*

ABEST. Axioma : *quod parum abest, nihil abesse videtur*, non debet admitti in moralibus. VI, 130.

ABGARI regis Edessæ in Syria Epistola ad Jesum; et Epistola Jesu ad Abgarum. III, 201. Istæ duæ epistolæ videntur nobis apocryphæ et suppositiliæ. *Ibid.* Apocryphæ declarantur a Gelasio papa in concilio Romano. 202.

ABIGEATUS. Ultra furtum simplex, sunt quædam furta qualificata, quorum malitia augetur ex aliqua circumstantia; vocantur species furti; ut sunt.... *abigeatus*, quo quis furatur pecora in pascuis, ad quem reducitur furtum instrumentorum necessariorum ad culturam agrorum. In hoc crimen severrime animadvertit respublica, quia cum hæc necesse sit sæpe relinquere in pascuis et in agris, horum furta non possunt nisi severiori pœna cohiberi. VI, 288.

ABIMELECH ignorabat-ne invincibiliter Saram fuisse uxorem Abrahæ? IV, 544.

ABLUTIO. *Vide* BAPTISMA.

ABORTUS, quem Tertullianus vocat festinationem homicidii, est ejectio præmatura fœtus, sive sit animatus sive non, modo sit conceptus. VI, 251. Procurare abortum fœtus, sive animati, sive inanimati, directe et ex intentione, est gravissimum peccatum quod nullo bono fine, sive famæ sive vitæ salvandæ, cohonestari potest. *Ibid.* Qui tentat procurare abortum effectu secuto vel non secuto peccat-ne et incurrit pœnas? Denique quandonam procurans abortum pœnas incurrit a legibus latas? 252. Etiam illicitum est causare abortum indirecte, faciendo scilicet id unde prævidetur secuturus, quamvis non intendatur formaliter, nisi in raro casu adsit justa et gravis ratio tale quid agendi. 253. Rea est abortus coram Deo mulier ferens grave pondus, nimium laborans, violenter irascens, aut quid simile agens ex quo prævidet aut prævidere potest secuturum abortum, quamvis formaliter non intendat. *Ibid.* Idem est dicendum de viro ex ira graviter percutiente mulierem prægnantem, aut eam affectu implendæ libidinis cum nimia agitatione cognoscente. *Ibid.* Hi tamen non incurrunt pœnas latas contra procurantes abortum; quia procurare abortum, stricte loquendo, est studiose et ex industria agere ad ejectionem fœtus, quod isti non faciunt. *Ibid.* Secus puella quæ, ne diffametur aut occidatur, sumit potiones abortivas; hæc enim studiose et ex industria quærit abortum, ut vitam aut famam servet. *Ibid.* Restat difficultas non levis, an ad salvandam vitam matris prægnantis et periclitantis, liceat ipsi dare pharmacum causativum per se vel per accidens abortus, præter tamen intentionem præbentis aut sumentis. *Ibid.* Quando fœtus est animatus, aut etiam quando dubitatur an sit animatus, nullo modo licet ad conservationem matris illi dare pharmacum causativum per se vel per accidens abor-

tus, etiam præter intentionem dantis vel sumentis, saltem quandiu spes est fœtum in lucem edendi et baptizandi. *Ibid.* Quando certum est fœtum nondum esse animatum, communis opinio tenet licitum esse præbere matri periclitanti cum fœtu pharmacum, matris ex intentione conservativum, et fœtus præter intentionem expulsivum : suppono non aliud suppetere remedium. *Ibid.* Procurare abortum est studiose et ex industria agere ad ejectionem fœtus immaturi, sive animati, sive inanimati. IX, 382.

ABRAHAM nobis exhibetur a S. Scriptura orans pro Sodomitis, etsi non a Deo exaudiendus. I, 288. Per Abraham instaurata est fides Redemptoris et vera religio. 299. Absolvitur-ne Abraham a mendacio sub prætextu bonæ intentionis? IV, 152. Abraham non peccavit dum emit ab Ephron speluncam duplicem in sepulturam. VII, 454. Ex speciali privilegio respectu Abrahæ tantum, eo quod pater esset credentium, non vero respectu posterorum, circumcisio fuit illi Abrahæ *sigillum justitiæ fidei*. VIII, 220 et 466.

ABSENS. Nullibi legitur Ecclesiam unquam praxim absolvendi absentes tenuisse, aut in hoc dispensasse, cum tamen non defuerint urgentes occasiones tempore persecutionum, dum non licebat pro libitu adire sacerdotes. IX, 440. Absens potest absolvi ab excommunicatione, et non a peccatis. *Ibid.* Absens, vel invitus potest absolvi a censura. Append. de Matrimonio inter absentes, *vide* MATRIMONIUM.

ABSENTIA pecuniæ non est titulus legitimus accipiendi aliquid ultra sortem. VII, 117.

ABSOLUTUM, omne reale quod possumus concipere in divinis personis, vel sunt ipsæ personæ secundum se totas spectatæ, vel aliquid absolutum commune omnibus. II, 95. Omnia absoluta in Deo sunt tribus personis communia, quod fatentur omnes theologi. *Ibid.* et 96. Subsistentia in Deo prout importat perseitatem independentiæ ab alio ut sustentante, est aliquid absolutum. 97.

ABSOLUTIO. Ad sufficientem dispositionem pro absolutione, sufficit ut nunc pœnitens detestetur peccatum super omne malum in generali. IV, 199. Absolutionis incapax est qui ignorat, etiamsi invincibiliter, quoad substantiam mysteria Incarnationis et Trinitatis. V, 33. Regulariter non sunt absolvendi qui sub mortis articulo nolunt restituere per se ipsos, dum possunt, sed id suis hæredibus committunt. VI, 178. Prudenter tamen judicare potest confessarius an aliter sit agendum ex circumstantiis. *Ibid.* Procrastinantes solutionem debiti ex contractu, non statim sunt repellendi ab absolutione, et variis de causis excusari possunt a solutione *interesse*. 179. Plures Ecclesiæ olim certis criminibus absolutionem denegabant. IX, 241. Absolutio sola non ponit omnem effectum sacramenti pœnitentiæ. 248. Forma conveniens et legitima sacramenti pœnitentiæ est hæc : *Ego absolvo te a peccatis tuis in nomine Patris, etc.* 250. Hanc formam absolutionis tradunt concilium Florent. et Trid. *Ibid.* Cur sacerdos ad ligandum, non dicit : *Te ligo*, licet Christus pariter dixerit ; *Quodcumque ligaveritis*, etc. *Ibid.* Hæc duo sola verba : *Absolvo te*, sunt essentialia formæ hujus sacramenti, est communior. *Ibid.* forma absolutionis debet necessario verbis exprimi ; non sufficiunt nutus aut alia signa. 251. Absolutio sub his solis verbis : *Absolvo te*, probabilius est valida, sed illicita. 252. Absolutio prolata sub forma æquivalente est valida sed illicita. *Ibid.* Sensus horum verborum, *Absolvo te*, non est, *Remitto pœnas peccatis debitas*. 252. Sacerdos, per verba absolutionis, non solum declarat seu ostendit peccata esse remissa, sed ea vere remittit. Est contra Magistrum Sententiarum et quosdam antiquos, nec non contra novos hæreticos, quamvis diverso sensu locuti fuerint. *Ibid.* Sensus naturalis horum verborum : *Absolvo te a peccatis*, attenta significatione quam habent ex institutione hominum est hic : Remitto seu condono tibi peccata. 253. Sensus autem sacramentalis seu significatio quam habent ex institutione Christi a quo omnia sacramenta habent quod sint significativa et collativa gratiæ, est hic : Sacramentum absolutionis tibi impendo, quantum est ex se absolutivum a peccatis, et collativum gratiæ. *Ibid.* Probabilius est formam absolutionis simpliciter deprecatoriam in sacramento pœnitentiæ non posse esse validam. 254. Absolutio sacramentalis est actus judicialis quem exercet sacerdos, et a quo ipso velut a judice sententia pronuntiatur. *Ibid.* Quo sensu Patres vocant absolutionem sacramentalem orationem seu supplicationem. 255. Actus contritionis debet certo præcedere absolutionem, et quidem tutius præcedit inchoatam absolutionem. 329. Solus sacerdos potest absolvere a peccatis confessis. 353. Concil. Florent. et Trid. sess. 14. cap. 4. declarant nullam esse absolutionem collatam a sacerdote qui non habet jurisdictionem. 355. Ratione periculi, seu articulo mortis, quilibet est subditus cuilibet sacerdoti a quo potest absolvi. 358. Omnis sacerdos in sua ordinatione accipit potestatem absolvendi a peccatis physicam, seu ordinis, non moralem, seu jurisdictionis. 360. Posset-ne dici sacerdotem absolvere auctoritate Ecclesiæ, intelligendo de sola jurisdictione ? 361. Quilibet sacerdos habet-ne potestatem completam absolvendi a venialibus et a mortalibus jam remissis? 362. Jurisdictio necessaria ad absolutionem descendit a superioribus ad inferiores. 377. Quilibet pœnitens in fine vitæ, hoc est, in articulo mortis, potest absolvi a quolibet sacerdote, consequenter etiam ab excommunicato, degradato, schismatico, hæretico. 392. Sacerdos non approbatus, si facile possit haberi approbatus, probabilius, communius et tutius valide absolvit in arti-

culo mortis. 394. Idem est censendum de periculo ac de articulo mortis. 395. Qui fuit absolutus propter periculum mortis per simplicem sacerdotem, tenetur-ne iterum adire alium potestatem habentem, ut ab eo denuo absolvatur? *Ibid.* Per absolutionis dilationem periclitatur-ne salus pœnitentis, si forte interim moriatur? 407. Secundum antiquos canones opera satisfactoria præmitti debebant absolutioni. 408. Absolvendus est moribundus qui priusquam destitueretur sensibus petiit confessarium, aut aliquod aliud signum pœnitentiæ dedit coram astante vel astantibus, qui per se vel per alios referant confessario advenienti. Est communis et certa in variis conciliis et locis juris definita. 410. Moribundus qui professus est religionem christianam, etsi nullum speciale signum doloris dederit antequam privaretur sensibus, est absolvendus. *Ibid.* Huic conclusioni contradicunt plures et graves theologi, videtur tamen nunc communior. *Ibid.* Moribundus in casu, tam astantibus quam confessario ignotus, nec ullum habens apud se religionis indicium est-ne absolvendus? 412. Absolutio data sub conditione *si sis dispositus*, est valida. 413. Extra casum necessitatis non est licitum uti hac forma. *Ibid.* Videtur licitum in casu necessitatis absolvere sub hac conditione mente retenta, *si sis dispositus*. 414. De disciplina veteri Ecclesiæ circa absolutionem datam vel denegatam certis peccatoribus, tam sanis quam infirmis, digressio historica. 416. Nunquam fuit ea universalis Ecclesiæ disciplina, ut denegaret absolutionem sanis, atrociorum criminum reis, pœnitentibus. Videtur probabilior et communior contra Petavium Morinum et quosdam alios. *Ibid.* Probabile est peccatoribus sero et in exitu tantum pœnitentibus, nunquam ab Ecclesia denegatam fuisse absolutionem sacramentalem. Videtur communior contra Morinum, Natalem Alexandrum et paucos alios. 418. Sine valida absolutione non subsistit sacramentum. 421. Olim collata fuit absolutio sacramentalis statim ac pœnitentes sufficienter dispositi, satisfactionem injunctam acceptassent. 482. Absolutio ab excommunicatione, *vide* EXCOMMUNICATIO; a censuris, *vide* CENSURA; CONCUBINARIUS, DUELLEM, CONSUETUDINARIUS, CASUS RESERVATI, RECIDIVUS.

ABSTINENTIA. Quantum ad cibum abstinentia est pars subjectiva temperantiæ. VIII, 56. Abstinentia est virtus specialis. 57. Abstinentia ex suo nomine importat subtractionem alimenti. 58. Hujus virtutis sunt diversi gradus. Primus est abstinere ab omni cibo ad tempus, ut Christus fecit per quadraginta dies; secundus est abstinere a certo genere cibi, v. g. a carnibus semper; Tertius, ad tempus; quartus, abstinere a certo genere potus, ut a vino semper; quintus ad tempus. *Ibid.* Adverte etiam quod, quamvis abstinentia dicatur versari circa potum, non excludat tamen potum præcise secundum se, sed tantum potum inebriantem; unde qui excederet in potu aquæ, lactis, etc. peccaret contra abstinentiam. *Ibid.* Abstinentia summa medicina est, juxta Galenum. 61. Feria sexta et sabbato cujuslibet Hebdomadæ, item tribus diebus Rogationum, est obligatio sub mortali abstinendi a carnibus. 66. Est quædam exceptio. *Ibid.* Circa abstinentiam a carnibus, ovis et lacticiniis, duæ hæreses contrariæ versantur. Prima est illorum qui quosdam cibos natura sua immundos ac ideo illicitos reputabant : secunda hæresis huic contraria, est eorum qui contendunt nullos omnino cibos, sive in perpetuum, sive ad tempus, sive omnibus sive quibusdam, posse aut debere interdici. 81. Contra quos : Ecclesia jure potest interdicere jejunantibus usum carnium. *Ibid.* Abstinentia a carnibus pars ecclesiastici jejunii semper fuit. *Ibid.* Convenienter ab Ecclesia interdicitur jejunantibus esus carnium, ovorum et lacticiniorum. 82. Scriptura sacra neque damnat neque rejicit legem de abstinentia carnium. *Ibid.* Præceptum abstinendi a carnibus, ovis et lacticiniis, secundum se obligat sub mortali; admittit levitatem materiæ. 87. Exemptus seu dispensatus in abstinentia a carnibus, hoc ipso non est dispensatus in abstinentia a pluribus refectionibus, et e contra : est communior inter doctores, et sic observatur inter fideles. *Ibid.*

ABUSUS sanctæ Eucharistiæ aut sanctorum reliquiarum, vel etiam S. Scripturæ ad exercitium artium magicarum, est casus reservatus. IX, 385.

ACACIANI. Ariana hæresis progressu temporis in tres sectas divisa est : quarum tertia fuit Acacianorum, a suo principe Acacio episcopo Cæsariensi dicta. Hæc secta Filium prædicabat non esse consubstantialem Patri, neque unam ex creaturis, sed similem, non tamen substantia vel *ousia;* sed *homoion* propugnabat, hoc est similem Patri, qualis statua est similis homini quem repræsentat. II, 3. Ariani quadraginta, quorum caput erat Acacius Cæsariensis cum pluribus aliis Seleuciam conveniunt, ad quid? 49.

ACADEMIA Parisiensis admisit infallibilitatem SS. Pontificis in multis occasionibus. V, 189. Quisnam fuit academiæ Parisiensis sensus circa Declarationem aliquorum episcoporum anni 1682? 194.

ACCEPTATIO rei promissæ non semper debet esse expressa, sed quandoque sufficit tacita per silentium promissarii aut donatarii. V, 36. Acceptatio debet fieri statim aut quasi statim moraliter. *Ibid.* Acceptatio fieri debet vel a promissario, vel a donatario, vel ab altero vices ejus gerente legitime. *Ibid.* et 37. Acceptatio rerum quæ donantur a quibus fieri debet juxta jus novum gallicum? *vide* APPENDICEM.

ACCEPTIO. In acceptione rei alienæ duo sunt consideranda, quorum unum est inæ-

qualitas ex parte rei, quæ quandoque est sine injustitia; aliud est injustiæ culpa, quæ potest esse cum æqualitate rei; quandoque utrumque conjungitur, scilicet inæqualitas et injustitia, ut cum quis injuste alienum accipit. VI, 129. Accipere personam idem significat ac accipere seu respicere faciem. Acceptio personarum est injustitia qua in rebus communibus ex justitia distribuendis, non attenditur ad proportionem meritorum vel idoneitatis eorum quibus dantur. sed ad aliquam causam huic rei impertinentem. 199. Acceptio personarum est vitium oppositum justitiæ distributivæ. *Ibid.* Insuper et reperitur esse violatio justitiæ commutativæ. 200. Acceptio personarum est ex genere suo peccatum mortale. *Ibid.* De acceptatione personarum in distributione spiritualium. Per spiritualia hic intelligimus potestatem ecclesiasticam sive ordinis sive jurisdictionis et ejus usum, sed præsertim beneficia et officia ecclesiastica. *Ibid.* Quæ dicuntur in § de acceptione personarum circa collationem spiritalium, sunt etiam extendenda ad officia sæcularia. 203. In exhibitione honoris et reverentiæ locum habet acceptio personarum. 212. In judiciis locum habet peccatum acceptionis personarum, ut si judex non attendat ad merita causæ, sed ad rationes ei impertinentes, ut judicium ferat in favorem unius litigantium; ut quod sit amicus, nobilis, consanguineus, etc. unde istud Proverb. *Accipere personam in judicio, non est bonum :* et is peccat non solum contra justitiam distributivam, sed etiam commutativam, et tenetur parti alteræ restituere. 213. In his quæ relinquuntur arbitrio judicis, contingit-ne peccare acceptione personarum? *Ibid.* Acceptio personarum locum habet non solum in bonis, sed etiam in oneribus distribuendis. *Ibid.*

Accessio est, quando res unius accedit seu adjungitur ad rem alterius per laborem et industriam humanam. VI, 69. Regula generalis accessionis : quando res unius conjungitur rei alterius; totum compositum ex utroque est illius cujus est principale in composito. *Ibid.*

Accessorium sequi congruit naturam principalis. Intellige tamen semel pro semper cum obligatione reddendi domino æstimationem minus principalis, etiamsi bona fide fuerit usurpatum. VI, 69. Inferenda ex hoc plurima expenduntur. *Ibid. Insuper vide Appendicem.*

Accidens. Quæritur utrum in Deo sint aliqua accidentia, sive utrum sit in eo compositio accidentalis? responsio negativa, quare? I, 66. Implicat-ne dari accidens supernaturale? cur non? 123. Accidens potest-ne definiri logice, quod potest adesse vel abesse sine subjecti corruptione? II, 376. Ut aliquid non sit accidens, sufficit quod abesse non possit absque corruptione suppositi, si suppositum sit capax corruptionis. *Ibid.* Quo sensu accidens dicitur *ens* in subjecto existens. III, 25. Accidens sequitur naturam subjecti. IV, 296. Accidens est ens in alio existens, seu cujus esse est esse in subjecto. VIII, 260. Accidens corporeum etiam viale non potest subjectari in subjecto spirituali. *Ibid.* Patres per naturam et substantiam panis, intelligunt duntaxat accidentia et proprietates panis, quibus ejus natura et substantia dignoscitur. IX, 77. Accidentia possunt-ne esse sine subjecto? 78. Impugnatur sententia eorum qui contendunt accidentia esse in aëre circumstante, tanquam in subjecto, et sententia eorum qui dicunt accidentia esse in subjecto in corpore Christi. *Ibid.* Accidentia non possunt esse sine subjecto naturaliter, possunt vero supernaturaliter. 81. Accidens definitur ens alteri inhærens aptitudinaliter juxta S. Thomam, actualiter juxta Cartesianos. *Ibid.* Inhærentia actualis est-ne essentia accidentis actu existentis? *Ibid.* Remanere in Eucharistia accidentia solida absque ullo subjecto substantiali contendit Auctor. 79. Inter accidentia sacramenti Eucharistiæ sola quantitas existit sine subjecto; cætera vero existunt in quantitate. 84.

Accipere personam idem significat ac accipere seu respicere faciem. VI, 199. *vide* Acceptio. Accipere aliquid temporale pro rebus spiritualibus an sit simoniacum. *Vide* Simonia.

Accusatio. Præter accusatorem formalem aut supplentem vices ejus, ut judex reum juridice interrogare possit, requiritur vel infamia juridice probata aut adminiculata, vel expressa indicia, vel semiplena probatio. VI, 317. Accusatio definitur : Delatio rei de crimine ad vindictam publicam, facta per eum qui spondet se probaturum. 324. De jure communi sex conditiones requiruntur ad accusationem legitimam : 1° ut fiat in scriptis; 2° ut exprimatur dies et annus quo intentatur; 3° ut exprimantur nomina accusatoris et accusati; 4° Species delicti; 5° locus et tempus delicti; 6° inscriptio accusatoris qua se obligat ad pœnam talionis si non probet. *Ibid.* Accusatio triplici modo redditur injusta, scilicet *calumnia, prævaricatione,* et *tergiversatione. Ibid.* Non ubique nec promiscue admittitur accusatio. *Ibid.* Quando crimen commissum est in detrimentum alicujus particularis, quandoque potest homo accusare, quandoque non potest. 325. Utrum accusationi vel denuntiationi juridicæ, sive necessariæ sive licitæ, debeat permitti monitio fraterna? *Ibid.* In causis gravioribus, sive civilibus sive criminalibus, in quibus agitur de condemnatione alicujus, præter accusatorem aut id quod supplet vices ejus, requiruntur et sufficiunt ordinarie duo testes; est communis. 330.

Accusatus. Accusans aut denuntians in propria causa incurrit-ne irregularitatem si mors accusati sequatur? VI, 263. Quando crimen alienum vergit immediate in detri-

mentum reipublicæ, tenetur homo ad accusandum, si probare possit et non prohibeatur aliunde accusare; si vero non vergat immediate in detrimentum reipublicæ, non tenetur per se loquendo. 324. Accusatus sive juste sive injuste, non potest calumniose se defendere, imponendo falsum crimen accusatori aut testibus, vel etiam adhibendo fraudem et dolum : fraus et dolus habent rationem mendacii. 337. Quando accusatus non interrogatur juridice, aut de eo non constat, si aliter evadere non possit, potest negare crimen et dicere accusatorem falsum accusare, calumniari, mentiri. *Ibid.* Accusatus potest prodere crimina occulta testium si prosint ad infirmanda eorum testimonia, nec aliter possit evadere : idque sive verum testentur, sive falsum, sive secundum ordinem juris sive contra. *Ibid.* Accusato, qui injuste gravatur a judice, licitum est appellare. 338.

Acedia. Desperatio specialiter oritur ex luxuria et acedia, specialius tamen ex acedia. Quia homo luxuriosus bona spiritualia fastidit etc., ex acedia autem reputat nimis difficile bene vivere. V, 267. Acedia, secundum Damascenum, est quædam tristitia aggravans quæ scilicet ita deprimit animum ut nihil agere libeat, sicut ea quæ sunt acida etiam frigida sunt; et ideo acedia importat quoddam tædium operandi. A quibusdam acedia dicitur torpor mentis bona negligentis inchoare. 361. Sumitur autem a theologis pro tædio seu tristitia de bono spirituali. *Ibid.* Unde patet quod sit peccatum tam secundum se, quam secundum effectum. *Ibid.* Acedia, prout est tristitia de bono spirituali, non est speciale vitium, sed circumstantia omnis vitii. *Ibid.* Acedia est vitium capitale, quia ex acedia profluunt plura vitia. Sex ejus filias assignat S. Gregorius, scilicet, malitiam, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa præcepta, evagationem mentis circa illicita. 362. Est speciale peccatum; quatenus est tædium de bono divino ad nos pertinente, apprehenso ut malo proprio, est peccatum mortale. *Ibid.* Acedia vincenda est resistendo et impugnando. *Ibid.* In acedia continua cogitatio de bonis divinis reddit ea magis placentia, ex quo cessat acedia. *Ibid.*

Acephali. Sic appellati sunt hi sectarii, quod a capite, id est, patriarcha suo, disjuncti seorsim congregabantur. Ortum habent a Petro Moggo in sedem Alexandrinam restituto a Zenone imperatore. II, 392. Acephali etiam dicti sunt Hæsitantes et Monophistæ, item et Semi-Eutychiani, quia Eutychetis errorem emolliebant. *Ibid.* Dicti sunt etiam Jacobitæ a Jacobo Syro, sicque in Ægypto nomen retinuerunt. *Ibid.*

Acetum non est materia consecrabilis. VIII, 116.

Acolythatus est unus ex septem ordinibus. X, 30. Potest acolythatus exerceri a laïco. 56. Ejus materia duplex est. Prima est traditio urceoli vacui cum hac forma : Accipe urceolos ad suggerendum vinum et aquam in Eucharistiam sanguinis Christi in nomine Domini. Secunda materia est traditio candelabri cum cereo extincto sub ista forma : Accipe ceroferarium cum cereo ut scias te ad accendenda Ecclesiæ lumina mancipari in nomine Domini. 47. An utraque materia sit essentialis dubitatur. *Ibid.* Officium acolythi est 1° urceolos cum vino et aqua ad missam præparare et ministris offerre, non vero in calicem immittere in missa solemni : 2° cereos præparare, accendere, deferre ad Evangelium, tempore consecrationis, etc. *Ibid.*

Acquisitio rerum tripliciter potest fieri illicite : 1° quando id quod acquiritur debetur ei a quo accipitur sicut in furto et in rapina : 2° aliquid illicite est acquisitum, quia ille qui acquisivit retinere non potest, nec tamen debetur ei a quo acquisivit, sicut contingit in simonia; 3° est aliquid illicite acquisitum, non quidem quia ipsa acquisitio est illicita, sed quia id ex quo acquiritur est illicitum, sicut patet de eo quod mulier acquirit per meretricium. V, 345 et 346. *Vide insuper tractatum de Contractibus*, art. 8.

Actio. Deus est causa omnis actionis in quantum est actio. I, 381. Actiones, ut fert commune axioma, sunt subsistentium. II, 106. Actio creaturæ cum sit accidens, dependet a subjecto in esse et operari; nulla igitur actio creaturæ potest concurrere etiam instrumentaliter ad creationem. 241. Actiones sunt suppositorum, non solum denominative, sed etiam elicitive. III., 31. Actiones quæ ab homine procedunt sunt duplicis generis : aliæ dicuntur hominis, aliæ humanæ. IV, 3. Illæ actiones proprie dicuntur humanæ quæ procedunt ab homine, in quantum homo est et illæ solæ proprie dicuntur actiones humanæ quæ ex voluntate procedunt deliberata. *Ibid.* Actiones autem quæ ab homine quidem procedunt, sed non ex deliberata voluntate, sunt actiones hominis. *Ibid.* Actiones hominis indeliberatæ et necessariæ quæ non sunt actus humani, sunt-ne etiam propter finem? 5. Actiones sortiuntur speciem a principio, passiones a termino. 6. Actus humanus, sive consideretur ut actio, sive ut passio, specificatur a fine. *Ibid.* Actiones sunt suppositorum, et existentium, subindeque singularium. II, 101. Quadruplex bonitas potest considerari in actione humana : prima naturalis, secunda moralis et specifica, tertia ex circumstantiis, quarta ex fine. 149. Objectum actionis moralis est res sumpta moraliter. 143. Intentio boni finis actionem ex se malam reddit bonam. 140. Ut aliqua actio non sit otiosa, sufficit quod ad aliquam naturæ commoditatem referatur. 164. Datur præceptum naturale et positivum præfigendi cuilibet actioni finem honestum. 167. Homo tenetur referre virtualiter explicite omnes actio

nes suas in Deum ut auctorem supernaturalem in actu charitatis strictæ. V, 336. Relatio et totalis consecratio virtualiter perseverat in actibus sequentibus, donec revocetur per peccatum mortale. *Ibid.* Debet restitui per novum actum charitatis. *Ibid.* Ratio est homini intrinseca et inseparabilis regula omnium suarum actionum. *Ibid.* Elevatio ad finem supernaturalem est quid extrinsecum et accidentale. *Ibid.* Dum homo refert suas actiones ad Deum ut finem naturalem, habet semper Deum pro fine, et illi adhuc deservit; ideoque non peccat. *Ibid.* Quando sunt ejusdem actionis duo effectus, unus bonus, alter malus, bonus potest-ne intendi ex justa causa, et malus permitti. VI, 31. Profertur a quibusdam nec male hæc regula : Quas actiones exerceo licite dum recito preces non debitas, easdem licite exerceo recitando debitas. VII, 225. Actio humana præcipue circa corporalia versatur. VIII, 238.

ACTUS. Existere in actu exercito, quid est? item quid est existere in actu signato? I, 26. Possibili posito in actu sequitur-ne impossibile per accidens, et facta aliqua suppositione? 338. Aliquid esse in actu virtualiter potest intelligi duplici modo : 1° virtualiter eminenter; 2° virtualiter potentialiter. Virtualiter eminenter, quando in actu seu forma superiori perfectius continet inferiorem. Virtualiter potentialiter, quando habet virtutem, quæ mota et excitata potest agere. III. 418. Homo in omnibus suis actibus humanis agit propter finem. IV, 3. Actus humani specificantur a fine. 6. Omnis actus voluntatis, ut liberæ, est liber. 37. Omnes actus necessarii possunt-ne crescere? *Ibid.* 37. Actus liber est perfectior necessario ex imperfectione cognitionis et coarctatione judicii. 54. Actus nostri liberi sunt humani et morales, quia dirigi possunt per regulam rationis. *Ibid.* Omissio potest esse indirecte voluntaria absque omni actu voluntatis qui fit de essentiali ejus ratione, non potest tamen esse sine actu qui sit causa vel occasio ejus. *Ibid.* Actus voluntatis quandonam censetur moraliter interruptus? 55. Violentia causat involuntarium simpliciter, seu actus ex violentia factus est involuntarius simpliciter. 63. Nullus actus sine Dei concursu poni potest. 58. Actus necessarii et mere spontanei non sunt morales. 87. Non sunt meritorii aut demeritorii. *Ibid.* Actus necessarii et pure spontanei non possunt subjici regulis morum nec ab eis dirigi. *Ibid.* Actus secundum se invariabiles non possunt subjici regulis morum, nec ab eis dirigi. *Ibid.* Actus necessarii non sunt in nostra potestate sic ut possimus illos ponere et non ponere. 88. Est etiam liber actus in quo voluntas se movet ex propria determinatione. 90. Actus cui præest judicium rationis indifferens, est liber. 102. Actus proprie et stricte imperatus est liber essentialiter. *Ibid.* Duplex est actus voluntatis, eliciti nempe et imperati. Sunt autem sex actus a voluntate eliciti; tres circa finem, scilicet volitio, intentio et fruitio : et tres circa media, scilicet consensus, electio et usus activus. 114. His sex actibus voluntatis correspondent ex parte intellectus quinque actus diligentes, et unus ex parte potentiarum executivarum. *Ibid.* et seqq. Voluntas se ipsam movet quoad exercitium in aliquibus actibus. 120. In hoc differunt actus humani et liberi a necessariis et non humanis, quod in illis agens se moveat in finem, improprie et late, non in istis. 121. Imperium est substantialiter actus rationis, præsupposito actu voluntatis, in cujus virtute ratio movet per imperium ad exercitium actus. 133. Virtus prioris actus remanet in actu sequenti. *Ibid.* Illi actus qui sunt in potestate et arbitrio nostro, et ad quos ratio suadens movere nos potest, imperari possunt : ii vero qui non sunt in potestate et arbitrio nostro, et ad quos ratio suadens nos movere non potest, imperari non possunt. 134. Quantum ad exercitium possunt imperari eo sensu quod possunt admitti vel respui : quantum ad objectum et specificationem seu apprehensionem veritatis imperari non possunt, excepto assensu vel dissensu. 135. Quidam actus appetitus sensitivi cadunt sub imperio rationis, quidam non cadunt, quia quidam sunt in nostra potestate, quidam non sunt. *Ibid.* Actus animæ vegetativæ non subduntur imperio rationis. *Ibid.* Quidam denique actus membrorum exteriorum subjiciuntur imperio rationis, quidam non subjiciuntur. *Ibid.* Actus moralis reddit hominem laude vel vituperio dignum. 136. Actus moralis definiri potest : *Actus procedens a deliberata voluntate cum subjectione ad regulas morum.* *Ibid.* Duplex esse distinguendum est in actu humano : esse physicum seu naturæ, et esse moris. *Ibid.* Esse naturæ est ipsa entitas physica actus. *Ibid.* Esse morale et præsertim bonitas moralis, est perfectio in actibus humanis existens a parte rei, causata a virtutibus, a voluntate libera, et a Deo. *Ibid.* In actibus supernaturalibus est bonitas moralis quæ est fundamentum meriti. *Ibid.* Deus remunerat in æternum propter actus bonos et punit propter malos mortaliter. *Ibid.* Forma a qua actus humanus denominatur moralis, debet esse alicui subjecto intrinseca. *Ibid.* Nullus est actus in individuo de quo non detur lex; ideo est moralis, seu bonus aut malus. 138. Actus liberi, libertate contradictionis, sunt dirigibiles, seu capaces moralitatis. *Ibid.* Sunt imputabiles ad meritum vel demeritum, quia subjiciuntur regulis morum. 239. Bonitas moralis nihil aliud est quam ordo realis transcendentalis actus ad objectum consonum regulis morum. *Ibid.* Est in habitudine ad collectionem extrinsecorum. Ad illam requiritur ut actus vestiatur omnibus debitis circumstantiis. *Ibid.* Malitia moralis considerata positive, est ordo realis actus ad ob-

jectum dissonum regulis morum; privative considerata, est privatio consonantiæ et rectitudinis. *Ibid.* Principia moralitatis intelligimus ea omnia ex quibus fit quod actus sit vel bonus vel malus, vel indifferens. 142. Prima et essentialis bonitas vel malitia actus humani desumitur ab objecto moraliter considerato. *Ibid.* Circa objectum physice consideratum possunt versari actus specie diversi, bonus et malus. *Ibid.* Actus moralis habet suam bonitatem vel malitiam a lege mediate et tanquam a regula. 143. Actus humanus primo respicit finem operis, non operantis, specificatur enim a fine. *Ibid.* Quæ differentia est inter actus ex objecto bonos et actus ex fine bonos? 145. Hic actus : *Volo honeste vivere*, licet plura objecta materialia respiciat, ea tamen respicit sub eodem motivo. *Ibid.* Actus interior et exterior sibi mutuo conferunt bonitatem vel malitiam in diverso genere causæ. *Ibid.* Actus exterior in executione habet bonitatem formalem ab interiori in genere causæ efficientis, et interior habet in intentione bonitatem objectivam ab exteriori in genere causæ formalis extrinsece. *Ibid.* Circumstantia est *accidens actus humani, ipsum inesse morali jam constitutum moraliter efficiens.* 146. Assignantur communiter septem circumstantiæ actuum humanorum hoc versu comprehensæ : *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, quomodo, quando.* *Ibid.* Actus humanus desumit aliquam bonitatem vel malitiam a circumstanstiis. 146. Inter actus morales, alii sunt aliis meliores vel pejores. *Ibid.* Actus conditionatus et inefficax non recipit ab objecto bonitatem vel malitiam nisi juxta proportionem conatus præsentis, et affectus. *Ibid.* Actus humanus aliquando desumit a circumstantiis speciem boni vel mali, aliquando tantum aggravationem vel diminutionem bonitatis vel malitiæ intra eamdem speciem. 147. Actus humanus desumit bonitatem vel malitiam a fine. 148. Actus humanus differt ab actione hominis propter causam, pendet enim a fine et ejus influxu. *Ibid.* Actus ex objecto bonus ad bonum finem imperatus, desumit bonitatem suam specificam et essentialem ab objecto, accidentalem a fine. 149. Actus imperatus dupliciter considerari potest : 1° secundum se et specificative ; 2° formaliter et reduplicative ut imperatum. *Ibid.* Actus interior seu imperans desumit speciem a fine ut a proprio objecto. Actus exterior, id est, imperatus desumit speciem ab objecto circa quod versatur. 150. Ut actus sit bonus requiritur quod bonitas seu honestas sit formaliter et directe volita, saltem in actu exercito. Ut autem actus sit moraliter malus, sufficit quod malitia sit indirecte, virtualiter et implicite volita. 151. Actus bonus præcise et unice volitus propter finem indifferentem, amittit bonitatem ; si autem propter malum finem est volitus, fit malus. *Ibid.* Idem actus potest simul habere duas species bonitatis vel malitiæ, unam ex objecto, alteram ex fine. 153. Actus non interruptus physice potest successive de bono fieri malus per moralem mutationem objecti. 154. Actus bonus potest dupliciter eligi propter finem malum. *Ibid.* Actus alias secundum se bonus, cujus malus finis est totalis et adæquata ratio cur eligatur, ex nulla parte est bonus, sed totus malus. *Ibid.* Actus alias secundum se bonus, cujus finis malus non est totalis et adæquata ratio cur eligatur, potest esse bonus ex objecto et malus ex fine. 155. Actus ex objecto et fine bonus cui supervenit aliqua circumstantia venialiter mala potest esse partim bonus, partim malus. *Ibid.* Quod dicitur de actu bono ex objecto et malo ex fine, dicendum est a fortiori de actu bono ex objecto et fine cui se immiscet aliqua alia circumstantia venialiter mala. 156. Leges præcipiunt tantum substantiam actus, non modum, nisi modus sit de intrinseca ratione actus, vel secundum se, vel prout cadit sub lege. 157. Dum elicitur actus bonus in ordine ad malum finem, aut intenditur bonus finis per malum medium, interveniunt-ne duo actus qui tamen pro eodem computantur. 158. Actus virtutis prout a virtute procedit, non potest esse malus. 159. Actus humanus potest dupliciter considerari : 1° secundum speciem et ex parte objecti tantum ; 2° in inviduo et ut est a parte rei vestitus suis circumstantiis. 160. Quæstio est igitur utrum detur actus humanus secundum speciem et ex parte objecti. *Ibid.* Dantur actus humani indifferentes ex sua specie. *Ibid.* In ordine supernaturali dantur actus indifferentes, neque boni neque mali. 161. Nullum esse, nec esse posse actum indifferentem in individuo, communiter sentiunt. 162. Ut actus sit malus, sufficit quod careat bono fine, quod utique reperitur in actu quem adversarii dicunt indifferentem. *Ibid.* Actus leves sæpe indeliberate fiunt. 169. Actus leves facti propter commoditatem naturæ sunt boni. *Ibid.* Omissio actus non præcepti voluntaria et deliberata, si sit rationabilis, est bona. 170. Si non sit rationabilis, est mala. *Ibid.* Actus exterior, ut est præcise executio actus interioris, illi non addit bonitatem aut malitiam simpliciter in ordine ad præmium aut pœnam essentialem, sed tantum secundum quid in ordine ad præmium vel pœnam accidentalem. Unde non reddit operantem meliorem aut pejorem simpliciter, sed secundum quid tantum. 176. Defectus actus exterioris nihil detrahit de bonitate vel malitia interioris. 177. Actus interior et exterior distincto præcepto prohibentur. 378 et 379. Tenemur confiteri actum externum, licet non addat malitiam novam interiori. *Ibid.* Difficultas quæ occurrit in executione actus exterioris extendit actum interiorem, et meretur præmium accidentale. 179. Quibus titulis actus exterior malus efficit operantem miseriorem. 178. Actus

imperans non est regula, sed regulatus. 182. Cadit sub præcepto. *Ibid.* Ejus bonitas vel malitia duplex est, objectiva et formalis. *Ibid.* Eventus sequens prævisus et aliquo modo intentus, addit ad bonitatem vel malitiam actus exterioris, sive per se sequatur, sive per accidens. 183. Adest obligatio cessandi ab actu ex quo sequitur malus effectus, quando non subest jus seu legitima ratio illum actum ponendi. 183. Quando adest vel abest jus seu legitima ratio non ponendi actum, potest-ne poni vel non poni, non obstante malo eventu inde secuto? *Ibid.* et 184. Eventus per se sequens ad actum, etiamsi non sit prævisus nec in se volitus, addit ad bonitatem vel malitiam, modo ex ipso actu non sequatur duplex effectus, unus bonus et alter malus. 184 et 185. Eventus per se sequi censetur ex actu, quando semper aut ut plurimum accidit. *Ibid.* Eventus sequens, per accidens, ex actu non addit ad bonitatem vel malitiam, si non sit aliquo modo intentus. *Ibid.* Actus conscientiæ procedit ab habitu sapientiæ et scientiæ. 186. *Vide* CONSCIENTIA. Ut actus sit bonus materialiter, sufficit quod sit conformis legi æternæ. 195. Ut actus sit malus sufficit-ne quod sit deformis legi æternæ? *Ibid.* In actibus humanis sufficit certitudo probabilis, quia non potest haberi certitudo demonstrativa. 242. Pejus est actu peccare quam inclinari ad peccatum. IV, 278. Habitus non dicitur bonus vel malus, nisi ex hoc quod inclinet ad actum bonum vel malum, ideoque propter actus bonitatem vel malitiam habitus dicitur bonus vel malus, propter autem unumquodque tale et illud majus est. *Ibid.* Pro actu vitioso aliquis juste punitur, non vero pro habitu vitioso, si non procedat in actum. *Ibid.* Habitus est causa actus in genere causæ efficientis, sed actus est causa habitus in genere causæ finalis. *Ibid.* In actu duplex distingui potest formalitas : prima est tendentia positiva in objectum; altera est ultima actualitas et perfectio. *Ibid.* Actus incompossibilis cum observantia præcepti potest dupliciter conjungi cum omissione : 1° Ut causa, vel occasio illius; 2° concomitanter. 298. Omnis actus quamvis ex objecto bonus, qui est causa vel occasio omissionis actus præcepti, vitiatur ex ipsa omissione et fit malus. *Ibid.* Actus vero qui non est causa vel occasio omissionis, sed tantum concomitanter se habet ad illam, quamvis sit cum actu præcepto incompossibilis, nisi sit aliunde malus, non est peccatum nec vitiatur ex omissione. *Ibid.* Actus quandonam censetur esse causa vel occasio omissionis, vel tantum concomitanter se habere ad illam. *Ibid.* Quamvis actus de se bonus aut indifferens, qui est causa vel occasio omissionis culpabilis, fiat malus, communis tamen sententia est contra paucos non esse malum alia malitia quam omissionis, sicque non esse necessario explicandum in confessione. 299. Omissio et actus qui est causa vel occasio illius, eodem præcepto prohibentur. *Ibid.* Distinctio numerica peccatorum petitur ex interruptione morali actuum voluntatis, quia actus humani habent quod sint peccata ab actu voluntatis : ergo ubi actus voluntatis est diversus et moraliter corruptus, est distinctum peccatum. 309. Tunc censetur actus voluntatis moraliter interruptus, quando nec formaliter nec virtualiter perseverat; censetur autem nec formaliter, nec virtualiter perseverare ex triplici capite : 1° quando per actum contrarium expresse revocatur : 2° per cessationem voluntariam ab actu voluntatis; 3° per cessationem involuntariam ab actu interno voluntatis. *Ibid.* Quoad hunc tertium modum varii varie sentiunt et distinguunt. *Vide horum et illorum rationes. Ibid.* Advertens ad actum potest advertere ad malitiam in actibus externis quæ sunt contra primaria et secundaria juris naturalis præcepta, non vero contra remotiora. 350. Actus remanens idem numero in esse naturæ, potest de veniali fieri mortalis. 427. Ut actus remanens idem numero in esse moris, non potest de veniali fieri mortalis. *Ibid.* Notitia consonantiæ vel dissonantiæ actus ad regulas morum debet adesse ad agendum indifferenter et libere moraliter. 442. Lex essentialiter est aliquid rationis, præsupponens tamen, in legibus positivis, actum voluntatis. 445. Quidam censent legem essentialiter esse actum voluntatis, alii actum intellectus, alii utriusque. *Ibid.* Actus internus dupliciter considerari potest : 1° secundum se seorsim, nullam habens connexionem cum externo; 2° ut connexus cum actu externo. 482. Dupliciter autem potest actus internus connecti cum externo : 1° per accidens; 2° per se, et hoc iterum dupliciter : 1° tanquam causa per se actus externi in genere moris constituti; 2° tanquam conditio necessario requisita ut actus exterior constituatur in certa specie moris. *Ibid.* Actus interior qui connectitur cum exteriori ut causa per se illius manifestatur per exteriorem. *Ibid.* Actus interior qui connectitur alio duplici modo cum exteriori non manifestatur per illum, quia actus exterior potest esse sine illo. *Ibid.* Cum bonum in actibus humanis seu moralibus attendatur secundum quod regulatur regula debita, perfectio virtutis quæ ut principium bonorum actuum consistit in attingendo humanorum actuum regulam, quæ est duplex, scilicet ratio humana et Deus. V, 278. Non præcepta dantur de habitibus, sed de actibus. 312. Intentio actus voluntatis provenit ex vehementia objecti moventis illam. 298. Agnoscimus homines, toties quoties deliberate agunt, teneri referre suum actum in Deum relatione virtuali implicita. 324. Istud autem præceptum non spectat nisi fideles. *Ibid.* Qui facit actum bonum nulla ex parte vitiatum, sic utitur creaturis, ut aliis adhibitis possit pervenire ad beatitudinem. 332. Qui facit actum mo-

raliter bonum, nulla ex parte vitiatum, v. g. qui absque ullius pravæ circumstantiæ admixtione diligit parentes, amicos, viros probos, motus honestate particulari hujus legitimi amoris, nullatenus constituit finem suum in hoc actu, sed ipsa honestate ut sic, quæ in re Deus est. *Ibid.* Nihil prohibet unius actus esse duos effectus, quorum alter sit solum in intentione, alter vero præter intentionem. Sic, v. g. in expugnatione urbis, in bello justo, sequitur defensio reipublicæ et occisio piurium innocentium : defensio reipublicæ intenditur ab expugnante, occisio innocentium est præter ejus intentionem. VI, 234. Debet intelligi hoc principium sub duplici conditione : prima, quod bonus effectus æque immediate ex illa actione sequatur ac effectus malus; secunda, quod effectus bonus qui intenditur prævaleat malo qui permittitur aut saltem eum compenset. 235. Defectu secundæ conditionis non licet ponere actionem occisivam matris, v. g. eam secare ut baptizetur proles alioquin peritura in æternum. *Ibid.* Ecclesia habet-ne quamdam jurisdictionem in actus mere internos. VII, 274. Actus moralis ex duobus speciem sortitur, scilicet ex objecto et ex fine. 393. Actus interiores, quales sunt pacta, testamenta, etc. solent apud homines explicari per aliquod instrumentum exterius quod sit signum actus interioris. IX, 62. Ecclesia potest præcipere actus internos indirecte, etsi jungantur necessario cum actibus externis ut hi constituantur in certa specie moris. 159. Omnis actus bonus, non ideo est actus virtutis. 300. Omnis actus quo impletur præceptum est meritorius si ex charitate fiat. X, 92. *Insuper* quoad actionem Dei in actus nostros, *vide* AUXILIUM, DEUS, DECRETA DIVINA, CONCURSUS, GRATIA, LIBERTAS, MOTIO, VOLUNTAS. *Et circa* intentionem actus, *vide* INTENTIO, *et alia verba hanc materiem spectantia.*

ADAM. Primus homo Adam in statu innocentiæ non vidit Deum per essentiam secundum communem statum illius vitæ : perfectius tamen illum cognovit quam nos illum cognoscimus. II, 268. Adam in statu innocentiæ non solum cognoscebat Deum ex sensibilibus et intelligibilibus effectibus sicuti nos, sed etiam per immediatam revelationem, etc. *Ibid.* Primus homo Adam in statu innocentiæ non vidit angelos per essentiam, perfectius tamen eos cognovit quam nos cognoscimus. *Ibid.* Dum nos a plena et lucida intelligibilium contemplatione impedimur per sensibilia, per quæ distrahimur et circa quæ impedimur Adam non impediebatur : unde sequitur Adam in statu innocentiæ habuisse fixiorem et certiorem intelligentiam Dei et angelorum, quam nos. *Ibid.* Primus homo Adam habuit cognitionem a Deo infusam omnium rerum quas homines naturaliter cognoscere possunt; supernaturalium vero tantam habuit cognitionem quanta erat necessaria ad gubernationem humanæ vitæ secundum illum statum ordinatum ad finem supernaturalem. *Ibid.* Adam habuit fidem explicitam mysteriorum divinorum et specialiter incarnationis. 269. Adam non fuit præscius sui peccati, alioquin fuisset miser ante peccatum. *Ibid.* Trinitatis habuit fidem explicitam. *Ibid.* Adam habuit cognitionem rerum omnium naturalium non solum terrestrium, sed etiam cœlestium *Ibid.* Ex eo quod omnia animalia adducta sint ad Adam ut illis nomina imponeret et reipsa *omne quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum* sit *nomen ejus*, id est, ipsius naturæ conveniens, sequitur illum cognovisse omnium animalium naturas et proprietates. *Ibid.* Eadem ratione potuit cognoscere naturas et proprietates aliarum rerum naturalium sive terrestrium sive cœlestium. *Ibid.* Habuerunt-ne primi parentes Adam et Eva scientiam boni et mali, antequam illis promitteret serpens? *Ibid.* Scientia naturalium Adæ infusa, erat ejusdem speciei ac nostra. *Ibid.* Adam fuit omnium hominum sapientissimus, excepto Christo. 270. Quantum ad notitiam rerum supernaturalium et theologicarum, majorem habit B. Virgo, quam Adam; quantum vero ad notitiam rerum materialium et civilium, majorem habuit Adam, quam B. Virgo. *Ibid.* Adam in statu innocentiæ potuit-ne errare seu decipi? Adam fuisse seductum negat Apostolus ad Timoth. scribens. Affirmant tamen communiter SS. Patres ipsum fuisse seductum. Ad horum conciliationem varii varias afferunt rationes. *Ibid.* Adam a Deo immediate fuit creatus, et ab ipso creatore constitutus magister et gubernator generis humani. *Ibid.* Primum hominem Adam constitutum fuisse in gratia antequam peccaret, est doctrina fidei, definita in concilio Trid. his verbis : « Si quis non confitetur primum » hominem Adam, cum mandatum Dei in » paradiso fuisset transgressus, statim sanc- » titatem et justitiam, in qua constitutus » fuerat, amisisse : anathema sit. » 271. Primus homo Adam creatus fuit in gratia sanctificante. *Ibid.* Probabilius fuit justificatus more adultorum mediante actu liberi arbitrii, scilicet consensu in acceptationem gratiæ. 272. Adam fuit creatus cum perfecto usu rationis. *Ibid.* S. Bernardus ait Evæ ante transgressionem defuisse prudentiam, Adæ temperantiam. *Ibid.* In primo homine Adam fuerunt-ne animæ possiones quædam? *Ibid.* Adæ in statu innocentiæ nullum malum, nec etiam peccatum quod non posset facile vitare, imminebat. *Ibid.* In statu innocentiæ habuit-ne Adam omnes virtutes? *Ibid.* Sic erat dispositus Adam, ut si peccaret, doleret. 273. Primus homo Adam habuit dominium super omnia animalia non solum quoad jus et potestatem, sed etiam quoad exercitium et usum, ita ut imperabat et ei obediebatur. *Ibid.* Quomodo Adam potuisset sibi subjicere animalia a se longe distantia, et eis pro arbitrio uti? *Ibid.* Homo in statu innocentiæ

habuit dominium, non solum super animalia, sed etiam super omnes res creatas se inferiores. *Ibid.* Adæ corpus fuit formatum de limo terræ, quod probatur ex variis Scripturæ locis, præsertim ex Genes II : *Formavit Deus hominem de limo terræ*, ubi per hominem intelligitur solus Adam, siquidem postea dicatur Evam factam esse ex una costa Adæ : et ex Tob. VIII, *Tu fecisti Adam de limo terræ*, et sæpe alibi. 274. Ratio hujus facti est, juxta S. Hieronymum, ut homo intuens materiam sui corporis, sciat nihil esse ea vilius, sibique desinat de sua origine gloriari. 274. Corpus humanum fuit immediate a Deo productum, nec ad hoc opus assumpti sunt angeli vel ut factores, vel ut pulveris collectores ad formationem corporis Adæ, sicut colligent ad resurrectionem mortuorum. 275. Corpus humanum fuit a Deo constitutum, in optima dispositione, non simpliciter, sed secundum quod congruit animæ rationali et ejus operationibus. *Ibid.* Corpus Adæ productum fuit in ea magnitudine quæ convenit viro perfecto, puta sex pedum circiter. 276. Locus Josue XIV, 15, ubi legitur : *Adam maximus inter Enacim situs est*, licet quidam dicant Adamum fuisse nostrum et quidem proceritatis giganteæ, non tamen probabiliter intelligendus est de Adamo protoplasto generis humani. *Ibid.* Adam productus est in ætate florentissima ad operationes tam corporis quam mentis maxime idonea, quæ est triginta aut triginta quinque annorum circiter. *Ibid.* Illa costa ex qua dicitur Eva formata, erat-ne Adamo necessaria, vel superflua? 277. Virtute divina potuit costa ab Adam separari absque ullo dolore. 278. Fuit Adæ somnus verus et proprius. 278. Evigilans Adam tanquam prophetiæ plenus, cum ad se adductam mulierem suam videret, eructavit continuo : *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea... quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ.* 279. Quod magnum sacramentum commendans Apostolus ait : *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia.* 280. Certum est Adamum non fuisse immortalem, siquidem sit mortuus ; attamen primi parentes Adam et Eva sic fuerunt immortales, ut si in innocentia perseverassent, nunquam fuissent mortui. Est de fide. 281. Adamo non peccante, non fuissent nati iidem homines quantum ad corpus qui nunc nascuntur. 288. Adam a Deo acceperat justitiam originalem, ea conditione ut si non peccaret, eam transmitteret in posteros ; et si peccaret, eam sibi et posteris amitteret. *Ibid.* Expulso Adamo e paradiso, collocavit Deus Cherubim ad paradisi portam, ut homines ab ejus ingressu arceret. 295. Si Adam non peccasset, omnes ejus posteri habitassent-ne in paradiso terrestri? *Ibid.* Quidam ex posteris Adæ potuissent peccare et amittere innocentiam. 286. Quamvis hoc præceptum, *de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas*, soli Adæ fuerit immediate intimatum, attamen obligabat et Evam et omnes Adæ posteros, si status innocentiæ perseverasset. 298. Primum peccatum primorum parentum Adæ et Evæ, fuit superbia. 300. licet Adam haberet amorem inordinatum erga uxorem, et iste amor præcesserit transgressionem præcepti exteriorem, non tamen præcessit superbiam ejus interiorem. 302. Secundum peccatum Adæ fuit iste inordinatus amor uxoris ; tertium fuit gula ; quartum fuit inobedientia. 303. Difficultas non levis est, an Adam fuerit seductus. Ex una parte negat Apostolus ad Timotheum scribens : *Adam non est seductus.* etc. Ex altera parte communiter sancti Patres censent et docent Adamum fuisse seductum. Expenduntur utrorumque rationes. *Ibid.* et 304. Si peccatum Adæ et Evæ consideretur secundum genus, utrumque fuit æquale ; quia utrumque fuit superbia. Si consideretur secundum speciem, peccatum Evæ fuit gravius. 304. Si vero consideretur utrumque peccatum ex conditione personæ peccantis, gravius peccavit Adam quam Eva. 305. Prima pœna peccati primorum parentum, utrique communis per se et directe a Deo imposita, fuit amissio justitiæ originalis et supernaturalium donorum illi annexorum. *Ibid.* Secunda pœna etiam utrique communis parenti fuit mors, id est, amissio immortalitatis, nam primi parentes post esum fructus vetiti non mortui sunt eodem die, sed adhuc diu vixerunt. *Ibid.* Quædam sunt pœnæ propriæ mulieri ut hæc, *Multiplicabo ærumnas tuas* in conceptibus tuis : *In dolore paries filios. Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui*, etc. 305 et 306. Quædam sunt pœnæ homini propriæ, quæ his verbis continentur. *Maledicta terra in opere tuo : in labore comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ spinas et tribulos germinabit tibi et comedes herbam terræ, in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es*, ergo labor gravissimus culturæ terræ ; spinæ et tribuli qui germinant illi ; labor necessarius ad victum ; reditus ad substantiam terræ, id est, mors. 306. Adam pœnitentiam agit de suo peccato et veniam obtinuit. 307. Adam æternam salutem consecutus est. *Ibid.* Si Adam non peccasset, Verbum non fuisset incarnatum vi præsentis decreti. 352. In statu innocentiæ habuit Adam fidem Christi, saltem ut consummatoris gloriæ. 454. Gratia Adæ in statu innocentiæ non erat ex meritis Christi. 455. Fomes in actu secundo, hoc est, motus inordinati appetitus sensitivi, non fuerunt in Adamo in statu innocentiæ. III, 36. in Adamo non fuit fomes peccati in actu primo, quia per justitiam originalem appetitus sensitivus perfecte subjiciebatur rationi. 37. Adam fuit-ne sepultus in Hebron? 215. Adam fuit creatus in perfecto statu naturæ integræ : 1° quantum ad immortalitatem ;

2° quantum ad immunitatem a concupiscentia. 274. Donum integritatis in Adamo oriebatur a gratia sanctificante. 275. Adam erat constitutus caput generis humani, non solum quantum ad gratiam, sed etiam quantum ad instructionem et gubernationem. *Ibid.* Utrum tam Adamo quam angelis fuerit necessaria gratia per se efficax ad perseverandum, controvertitur. Juxta sanctum Augustinum gratia per se efficax fuit Adamo et angelis necessaria ad perseverandum. 301 et seqq. Revera peccatum Adæ nocuit posteris imitatione non propagatione, et infantes non nascuntur cum usu rationis quem habebat Adam ante lapsum. IV, 365. Peccatum Adæ est causa miseriarum et ærumnarum hujus vitæ. 366. Peccatum originale non est solius Adami, sed etiam nostrum, quatenus eo peccante ut capite totius naturæ, nos omnes in ipso peccavimus. *Ibid.* Omnes qui renascuntur ex Christo constituuntur justi, sicut omnes qui nascuntur ex Adam constituuntur peccatores. 367. Per Adam peccatum intravit in mundum. *Ibid.* Adam fuit a Deo constitutus caput non solum naturale, sed etiam morale omnium hominum quantum ad conservationem aut amisssionem justitiæ originalis, ita ut ipse Adam et omnes ejus posteri censeri debeant tanquam unum corpus, cujus ipse est Adam caput, atque gerat personam omnium in eo in quo est caput. 371 et *ibi plura.* Omnes homines qui nascuntur ex Adam considerari possunt ut unus homo. *Ibid.* Decretum Dei, Adæ manifestatum, necessarium fuit ut voluntas Adæ haberetur pro nostra voluntate. 272 et seqq. Quidam hoc decretum sic manifestatum Adæ vocant pactum inter Deum et Adam. *Ibid.* Deus potuit illud facere absque injustitia. *Ibid.* Hoc decretum erat in rem et bonum nostrum. *Ibid.* et *plura hic de Adamo.* Per generationem virtute seminis habetur et traducitur natura ab Adam seminaliter propagata. 375. Causa efficiens moralis peccati originalis est peccatum Adæ. *Ibid.* Si non peccasset Adam, fuisset generatio et non fuisset peccatum. 375. Quodnam Adæ peccatum fuit causa traductionis peccati originalis? 376. *Et adhuc plura in sequentibus, desumpta ex Patribus.* Secundum fidem catholicam tenendum est omnes omnino homines ex Adam seminaliter propagatos, secluso speciali privilegio, contrahere peccatum originale. 379. Peccatum originale non est ipsa substantia animæ rationalis ex peccato Adæ corrupta. 381. Peccatum originale non est actuale peccatum Adæ. *Ibid. Vide* PECCATUM ORIGINALE. Homines, si Adam non peccasset, fuissent immortales et incorruptibiles, ex dono Creatoris. 394. Ante peccatum Adam habuit fidem explicitam incarnationis, secundum quod ordinabatur ad consummationem gloriæ, non autem secundum quod ordinabatur ad liberationem a peccato per passionem et resurrectionem; non enim fuit præscius sui peccati futuri. V, 28. Adamo perseverante in justitia originali, et posteris ejus peccantibus, fuissentne instituta sacramenta? VIII, 242. Si nunc revivisceret Adam, posset-ne nubere? X, 197 et 199. *Quoad cætera vide* PRIMUS HOMO et PECCATUM ORIGINALE.

ADÆQUATUM potest esse aliquid alteri 1° ex natura rei; 2° ex beneplacito ponentium. VI, 10.

ADDUCTIO non est conversiva. IX, 89. Adductio importat motum localem. *Ibid.*

ADEPTIO gloriæ est secundus effectus Eucharistiæ. VIII, 392.

ADJURARE latine idem est ac græce exorcizare : adjuratio, exorcismus : adjurator, exorcista. VIII, 333. Licitum est homini adjurare Deum deprecative, quod facit quotidie Ecclesia terminando orationes suas *Per Dominum Jesum Christum.* 334. Licitum est homini adjurare deprecative angelos bonos et sanctos. *Ibid.* Licitum est nobis adjurare alios homines vel imperative vel deprecative. *Ibid.* Non est licitum homini adjurare ullo modo deprecative dæmones, neque etiam imperative ad obtinendum ab eis aliquod obsequium, seu ad aliquid discendum. *Ibid.* Licitum est adjurare dæmones imperative, hostiliter et increpatorie, ut nobis aut proximis non noceant, juxta potestatem a Christo datam. *Ibid.* Solis clericis exorcistis licitum est ex officio adjurare dæmonem solemniter, et juxta ritum exorcismorum ab Ecclesia præscriptum. 335. Vanum est et illicitum adjurare creaturas irrationales secundum se consideratos. 334. Adjurare vero privatim dæmonem sive possidentem, sive per spectra et terrores infestantem, cuilibet licitum est. 335.

ADJURATIO, idem est ac exorcismus. VII, 333. Adjuratio est contestatio seu interposito divini nominis aut rei sacræ cujus reverentia, timore, vel amore, is qui adjuratur movetur ad aliquid faciendum vel omittendum. *Ibid.* Duplex est adjuratio : una imperativa seu compulsiva, qua utimur erga subditos et dæmones; hac usus est Caïphas, Matth. XXVI, erga Christum quem sibi subdi existimabat : altera deprecativa, qua uti possumus erga quemlibet, excepto dæmone. *Ibid.* Licitum est homini uti adjuratione. *Ibid.* Aliter tamen ad Deum et aliter ad hominem utimur adjuratione. 334. Circa adjurationem dæmonum exponitur et expenditur difficultas. *Ibid.*

ADJURATOR, idem est ac exorcista. VII, 333, *vide* ADJURARE et ADJURATIO.

ADMINISTRATORES sacramentorum possunt-ne accipere aliquid tanquam pretium laboris? VII, 435.

ADMINISTRATORES Ecclesiarum non possunt de stipendiis missarum aliquid retinere, ratione expensarum quas faciunt in missarum celebratione. VIII, 212.

ADMIRATIO. Utrum in Christo fuerit admiratio? III, 38. Admiratio est intenta animæ applicatio ad aliquid novum et insolitum. *Ibid,* Respective ad scientiam experimentalem, fuit in Christo admiratio, non respective

ad scientiam divinam beatam et infusam. *Ibid.*

ADMONITIO quædam est necessaria correctioni fraternæ, facta tum secreto, tum modo publico. V, 357. *Vide* CORRECTIO FRATERNA.

ADONIAS. Adoniam petentem sibi uxorem Abisag Sunamitidem jussit Salomon interfici. VI, 323. Fuit-ne justum hoc Salomonis judicium? *Ibid.*

ADOPTARE et ADOPTIO. Communiter a jurisperitis et a theologis definitur adoptio : *Gratuita et liberalis assumptio personæ extraneæ ad hæreditatem.* III, 113. Deo convenit adoptare. *Ibid.* Adoptare est actio Trinitatis. *Ibid.* Omnis creatura intellectualis potest adoptari. *Ibid.* Angeli sunt Filii Dei adoptivi. *Ibid.* Item primi parentes fuerunt in statu innocentiæ ; justi in veteri lege, et ii omnes qui sunt in gratia. *Ibid.* Utrum Christus quatenus homo sit Filius Dei adoptivus. *Ibid.* et seqq. Quinam generaliter possint adoptari et adoptare? X. 212.

ADOPTIO. In quo differt adoptio divina ab humana? III, 112. Adoptio est personæ extraneæ in filium aut filiam assumptio legitima. VIII, 159. Ex adoptione perfecta triplex oritur cognatio legalis. *Ibid.* Cognatio legalis est quædam propinquitas orta ex adoptione. X, 211. Adoptio recte definitur : extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio. *Ibid.* Duplex est adoptionis species ; perfecta quæ vocatur adrogatio ; imperfecta, quæ vocatur adoptio simplex. 212. In quo earum consistit differentia? *Ibid.* Adoptio duo necessario requirit : 1° quod non solum ipsa natura personæ quæ adoptatur, sed etiam ipsa persona quæ adoptator, sit extranea adoptanti; 2° quod non habeat jus ad hæreditatem ad quam adoptatur. *Ibid.*

ADOR. Nomen adorationis derivatur, vel ab *ador* quod est species frumenti in sacrificiis adhiberi soliti : vel etc. III, 124 et VII, 234.

ADORARE, licet in veteri Testamento verbum *adoro* non semper sumatur pro cultu *latriæ*, vix tamen aut nevix sumitur aliter in novo Testamento, maxime si adjuncta sit prostratio. III, 181.

ADORATIO. Nomen adorationis derivat vel ab *ador* quod et species frumenti in sacrificiis adhiberi soliti; vel a præpositione *ab* et verbo *oro*, qui aoratio ut plurimum comitatur, præcedit et sequitur adorationem. At vero secundem vocis significationem, adoratio est *honor exhibitus alteri propter superiorem ejus excellentiam, in protestationem nostræ erga illum submissionis.* III, 124 et seq. Adoratio tres actus complectitur : 1° actum intellectus, quo excellentiam alicujus apprehendimus; 2° actum voluntatis quo nos illi interius inclinamur et aliquid actu interiore facimus, vel volumus facere actu exteriore in protestationem ejus excellentiæ et nostræ ad eum subjectionis ; 3° actum exteriorem, scilicet signum aliquod exterius protestativum excellentiæ et nostræ submissionis. 125. Secundus actus est maxime proprius et essentialis adorationi. *Ibid.* Adoratio ratione excellentiæ propter quam exhibetur, dividitur analogice in tres species. Alia est enim excellentia divina cui respondet prima species cultus seu adorationis, quæ dicitur a theologis *latria* ; alia excellentia creata naturalis, cui respondet secunda species adorationis, quæ otheologis dicitur *observantia civilis* : alia est excellentia creata supernaturalis, cui respondet tertia species adorationis, quæ a theologis dicitur *dulia. Ibid.* Et quia inter sanctas creaturas maxime præcellit Mater Dei, illi tribuitur a theologis hyperdulia. *Ibid.* Hæ adorationes seu cultus species optime distinguuntur quoad actus interiores. *Ibid.* Quoad actus exteriores non ita facile distinguuntur; excepto enim sacrificio et iis quæ adipsum referuntur, omnes fere actus alii sunt communes omni cultui Dei et creaturæ. *Ibid.* Adoratio in communi dividitur in adorationem absolutam et relativam : absoluta est, quando res adoratur propter seipsam, id est, propter excellentiam propriam et intrinsecam : adoratio relativa est, quando res adoratur propter aliud. *Ibid.* Priori modo est adorabilis creatura rationalis tantum. 226. Posteriori modo autem, scilicet adoratio relativa, sunt adorabiles res etiam inferioris ordinis ; quia cum adorentur propter aliud, adoratio non sistit in illis, sed redundat in personas propter quas adorantur. *Ibid.* Fide certum est hominem Christum adorari cultu *latriæ*. *Ibid.* Eadem adoratione *latriæ* adoranda est divinitas Christi et ejus humanitas. *Ibid* et seqq. adoratio in spiritu et veritate non est rejectio omnis cultus exterioris. V, 100. Nomen adorationis derivatur vel ab *Ador*, quod est species frumenti in sacrificiis adhiberi soliti; vel a præpositione *ad* et verbo *oro*, quia oratio ut plurimum vel comitatur, vel præcedit aut sequitur adorationem. Secundum vero vocis significationem, adoratio est honor exhibitus alteri propter superiorem ejus excellentiam. VII, 234. Adoratio est honos Deo exhibitus propter ejus summam et omnibus superiorem excellentiam : unde potet quod sit actus religionis. *Ibid.* Minus late potet adoratio quam honor : honoratur quippe æqualis, et nonnisi superior adoratur. *Ibid.* Per adorationem homo seipsum Deo subjicit : per alios actus, nempe sacrificium, primitias, decimas, etc. res alias exteriores Deo offert. *Ibid.* Sola adoratio divinæ excellentiæ seu latriæ est simpliciter et proprie adoratio, aliæ dicuntur improprie adorationes. *Ibid.* Adoratio proprie dicta pendet ab interiori adoratione, seu ab intentione exhibentis. 235. Adoratio secundum se quidem non importat actum corporalem; angeli enim sola mente adorant : prout tamen convenit nobis qui ex duplici natura sumus compositi, adoratio est duplex spiritualis et corporalis. *Ibid.* Unde primo et principaliter est in interiori reverentia Dei; secundario est in actibus seu signis exterioribus, quæ habent

triplicem relationem ad interiorem adorationem : 1° tanquam ad finem ; 2° ut ad causam efficientem ; 3° ut signum ad signatum. *Ibid.* Quantum ad interiorem adorationem, nullus requiritur determinatus locus. *Ibid.* Quantum ad exteriorem requiritur determinatus locus, non secundum necessitatem, sed secundum quamdam decentiam. *Ibid.* Quandoquidem licitum est exhibere creaturis signa, seu actus exteriores qui dicuntur improprie adoratio. *Ibid.* In veteri lege adoratio fiebat ad Occidentem ad excludendam idololatriam. *Ibid.* Christiani adorant maxime in sacrificio missæ et in orationibus publicis versus Orientem. *Ibid.* Quantum ad adorationem imaginum et reliquiarum, *Vide* IMAGO et RELIQUIÆ.

ADRIANUS I. Synodum generalem VII, Nicænam II, approbavit Adrianus non ritu solemni, neque quoad omnia, sed quoad decretum fidei tantum quod in septima et ultima actione editum est. III, 130. Confutavit libros Carolinos. *Ibid* et 137. Ejus litteræ ad imperatorem et ad Tarasium, patriarcham Constantinopolitanum lectæ in synodo generali VII Nicæna II, fuerunt-ne approbatæ absque examine? V, 186.

ADRIANUS II. Misit ad concilium Constantinopolitanum IV, formulam fidei cui subscribere tenebantur omnes qui admissi erant. V, 186.

ADRIANUS VI. Docuit-ne pontificem errare posse? V, 205.

ADROGATIO est species perfecta adoptionis. X, 212.

ADRUMETINI monasterii nonnulli monachi occasione libri sancti Augustini de Correptione et gratia conturbati sunt ; conquerentes doctrina S. Augustini extingui liberum arbitrium, hi monachi quibusnam sunt annumerandi, nunc Prædestinationis, nunc potius semi-pelagianis? III, 239.

ADULATIO est, quando quis, supra debitum modum virtutis, vult alios vel verbis vel factus delectare, in communi conversatione. Est turpior morositate. Opponitur affabilitati per excessum. Per se adulatio non est peccatum mortale. Tripliciter tamen potest fieri mortale. VIII, 23 et 24.

ADULATOR. Palpo seu adulator dicitur, qui laudibus, adulationibus, aut etiam exprobrationibus movet aliquem ad inferendum damnum, ut injuriam alteri illatam exaggerando, vindictam extollendo, patientiam irridendo, paupertatem vituperando, furti utilitatem prædicando. Qui ergo his et similibus modis movent moraliter ad injustam damnificationem, peccant graviter et tenentur ad restitutionem. VI, 160.

ADULTER. Si ex adulterio non sequatur proles, nihil restituendum incumbit aduitero et adulteræ pro damno reali, quia nullum est. Si innotescat marito, debet ab utroque illi fieri satisfactio pro injuria personali per veniæ petitionem, humiliationem, signa doloris. VI, 282. Si proles sequatur ex adulterio, et ad illud adulter et adultera communi consensu convenerint, uterque tenetur ad restitutionem damnorum inde sequentium pro rata : uno deficiente, alter tenetur in solidum; uterque enim est illorum causa. *Ibid.* Quantum et quibus restituat adulter qui paratus est restituere nunc antequam pater putativus sit mortuus? 283. Tam adulter quam adultera tenentur-ne restituere filiis legitimis pro iis bonis quæ istis non debebantur et illegitimo conferuntur? v. g. consanguinei aut amici putativi, filium il egitimum, quem legitimum putant, instituunt hæredem, vel ei liberaliter aliquid legunt aut donant, v. g. sumptus ad studia, nuptias, etc. conferunt, quæ non legassent aut donassent, imo dedissent filio alteri legitimo, si deceptio abfuisset. *Ibid.* Quomodo restituet adultera? *Ibid.* Si non possit, tenetur-ne revelare crimen suum marito? 183. Vel spurio? *Ibid.* Si adulter dubitet an proles sit ex suo adulterio, tenetur-ne aliquid restituere ? *Ibid.* Adulter privatur-ne jure petendi debitum? X, 154.

ADULTERIUM est violatio tori alieni. VI, 382. *Vide* ADULTER. In foro conscientiæ licet-ne marito aut patri occidere uxorem aut filiam et adulterum in adulterio actuali deprehensos? 224. Adulterium est species luxuriæ ab aliis distincta. VIII, 136 et 155. Adulterium sicut ipsum nomen sonat, est accessio ad alienum torum ; communiter definitur : *Tori alieni violatio.* 155. Adulterium est grave peccatum mortale. *Ibid.* Tres sunt gradus in adulterio; primus est conjugati cum soluta : secundus, conjugatæ cum soluto ; tertius, conjugati cum conjugata. 156. Illorum gravitas est diversa. *Ibid.* Etsi compars cedat juri suo, aut etiam vir fiat leno uxoris suæ, remanet tamen adulterium. *Ibid.* In foro conscientiæ licet-ne marito aut patri occidere uxorem aut filiam et adulterum in adulterio actuali deprehensos. *Ibid.* In nomine tamen adulterii intelliguntur alia peccata graviora in eodem genere, v. g. sodomia, bestialitas, etc. X, 170 et seqq. An matrimonii vinculum dissolvi posuit propter adulterium? *Ibid*, *Vide* MATRIMONIUM.

AVOCATUS, qui in civilibus patrocinando liti injustæ causa est cur cliens, non restituat alienum, tenetur resarcire damnum. VI, 161. Advocatus rei maneas intra terminos defensionis, non incurrit irregularitatem, etiamsi contingat reum aliunde convictum damnari, aut accusatorem causa cadere et pana talionis plecti. 263. Incurreret tamen si directe ageret ad petitionem accusatoris, effectu secuto, aut si reum defendat in causa injusta, et inde accusator causa cadens morte aut mutilatione mulctetur. *Ibid.* Advocatus est ille qui in judicio partem alterutrius litigantis defendit. Dicitur advocatus, quia vocatur in judicium ut ibi causam defendat. 345. Utrum teneatur advocatus præstare gratis patrocinium causæ pauperum? *Ibid.* Utrum advocatus peccet si injustam causam defendat?

346. Quidam arcentur secundum jura ab officio advocandi, propter impotentiam; quidam propter indecentiam. *Ibid.* Potest-ne advocatus suscipere causam dubiam aut minus probabilem? 247. Quid dicendum de advocato qui fraudibus et mendaciis defendit causam injustam? 346. Utrum liceat advocato pro suo patrocinio pecuniam recipere? 347. Advocatus peccat graviter et restitutioni obnoxius est si exigit aut accipit pretium ut non protrahat inique causam. *Ibid.*

ÆGYPTII, et alii populi orientales initium anni ducebant ab autumno, quia id tempus erat commodius agricolis et pecuariis. Hanc Ægyptiorum consuetudinem secuti sunt Hebræi ex quo fuerunt in Ægypto, et postquam egressi sunt ex Ægypto eam retinuerunt quoad annos civiles, nundinationibus et contractibus servientes, non vero ad res sacras. II, 248. Teste Baronio, Ægypti idololatria, illiusque fana et simulacra ad annum Christi 389 perennarunt, quo tempore a Theodosio imperatore eversa sunt. III, 192. Quo tempore vasa argentea tradiderunt Hebræis? IX, 112.

ÆGYPTUS. De fuga sacræ familiæ in Ægyptum et cætera quæ leguntur de Ægypto in dissertatione V, art. 3, tom. III, pag. 188 et seqq. *vide* CHRISTUS, ad eumd. art.

ÆGRI rei sunt si recusant remedia communia, non autem si recusant insolita aut multum pretiosa. VI, 228. Ægri ab apostolis ungebantur ad sanitatem corporis recipiendam. X, 2 et 3.

ÆQUALE est-ne quædam æqualitas proportionis inter Deum et hominem? V, 307. Æquale est medium inter majus et minus. VII, 393.

ÆQUIVOCUM. Æquivocorum usus est-ne mendacium, vel dolus aut injustitia, vel societati humanæ noxius? VII, 400.

AER facile in aquam, et aqua in aërem vertitur. II, 255.

AERIANI et Eustachiani, quarto sæculo, negarunt jejunium esse in præcepto. VIII, 61.

AERIUS. Vide quod discurrit. VIII, 61. Aerius contendit nullum esse, jure divino, discrimen inter episcopos et presbyteros. X, 74.

ÆRARIUM. Ærario exhausto in sumptus inutiles, potest-ne rex, premente necessitate, nova tributa imponere? VI, 214.

ÆS. Ære ingenti alieno gravati supra vires suarum facultatum non debent admitti ad religionem. VI, 409.

ÆTAS legitima requiritur ad suscipiendos ordines. X, 59.

ÆTERNITAS. Æternitas est actualis et tota simul duratio rei immutabilis. I, 85. Æternitas est actualis duratio rei ab æterno et in æternum immutabilis, independens a contactu et operatione. 89. Æternitas definitur a Boëtio · *interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio.* Et hanc definitionem communiter recipiunt. Cujus definitionis sensus est, quod æternitas sit duratio tota simul et indeficiens rei viventis, carens successione, principio et fine. 92. Æternitas differt ab ævo et tempore, non præcise quia æternitas caret principio et fine; et ævum habet principium; tempus, principium et finem; sed quia æternitas est duratio tota simul rei invariabilis in esse et operari, 93. Duo importat æternitas : 1° caret termino durationis, principio scilicet et fine; 2° caret omni successione et mutabilitate. *Ibid.* An habeat æternitas rationem veræ durationis respectu Dei? Responsum est affirmativum, quia æternitas se habet respectu Dei, sicut ævum et tempus respectu creaturarum. 94. Quæritur utrum æternitas habeat rationem mensuræ respectu Dei et creaturarum? Multi affirmant, multi negant; utrisque favere videtur sanctus Thomas. *Ibid.* Quæritur an æternitas habeat rationem mensuræ respectu creaturarum? respondetur æternitatem esse mensuram creaturarum, sed inadæquatam et excedentem; quia æternitas est mensura actionis divinæ, qua Deus creaturas producit et conservat in suo esse, 96. Æternitas essentialis est mensura rei invariabilis secundum esse et operari tam ab intrinseco quam ab extrinseco. 151. Duplex est æternitas; alia per essentiam quæ soli Deo competit; et alia per participationem, quæ posset creaturæ communicari a Deo. II, 244.

ÆTERNUM. Quando quædam præter Deum æterna dicuntur, hoc improprie sumi debet. I, 93. Omne æternum est-ne necessarium? 239. Æternum a parte post, non est æternum duratione infinita actu, sed potentia tantum et syncategorematice; æternum autem a parte ante, est æternum duratione infinita actu et categorematice. II, 247.

AETIUS et ejus discipulus Eumonius quarto sæculo erroris et dementiæ arguuntur a sanctis Patribus, quod jactitarent se æque perfecte cognoscere Deum ac Deus ipse se cognoscit. I, 41. Non solum Dei visionem intuitivam, sed et comprehensivam tribuebant solis naturæ viribus. 105. Nullam attributorum a se invicem et ab essentia distinctionem agnoverunt, et negabant Filium esse Deum. 52.

ÆTMALOTARCHAM regnare in Asia fabulose contendit Benjamin Tudelensis.

ÆVUM est duratio rei immutabilis secundum esse substantiale, sed mutabilis accidentaliter. I, 93. Ævum est mensura rei invariabilis secundum esse, variabilis secundum operari. 151.

AFFABILITAS quandoque vocatur amicitia : non habet tamen perfectam rationem amicitiæ, quæ in mutuo amore consistit. VIII, 23. Alio nomine dicitur comitas, urbanitas, honestas. *Ibid.* Affabilitas est specialis virtus justitiæ annexa. *Ibid.* Affabilitas est virtus qua quis ex debito vitæ socialis, in communi convictu se decenter habet ad alios, spectata conditione personarum et aliis circumstantiis. *Ibid.* Hæc porro virtus sic est necessaria, ut sine ea parum simus idonei ad vitam socialem. *Ibid.* Virtuti affabilitatis opponuntur duo

unum per excessum, scilicet adulatio; aliud per defectum, scilicet morositas seu litigium. *Ibid.*

AFFECTIONES quas in nobis experimur sunt motus appetitus sensitivi simul et intellectivi, prout sunt appetitus sensitivi habent semper conjunctam aliquam transmutationem corporis; secus autem ut sunt actus appetitus intellectivi. I, 389.

AFFECTUS. Affectus quidam Deo non possunt convenire formaliter et proprie, sed metaphorice tantum : quidam proprie de illo dicuntur, tamen sine passione. I, 389. Illi affectus qui in sua formali ratione nullam involvunt imperfectionem, tribuendi sunt Deo; qui vero aliquam important imperfectionem, non Deo sunt tribuendi. *Ibid.* Affectus quilibet habet esse, adeoque perfectionem a quatuor causis, efficiente, finali, materiali et formali. III, 88. Affectus non reddit partem probabiliorem, sed ob nubilat intellectum. 231. Omnes affectus cordis referri debent in Deum vel explicite, vel implicite. V, 324. Affectus præsentis sæculi est una ex octo filiabus luxuriæ. VIII, 135.

AFFINITAS. Gradus prohibiti sunt in consanguinitate et affinitate orta ex matrimonio sive rato, sive consummato, usque ad quartum inclusive; in affinitate orta ex copula illicita, usque ad secundum inclusive. VIII, 157. Si uterque conjux habeat impedimentum affinitatis aut voti, neuter potest per se petere nec reddere debitum. X, 155. Affinitas secundum nominis etymologiam, est idem quod confinitas, id est, finium propinquitas. X, 201. Affinitas communiter definitur : Propinquitas personarum, ex carnali copula proveniens, omni carens parentela. *Ibid.* Affinitas causatur complete ex matrimonio consummato, inchoative ex matrimonio rato non consummato. *Ibid.* Affinitas causatur ex quavis copula illicita, etiamsi involuntaria, ut in somnis aut vi habita, modo sit talis quæ ex se sufficiat ad prolis generationem. 202. Affinitas non causat affinitatem, sed aliud genus attinentiæ. 203. Secundum jus antiquum, tria erant necessitudinum genera, quas pertinentias et quodam modo affinitatis genera vocabant. *Ibid.* Dicebantur genera affinitatis, non gradus, quia non erant ejusdem speciei. *Ibid.* Consanguinei uxoris nullam nisi cum ejus marito habent affinitatem, et vice versa consanguinei viri nullam nisi cum ejus uxore. *Ibid.* Inter ipsos mariti et uxoris consanguineos nulla est prorsus affinitas. *Ibid.* Affinitas non habet per se gradus, sed ratione consanguinitatis. *Ibid.* Regula generalis dignoscendi gradus affinitatis. 204. Quoto gradu consanguinitatis attinet mihi vir, eo gradu affinitatis attinet mihi ejus uxor. *Ibid.* Affinitas olim jure ecclesiastico impediebat et dirimebat matrimonium contrahendum usque ad septimum gradum; nunc autem a concilio Lateran. sub Innocentio III, si orta sit ex matrimonio, sive consummato, sive non, impedit et dirimit usque ad quartum gradum inclusive. 204. Si vero proveniat ex copula illicita, impedit et dirimit tantum usque ad secundum gradum inclusive, jure novo Trid. sess. 24. cap. 4 : ita ut in tertio et quarto gradu nedum valide, sed et illicite, de quo aliqui dubitabant, matrimonium contrahi possit; ut declaravit Pius V : hæc certa sunt et communia. 205. An aliquis gradus affinitatis jure naturæ dirimat matrimonium, incertum est. *Ibid.* Matrimonium in primo gradu affinitatis lineæ rectæ est graviter illicitum sine urgenti causa; non videtur tamen ipso jure naturæ irritum, sive affinitas proveniat ex copula licita, sive illicita. 206. De copula illicita omnes conveniunt; de licita quidam tantum. *Ibid.* Matrimonium affinium in primo gradu lineæ collateralis, non est jure naturæ irritum; videtur tamen esse illicitum. 205. Omnes gentes matrimonia in primo gradu affinitatis lineæ rectæ semper sunt-ne detestatæ, ut naturæ contraria? 206. Manentibus personis inter quas contracta est affinitas, ipsa non desinit, si moriatur persona ratione cujus contracta est. 207.

AFFLIGERE corpus suum licitum est. V, 292. Sancti et apostoli quo sensu oderunt corpus suum illud affligendo. *Ibid.* Affliguntur aliquando justi a Deo per pœnalitates et tribulationes hujus vitæ ad probandos eos. VIII, 22.

AFRI. Quosdam Afros formam baptismi non servasse constat ex concil. Arelat. sed eos baptizasse in morte Christi. VIII, 396.

AFRICANA ecclesia usum appellationum ad sedem Romanam, non autem jus impugnavit, V, 167.

AGAPÆ erant conventus convivales qui fiebant in Ecclesia, ut foveretur mutua inter Christianos dilectio, atque inde juvarentur pauperes; et quia hæc convivia præcedebat eucharistiæ celebratio, ideo nomen Agapæ illi tributum est. IX, 42 et 177.

AGERE et AGENS. Moventia et agentia dupliciter inter se subordinantur, per accidens scilicet et per se. I, 28. In agentibus et moventibus per accidens subordinatis admitti potest processus in infinitum; secus tamen in per se subordinatis, quare? *Ibid.* Quicumque prudenter et ordinate agit, prius intendit finem quam media, 416. Et seqq. Deus prudenter et ordinate agit, et merita sunt media, gloria est finis. *Ibid.* Non potest dari aliquod agens naturaliter in animam, ejus destruens existentiam. II, 261. Agere dicit perfectionem. III, 22. Utrum sit proprium creaturæ rationalis agere propter finem? IV, 3. Omnia agentia agunt aliquo sensu propter finem. *Ibid.* Agens particulare debet attendere ad rationes particulares sibi proprias. 176. Agendi vel non agendi obligatio non præsumitur absque rationali fundamento. 209. Semper agens est præstantius patiente. VI, 378. Agere currus, naves, equos, mulos onustos est opus servile, et sic die festo vitia :

inchoare, illicitum. VII, 347. Agere est perfectio : agere non solum moraliter, sed etiam physice, dicit majorem perfectionem. VIII, 255. Agens materiale potest actione propria operari dispositive ad productionem gratiæ ex parte modi operandi. 257. Nunquam est licitum agere contra significationem sacramenti. IX, 443.

Aggæus propheta prædicat Messiam oriturum stante secundo templo restaurato a Zorobabele, eumque vocat Desideratum cunctis gentibus. II, 333.

Aggredi est actus fortitudinis. Ad actum aggrediendi duo requiruntur : 1° promptitudo animi ad periculum subeundum ; 2° strenuitas in executione illorum quæ fideuter inchoavit. VIII, 59.

Agilitas est dos corporis beati, qualitas supernaturalis ab anima beata dimanans in corpus, ipsum reddens celerrime mobile, non tamen in instanti. IV, 44.

Agnatio et cognatio differunt in hoc, quod agnati per patrem, cognati per matrem ab eodem descendant juxta leges civiles. Hanc distinctionem non admittunt canones ecclesiastici. X, 189.

Agnus. Agni paschalis immolatio fuit-ne sacramentum? VIII, 219. Agnus paschalis erat figura Eucharistiæ, si consideretur collective cum circumstantiis mactationis suæ. IX, 42. Die statuto ad mactationem agni, omne fermentum e domibus erat ejiciendum. 107.

Agatho. Concilium sextum generale congregatum fuit auctoritate Agathonis papæ, promovente et ministerialiter concurrente piissimo Constantino Pogonoto. III, 62. Agatho, Romanus pontifex, præfuit sextæ Synodo per suos legatos Theodorum et Georgium presbyteros, et Joannem diaconum. *Ibid.* Quid continent duæ Agathonis epistolæ ad Constantinum Pogonatum. V, 178.

Agresta (ex) gallice *verjus*, non potest confici sacramentum Eucharistiæ. IX, 117.

Agricolæ eximuntur-ne a jejunio. VIII, 97. *Vide* Jejunium.

Agrippinus inter catholicos, episcopus Carthaginensis, primus dogmatizavit rebaptizandos esse ab hæreticis baptizatos ; id constat ex S. Cypriano epist. 71 et 73; ex S. August. lib. de baptismo etc. et ex Vincentio Lirin. in Commonit. qui illum vocat venerabilis memoriæ Agrippinum. VIII, 339.

Albigenses, novi Manichæi, multa falsa et impira disseminabant. V, 245. Sacramenta a malo ministro collata rejiciebant. VIII, 286.

Albertinus calvinista et alii quidam ejusdem sectæ, Nestorium equidem ignorantiæ aut inconstantiæ, et etiam pertinaciæ circa prolationem quorumdam verborum accusant, et ab errore immunem fuisse contendunt. II, 380.

Alciatus (Paulus), Mediolanensis sub nomine Socianorum comprehenditur. II, 4.

Alcuinus. Fuit Alcuinus præcipuus debellator hæresis Elipandi et Felicis. III, 113.

Aldemannus hæresim Berengarii impugnavit. IX, 43.

Alea. Alearum ludus prohibetur per leges ecclesiasticas. VII, 383.

Alexander Alexandrinus episcopus non præfuit concilio Nicæno, sed tantum maximæ fuit auctoritatis. II, 44.

Alexander III. Erravit-ne circa testamenta? V, 204. Concilium Lateranense III convocavit. 245. Ad restituendam familiam Justinianam in bello contra Turcas extinctam, dispensavit-ne cum Justiniano Veneto, monacho Benedictino, ut duceret uxorem, ex cujus matrimonio natus est B. Laurentius Justinianus? VII, 299.

Alexander VII anno 1656, Innocentii X successor, dedit bullam, in qua declarat quinque propositiones ex libro Jansenii excerptas, et in sensu ab eodem Jansenio intento damnatas fuisse, et uti tales iterum damnat. III, 271. Anno 1661 octoginta præsules gallicani exposuerunt per litteras Alexandro VII, se ad firmiorem constitutionum apostolicarum executionem adhibuisse usum formulæ subscribendæ, cui multi subscribere recusabant, eo prætextu quod hujusmodi formulas condere ad SS. pontificem privative pertineat : quapropter rogabant ut hujusmodi formulam mittere dignaretur. *Ibid.* Annuit Alexander VII data anno 1665 nova constitutione *Regiminis apostolici*, in qua hæc fidei formula ab omnibus et singulis clericis subscribenda continetur. *Ibid.* Alexander VII auctor est formularii cui subscribere tenebantur episcopi et ecclesiæ inferiores ministri. V, 119 ad 128. Quid de eo censent rigidiores Jansenistæ? 121. Testatur causam Jansenii fuisse accurate examinatam. 131. Quid jussit circa sententias sive negantem sive asserentem aliqualem dilectionem Dei necessariam esse ad justificationem, cum sacramento pœnitentiæ. IX, 313.

Alexandria. Damnata fuit primum hæresis Sabellii a Dionysio Alexand. in synodo Alexandriæ coacta anno 319. II, 1.

Algerus contra errorem Berengarii scripsit. IX, 43.

Allatius (Leo) confutavit Græcorum opinionem circa formam Eucharistiæ. IX, 139.

Alluvio. Quod per alluvionem agro tuo flumen adjicit, jure gentium tibi acquiritur. Est autem alluvio incrementum latens, ideoque per alluvionem id videtur adjici quod ita paulatim adjicitur, ut intelligi non possit quantum quoque temporis momento adjiciatur. VI, 69. Secundum jus novum gallicum alluvio quid est? quotuplici modo fieri potest? cujusnam fit alluvio? quænam vero res eximuntur a jure alluvionis. *Vide* Appendicem.

Almariani ponebant Deum esse principium formale omnium rerum. I, 66.

Almaricus, teste Turrecremata impegit

in errorem quorumdam hæreticorum qui visionis beatæ possibilitatem negabant. I, 107.

Altaria in omni gente et religione semper ad sacrificia erigebantur, unde ubi altare primum erectum est, Genes. VIII, causa sacrificii erectum legimus. VII, 237. Altaria soli Deo eriguntur, sed erigi et consecrari possunt sub invocatione vel patrocinio hujus vel illius sancti. *Ibid.* Est altare in Ecclesia. IX, 197. Ad celebrandam missam necessario requiritur altare lapideum ab episcopo consecratum. 222. Duplex est altare, unum fixum, aliud mobile quod etiam portabile et viaticum appellatur. Fixum execratur seu violatur si mensa separetur a reliqua structura operis cæmento conjuncti, non vero si tota structura cum mensa in alium Ecclesiæ locum transferatur. Utrumque violatur, si mensa ita frangatur, ut non possit recipere hostiam et calicem pro majori parte. *Ibid.* Altare debet cooperiri tribus tobaleis seu mappis mundis. Debet altare ornari pallio. *Ibid.* Juxta omnes peccatum est mortale sine altari consecrato celebrare. *Ibid.* Altaria si non sunt consecrata, probabilius ipso usu sacra non fiunt. 224. Quædam unctiones fiunt in consecratione altaris. X, 2.

Amalarius. Suasu Hincmari Rhemensis metropolitæ, Amalarius contra doctrinam Gotteschalci scripsit. I, 293. Amalarius, abbas Metensis, realitatem defendit. IX, 59.

Amandus (S.). Non usus est potestate sibi a Dagoberto tradita, sed verbum Dei apud Gandavenses infideles prædicavit, et quos e captivitate redimebat, baptizabat. VIII, 444.

Amarchanus. I, 224.

Amare. Cum amare sit velle bonum alicui, duplici ratione potest aliquid magis vel minus amari; 1° ex parte ipsius actus voluntatis, qui est magis vel minus intensus; et sic Deus non magis quædam aliis amat, quia omnia amat uno et simplici actu voluntatis et semper eodem modo se habente. 2° Ex parte ipsius boni quod aliquis vult amato; et sic dicimus aliquem magis alio amare, etc. I, 391. Deus amat creaturas rationales amore amicitiæ, irrationales amore concupiscentiæ. *Ibid.* Non amat Deus res possibiles saltem amore complacentiæ; est communior inter Thomistas. 291, et seqq. Homo lapsus naturalibus viribus sic potest amare aliquod bonum particulare, puta patriam, ut etiam fundat vitam pro ipso. III, 342. Visionem beatificam sequitur felix amandi necessitas, etiam quoad exercitium. Est communior contra Scotistas. IV, 360. Deus libere elicuit amorem creaturarum, nunquam beati elicuerunt libere amorem beatificum. IV, 101. Amat Deus necessario suam justitiam in se et secundum se sumptam. *Ibid.* Dupliciter aliquid potest amari amore concupiscentiæ, 1° sic ut res amata referatur ad amantem tanquam ad finem; 2° sic ut res amata habeatur semper ut finis, sed amatur alteri tanquam subjecto per hunc finem perficiendo. V, 257. Deus non potest amari amore concupiscentiæ primo modo, hoc esset ipsum ordinare ad aliud tanquam ad finem, cum ipse sit finis omnium. *Ibid.* Per charitatem homo diligit Deum propter se ut ultimum finem, et Deus non amat homines propter ipsos, sed propter semetipsum. V, 272. Qui amat proximum propter qualitates naturales, non autem propter Deum, amat naturaliter, non amore charitatis. 275. Deus dignus est amari amore perfectissimo et magis intenso quam quælibet creatura. 298. Debemus amare Christum plus quam nos, quia est Deus et homo, et auctor salutis nostræ. 303. Debemus amare plus quam nos B. Virginem objective, non autem appretiative. *Ibid.* Amare Deum amore benevolentiæ quid est? 325.

Ambitio est appetitus inordinatus honoris. VIII, 44. Ambitio est peccatum oppositum magnanimitati per excessum. *Ibid.*

Ambrosius (S.). Docuit-ne S. Ambrosius animas justorum corporibus solutas et plene purgatas consequi statim suam beatitudinem? IV, 34. S. Ambrosius excludit populum a judicio publico et definitivo. V, 232. S. Ambrosius loquitur de lotione pedum ut sacramento latiori sensu accepto. VIII, 369 et 370. Aguovit-ne S. Ambrosius baptisma collatum in nomine solius Christi esse validum sicut et in solo Spiritu sancto. 400 et 401. S. Ambrosius erat tantum catechumenus quando fuit electus episcopus. 430. S. Ambrosius est-ne auctor libri de sacramentis? IX, 53. S. Ambrosius non fatetur absolute blasphemiam in Spiritum sanctum esse irremissibilem. 240 et 241.

Amentes sine fide actuali per solam fidem habitualem in baptismo susceptam salvantur. V, 33. Amentes sunt capaces dominii. VI, 24. Possunt-ne admitti ad professionem religiosam? 409 et 414. Amentibus licet ministrare carnes die jejunii. VIII, 88. Amentes a nativitate sunt baptizandi non secus ac infantes. 446. Amentibus conferri posset confirmatio, licet id non sit in usu. IX, 32. Ipsis neganda est communio. Quid vero si aliquando fuerint sui compotes, vel sint tantum semi-fatui? 172.

Amesius. Inter Calvinistas præsertim Amesius et Twisius et quidam alii testabantur se non aliter sentire quam Thomistæ in materia gratiæ. I, 376.

Amicitia. Quod possumus per amicos juvare volentes, possumus per nos ipsos. I, 257. Per collationem gratiæ contrahitur amicitia spiritualis inter Deum et hominem. II, 272. Leges amicitiæ cum Deo non eædem sunt ac cum hominibus. IV, 175. Amicitia est electio boni alicujus cum redamatione. V. 270. Charitas est vera et proprie dicta amicitia inter Deum et hominem. 271. Ad veram et proprie dictam amicitiam tres conditiones communiter requiruntur: 1° quod sit amor

benevolentiæ et non concupiscentiæ; 2° ut amor iste sit mutuus; 3° ut amor mutuus fundetur in aliqua communicatione. *Ibid.* Quæ sunt leges amicitiæ? 273. Amicitia poscit ut non tantum amicum diligamus, sed etiam omnes qui ad illum specialiter pertinent. 274. Cur amicitia humana minuitur per leves offensas, et non divina? 289. Quænam bona animæ necessaria sunt absolute ad amicitiam hominis cum Deo, et quænam non necessaria? 301.

Amicus S. Augustini febribus laborans fuit-ne invitus baptizatus? VIII, 362.

Amicus. Deus debet amicis amicabilem motionem et protectionem, quandiu non desunt ejus gratia et amicitia. III, 365. Deus non debet etiam amicis ut nunquam desint ejus gratiæ. *Ibid.* Dilectiones amici et inimici possunt comparari dupliciter, ex parte proximi qui diligitur, et ex parte rationis propter quam diligitur. V, 311. Primo modo dilectio amici præeminet dilectioni inimici, quia amicus et melior est et magis conjunctus : secundo modo dilectio inimici præeminet, quia est purior et ostenditur esse fortior. *Ibid.* Dilectio amici secundum se et exteris paribus, est absolute melior et magis meritoria quam dilectio inimici. *Ibid.* Dilectio amicorum secundum se considerata, est ferventior et melior quam dilectio inimicorum, et addit S. Thomas : Si consideremus istos duos actus, absolute melius est diligere amicum quam inimicum. *Ibid.* Dilectio inimici præeminet-ne secundum rationem diligendi? est-ne fortior? est-ne purior? est-ne difficilior quam dilectio amici? 311 et 312. Dilectio amici meretur-ne et quo sensu meretur vel non meretur mercedem? *Ibid.* Quid censendum sit de amico qui ex urbanitate et amicitia urget amicum ad potum, unde tandem inebriatur? VIII, 117.

Amor. Amor est proprie in Deo, tum quia amor est primus motus voluntatis; tum quia cum amor nihil sit aliud quam inclinatio in bonum, nullam involvit imperfectionem; tum denique quia amare est velle bonum. I, 390. Hoc est discrimen inter amorem Dei et nostrum, quod amor Dei non solum est affectivus, sed etiam effectivus; at vero amor noster quo bonum volumus alicui, non est causa bonitatis ipsius, sed e converso bonitas ejus provocat amorem nostrum. I, 391. Amat Deus creaturas rationales amore amicitiæ, irrationales amore concupiscentiæ. *Ibid.* Amor complacentiæ est prima immutatio appetitus ab appetibili qua appetibile placet appetitui et appetitus ad illud afficitur et inclinatur : ex hac complacentia sequitur tendentia seu motus in appetibile qui est desiderium et ultima quies in appetibili possesso quæ est gaudium. *Ibid.* Amor dicitur essentialiter in divinis. II, 114. Amor naturalis est duplex, scilicet innatus, qui est veluti naturale pondus, in bonum cuique proprium; elicitus, quo vivens ex apprehensione boni ad illud prosequendum se movet. III, 339. Duplex amor Dei super omnia distinguendus est : unus naturalis, alter supernaturalis. Primus est amor Dei ut auctoris naturæ, ad quem sufficit virtus naturæ adjuta auxiliis ordinis naturalis quæ non deessent in statu naturæ puræ. Alter est amor Dei ut auctoris supernaturalis beatitudinis, et hic est opus præcipuum gratiæ; amor enim sequitur cognitionem boni. III, 287. Amor elicitus iterum duplex est; necessarius, qui ex boni apprehensione sine deliberatione procedit, qualis reperitur etiam in brutis; alius liber, quo natura rationalis ex deliberatione et ponderatis rei meritis se in illam inclinat. *Ibid.* Amor deliberatus est duplex : unus imperfectus et inefficax, quia est solum complacentia de Dei bonitate, non inferens media ad placendum Deo, neque removens impedimenta peccatorum : alter est perfectus et efficax, vi sua inferens media ad placendum Deo, et removens omnia quæ repugnant ejus amicitiæ. *Ibid.* Et iterum duplex : unus efficax quoad affectum tantum; alter efficax quoad affectum et effectum. *Ibid.* Amor efficax affective tantum est simplex actus voluntatis, quo homo se et omnia refert in Deum ut ultimum finem, cum proposito ipsi per omnia placendi, et removendi omnia quæ ipsi displicent, quod est Deum super omnia appretiative amare : amor efficax effective non est singularis actus, sed est executio dicti propositi, seu actualis observantia mandatorum naturalium. *Ibid.* Infirmitas et corruptio naturæ, qua voluntas fit incapax assurgere propriis viribus ad amorem Dei super omnia, consistit in aversione a Deo ut ultimo fine, non solum supernaturali, sed etiam naturali. 341. Amor quo Deus ab æterno nos dilexit in ordine ad beatitudinem, reduci potest ad gratiam externam, et dicitur gratia increata ex qua in tempore effluunt omnes gratiæ creatæ. 378. Amor est-ne per se consecutivus? IV, 27. Causat efficienter unionem realem et affectivam. *Ibid.* Amor Dei est-ne perfectior visione Dei? 30. Amor patriæ est-ne idem ac amor viæ? 37. Amor Dei secundum se considerati, in Christo erat liber. 38. Amor liber perfectior est necessario, si necessitas oriatur ex imperfectione cognitionis, ut in motibus subitis. *Ibid.* Amor beatificus non est proprie actus humanus, quia non est ex libera voluntate. 39 et 54. Amor beatificus est necessarius et tamen voluntarius perfecte et perfectius quam actus liber. 52. Amor beatificus procedit a principio maxime intrinseco, scilicet a voluntate, toto corde, toto affectu et conatu Deum amante, et est cum perfectissima cognitione, nempe clara Dei visione perfectissime influente in eum amorem et totam universalitatem intellectus et voluntatis adæquante. *Ibid.* Amor beatificus est actus humanus quoad substantiam operis. 103. Non esse nisi duos amores, amorem Dei, et

amorem creaturarum, et a quibus omnia fiunt charitate vel cupiditate et actiones nostræ desumunt meritum vel demeritum, contendunt falso Baius et Quesnellius : ideo juste damnati sunt. 116. Amor Dei licet sit de objecto, infinito non est infinitus. 150. Probatio amoris est operiis exhibitio. 210. Amor ut sic est complacentia boni. IV, 256. Aliter amor est propensio seu inclinatio in bonum secundum se, abstrahendo an sit præsens vel absens. *Ibid.* Triplex est amor ; rationalis seu intellectivus, sensitivus seu animalis, et naturalis. *Ibid.* Amor rationalis est inclinatio in bonum per intellectum apprehensum. *Ibid.* Amor sensitivus est inclinatio in bonum per sensum apprehensum. *Ibid.* Amor naturalis est inclinatio cuique naturæ, sive cognoscitivæ, sive non, ab Auctore naturæ indita in bonum sibi conveniens. *Ibid.* Amor, sive rationalis, sive sensitivus dividitur in amorem amicitiæ et amorem concupiscentiæ, quia amare est velle alicui bonum. *Ibid.* Sic motus amoris in duo tendit, scilicet in bonum quod quis vult alicui, sive sibi, sive alteri; et in eum cui vult bonum. Primus est amor concupiscentiæ, secundus amor amicitiæ. Amor amicitiæ est simpliciter amor; quia quod amatur amore amicitiæ simpliciter et secundum se amatur. *Ibid.* Amor concupiscentiæ est amor secundum quid. *Ibid.* Causa præcipua amoris est bonum, quia bonum est objectum amoris; objectum autem amoris est causa motiva illius. 257. Altera causa amoris est cognitio. *Ibid.* Tertia causa amoris est similitudo. *Ibid.* Duplex est similitudo, una actualis, altera potentialis : similitudo actualis causat amorem amicitiæ. *Ibid.* Similitudo potentialis causat amorem concupiscentiæ. *Ibid.* Primus effectus amoris est unio, et dicit Dionys. amorem esse vim unitivam. *Ibid.* Secuudus effectus amoris est adhæsio; tertius extasis; quartus zelus; quintus læsio amantis; sextus et universalissimus, loquendo de amore ut sic, est generalis influxus in omnia quæ agit amans. *Ibid.* Amor necessarius finis est, principium et radix libertatis circa media. 258. Amor quo amamus Deum, ut summum nostrum bonum non est actus spei, sed supponitur a spe, quatenus non speramus nisi amatum. V. 259. Amor, quatenus attingit bona desiderata, est amor concupiscentiæ, quatenus autem respicit personas quibus optantur, sit amor charitatis. 262. Amor magis late patet quam dilectio, charitas et amicitia. 270. Amor rationalis est duplex : amor concupiscentiæ, et amor benevolentiæ. Amor benevolentiæ est amor simpliciter, et amor concupiscentiæ est amor secundum quid. *Ibid.* Ad veram et proprie dictam amicitiam tres conditiones communiter requiruntur : 1° quod amor sit benevolentiæ quo volumus alicui bonum propter ipsum, non concupiscentiæ quo volumus bonum propter nos; 2° ut amor iste sit mutuus; 3° quod iste amor mutuus fundetur in aliqua communicatione. 271. Præcepta distincta amoris Dei et proximi non efficiunt virtutes distinctas. 276. Amor appretiativus longe facilius dignoscitur amore intensiori. 298. Non peccat contra præceptum charitatis qui intensiori amore, sive naturali, sive supernaturali, diligit proximum quam Deum. *Ibid.* Amor appretiativus non supponit intensum. 300. Amor Dei propter mercedem est amor mercenarius, improprie dictus, attamen non est malus. Diligere Deum propter mercedem pertinet ad amorem concupiscentiæ. V, 310. Ex amore spei seu concupiscentiæ non habetur dolor de peccato ut est malum Dei, sed tantum ut est malum hominis. 320. Amor indigens adminiculo timoris esset-ne nihilominus dispositio sufficiens ad justificationem extra sacramentum? 322. Amor charitatis est amor amicitiæ cum Deo. IX, 302. Quidam Thomistæ refugiunt actum benevolentiæ vocare amorem. Distinguunt inter benevolentiam et amorem seu charitatem. Dicunt actum benevolentiæ esse affectivum tantum et inefficacem, actum charitatis affectivum, efficacem et totius legis adimpletivum. 312. Amor simplicis benevolentiæ est velle alicui bonum sine redamatione. *Ibid.* Duplex in nobis potest amor attendi erga Deum : 1° amor concupiscentiæ, quo volumus Deum nobis bonum ejusque beatitudinem et perfectionem appetimus; 2° amor amicitiæ, quo Deo bonum ejusque perfectionem et beatitudinem volumus. 310. Non potest esse dolor et odium peccati ut est malum et offensa Dei, sine amore Dei benevolo. 318. Amor Dei benevolus necessarius cum sacramento debet esse super omnia appretiative. 319. Datur amor Dei propter se, quo non justificatur peccator ante susceptionem sacramenti. 320 et seqq. Amor Dei benevolus super omnia non est causa formalis nostræ justificationis, sed dispositio ad eam. 321.

Amos propheta per quartum peccatum intelligit impœnitentiam finalem. IX, 237.

Amphibologia. Amphibologiis utendi justa causa est utilitas gravis propria vel aliena : sive vitatio gravis damni proprii vel alieni. VII, 400.

Amplexus inviti et violenti solent magis horrorem quam amorem ingerere. VI, 249. Amplexus alii sunt honesti et alii inhonesti ex parte objecti. VIII, 192. Amplexus in partibus honestis facti causa urbanitatis, amicitiæ, pacis, reconciliationis et similibus, secluso consensu in delectationem, si inde exurgat, aut consensus periculo, sunt liciti. 193. Amplexus quicumque etiam in partibus inhonestis facti, per se et secundum suam speciem non sunt peccata. 192. Amplexus quantumvis leves et in partibus honestis, si fiant ex seu cum affectu delectationis venereæ, sunt peccata mortalia. *Ibid.* Amplexus præfati in partibus honestis, facti ex levi-

tate, joco, curiositate, et alia simili causa, non excedunt peccatum veniale. 193. Amplexus præfati in partibus honestis ob so lam delectationem sensualem seu organicam facti, non sunt peccata saltem mortalia, sunt tamen periculosi. *Ibid.* Amplexus quicumque, turpiloquia libidinosa inter conjuges præsentes sine periculo pollutionis et intra terminos honestatis naturalis, sunt licita, si fiant in ordine et ex intentione copulæ; sunt autem peccata duntaxat venialia, si in eis sistatur, nec ordinentur ad copulam. 197 et X, 150.

AMPLIFICATIO imperii non est justa causa inducendi bellum. V, 367.

ANABAPTISTÆ errorem Valentini renovantes negant Christum habuisse veram carnem ex Maria virgine assumptam. II, 309. Negabant licitum esse jurare. 312. Anabaptistæ rebaptizabant baptizatos in infantia. VIII, 406.

ANACHORETÆ deferebant secum Eucharistiam a sacerdotibus acceptam. IX, 187.

ANALOGUM. Analogum per se sumptum, stat pro famosiori analogato. III, 361.

ANANIAS quare dicit Paulo contrito et pœnitenti : *Baptizare, et ablue peccata tua?* VIII, 411. Conformavit-ne hunc Apostolum? IX, 24.

ANASTASIUS imperator, Zenonis successor anno 491, fuit concilii Chalcedonensis hostis, cum videret enim inter episcopos pertinacissimam contentionem, damnavit et pro et contra certantes. II, 392.

ANASTASIUS Sinaïta non fuit auctor sententiæ asserentis realem Christi præsentiam in Eucharistia, quidquid dicat Blondellus. IX, 56 et 57.

Anathema idem est ac execratio et prohibitio. IV, 487.

ANGELUS. Angelus inferior potest naturaliter cognoscere quidditative superiorem. I, 106. Deus singulis hominibus etiam infidelibus et obduratis præficit angelos custodes quibus dirigantur in hujus vitæ via ad patriam. 307. Angeli custodes aliquando deserunt peccatores non tamen omnino; præbent enim tu tamen sufficiens. 319. Angelus est vox græca, idem significans quod latine nuntius; est nomen officii non naturæ, et ideo quandoque in S. Scripturis tribuitur cuicumque qui Dei voluntatem aut legem nuntiat. II, 149. Quandoque significat eos qui sunt in infimo ordine, quandoque generaliter omnes qui continentur in novem ordinibus. *Ibid.* Attamen nomine Angeli intelligimus substantiam spiritualem et intellectualem creatam, hominibus superiorem. *Ibid.* Certo constat esse angelos; est de fide contra quosdam antiquos philosophos et Sadducæos. *Ibid.* et 150. Esse angelos novimus ex fide et multis apparuisse scriptum legimus. *Ibid.* Ad perfectionem universi requiritur quod sint quædam substantiæ spirituales et intellectuales. *Ibid.* Angeli non sunt producti a Deo ab æterno. *Ibid.* Circa tempus creationis Angelorum duplex est Doctorum sententia. *Ibid.* Hæ sententiæ expenduntur. *Ibid.* Fuisse creatos angelos est de fide. *Ibid.* Juxta sanctum Augustinum angelos in narratione creationis mundi non fuisse prætermissos compertum est, sed a Moyse fuisse significatos nomine cœli aut lucis. 152. Quare Moyses illos non speciatim nominavit? *Ibid.* Probabilius est angelos fuisse in supremo cœlorum, quod dicitur empyreum. *Ibid.* Ratio est, quia angeli, ut pote spirituales substantiæ, creaturas corporeas sua dignitate excedunt et tanquam superiores toti naturæ præsident. *Ibid.* Juxta S. Scripturam, est maxima et stupenda angelorum multitudo : dicitur enim apud prophetam Daniclem : cap. VII, vers. 19 : *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia millium*, et in B. Joannis Apocalypsi, cap. V, vers 2. : *Erat numerus eorum millia millium;* quibus loquendi modis innuitur prope innumerabilis multitudo. 153. Juxta sanctum Thomam post Dionys, cap. XIV, de cœlesti Hierarch. rationabiliter dicitur quod multitudo angelorum excedat incomparabiliter multitudinem substantiarum materialium, quoad species tantum et non quoad individua. *Ibid.* Quantum autem angeli excedant numerum specierum materialium, et utrum excedant numerum hominum qui fuerunt, sunt et erunt, videtur incertum. *Ibid.* Angeli creati sunt : 1° ad consequendam beatitudinem; 2° ad concentum divinarum laudum; 3° ut creaturæ corporali præsint eamque regant, creaturam autem rationalem adjuvent et custodiant. 153. Angeli sunt omnino immateriales et incorporei. *Ibid.* Non componuntur ex forma et materia saltem spirituali vel tenui. Sunt expertes omnis materiæ, etiamsi spiritualis fingatur, 153 et 154. Angeli non habent corpora etiam tenuia et subtilia sibi naturaliter unita. *Ibid.* et 155. Quo sensu intelligendi sunt SS. Patres qui dixerunt angelos esse corporeos. *Ibid.* Per filios Dei qui in S. Scriptura leguntur fuisse congressi cum mulieribus et genuisse gigantes possunt-ne intelligi angeli? *Ibid.* Variæ variorum Patrum et doctorum itemque conciliorum et synodorum sententiæ ad hanc materiem expenduntur. *Idid.* et 156. Secundum suam naturam angeli sunt incorruptibiles. *Ibid.* Possunt tamen annihilari, quia in suo esse pendent a Deo. *Ibid.* Quo genere, vel qua specie peccati angeli primo peccaverint, vel nunc peccant, non omnes idem sentiunt doctores. 154. Angeli aliquando assumunt corpora, ita ut apparitiones illorum non semper contingant secundum imaginationem, sed quandoque secundum assumpta corpora. 156. Sanctus Thomas dicit angelos assumere corpora virtute divina. 157. Quot requirantur conditiones ad assumptionem corporis ab angelo? *Ibid.* Tres requiruntur : 1° quod angelus sit secundum

substantiam intime præsens corpori; 2° quod huic corpori uniatur ut motor mobili; 3° quod illi uniatur tanquam motor mobili ad repræsentandum se, vel suas, vel Dei, cujus est legatus, proprietates. *Ibid.* Corpora ab angelis assumpta regulariter ex aëre seu vapore formantur. *Ibid.* Potest tamen angelus formare sibi corpus ex quibusvis elementis mixtis, cum omnia corpora subjiciantur angelis quantum ad motum localem. *Ibid.* Utrum angelus possit assumere corpus veri animalis viventis, videtur negare auctor. *Ibid.* In assumptis corporibus non exercent angeli vere opera vitæ sensitivæ, sed similitudinarie tantum. 158. Utrum sint plures angeli solo numero distincti intra eamdem speciem. *Ibid.* Videtur implicare esse plures angelos solo numero distinctos intra eamdem speciem; consequenter id videtur impossibile etiam de potentia Dei absoluta. *Ibid. et seqq. usque ad finem articuli.* Quæstio quæ sit ratio per quam angeli tangunt locum et sunt in illo, agitatur inter Scotistas, Vasquesium et Thomistas. 162 *et seqq.* Angeli sunt in loco saltem connaturali per operationem virtualiter transeuntem. 164. Angelus, quamvis sit secundum se inextensus et indivisibilis, potest tamen existere in loco extenso et divisibili majori vel minori, intra sphæram suæ activitatis, sicut anima secundum se inextensa existit in corpore extenso. 168. Potest esse simul in pluribus locis inadæquatis, etiam distantibus, intra sphæram suæ activitatis, non existendo in medio, v. g. in quatuor angulis unius aulæ, non existendo in medio; quia non potest operari in quatuor angulis non operando in medio. 169. Unus angelus non potest esse naturaliter simul in duobus locis adæquatis. *Ibid.* Plures angeli non possunt esse in eodem loco formali et inadæquato, bene tamen in eodem loco materiali aut etiam formali inadæquato. *Ibid.* Angeli possunt moveri localiter. 170. Possunt moveri motu continuo vel discreto. *Ibid.* Motus localis angelorum fluit ex eo quod angeli sint in loco per operationem. *Ibid.* Angelus potest transire motu discreto ab uno extremo ad aliud, non transeundo per medium. 171. Motus angeli non fit in instanti. 172. Angelus ad se cognoscendum non indiget specie intelligibili, sed seipsum cognoscit per suam substantiam gerentem vices speciei impressæ. 173.

Media cognitionis angelicæ sunt species intelligibiles, quibus mediantibus objecta cognoscunt; et sunt duplicis generis, impressæ scilicet et expressæ. 173. Probabilius et communius admittitur substantiam angeli non gerere vices speciei expressæ in sui cognitione. *Ibid.* Angelus etiam per suam substantiam Deum cognoscit. 173. Angelus non cognoscit alia a se per suam substantiam, sed ad hoc indiget speciebus impressis. 174. Species angelorum non sunt a rebus acceptæ, sed a Deo in sui creatione inditæ, et ideo connaturales et congenitæ. *Ibid.* Illæ species angelis in sua creatione inditæ sunt-ne rigorose proprietates ab eorum essentia dimanantes? *Ibid.* Utrum implicat angelos intelligere per species a rebus acceptas, nulla videtur implicantia. 176. Utrum superiores angeli intelligant per species magis universales quam inferiores. *Ibid.* (Per species universales intelligamus hic quæ multa repræsentant, non solum in communi et confuse, sed in particulari et distincte. *Ibid.*) Species quibus angeli intelligunt, sicut universales et eo universaliores quo angeli sunt superiores. *Ibid.* In angelis non est sicut in nobis intellectus agens, qui purificet phantasmata a sua materialitate et reddat intelligibilia. 176. Quantum ad immaterialia constat angelum seipsum et Deum cognoscere per suam substantiam. 177. Constat etiam angelos cognoscere alteros angelos, non per suam cognoscentis substantiam; sed cognoscunt sicut alia cætera a se per speciem a Deo in sui creatione immissam. *Ibid.* et 178. Angeli cognoscunt quidditates rerum materialium. Magna enim foret angelorum imperfectio, si naturaliter non cognoscerent materialia quæ Deus et homo cognoscunt. 178. Certum est de fide angelos cognoscere singularia materialia. *Ibid.* Angeli cognoscunt singularia antequam fiant, consequenter futura. *Ibid.* Futura sunt triplicis generis: 1° quædam sunt necessario ventura, et hæc certo cognoscunt angeli, non in seipsis, sed in suis causis necessariis et inimpedibilibus; 2° quædam ut in pluribus eveniunt per causas naturales absolutæ quidem impedibiles, sic tamen ordinatæ ut raro impediantur; et hæc cognoscunt angeli, non per certitudinem, sed per conjecturam. 3° Tandem sunt futura contingentia quæ pendent a libero arbitrio ad utrumque indifferenti; et hæc sicut præcedentia cognoscunt angeli conjecturaliter. 179. Angeli non possunt lumine naturali cognoscere futura mere contingentia. Est communis et videtur de fide. *Ibid.* Angeli habent species futurorum antequam fiant; quando enim futura fiunt præsentia, angeli non recipiunt novas species pro illis cognoscendis, sed per congenitas illa cognoscunt. 180. Angeli cognoscunt præterita quæ cognoverunt cum essent præsentia, aut quæ sui vestigium aliquod reliquerunt. Quæ autem non cognoverunt cum essent præsentia, aut quæ nullum sui vestigium reliquerunt, non cognoscunt. 181. Angeli non cognoscunt naturaliter cogitationes cordium. 182. Ratio est quia cognoscere cogitationes cordium est proprium Dei, et quod est proprium Dei non convenit angelis. *Ibid.* Quidam dicunt angelos latere secreta cordium, non quod ex natura sua non possint ea cognoscere, sed quia Deus per subtractionem concursus impedit ne cognoscant. 185. Verum iste dicendi modus est plane insufficiens. Quas ob causas? *Ibid.* Quæritur utrum actus phantasiæ et appetitus sensitivi sint etiam

naturaliter ignoti angelis? hi actus ab angelis possunt cognosci. 184. Angeli non cognoscunt naturaliter mysteria gratiæ. *Ibid.* Ratio est quia si angelus non potest cognoscere cogitationes alterius ex ejus voluntate dependentes, multo minus potest cognoscere ea quæ ex sola Dei voluntate dependent. *Ibid.* Angelus necessario seipsum semper actu intelligit. 185. Angelus etiam necessario semper cognoscit actu Deum cognitione naturali; quia non potest se continuo cognoscere, nisi continuo cognoscat dependentiam quam habet a suo Auctore. *Ibid.* Angelus est semper intelligens actu respectu visionis beatificæ. *Ibid.* Quantum ad ea quæ naturali cognitione cognoscere potest, non est semper in actu respectu cognitionis omnium. *Ibid.* Item angeli motores cœlorum semper eos cognoscunt, quia semper efficacia suæ intellectionis ipsos movent. *Ibid.* Similiter semper cognoscunt suos clientes, quibus semper invigilant, non tamen ex necessitate qua se et Deum cognoscunt. *Ibid.* Angelus non potest simul intelligere plura ut plura. *Ibid.* Non potest denegari discursus improprius angelis, qui non omnia unico actu inielligunt, sed successive per plures actus. 186. Angelus non est proprie et formaliter discursus. *Ibid.* Angelus non solum non discurrit, sed nec potest discurrere formaliter sive circa naturalia, sive circa supernaturalia. 187. Angelus non etiam intelligit componendo et dividendo; si enim statim uno intuitu conclusiones in principiis cognoscit, ita uno intuitu statim cognoscit quid subjecto conveniat, quid ab eo removeri debeat. *Ibid.* In intellectu angeli mali potest esse falsitas, non vero in intellectu boni angeli. *Ibid.* In angelis ponitur duplex cognitio; cognitio scilicet matutina et cognitio vespertina. Cognitio matutina dicitur qua angeli per lumen gloriæ res vident in Verbo : cognitio vespertina dicitur, qua angeli per species inditas res cognoscunt in seipsis. 188. Est difficultas utrum angeli inferiores comprehendant superiores virtute naturali; in cujus resolutione divisi sunt Thomistæ. Quidam partem affirmativam tenent; quidam partem negativam amplectuntur. *Ibid.* Videtur probabilius et S. Thomæ conformius angelum inferiorem vi propria et naturali non comprehendere superiorem. *Ibid.* Certum est angelum se et angelos inferiores cæteraque inferiora, sive materialia, sive immaterialia, quæ pertinent ad hoc universum comprehendere; quia vis intellectiva angeli adæquat sui intelligibilitatem. 188. Quæstio est utrum angelus inferior illuminatus et roboratus a superiore, illum non comprehendat. 189. In angelis est voluntas, quia voluntas est appetitus sequens ad intellectum, seu est inclinatio ad bonum. *Ibid.* Est in angelis liberum arbitrium, quia liberum arbitrium est facultas electiva unius præ alio. *Ibid.* Angelus se et Deum diligit dilectione naturali et necessaria, saltem quoad specificationem. *Ibid.* et 190. Sed utrum se diligat et Deum quoad exercitium, non conveniunt omnes Thomistæ; scinduntur in duas partes. *Ibid.* Angelus diligit Deum dilectione necessaria quoad exercitium. *Ibid.* Probabilius videtur seipsum diligere necessario quoad exercitium. *Ibid.* Angeli fuerunt creati in beatitudine naturali et habuerunt ab initio suæ creationis perfectam cognitionem et dilectionem Dei. 191. Angeli autem non fuerunt creati in beatitudine supernaturali quæ in clara Dei visione consistit. *Ibid.* Angelus non potuit converti ad Deum ut objectum supernaturalis beatitudinis absque auxilio gratiæ. *Ibid.* Certum videtur omnes angelos habuisse gratiam sanctificantem, saltem antequam pervenirent ad terminum beatitudinis vel damnationis. 192. Probabilius est angelos gratiam sanctificantem accepisse in ipsa sua creatione. *Ibid.* Probabilius est angelum in sui creatione recepisse gratiam per motum seu consensum liberi arbitrii. 193. Hanc sententiam docet sanctus Thomas et dicit angelos in primo instanti suæ creationis meruisse. *Ibid.* Docet etiam angelos superiores majorem gratiam recepisse, quia melius se disposuerant ad illam. *Ibid.* Non tamen sequitur angelos meruisse primam gratiam, siquidem ille eorum actus charitatis seu conversionis ad Deum ut auctorem supernaturalem erat ab ipsa gratia ut principio efficiente; principium autem meriti non cadit sub merito. *Ibid.* Angeli supernaturalia dona gratiæ et gloriæ receperunt secundum quantitatem suarum perfectionum naturalium, ita ut quo fuerunt perfectiores et superiores, eo plus gratiæ et gloriæ receperint; non tamen quasi naturales angelorum perfectiores fuerint dispositiones ad gratiam et gloriam, quod est pelagianum, sed quod Deus gratuito et ex mero beneplacito, voluerit servare quamdam proportionem inter naturalia angelorum et sua dona supernaturalia, majorem gratiam tribuens perfectioribus in naturalibus, minorem minus perfectis. *Ibid.* Quod S. Augustinus dicit angelos in æquali felicitate ab initio fuisse creatos, intelligendum est de æqualitate geometrica et proportionis, non vero arithmetica, hoc est, omnes angeli fuerunt pariter creati in beatitudine naturali et gratia, cum aliqua tamen diversitate in naturalibus et quoad supernaturalia proportionate ad cujusque naturam. 194. Angeli meruerunt suam beatitudinem supernaturalem. 194. Angeli meruerunt suam supernaturalem beatitudinem, non per opera illam subsequentia, neque per opera illam simul tempore concomitantia et natura tantum præcedentia, sed per opera illam tempore præcedentia. *Ibid.* Actus supernaturales quibus angeli meruerunt gloriam, regulabantur cognitione obscura fidei. 195. Quamvis angelus in instanti creationis et post, non solum actus charitatis, sed etiam fidei, spei, humilitatis et aliarum virtutum exercuerit, omnes

tamen hi actus comprehenduntur sub actu charitatis tanquam sub principaliore ad quem alii ordinantur, et sic censentur unus; quo sensu angelus post primum perfectum actum charitatis quo beatitudinem meruit, statim fuit beatus. *Ibid.* Quia omnes angeli tam boni quam mali, in instanti suæ creationis actum charitatis elicuerunt, et per ipsum beatitudinem meruerunt, et tamen mali non sunt illam consecuti, sed e contra ab ea exclusi, necessario intelligenda est hæc doctrina de primo actu charitatis perfecte libero et perfecte meritorio. 196. Observandum est igitur actum charitatis quem elicuerunt angeli in instanti suæ creationis non fuisse liberum quoad specificationem, sed quoad exercitium tantum. *Ibid.* Quæritur quot instantibus completa fuerit via angelorum; hoc est, quot actiones intrinsece diversas successive elicuerint a primo instanti suæ creationis usque ad terminum damnationis vel glorificationis inclusive, id est, comprehendendo etiam instans in quo fuerunt vel damnati, vel glorificati. De via malorum angelorum levis est difficultas, gravior de via bonorum angelorum. Apud Thomistas. *Ibid.* Via malorum angelorum fuit completa tribus instantibus. Tot sunt enim instantia in angelis, quot sunt in eis operationes distinctæ sibi succedentes; atqui tribus operationibus distinctis sibi succedentibus mali angeli compleverunt viam : 1° meruerunt sicut boni angeli per conversionem ad Deum; 2° peccaverunt; 3° pœnam peccati contra voluntatem receperunt. *Ibid.* Probabile est viam bonorum angelorum completam fuisse tribus instantibus : 1° fuit in ipsis in instanti creationis actus charitatis liber quoad exercitium, non quoad specificationem, communis bonis et malis; 2° postea fuit actus charitatis perfecte liber quoad specificationem et quoad exercitium; 3° tandem adeptio gloriæ. *Ibid.* Alii vero dicunt probabile esse viam bonorum angelorum completam fuisse duobus instantibus. Uno quo meruerunt, altero quo glorificati sunt. 198. Quandiu duravit quodlibet ex his duobus vel tribus instantibus, per correspondentiam ad nostrum tempus. *Ibid.* Primum instans in quo boni et mali angeli imperfecte meruerunt, duravit unico instanti nostri temporis. *Ibid.* Secundum instans in quo boni angeli perfecte meruerunt et mali peccaverunt, correspondet parti nostri temporis, quia in tempore nostro post instans sequitur pars; quandiu autem istud tempus duravit, incertum est. *Id.* Solum constat malos angelos damnatos fuisse ante lapsum Adæ, siquidem unus ex ipsis sub figura serpentis Evam tentaverit. 199. Tertium instans quo boni primo glorificati sunt, et mali damnati, coexistit instanti nostri temporis, quia actiones Dei non pendent a tempore, sed sunt instantaneæ. Quantum vero ad permanentiam, utraque, tam glorificatio quam damnatio, mensuratur æternitate participata. *Ibid.* Fide certum est angelos potuisse peccare, nam etiam fide certum est angelos reipsa peccasse. 199. Angeli peccaverunt ex ignorantia, seu errore, non specialiter et stricte sumpto pro assensu quo quis assentitur falso tanquam vero, sed ex errore seu ignorantia generaliter sumpta pro actuali inconsideratione qua quis non attendit, neque considerat practice actu quæ posset et deberet considerare. *Ibid.* Occasione peccati angelorum, quærunt theologi utrum de potentia Dei absoluta possit dari creatura quæ sit ex natura sua impeccabilis. 200. Probabile est posse produci a Deo creaturam quæ sit ex natura sua impeccabilis contra legem naturalem directe et immediate, et sicut ita angelos fuisse impeccabiles; ita ut si non fuissent elevati ad ordinem supernaturalem, simpliciter non potuissent peccare. 201. Quo genere vel qua specie peccati angeli primo peccaverint et nunc peccent non omnes eamdem tenent sententiam. 203. Quantum enim ad genus peccati, quidam existimant primum peccatum angelorum fuisse omissionis. Quantum ad speciem, Scotus reponit primum peccatum angelorum in quadam luxuria spirituali : alii in invidia contra genus humanum et Christum. *Ibid.* Peccatum angelorum non fuit nec potuit esse peccatum omissionis, sed commissionis. *Ibid.* Primum peccatum angelorum fuit superbia. Est communis. 204. Et seq. non tamen invidia brevi subsecuta est in angelo appetitum inordinatum propriæ prosperitatis et excellentiæ, qui est superbia. 205. Certum est angelum peccasse appettendo esse est Deus, seu aliquam æqualitatem cum Deo. 206. Difficultas est quam æqualitatem cum Deo appetierit. *Ibid.* Angelus non peccavit primo appetendo æqualitatem cum Deo in natura. *Ibid.* Primum peccatum angeli non fuit appetitus principatus seu potestatis in alias creaturas inferiores, quia talis appetitus pertinet ad ambitionem quæ sequitur superbiam cujus est filia. 207. Quantum ad unionem hypostaticam, res est incerta et communiter negatur. *Ibid.* Objectum circa quod primo superbiit angelus, fuit utraque beatitudo tam naturalis quam supernaturalis, quatenus appetiit remanere in beatitudine naturali, in ea complacendo, tanquam in perfectione et excellentia sibi naturaliter debita, et qua aliis creaturis singulariter præemineret, et recusando beatitudinem supernaturalem, quatenus erat obtinenda per gratiam Dei specialem, et debebat esse communis hominibus sibi inferioribus. 407. Angelos in primo instanti suæ creationis non peccasse certum est. 208. Angelus non potuit absolute peccare in primo instanti suæ creationis. *Ibid.* Supremus inter peccantes, probabilius fuit supremus inter omnes. 209. Peccatum primi angeli probabilius fuit aliis causa peccandi, non quidem cogendo, sed quasi exhortatione vel exemplo inducens. 210. Quæritur utrum tot angeli peccaverunt quot remanserunt. Patet plures

permansisse quam peccasse ex hoc S. Scripturiæ, 4 Reg. VI,... *Plures nobiscum sunt quam cum illis. Ibid.* Angelus secundum connaturalem modum suum procedendi, immobiliter adhæret fini ad quem semel ex certo judicio et perfecta deliberatione se determinavit, et hæc immobilitas est causa intrinseca obstinationis dæmonum. 211. et *seq.* Angelus in secundo instanti suæ creationis, sui juris factus, non solum deliberavit de uno fine assequendo. Sed etiam de altero recusando et excludendo. 215. Sunt-ne angeli mutabiles ex natura sua? *Ibid.* Multi patres docent angelos esse mutabiles ex natura sua; et non dicunt esse mutabiles per retractationem. *Ibid.* Certum est angelos inter se loqui; patet ex Scripturis; constat etiam ratione; quia angeli componunt societatem seu rempublicam quæ intellectualiter gubernatur. At quomodo loquantur angeli, magna est difficultas circa quam varie opinantur theologi. 219. Unus angelus alteri loquitur per ordinationem seu directionem suorum conceptuum ad alterum. *Ibid.* et 220. Casu quo loquens non audiatur et urgeat necessitas ut audiatur, quomodo excitabit alterum ut audiat. 221. Utrum angeli inferiores possint loqui superioribus et omnes Deo? 223. Utrum angelus possit alteri loqui in quacumque distantia? *Ibid.* De illuminatione angelorum. *Ibid.* Angeli superiores illuminant inferiores. Est communis cum S. Thoma contra Durandum, qui dicit angelos a solo Deo illu minari, ministerio tamen angelorum. *Ibid.* Difficultas estquomodo fiat hæc illuminatio. 224. Illuminatio angelorum non fit per infusionem novi luminis aut speciei, sed per solam objecti prius incogniti propositionem explicatam et artificiose dispositam ad captum angeli inferioris. 224. Angeli inferiores non illuminant superiores; nam licet angelus inferior loquatur superiori, manifestando ei suos conceptus, id tamen non facit per modum illuminationis et magisterii, dividendo, distinguendo et optando suos conceptus ad captum superioris, ejusque intellectum confortando; cum sit luminis inferioris et imperfectioris. 225. Angeli superiores illuminant inferiores de omnibus sibi notis quæ pertinent ad statum naturæ, gratiæ et gloriæ. 226. Boni angeli illuminant dæmones. *Ibid.* Tres sunt hierarchiæ angelorum. 227. In qualibet hierarchia sunt tres ordines, ita ut sint novem ordines seu chori angelorum. *Ibid.* In suprema hierarchia sunt Seraphim, Cherubim et Throni; in secunda, Dominationes, Virtutes, et Potestates; in tertia, Principatus, Archangeli, et Angeli. 228. Convenienter sic nominantur a suis proprietatibus et officiis. *Ibid.* Creatura corporalis administratur per angelos, sive Deus in gubernatione creaturæ corporalis utitur quoad executionem ministerio angelorum. *Ibid.* Sicut inferiores angeli qui habent formas minus universales reguntur per superiores, ita omnia corporalia reguntur ministerialiter per angelos. 229. Est de fide tradita in variis S. Scripturæ locis, angelos mitti in ministerium. *Ibid.* Angeli distinguuntur in assistentes et ministrantes. Assistentes dicuntur, non ii qui immediate Deum vident, hoc enim omnibus angelis beatis est commune, sed qui immediate illuminantur a Deo, quales sunt tres ordines primæ hierarchiæ. *Ibid.* Missio angelorum est duplex : invisibilis, quæ consistit in hoc quod superiores illuminent inferiores; et visibilis, qua angelus mittitur ad aliquod exterius ministerium. *Ibid.* Missio visibilis angelorum etiam duplex est : una immediata, dum qui mittuntur immediata per se ipsos opus exequuntur; altera mediate, in iis qui ex divina ordinatione movent per imperium alios ad ministerium exterius exequendum. *Ibid.* Quæstio est an omnes angeli mittantur missione visibili et immediata. *Ibid.* Scotus, Durandus et plures alii non improbabiliter existimant omnes angelos mitti : inferiores quidem regulariter et secundum legem ordinariam; superiores vero ex speciali dispensatione ad aliquem effectum extraordinarium. 230. Sanctus Thomas post S. Dionys. c. 7 et 13 Cœlest. Hierarch. et S. Greg. Hom. 8 in Ezech. et Hom. 34 in Evang. docet tres ordines primæ hierarchiæ et primum secundæ nunquam mitti. Ita sentiunt plures theologi. *Ibid.* Ex iis ultimis probabilius est 1° angelos superiores nunquam mitti, sed inferiores tantum. *Ibid.* 2° Angelos quatuor priorum ordinum non mitti, sed tantum angelos quinque inferiorum ordinum. *Ibid.* Proprietates angelorum et eorum officia ex eorum nominibus manifestantur, et ideo angeli illorum ordinum ad exterius ministerium mittuntur, ex quorum nominibus aliqua executio exterior datur intelligi. *Ibid.* Angeli et archangeli denominantur a denuntiando. *Ibid.* Omnes angeli sunt administratorii spiritus et nuntii; quia omnes mittuntur, aliqui invisibiliter et mediate; alii invisibiliter et immediate. 231. Est de fide in multis S. Scripturæ locis expressa homines ab angelis custodiri. 232. Utrum plures homines ab uno angelo, an singuli homines a singulis angelis custodiantur? *Ibid.* Singuli homines a singulis angelis custodiuntur a nativitate. 232. Patet ex Scripturis et suadetur ratione. *Ibid.* Pueri adhuc in utero materno existentes habent-ne angelos custodes? 233. Quænam sunt officia angelorum custodum erga nos? *Ibid.* Utrum angeli custodes deserant quandoque suos clientes. *Ibid.* Angeli custodes non dolent de malis nostris. *Ibid.* Ex quo ordine sunt angeli custodes? 234. Angeli custodes privatarum personarum sunt ex infimo ordine. Angeli vero custodes multitudinis, aut eorum qui præsunt multitudini, sunt ex aliis superioribus ordinibus. 234. Est-ne cuique suus malus angelus ad exercitium, sicut est cuique suus bonus ad custodiam. *Ibid.* Angeli sunt perfectius facti ad imaginem Dei quam homines, quia sunt perfectiores in

natura intellectuali. II, 267. Angelus, si per impossibile incarnaretur, mutaretur-ne? 311. Angeli et homines figurate vocantur Dii propter excellentem aliquam auctoritatem seu gratiam quam Deus illis contulit. 369. Utrum Christus sit caput angelorum? 455. Christus est vere et proprie caput Angelorum, tamen minus perfecte quam hominum. *Ibid.* Christus sic est caput angelorum, ut in eos non influat gratiam et gloriam essentialem, sed accidentalem tantum. 456. Juxta quosdam Thomistas angeli habuerunt gratiam et gloriam essentialem titulo duplici. 457. Angeli in via habuerunt fidem Christi venturi et glorificatoris hominum. 462. Angeli sunt filii Dei adoptivi. III, 112. Annuntiatio B. Virginis convenienter facta est per angelum. 161. Angelus Gabriel missus ad Mariam, non est supremæ hierarchiæ, sed infimæ, primus ex secundo ordine qui est archangelorum. *Ibid.* Spiritus superiorum ordinum non mittuntur ad ferenda nuntia, sed soli archangeli et angeli, archangeli quidem ad summa, angeli ad communia. *Ibid.* Angelus in humana specie apparuit B. Virgini. *Ibid.* Salutatio angelica debito ordine peracta est. *Ibid.* In natura pura fuisset etiam custodia bonorum angelorum. Insuper malus angelus habet majorem potestatem in hominem sibi subditum per peccatum ad impellendum ad malum, quam bonus angelus ad bonum, propter defectum peccati. III, 300. Nulla creatura, neque etiam angelus possunt se facere meliores quam a Deo facti sunt, juxta S. Augustinum. 301. Quibus modis boni angeli potuerunt a Deo offici meliores. *Ibid.* Tria bona in angelis distinguit sanctus Augustinus : primum omnibus bonis et malis commune, bonam voluntatem, in qua omnes creati sunt : secundum, quo boni a malis sunt discreti, perseverantiam in accepta justitia : tertium, istius secundi præmium; inamissibilem beatitudinem. 303. Angeli boni certam suæ felicitatis scientiam receperunt. 304. Angeli boni præter auxilium sufficiens omnibus collatum, indigebant altero potentiori et efficaciori quo perseverarent et meliores efficerentur. *Ibid.* Angelis et primo homini in statu innocentiæ necessarium fuit speciale ad perseverandum. 367. Angeli diligendi sunt ex charitate propter Deum. V, 292. Preces non sunt fundendæ angelis sicut funduntur Deo. VII, 189. Quoad angelos malos vide Dæmon, Satanas, Diabolus.

Angelus Theologus citatur. VIII. 115.

Anglicanæ ordinationes absolute sunt invalidæ. X, 54 et 55.

Anima. Juxta Aristotelem, anima est quodam modo omnia, quia ratione specierum continet in se omnium rerum naturas, non in esse naturali, sed intentionali. I, 125. Anima sensitiva est immaterialis, 154. Anima assimilatur Deo quoad gradum intellectivum. II, 150. Anima rationalis est forma substantialis hominis constitutiva cum corpore. 258. Quidam philosophi antiqui posuerunt animam esse corpus. *Ibid.* Definitur anima rationalis : *Primum principium ratiocinandi*, vel : *Actus primus corporis organici potentia vitam habentis. Ibid.* Spiritus sumitur pro anima sive sensitiva, sive rationali. *Ibid.* Anima rationalis non est materialis seu corporea, sed est entitative spiritualis. *Ibid.* Anima individuatur a corpore quoad perseitatem existentiæ, non quoad perseitatem incommunicabilitatis. 259. Anima principium est operationis spiritualis. *Ibid.* Pars illa animæ quæ sensu et passionibus viget, animalem vocant. *Ibid.* Anima rationalis est incorruptibilis et immortalis. 260. Et seqq. Immortalitas animæ pertinet ad fidem pro his qui illam lumine naturali non attingunt. *Ibid.* Anima in intelligendo dependet-ne a sensibus corporeis et phantasmatibus imaginationis? *Ibid.* Immortalitas animæ non solum fide cognoscitur, sed etiam ratione naturali demonstratur. 261. Anima rationalis et corpus sic conveniunt in uno esse hominis, ut tamen ab invicem non dependeant in esse ; non enim anima dependet in esse a corpore, sed illi suum esse communicat. 262. Anima rationalis non traducitur a parentibus, sed a Deo creatur et unitur corpori sufficienter disposito. 263. Et seqq. Hanc doctrinam ad fidem pertinere, et oppositam esse hæreticam multi contendunt. *Ibid.* In homine est una et eadem anima secundum substantiam, vegetativa, sensitiva et intellectiva. 264. Per quid corrumpuntur præcedentes animæ, vegetativa et sensitiva? *Ibid.* Licet animæ creentur a Deo, Deus non cooperatur adulteris, ex quorum illicito coïtu proles generatur. 265. Animæ rationales non fuerunt creata ante corpora, sed creantur et corporibus suis infunduntur dum sunt sufficienter disposita. 266. Individuatio anima quoad perseitatem existentiæ dependet a solo Deo. 288. Anima rationalis sicut non dependet in esse a corpore, ita nec ex se limitatur ad informandum potius hoc corpus quam aliud. *Ibid.* Anima rationalis est assumptibilis. 423. Anima rationalis est capax duplicis status, nempe conjunctionis ad corpus, et separationis ab illo, et in utroque statu specialem habet cognoscendi modum connaturalem. In statu conjunctionis cognoscit per conversionem ad phantasmata a sensibus hausta; in statu separationis cognoscit per species infusas sicut angeli, quia tunc deficiunt organa ad depromendas species. III, 9. Passiones animæ sunt duplicis generis : aliæ sunt corporales quibus anima patitur ad corporis læsionem, cum enim sit forma corporis, consequens est quod unum sit esse animæ et corporis, et ideo corpore perturbato per aliquam corpoream passionem, necesse est quod anima per accidens perturbetur. 37. Aliæ sunt animæ passiones animales quæ vel sunt actus animæ, vel principalius animæ quam corporis, ut affectiones appetitus sen-

sitivi; et hæ propriissime dicuntur passiones animæ. 38. Utrum anima Christi fuerit passibilis? *Ibid.* Anima unitur ne prius corporis quam humanitas unitur Verbo. 43. Anima separata appetit-ne efficaciter reunionem ad suum corpus. 286. In homine præter animam rationalem quæ per gratiam originalem uniebatur Deo, sunt quatuor potentiæ: intellectus in quo est prudentia, voluntas in qua est justitia, irascibilis in qua est fortitudo, et concupiscibilis in qua est temperantia. 296. Quinque numerantur vulnera animæ quæ fiunt per peccatum. *Ibid.* Deterioratio animæ causata per peccatum originale est quid morale impedimentum, non physicum, nempe aversio ab ultimo fine. 300. Omnes animæ justorum in purgatorio detentæ sunt incapaces meriti. 449. Bona opera beatorum et animarum in purgatorio non sunt meritoria, quia Deus illa non ordinat, nec acceptat ad præmium. 451. Animæ justorum operibus solutæ et plene purgatæ consequuntur-ne statum suam beatitudinem. IV, 34. Animæ sanctorum quibus nihil purgandum restat, habent gloriæ meritum. *Ibid.* Dotes animæ beatæ sunt visio, comprehensio et delectatio. 44. Illæ dotes sumuntnr pro qualitatibus disponentibus animam ad perfectam conjunctionem cum Deo. *Ibid.* Gloria animæ, quæ est fruitio divinas est primarium objectum spei. V, 261. Qui habet gloriam animæ non sperat gloriam corporis, sed desiderat tantum. *Ibid.* Anima est pars hominis potior. 303. Summum animæ est ipsa ratio, imum est operatio per corpus exercita: gradus medii plures sunt. VI, 7. Quid est censendum de apparitione animarum defunctorum suis conjunctis aut hæredibus, et de eorum monitione ut quam primum restituerent, sicque restituendo a pœnis purgatorii liberarentur. 117. Quidam Patres censuerunt sanctorum animas extra cœlum degere usque ad diem resurrectionis. VII, 194. Animæ detentæ in purgatorio possunt-ne a nobis invocari, licet id non ferat ecclesiæ consuetudo. 197. Si non orant in particulari orant-ne saltem pro necessitatibus nostris in genere? Non enim ignorant nos pluribus affligi. *Ibid.* Non sunt in statu orandi; sed magis ut oretur pro eis, propter pœnas quas patiuntur: posse tamen pro nobis orare quidam existimant theologi. *Ibid.* Duplex est motus passionum animæ: 1° prosecutionis boni corporalis; 2° fugæ mali corporalis et sensibilis. VIII, 52. Anima non est sita in sanguine. IX, 68. Omnes animæ purgatorii non sunt in æquali gradu gratiæ. 210. Quomodo percipiunt fructus sacrificii. *Ibid.*

ANIMALIA. Animalia quæ videntur nobis noxia aut inutilia suam habent utilitatem et concurrunt ad plenitudinem et perfectionem universi. I, 398. In Scripturis anima brutorum vocatur spiritus. II, 258. Omnes species animalium perfectæ, quæ scilicet naturaliter produci possunt ex commixtione maris et fœminæ ejusdem speciei, fuerunt die sexta creationis productæ. II, 256. Quantum vero ad minuta animalia seu insecta quæ nascuntur ex sudore, putrefactione, etc., incertum est. *Ibid.* Quantum denique ad animalia quæ nascuntur ex congressu animalium diversæ speciei, ut mulos, etc. Negat S. Doctor fuisse actu producta sexta die. *Ibid.* Dominium quoad jus et potestatem super omnia animalia est naturale homini. 273. Sanguis ita est animali necessarius, ut sine illo subsistere non possit. 427. Triplicis generis animalia solent distingui: 1° quædam sunt ex natura sua fera, ut cervi, apri, etc.; 2° quædam ex his consuetudine cicurantur et fiunt domestica ut cervi, columbæ, etc.; 3° quædam tandem ex natura sua et ex consuetudine sunt cicurata et domestica, ut gallinæ, boves, oves, etc. VI, 59. Quantum ad consuetudinem et animum non revertendi, non una est pro omnibus animalibus regula. 60. Animalia ex natura sua domestica et mansueta, « licet conspectum tuum effugerint, quocumque loco sint, tua esse intelliguntur; et qui lucrandi animo ea detinet, vel eorum lanam, plumas, ova, etc., sibi appropriat, » furtum committere intelligitur. *Ibid.* Animalia ex natura sua fera, sed consuetudine cicurata et mansueta, « eo usque tua intelliguntur, donec revertendi animum habeant, *aut facile possint reduci;* nam si revertendi animum habere desierint, et fiunt occupantium; quia tunc censentur recuperasse suam libertatem. Revertendi autem animum videntur desinere habere tunc, cum revertendi consuetudinem deseruerint. » *Ibid.* Ita jus Romanum. « Tertiæ, volueres, et pisces, et omnia animalia quæ mari, cœlo et terra nascuntur *et natura sua et* consuetudine fera, simul atque ab aliquo cepta fuerint, jure gentium, statim illius esse incipiunt; quod enim ante nullius est. id naturali ratione occupanti conceditur. » *Ibid.* Ita jus Romanum. Si animal absque ulla culpa domini dominum causet, dominus tenetur ad damnum. 120. Quoad animalium occupationem jus novum gallicum nihil statuit, standum est juri communi. *Vide Appendicem* Primogenita animalium voveri non poterant. VII, 231.

ANIMORUM consensio non reperitur inter ecclesiæ hostes. V, 102 et 103.

ANNA. Anna filium suum Samuelem non obtutit nisi post triennium, et postquam esset ablactatus. III, 186.

ANNATUS (Franciscus) Thomistes objiciebat notam Calvinismi, sed postea pœnitentia ductus palinodiam cecinit et in pluribus operibus variis argumentis ostendit Thomistas longe a calvinismo et jansenismo distare. I, 366.

ANNIHILATIONEM (ad) quid requiritur? IX, 88.

ANOMÆI. Agebat S. Chrysostomus contra

Anomæos qui asserebant Deum posse ab intellectu creato comprehendi : et contra illos quinque edidit homilias. I, 109. Contra illos etiam insurrexerunt SS. Patres Basilius, uterque Gregorius et alii. 137. Anomæi dissimiles dicti, eo quod Filium Dei in omnibus dissimilem propugnabant. II, 3. Concilium Constantinopolitanum I damnat hæreticos cum suis erroribus, anomæos scilicet seu puros Arianos. V, 241.

Anselmus (S.) juxta S. Anselmum duplex est necessitas, præcedens et consequens : præcedens quæ causa est ut res sit ; sequens, quam res facit, etc. I, 356. Necessitas antecedens juxta sanctum Anselmum tollit-ne libertatem. *Ibid.* Dicit sanctus Anselmus Incarnationem fuisse necessariam necessitate hypothetica, et consequente. II, 347.

Antichristus. Potest-ne Antichristus dici caput omnium malorum? II, 465. Omnes mali qui eum præcesserunt, sunt quasi imago et figura Antichristi. *Ibid.* Antichristus auferet-ne omnino sacrificium novæ legis? V, 111 et 112.

Antenicæni patres admittunt quoad substantiam consubstantialitatem Verbi cum Patre. II, 26 et 27.

Antiochia. Duo celebrata sunt concilia Antiochiæ, in quorum primo Paulus Samosatenus suam fidem simulans, Patribus illusit ; in secundo autem de hæresi convictus et anathemate percussus, a sua sede ejectus est. II, 308.

Antiochus falsam egit pœnitentiam prava sua voluntate, cum potuisset veram agere. I, 319, et IX, 237.

Antitypus. Sic aliquando Eucharistia vocatur a Patribus. IX, 65.

Antoninus (S.). Sententia ejus circa ebrietatem causa vitandæ mortis. VIII, 115. Testatur Berengarium obiisse catholicum. IX, 43.

Antropomorphitæ credebant Deum esse corpus. I, 26.

Aphthartodocetæ. Quidam fuerunt hæretici Phantasiastæ dicti et Aphthartodocetæ, qui circa annum 476 dogmatizabant corpus Christi fuisse incorruptibile etiam ante resurrectionem. III, 27.

Apiarius presbyter Africanus appellavit ad sedem Romanam. Ejus appellationem ægre tulerunt africani episcopi. V, 167.

Apocryphi libri quinam sunt? V, 71.

Apollinaris patria Laodicenus, vir doctus, filius alterius apollinaris eruditissimi presbyteri, qui pro Ecclesia multos edidit libros contra Porphyrium, traductionem animarum sustinuit ut Tertullianus et plures Occidentales. II, 262. Hæc hæresis varias habuit phases damnata est in concilio Romano, sub Damaso papa anno 373, in Antiocheno 378, in secundo Constantinopolitano anno 381. 309. Erravit Apollinaris circa humanitatem Christi, dicens Christum sumpsisse corpus ex Maria Virgine, sed sine anima. *Ibid* et 426. Apollinaris discipuli dixerunt humanitatem esse consubstantialem divinitati. 309. Dicebat etiam carnem Christi esse consubstantialem divinitati. III, 187. Suscitavit errorem Millenariorum. IV, 31.

Apostasia non videtur distingui ab hæresi, nisi secundum magis et minus ; quia apostata deserit totam fidem quam professus est, hæreticus partem tantum. V, 51. Apostasia græce idem est ac latine discessio seu desertio. Si generaliter sumatur, omne peccatum potest dici apostasia, quia est discessio a Deo et ejus mandatis : specialiter autem sumpta, est discessio a bono quod quis solemniter professus est ; et est triplex, apostasia a fide, a religione, ab ordine. 64. Apostasia a fide est desertio totius fidei. *Ibid.* Apostasia a religione est religionis approbatæ, tacite vel expresse professæ, desertio, sine legitima superiorum licentia, cum animo non redeundi, etiamsi non dimisso habitu. *Ibid.* Apostasia ab ordine est ab ordine sacro, sine legitima dispensatione, retrocedere ad statum sæcularem. *ibid.* Apostasia est peccatum mortale. *Ibid.* Retrocedere a minoribus ordinibus non est apostatare. *Ibid.* Apostasia triplex est, a fide, a religione, et ab ordine : a fide apostasia, dum quis a fide quam in baptismate professus est ex toto deficit : apostasia a religione est, dum quis religionem approbatam professus, eam deserit sine licentia, animo non amplius ad eam vel ad aliam redeundi, sed vivendi laïcaliter aut etiam clericaliter in sæculo : apostasia ab ordine est, cum clericus in sacris ordinibus constitutus, deserit habitum clericalem animo vivendi laïcaliter. IX, 381.

Apostoli. Apostoli Petrus et Paulus in suis Epistolis vocant electos et prædestinatos eos omnes quos alloquuntur. I, 423. Admonent apostoli electos et prædestinatos ne desint gratiæ Dei, ut cum tremore suam salutem operentur et satagant per bona opera certam suam vocationem facere, quare? *Ibid.* Apostoli baptizati fuerunt baptismo Christi. III, 194. S. Petrus probat apostolos ipsa die descensus Spiritus sanctis variis linguis loquentes, non esse ebrios, quia erat tunc hora diei tertia. 239. Apostoli merunt, quamvis essent confirmati in gratia. IV, 88. Illorum interfectores quando putabant obsequium se præstare Deo non judicabant prudenter. 250. Apostoli composuerunt Symbolum quod eorum nomen adhuc retinet. V, 15. *Vide* Symbolum. Non solum moti erant Apostoli a Spiritu sancto, sed testes erant factorum quæ annuntiabant. 70. Christus et apostoli usi sunt versione Syriaca. 72. Vera Ecclesia ab apostolis propagata et firmata atque ab eis derivata, usque nunc perseverat. 104. Apostoli amiserunt-ne fidem tempore passionis Christi, et in triduo mortis Christi amiserunt-ne fidem in Christum? 111 et 47. Apostoli fuerunt æquales Petro ratione apostolatus, non vero ratione officii

pastoralis. 145 ad 154. Inter apostolos erat contentio de primatu temporalis dominationis. 151. Duplex in apostolis distinguenda est potestas, una apostolatus, quæ erat cum tota plenitudine ; alia episcopalis, secluso apostolatu et sine plenitudine, et hæc in omnes episcopos est transfusa. V, 169. Apostoli celebrarunt plura concilia, eorum usus ab ipsis habemus. 228. Apostoli una cum Petro convocarunt concilium Hierosolymitanum. 231. In hoc concilio fuerunt veri judices. 232. Ab apostolis venit usus psallendi Deo, et orandi secundum aliquam formam. VII, 204. Apostoli exemplo et verbo religiosæ vitæ professionem per totalem sui mancipationem cultui et obsequio divino instituerunt. 268. Intelliguntur apostoli vovisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum relictis omnibus secuti sunt. 264 et 265. Credibile est Christum propriis manibus apostolos baptizasse, antequam recepissent ordinem sacerdotalem. VIII, 378. Apostoli ad tempus ex œconomia observari jusserunt legalia. Ipsi ea observaverunt sine peccato. 383. Illorum traditiones circa mores et fidem sunt necessario servandæ ; non autem illæ quæ sunt circa disciplinam; multa enim quæ statuerunt circa disciplinam non amplius observantur. 392. Verisimile est ipsos baptizasse quinque millia hominum per aspersionem aut infusionem. 390. Apostoli ex dispensatione contulerunt-ne baptismum in solo nomine Christi? 402. Utraque sententia, tam negans, quam affirmans, est probabilis. Momenta sententiæ affirmantis apostolos baptizasse in solo nomine Christi, cum responsis adversæ partis, et vice versa, expenduntur. *Ibid.* Tentaverunt-ne Deum cum ab ipso petierunt ut in nomine Jesu Christi signa fierent? 423. Apostoli probabilius fuerunt baptizati. 430. Impositio manuum visibilis ab apostolis facta erat signum permanens. IX, 5, Quo sensu apostoli non habebant spiritum sanctum, sed orabant ut veniret? IX, 7. Adhibuerunt-ne chrisma in confirmando? 10. Fuerunt-ne in hoc dispensati a Christo? 11. Licet essent pauperes, habebant unde emerent balsamum. 17. Illorum oratio pro Samaritanis, ut acciperent Spiritum sanctum, fuit-ne forma confirmationis? 21. Delegaverunt-ne presbyteris facultatem confirmandi? 29 et 30. Acceperunt præceptum a Christo expectandi Hierosolymis post ejus ascensionem. 34. An Spiritus sanctus in ipsos descendent die Dominica vel sabbato, incertum est. 110 et 111. S. Thomas refert apostolos in primitiva Ecclesia celebrasse in azymo : « quem morem, inquit, Romana ecclesia ab apostolis qui ipsam fundaverunt, accepit, etc. » et hunc morem fuisse suspensum aliquo tempore ob hæresim Ebionitarum. 117. Græci illam postea servavere, dicentes non posse confici amplius in azymo. 118. Hæc narratio rejicitur ut falsa a multis recentioribus propter silentium veterum *Ibid.* Hæc verba : *Hoc facite in meam commemorationem* respiciunt-ne tantum apostolos, sed etiam omnes proportionaliter? 167. Christus potestatem consecrandi solis apostolis et eorum in sacerdotio successoribus contulit. 186. Apostoli quandoque ungebant. IX, 254. Non legitur in Scriptura apostolos confessionem frequentasse, nec eos illam fidelibus præcepisse, hoc argumentum nihil nocet confessioni. 343. Apostoli præter potestatem ordinariam, acceperunt potestatem jurisdictionis immediate a Christo per missionem qua misit eos cum apostolica auctoritate in universum mundum. 361. Apostoli quandoque ad sanandos ægros ipsis manus imponebant, quandoque ungebant. X, 29. Post resurrectionem Christi non habuerunt uxores. 66.

APOSTOLICITAS est una e quatuor notis Ecclesiæ. V, 102 ad 106.

APOSTOLUS per antonomasim designat S. Paulum, *vide* S. PAULUS.

APPARITIONES Christi post resurrectionem. *Vide* CHRISTUS et RESURRECTIO.

APPELLATIO. Summus pontifex declaravit appellantes a constitutione *Unigenitus* ab Ecclesiæ communione separatos. V, 141. Appellationum jus ad sedem Romanam semper in Ecclesia viguit ; non tamen semper illud exercuerunt Romani pontifices. 166. Potestne quis appellare a summo pontifice ad concilium generale, vel vice versa? 210. Appellationes a summo pontifice ad concilium generale quæ factæ fuerunt in Galliis probantne aliquid contra auctoritatem pontificis? 225. Appellatio est a minore judice ad majorem provocatio. VI, 338. Accusato qui injuste gravatur a judice licitum est appellare. *Ibid.* Non licet appellare a justa sententia, causa afferendæ moræ, ne sententia mandetur executioni. *Ibid.* Attamen in causis criminalibus conceditur reo appellare a justa sententia, causa protrahendæ vitæ, aut sub spe benignioris sententiæ obtinendæ a judice superiore. *Ibid.* Item in civilibus, qui causa cadit potest appellare a justa sententia. *Ibid.* Quot dies conceduntur a jure tam civili quam ecclesiastico ad appellandum a sententia lata? *Ibid.* In Ecclesiasticis negotiis appellatio potest fieri non solum post, sed etiam ante latam sententiam. *Ibid.* A judicio arbitrorum mutuo partium consensu assumptorum non datur appellatio. 339. Non licet appellare tertio in eadem causa, sed post tres sententias censetur res irrevocabiliter definita. *Ibid.* Appellatio debet fieri gradatim, nullo prætermisso judice medio : nisi appelletur ad papam extra Galliam. *Ibid.* Quando temere est appellatum, judex appellationis non potest causam sibi retinere, sed debet remittere ad judicem a quo est appellatum. *Ibid.* Jure canonico regulares prohibentur appellare non solum ad judices incompetentes, sed etiam ad competentes intra suam religionem. *Ibid.* Non pauci tamen doctores tenent regulares generaliter posse ap-

pellare quando injuste gravantur, et prælati in eos modum correctionis etiam regularis excedunt. *Ibid.* Appellatio habet duplicem effectum, nempe devolutivum et suspensivum. 340. In certis casibus appellatio non habet effectum suspensivum. *Ibid.* Appellatio non admittitur a sententia interlocutoris, nisi importet gravamen irreparabile. 341. Gravamen irreparabile dicitur omnis actus irretractabilis ac ferens secum actualem excusationem, ut tortura, incarceratio. *Ibid.* Appellatio tanquam ab usu quid est? *Ibid.*

APPETITUS. Appetitus innatus est inclinatio seu propensio ab auctore naturæ indita, qua unaquæque res ad bonum sibi proportionatum propendet absque ulla cognitione, per quos ultimas particulas distinguitur ab appetites elicito. Dupliciter considerari potest: in actu primo, et in actu secundo. Gravitas in lapide est appetitus innatus in primo actu in centrum; gravitare autem est appetitus in actu secundo. II, 422. Non inest homini appetitus naturalis innatus ad claram Dei visionem. Habet enim duntaxat homo hujus modi appetitam innatum ad perfectam Dei cognitionem abstractivam. III, 285. Duplex est appetitus naturalis, innatus et elicitus. *Ibid.* Appetitus innatus nihil est aliud quam propensio et pondus alicujus naturæ in propriam perfectionem. Appetitus elicitus est qui sequitur formam sensu vel intellectu apprehensam, et est duplex, inefficax et efficax. *Ibid.* Appetitus alius est innatus, et alius elicitus; elicitus alius est efficax, alius inefficax. *Ibid.* Appetitus naturalis est quædam inclinatio ab interiori principio non cognoscente. IV, 62. Discrimen est inter appetitum naturalem et appetitum rationalem seu etiam sensitivum, quod id in quod tendit appetitus naturalis sit semper bonum verum et in re existens, quia appetitus naturalis consequitur formam in re existentem quæ semper tendit ad suam perfectionem et bonum vere conveniens: id autem in quod tendit appetitus rationalis non semper et bonum vere et in re existens. IV, 115. Appetitus sensitivus est virtus organi corporalis, 135. Actus appetitus sensitivi quatenus pendent ex dispositione organi corporalis non subjacent imperio rationis. *Ibid.* Quatenus dependent ex vi appetiva, cadunt sub imperio rationis. *Ibid.* Ratio dominari debet appetitui animali, 165. Passio recte definitur: *Motus appetitus sensitivi ex imaginatione boni vel mali cum transmutatione corporali.* IV, 254. In appetitu concupiscibili sex sunt passiones, 255. Et quinque in appetitu irascibili. *Ibid.* Ergo est duplex appetitus sensitivus, concupiscibilis nempe et irascibilis; in animalibus enim sicut in naturalibus non solum est inclinatio ad prosequendum quod est conveniens et fugiendum quod est disconveniens, sed etiam ad resistendum contrariis et impedientibus. *Ibid.* Prima inclinatio in animali dicitur appetitus concupiscibilis; secunda, appetitus irascibilis. *Ibid.* Appetitus sensitivus, prout natus est obedire rationi, est objectum virtutis, scilicet temperantiæ et fortitudinis, 260. Non sola voluntas, sed etiam appetitus sensitivus et ratio sunt subjectum peccati formaliter sumpti. 318. Appetitus sensitivus in homine ex conjunctione immediate cum voluntate et subordinatione ad illam participat æqualem libertatem, licet imperfectam. *Ibid.* Appetitus alimenti potest esse inordinatus duplici modo: 1° quoad ipsum alimentum: 2° quoad ejus sumptionem. VII, 100.

APPLICATIO. *Vide* BENEFICIUM, MISSA, MATERIA, FORMA *et* SACRAMENTUM.

APOLLO Thyanæus. Unus Philostrates centum et amplius annis post Apollonii mortem ejus historiam fabulis refertam scripsit..... deinde Apollonium habitum fuisse impostorem evincitur, quod nullum sectatorem habuerit, nec sectam fecerit. V, 25.

APOLLONIA (S). Projecit se in ignem, etc. Potest-ne excusari ratione bonæ intentionis? IV, 152. Injecit seipsam in ignem et instinctu Spiritus sancti. *Ibid.* et VI, 30.

APPREHENSIO quid est? in quolibet rei apprehensione, sive per sensum, sive per intellectum possunt duo considerari: 1° apprehensio, 2° ipsum opus, seu objectum apprehensum. VIII, 181.

APPRETIATIO fit ex intentione et electione voluntatis. V, 300.

APPROBATIO. In approbatione alicujus ordinis religiosi, duo interveniunt judicia: primum, hanc religionem esse bonam, evangelio conformem et perfectioni acquirendæ utilem: aliud, utrum hic et nunc expediat hunc ordinem admittere. V, 109. Approbatio, juxta plures et communius, est judicium publicum et authenticum de idoneitate et sufficientia sacerdotis ad confessiones audiendas, sicque est præcise actus intellectus. IX, 370. Juxta alios, approbatio ultra judicium quod est actus intellectus, importat actum voluntatis, scilicet consensum, permissionem et licentiam episcopi. 371. Approbatio episcopi necessario requiritur ad confessiones audiendas. *Ibid.* Decretum concilii Trid. circa approbationes confessorum, explanatur. *Ibid.* Jus novum abrogavit jus antiquam juxta quod parochi delegare poterant suam jurisdictionem etiam non approbatis ab episcopo. *Ibid.* An parochus censeatur, juxta decretum concilii Trid. sic approbatus nedum pro sua parochia, sed etiam pro quavis alia etiam alterius diœcesis, negant alii, affirmant cæteri. 372. Cujus episcopi approbatio est necessaria, an pœnitentis, an confessarii, an loci ubi confessio excipitur. *Ibid.* Episcopus potest repellere ab examine eos qui se præsentant, aut examinatos non approbare ex causa spectante utilitatem Ecclesiæ: non potest vero sine hujusmodi causa. 373. Approbatus ab uno episcopo non censetur approbatus pro omni loco, excepto forte parocho. *Ibid.* Pa-

rochus et quilibet alius approbatus potest suum subditum ubicumque repertum sacramentaliter, saltem privatim absolvere. *Ibid.* Episcopus potest revocare approbationes regularium. 374. Approbatio data ad revocationem, seu ad beneplacitum, censetur approbatio simplex et perpetua. *Ibid.* Clausula quæ quandoque apponitur in approbationibus, *de consensu quorum interest*, seu *de consensu parochorum*, non est limitativa approbationum, ita ut absolutio data sine consensu parochorum, sit invalida. *Ibid.* Approbatio injuste denegata vel revocata, non debet haberi pro concessa. *Ibid.* Qui sine approbatione episcopi audit confessiones incurrit pœnam suspensionis ferendæ. *Ibid.*

APPROPRIATIO est attributio alicujus proprietatis essentialis, tribus Personis communis, facta tamen uni Personæ ad ejus manifestationem. Sic tribuitur omnipotentia Patri, quia est fons et origo totius divinitatis; sapientia Filio, quia est Verbum procedens per intellectum; bonitas Spiritui sancto, quia procedit per amorem. II, 25 et 141. Dupliciter potest fieri appropriatio vel manifestatio: 1° per viam similitudinis; 2° per viam dissimilitudinis, 141. Usus appropriationis est frequens in S. Scripturis et SS. Patribus, secundum varias Dei consideraciones. *Ibid.* 1° prout Deus consideratur ut ens, æternitas appropriatur Patri, species Filio, usus Spiritui sancto. *Ibid.* 2° Prout consideratur ut unus, unitas appropriatur Patri, æqualitas Filio, concordia seu connexio Spiritui sancto. *Ibid.* 3° Prout consideratur ut inest ei virtus ad operandum, potentia appropriatur Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui sancto. *Ibid.* 4° Prout consideratur Deus habens habitudinem ad suos effectus, sumitur illa appropriatio, *ex quo, per quem, et in quo*. 142.

APES. Apum examen quandonam fit primi occupantis juxta jus antiquum. VI, 59. Juxta jus novum gallicum examen apum fugientium pertinet propriatario tandiu quandiu illud persequitur; potest illud reclamare tunc temporis. Si vero cesset ab illo persequendo, pertinet proprietario fundi cui insedit. *Vide appendicem.*

AQUA, prout est materia baptismi, vide BAPTISMA. Aqua prout in consecratione calicis adhiberi solet, vide EUCHARISTIA.—Aquæ ferventis judicium est illicitum. VII, 383. Aqua simplex non solvit jejunium. VII, 74.

AQUÆ. Ubinam sunt aquæ quæ dicuntur supra firmamentum? An sunt supra cœlum sidereum, et ad quem usum sint illis positæ? II, 253. Aquæ tertia die congregatæ sunt. *Ibid.* In quem locum terræ potuerunt aquæ congregari. *Ibid.* Quomodo aquæ congregatæ sunt in unum locum, cum constet eas esse in multis locis. *Ibid.* Aquæ produxerunt pisces et aves non efficienter, sed materialiter, ministrando scilicet materiam omnipotenti verbo Dei. 256.

AQUARII aquam solam adhibebant in conficienda Eucharistia. IX, 114.

AQUAVIVA (Claudius). Decrevit-ne systema Congruistarum esse docendum in societate Jesu? III, 389. Vide ejusdem decretum. *Ibid.*

AQUILA. Secunda versio græca est Aquilæ circa annum Christi 130. V, 73.

ARAUSICANÆ synodi doctrina confirmata fuit a synodo Valentina anno 840, et a synodo Tridentina 1546. In secunda synodo Arausicana damnati sunt Semi-Pelagiani. III, 262.

ARBOR. Plantæ et arbores Paradisi terrestris ex natura sua erant-ne corruptibiles, ita ut etiam Adamo non peccante, non semper eædem numero durassent? II, 297. Arbor, quæ dicta est scientiæ boni et mali in medio Paradisi terrestris sita. 298. Utrum lignum scientiæ boni et mali sit vera et realis arbor. *Ibid.* Quæ speciatim arbor fuerit? *Ibid.* Unde hæc arbor dicta est scientiæ boni et mali? *Ibid.* Arbores tertia die ornaverunt terram. 254. Arbor bona non potest malos fructus facere per se, potest tamen per accidens. IV, 159. Quinam arbores legibus usus fructus subjiciuntur jure novo gallico. *Append.* 3 et 4.

ARCA Noë non fuit quoad omnia figura Ecclesiæ, sed tantum quoad aliquid. V, 94.

ARCANI disciplinæ causa, mysteria religionis occultabantur et raro, in primis Ecclesiæ sæculis, scriptis referebantur. X, 6.

ARCHIEPISCOPUS potest-ne tempore visitationis absolvere subditos suffraganei? IX, 336.

ARCHONTICI negaverunt sacramenta esse sensibilia. VII, 353.

ARCTITUDO mulieris si potest dilatari, tenetur-ne mulier illam dilatationem pati. X, 214. Idem debet-ne dici de virgine? 216.

ARCUDIUS scripsit contra sententiam græcorum de forma Eucharistiæ. IX, 139.

ARELATENSE concilium non fuit œcumenicum, sed ad summum nationale. V, 221. Subjecit-ne suo judicio sententiam Melchiadis in causa Cœciliani? *Ibid.* Arelatense concilium fuit-ne plenarium? tanquam plenarium illud-ne habuit S. Augustinus? aderant-ne, huic consilio sexænti episcopi? VIII, 354-357.

ARGENTEOS, per triginta argenteos vulgo intelliguntur triginta denarii; unde communiter dicitur Christum venditum fuisse triginta denariis, circiter quindecim libris gallicis. III, 207.

ARGUMENTA tria evidentissima religionis christianæ divinitatem asserentia assignantur. V, 18. Argumenta negativa nihil probant quando adsunt positiva ad contrarium, 157.

ARIAGA cum Valentia reputat probabile posse creari oculum corporeum qui vel natura sua, vel dono aliquo superaddito possit videre Deum. Quid ad hæc? I, 99, 102.

ARIANISMUS. *Vide* ARIUS. Arianismus pri-

mum damnatus est in synodo Alexandriæ a centum episcopis. II, 2. Tandem in concilio Nicæno. *Ibid.* Tempore Arianismi Ecclesia non defuit. V, 111.

ARIDA. Tertia die apparuit arida. II, 253.

ARIUS. Arius ex Libya ortus, ea parte qua Ægypto vicina est, externa corporis specie ad gravitatem et modestiam erat compositus, novitatum avidus, dialecticis argutiis apprime instructus. Prius fuit schismaticus quam hæreticus. II, 2. Meletio se adjunxerat, a quo secedens, ordinatus est diaconus a S. Petro Alexandrino; sed cum iterum ad Meletium defecisset, ab eodem S. Petro ecclesia pulsus est, in quam tamen, mortuo S. Petro, iterum rediit, et ab Achilla presbyter ordinatus, Ecclesiæ parochiali Baucalensi præfectus fuit. *Ibid.* Erravit circa mysterium incarnationis. *Ibid.* Pluries ab Ecclesia ejectus. *Ibid.* Negavit consubstantialitatem Personarum. *Ibid.* Sanctum Alexandrum in conventu ecclesiastico contradixit aperte circa mysterium SS. Trinitatis. *Ibid.* Hymnum glorificationis invertit, suos cantare docens : *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto*. *Ibid.* Sabbato præcedente dominicam qua ejus fautores jactaverant se illum in ecclesiam introducturos, animam simul cum visceribus in latrinis effudit. 5. Hæreseos et blasphemiæ convictus est in concilio Nicæno, maxime a S. Athanasio. 41. Dogmatizabat Verbum et Christum simplicem esse creaturam, aliis tamen perfectionem. V, 240. Ab illo concilio proscripta est hæresis ejus, sed non penitus extincta. *Ibid.*

ARIANA hæresis progressu temporis in tres sectas divisa est. Prima Filium Dei in omnibus dissimilem propugnabat; unde Anomæi, id est, dissimiles, dicti. Secunda fuit secta Semi-arianorum, qui *homoousion*, seu Filium Patri consubstantialem negabant, sed per omnia similem asserebant, adeoque *katousion* dicebant et *homoiousion*, id est, similem Patri. Tertia secta fuit Acacianorum, a suo principe Acacio, episcopo Cæsariensi, dicta. Hæc Filium prædicabat non consubstantialem Patri, neque unam ex creaturis, sed similem, non tamen substantia vel *ousia*, unde neque homoousiou, neque homoiousion, sed homoion propugnabat. II, 3. Ariani objiciunt sacræ Scripturæ textus ubi filius dicitur minor Patri, ipsi inferior et subjectus, 21. Ariani, pendente concilio Ariminensi, Nicæa Thraciæ concilium celebrarunt, 40. Sane totus orbis nunquam fuit Arianus : Hieronymus, quando id innuit hyperbolice locutus est, siquidem, eodem teste et S. Athanasio, ipsi patres Ariminenses non erant Ariani, et plures Seleuciæ Arianis restiterunt, imo longe plures fuisse in orbe catholicos quam Arianos constat. 51. Ariani episcopi hæresim damnatam recruduerunt. V, 240. Pseudosynodum Philippensem, Sardicensem appellarunt. 241. Ariani in Hispania trina immersione baptizabant, quia SS. Trinitatem dividebant, tres distinctas naturas asserentes. VIII, 391. Quidam Ariani post concilium Nicænum erraverunt circa formam baptismi. 395.

ARIMINUM et ARIMINENSIS. Constantius controversiarum fidei dirimendarum causa, synodum œcumenicam Arimini indixit anno 359; sed Arianorum concilio in duas partes divisit, assignata Occidentalibus urbe Ariminensi, vulgo Rimini in Italia : Orientalibus, Seleucia in Isauria. Ariminum convenerunt quadringenti circiter episcopi. II, 49. Arimini congregatis Patribus, Ursacius et Valens formulam tertiam Sirmiensem a concilio probandam obtulerant, quam rejecerant patres orthodoxi, soli Nicænæ adhærentes. *Ibid.* Quid Constantius egit contra patres concilii Ariminensis? *Ibid.* Taurinus præfectus urgebat patres ut formulæ fidei ab Ursacio et Valente oblatæ subscriberent. *Ibid.* Patres Ariminenses non subscripserunt hæresi Arianæ, 50. Etiamsi propositiones quibus subscripserunt patres Ariminenses fuissent vere hæreticæ, ipsi tamen non nisi materialiter fuissent hæretici quia non censebant eas esse contrarias Nicænæ fidei, quod ut adverterunt, statim retractaverunt. 51.

ARISTÆUS unus ex legatis Ptolemæi ad Eleazarum refert historiam versionis Septuaginta interpretum. V, 73.

ARISTOTELES, cum non posset conciliare Dei immutabilitatem cum ejus libertate, hanc negavit et hinc posuit mundum esse necessario et consequenter ab æterno productum. I, 239. Aristoteles tenuit mundum esse ab æterno, etiam quoad successiva. II, 246.

ARMENI sæculo decimo quarto a Palamistis hauserunt suum errorem circa visionem beatam. I, 107. Armenis recenter ad fidem catholicam conversis expositionem doctrinæ Clemens V proposuit. V, 187. Articulus V loquitur de summo pontifice. *Ibid.* Decretum Armenorum in concilio Florentino editum est ab Eugenio IV. V, 251. Quidam volunt hoc decretum non habere auctoritatem decreti concilii generalis, sed nationalis tantum, quia discesserant Græci, quando fuit editum. *Ibid.* Decretum concilii Florentini pro instructione Armenorum circa sacramento in genere. VIII, 213. Decretum ejusdem concilii pro instructione Armenorum circa baptismum. 374. Decretum ejusdem concilii pro Armenis circa confirmationem. IX, 1. Armeni septimo sæculo vinum purum absque aqua consecrabant. 120.

ARMINIANI et Gomeristæ sunt duæ sectæ Calvinismi : quid sibi invicem objiciebant ? I, 376.

ARNALDUS (Antonius) dimicavit pro Jansenio. III, 271.

ARNALDUS Brixiensis, monachus multos errores disseminavit, teste S. Bernard. II, 4.

ARNOBIUS erat Pelagianus. IV, 369.

AROMATA præparare in sepulturam Christi erat opus religionis quod non prohibebatur die festo. IX, 109.

ARS notoria est quædam ratio adipiscendi scientiam sine labore per inspectionem quarumdam figurarum aut prolationem quorumdam verborum. Illicita est hæc vana et superstitiosa observantia. VII, 383.

ARTICULUS græca vox est, quæ significat quamdam coaptationem aliquarum partium distinctarum; unde credibilia fidei nostræ dicuntur per articulos distingui, in quantum dividuntur in partes habentes aliquam coaptationem ad invicem. V, 13. Duæ conditiones requiruntur, ut ea quæ in Scripturis continentur distinguantur in articulos fidei: 1° quod principaliter pertineant ad fidem; 2° quod habeant aliquam specialem difficultatem ad credendum. *Ibid.* Quidam numerant quatuordecim, alii vero duodecim fidei articulos. *Ibid.* Articuli fidei secundum successionem temporum creverunt quoad explicationem, non autem quoad substantiam. 14.

ARTIFICUM delineationes in charta non sunt opus servile. VII, 347.

ARTOTYRITÆ offerebant panem et caseum in Eucharistia. IX, 113.

AS, ex prima sua institutione, significat pondus, seu libram Romanam duodecim unciarum. IV, 63.

ASCENDERE. In S. Scriptura dicitur Deus ascendere, descendere, ambulare, et est in sensu metaphorico tantum, loquente Scriptura ut se aptet captui nostro. I, 80.

ASCENDENTES, designat formam primam lineam consanguinitatis. X, 194.

ASIATICI restiterunt Victori in causa celebrationis Paschæ, et reputaverunt illum fallibilem circa hanc causam. V, 206.

ASPECTUS impudici in loco sacro non sunt sacrilegia; possunt tamen ita fieri, jure naturæ. VIII, 165. *Vide* AMPLEXUS, OSCULA, etc., etc. Aspectus, oscula, tactus, etc., etc., possunt considerari tripliciter: 1° per se et secundum speciem; 2° ratione causæ motivæ seu finis extrinseci, qui dicitur etiam operantis, 3° ratione affectus seu finis operis. 192. Aspectus deliberatus partium pudendarum aut vicinarum diversi sexus, quovis fine fiat, excepta necessitate, est peccatum mortale, 195. Aspectus est sensus magis elevatus, sed minus materialis quam tactus, minusque ideo movet ad libidinem. *Ibid.* Quid specialiter circa aspectus colligendum est. 196. Aspectus et tactus libidinosi proprii corporis in uno conjuge, saltem altera parte absente, sunt peccata mortalia; est communis contra paucos. 197.

ASPERSIO: ritus quo administrari potest baptismus. *Vide* BAPTISMUS.

ASSECURATIO. Contractus duplex scilicet societatis et assecurationis sortis tantum, vel societatis et assecurationis lucri tantum, non videtur secundum se illicitus. VII, 157. Assecuratio fidei jussioni affinis, *est alieni periculi in se susceptio*; seu, est contractus quo quis periculum rei alienæ in se suscipit, se obligans ad illam rem compensandam si perierit. 172.

ASSENTIO fidei humanæ non est eadem ac assentio fidei divinæ. V, 48.

ASSISTENTIÆ spiritus sancti in ecclesia promissio, quid importat? V, 108.

ASTROLOGI, hoc axioma astrologorum vulgatum: *Astra inclinant, sed non necessitant*, intelligendum est de inclinatione indirecta et dispositiva tantum, non de inclinatione directa voluntatis. VII, 380. Astrologi falsa fere semper prænuntiant. *Ibid.*

ASTROLOGIA judiciaria est quando quis conatur futura præcognoscere ex consideratione situs et motus siderum: huc pertinent genethliaci (*donneurs d'horoscopes*). VII, 378. Astrologia naturalis qua, ex consideratione motus cœlorum, cursus siderum, conjunctionis seu oppositionis planetarum, prænuntiantur certo effectus ex eis naturaliter et necessario secuturi, ut eclypses, ortus et occasus solis et lunæ, etc. Vel probabiliter prænuntiantur quæ ex eis plerumque solent evenire, ut pluviæ, ventus, tempestates, siccitates, frigus, æstus, etc., est licita. *Ibid.* Ultra progredi est vanum et temerarium. *Ibid.* Astrologia judiciaria quæ ex siderum aspectu et situ judicat de his quæ pendent ex libero hominis arbitrio aut de eventibus fortuitis, seu quæ alioquin sunt omnino occulta, ut de alicujus hominis statu, matrimonio, cœlibatu, vitæ cursu, dignitatibus, prolibus, salute, morte, certaminibus, cædibus, prosperitate, adversitate, etc., etc., est prorsus illicita. 379.

ASTUTIA est excogitatio viarum simulatarum et apparentium ad consequendum aliquem finem, sive bonum sive malum. VI, 8. Astutia sumitur aliquando pro circumspectione. *Ibid.*

ATHANASIUS (S.) aderat concilio Nicæno in quo damnatus est Arius. II, 2. Contra Macedonium scripsit. 3. In communione illum hæresiarcham recipere noluit minitante fuistra Constantino. *Ibid.* S. Athanasius dedit leges ecclesiæ docendo, non jubendo. V, 170. Nec auctoritate sua episcopos ecclesiæ coegit ad concilium. *Ibid.* Defensor præcipuus consubstantialitatis, multa passus est ab Arianis, quæ mira constantia tulit. 240. Concilium Sardicense Athanasium insoutem declaravit, ipsumque et alios ab Arianis ejectos suis sedibus restituit. *Ibid.* An administraverit S. Athanasius baptisma pueris cum ipso admodum puero ludentibus in littore maris? et an S. Alexander episcopus illud baptisma ratum habuerit dubium est. Data veritate facti quid inde sequitur? VIII, 303 et 304. Quibusdam videtur S. Athanasius rebaptizantibus esse accensendum, quia baptisma Arianorum rejicere videbatur. 351 et 352. Nunquam censuit peccatum in

spiritum esse irremissibilem nisi in eis qui in illo persistunt obstinate. IX, 240.

Athei. Atheus dicitur quasi sine Deo. Quidam ergo dicuntur athei speculative et proprie, quales sunt, si sint, qui mente seu judicio interno negant dari Deum. Alii dicuntur athei practice, qui quamvis mente Deum agnoscant, vivunt tamen quasi non esset Deus, quem vellent non esse suorum criminum vindicem, de quibus dicit S. Paulus, Epist, ad Titum. Cap. I, *confitentur se nosse Deum; factis autem negant.* Item dicuntur athei indirecte, qui tribuunt creaturis et idolis quod soli Deo proprium est, seu qui ipsi Deo denegant quod ipsi convenit : hi Deum verum non agnoscunt. Tandem dicti sunt athei qui vulgares Deos suæ patriæ eorumque simulacra non venerabantur, ut Socrates habitus est a suis civibus, sic Judæi a Græcis et Romanis, sic etiam christiani a paganis vocabantur. I, 40. Esse etiam atheos practice et indirecte plus quam notum est; at vero an dentur athei veri nominis, speculative scilicet et proprie, non unus est theologorum sensus; alii negant, alii affirmant, idque nobis non videtur improbabile. *Ibid.* Multi enim citari possunt homines qui fuerunt athei speculative et proprie. *Ibid.*

Athenagoras. Philosophus christianus, in Apologia pro christianis ad imperatores, pluralitatem et consubstantialitatem personarum asserit. II, 17.

Attentio est actus intellectus, nempe consideratio, seu advertentia mentis ad aliquid. VII, 223. Differt ab intentione, licet cum ea quandoque confundatur. *Ibid.* Attentio quæ orationi vocali adhiberi potest, est triplex; una qua attenditur ad verba; secunda, qua attenditur ad sensum verborum; tertia, qua attenditur ad finem orationis. 224. Attentio requiritur necessario in iis quæ pertinent ad cultum Dei. *Vide* Horæ, Missa, Oratio, Sacramentum, etc.

Attributum proprie sumptum communiter definitur : Perfectio absoluta simpliciter simplex, necessario et formaliter in Deo existens, et ad essentiam constitutam modo nostro concipiendi consequens. I, 50. Attributa Dei non sunt plura realiter, propter summam ejus simplicitatem et unitatem, sed virtualiter tantum, quatenus entitas Dei simplicissima æquivalet pluribus perfectionibus creatis realiter distinctis. *Ibid.* Quædam attributa pertinent ad esse divinum; quædam ad operationes. Quædam sunt negativa, a Deo imperfectiones removentia; alia sunt affirmativa, quæ de Deo affirmative enuntiantur. *Ibid.* Quæstio est qua distinctione attributa divina a se invicem et ab essentia distinguantur; resolutio quæstionis, 51, 54, 57 et seqq. Petitur an omnia attributa in Deo sint æqualia? resolvitur quæstio. 62. Personæ et attributa sunt-ne tantum objectum secundarium visionis beatificæ? 144. Attributum est ratio absoluta formaliter in Deo existens, et ad naturam divinam jam constitutam consequens, eamque ad diversam lineam trahens. 157. Aliquid discriminis intercedit inter attributa divina et relationes. II, 86.

Attritio. Peccatum mortale tollitur per attritionem existimatam contritionem cum sacramento. VIII, 263. Peccatum mortale cognitum et non retractatum per sinceram attritionem, est obex ad effectum sacramenti vivorum; non tamen ad eorum effectum sufficit attritio putativa. *Ibid.* Requiritur attritio supernaturalis actualis vel virtualis. 264. Attritio requiritur pro sacramentis mortuorum. 358. Attritio, qualis requiritur ad baptismum et pœnitentiam, est dispositio necessario requisita ad martyrium. 415. Attritio est vox per metaphoram translata a corporalibus ad spiritualia. 290. Sicut corpus dicitur atteri vel frangi quando in magnas partes dividitur; ita per similitudinem cor humanum suis peccatis inhærendo atteri dicitur quando per pœnitentiam non perfecte peccatum dimittit. Attritio est animi dolor et detestatio de peccato commisso. Vocatur contritio imperfecta. 302. Attritionis modi sunt multiplices; potest enim provenire : 1° ex eo quod peccatum est aliquid turpe repugnans rationi : 2° vel ex eo quod est illativum mali temporalis; 3° vel quia est inductivum gehennæ; 4° vel quia est exclusivum gloriæ; 5° vel quia est malum et offensa Dei; hæc sola ultima est actus pœnitentiæ. *Ibid.* Attritio cum sit de peccato ut est malum Dei, non potest esse sine aliquo amore Dei. Non tamen coïncidit cum contritione charitate perfecta. Attritio ex amore benevolo non potest fieri contritio. *Ibid.* Ad justificationem cum sacramento nullus requiritur gradus in attritione, modo habeat aliunde conditiones requisitas. Attritio seu dolor de peccatis conceptus ex seu cum amore Dei benevolo, non sufficit ad justificationem sine sacramento, saltem extra casum necessitatis, nisi sit intensus ad certum gradum. 292. Attritio ex qualicumque Dei amore concepta, quando impossibilitas, non voluntas excludit actualem susceptionem sacramenti pœnitentiæ, sufficit-ne ad justificationem? 293. Id potest-ne præsumi ex misericordia? Dei et merito passionis Christi. *Ibid.* Attritio intensa sufficit ad justificationem sine sacramento, unde innotescit sufficienter intend-attritionem, ut ad eam statim sequatur justificatio? *Ibid.* Pœnitentes attritionis intentionem, nec intentionis gradum discernere possunt. Ex usu et praxi Ecclesiæ, non solent confessarii exigere a pœnitentibus ullam doloris intentionem, sed tantum ut ex animo Dei offensam super omnia detestentur. *Ibid.* Adagium : Pœnitens in sacramento ex attrito fit contritus, quomodo est intelligendum? 303. Attritio seu dolor de peccatis ex solo gehennæ metu sine ullo Dei amore be-

nevolo, etiamsi nondum sit satis efficax ut absolute excludat omnem peccandi voluntatem, si tamen ad id conetur et inducat, nec sit serviliter servilis, est bonus, honestus et utilis. 303 ad 306. In attritione salutari et sufficiente ad justificationem cum sacramento, non requiritur aliquis actus charitatis, quantumvis debilis et remissus. 313-315. Ad justificationem cum sacramento pœnitentiæ consequendam, non sufficit attritio ex metu concepta etiam cum amore spei seu concupiscentiæ, sed requiritur amor Dei benevolus. 315. Nulla est attritio sufficiens ad justificationem cum sacramento, nisi sit de peccato ut est malum et offensa Dei. 318. Non licet in praxi sequi sententiam de sufficientia attritionis formidolosæ, etiam in hypothesi quod sit probabilis. 328. Opinio de attritionis formidolosæ sufficientia non est moraliter certa. *Ibid.* Ecclesia permittit-ne hanc opinionem doceri in scholis tanquam moraliter certam et in praxi tutam? 329.

AUCTOR. Auctorum dissensus in referenda historia quoad circumstantias non est signum falsitatis. V, 157. Auctoris protestatio. X, 227.

AUCUPATIONEM prohibere, nedum in propriis fundis, sed etiam in locis publicis, eamque sibi reservare potest respublica seu princeps. VI, 65.

AUDACIA. Audacia est motus quo appetitus insurgit adversus malum terribile imminens ad ipsum fugandum et superandum. IV, 258. Audacia est de bono sive de malo sub ratione boni. *Ibid.* Audacia seu temeritas est excessus in audendo et aggrediendo. VIII, 38. Hæc tria, timiditas, intimiditas, et audacia, sunt peccata opposita fortitudini, quandoque mortalia, quandoque venialia. *Ibid.* Audacia oritur ex triplici causa. 39.

AUDI alteram partem : Nemo condemnetur inauditus; sunt adagia communia. VI. 314.

AUDIENTES. Qui numerabantur in primo gradu seu ordine catechumenatus, erant illi qui, se offerentes ad baptismum, recipiebantur ab episcopis inter catechumenos cum quibusdam cæremoniis. Admittebantur ad audiendum Verbum Dei in ea parte ecclesiæ quæ hodie navis dicitur : instruebantur insuper privatim, sive ab episcopis, sive a sacerdotibus, sive a diaconis. Non autem docebantur profundiora religionis mysteria sed ea tantum quæ communiter fidem et mores spectant, et *cætera alia*. VII, 450. Audientes stabant intra fores ecclesiæ in propilæo, ubi audiebant lectionem Scripturarum et sacras conciones, indeque exire cogebantur antequam inchoaretur missa catechumenorum. IX, 475. Audientes confessionem alterius non possunt de peccatis inter se loqui 444.

AUDIENTIA erat secundus gradus pœnitentiæ solemnis seu publicæ. IX, 575.

AUGMENTUM est veluti continuata rei productio. V, 281. Actus nostri non causant efficienter physice augmentum charitatis, quia eadem est ratio augmenti et productionis habitus. *Ibid.* Actus nostri concurrunt ad augmentum charitatis dispositive, non solum moraliter seu meritorie, sed etiam physice. *Ibid.* Homo justus potest sibi mereri augmentum charitatis. *Ibid.* Quilibet actus charitatis etiam remissus, sive elicitus, sive imperatus, meretur de condigno augmentum charitatis. *Ibid.* Non omnes conveniunt de momento quo confertur augmentum gratiæ et charitatis actibus remissis debitum. 283. Augmentum debitum actibus remissis non confertur in hac vita, sed differtur usque ad ingressum gloriæ, seu ad primum instans glorificationis. 285.

AUGUSTINIANI. Theologi, vulgo dicti Augustiniani, cum Molinistis censebant reprobationem malorum angelorum etiam negativam esse ex præviso peccato in quod libere prolapsi sunt. I, 454. Quantum vero ad reprobationem negativam hominum in statu naturæ lapsæ, dicunt esse factam ex præviso peccato originali. 454, 455. Utrum tam Adamo quam angelis fuerit necessaria gratia per se efficax ad perseverandum, controvertitur inter Thomistas, esseclas Jansenii et theologos Augustinianos. Augustiniani contendunt Adamum et angelos non indiguisse ad perseverandum gratia per se efficaci, sed sola gratia indifferenti et versatili pendente a motu liberi arbitrii, qualem Molinistæ admittunt in præsenti statu. 111, 301. Tota contestatio est de mente sancti Augustini : unde, juxta S. Augustinum, gratia per se efficax fuit in Adamo et angelis necessaria ad perseverandum. *Ibid.* et 321. Augustiniani theologi quid sentiunt circa gratiam? 390.

AUGUSTINUS (S.) ait sacrilegium esse asserere quod Deus exeat extra se ad aliquid cognoscendum. Insuper S. Augustinus cognitionem *vespertinam* qua res cognoscuntur immediate in seipsis nullibi Deo tribuit, sed solam cognitionem *matutinam* qua res in Verbo videantur. I, 171. Sanctus Augustinus rerum cognitionem in Deo vocat *matutinam*, id est, clariorem, et rerum cognitionem in ipsis vocat *vespertinam*, id est, obscuriorem. 175. Quo sensu negabat præscientiam futurorum conditionatorum. 197. Totus est S. Augustinus in suis scriptis contra Pelagianos et Semi-Pelagianos ut probet efficaciam et infallibilitatem divinæ voluntatis repetendam esse ex ejus omnipotentia et dominio quod habet super voluntates hominum. 330. Quid ait sanctus Augustinus explicans quomodo Deus inclinet voluntates et de iis faciat quod vult. *Ibid.* Ad hoc explicantur ejus verba. *Ibid.* Quid intelligit sanctus Augustinus explicans illa verba Apostoli : *Deus est qui operatur in nobis velle et perficere.* 331. Variæ dantur sancti doctoris explicationes. *Ibid.* Regulæ sancti Augustini ad explicandas sententias Patrum ipsi antiquiorum circa prædestinationem. 425. et seqq. In quibus paginis dicit 1° SS. Patres prædecessores

suos ante exortam hæresim Pelagianam, aliis erroribus confutandis occupatos, non tractasse ex professo quæstionem de prædestinatione, sed solum obiter attigisse : unde factum est ut in hoc mysterio nondum satis discusso expressiones minus accuratæ illis exciderint; catholice tamen sentiebant sicut posteriores, cum asseruerint principium ex quo sequuntur veritates catholicæ, nempe in opere salutis, totum ad Dei gratiam et misericordiam esse referendum : 2° Patres qui dicunt prædestinationem inniti præscientiæ, intelligendos esse de præscientia innixa decreto divino et non voluntate creata; quæ præscientia involvitur in prædestinatione. 326 ad 330. Sanctus Augustinus exponens hæc verba Epist. ad Rom. : *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur*, dicit Deum permisisse prædestinatos ex Judæis et gentibus incidere in peccatum infidelitatis, « ut de amaritudine illius pœnitendo confusi et ad dulcedinem divinæ misericordiæ credendo conversi, clamarent illud in Psalmo 30 : *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te.* » Unde Juxta sanctum Augustinum permissio peccati in prædestinatis, est immediate ex intentione humiliationis et conversionis, consequenter mediate ex prædestinatione. 446. Cum contenderent Pelagiani Deum fore injustum acceptorem personarum, si alios præ aliis reprobaret absque prævisis demeritis, ad hanc querelam compescendam, respondit sanctus Augustinus nemini justam esse causam conquerendi. Quas dat causas et motiva præbet sanctus Doctor? 465. S. Augustinus docet prædestinationem ad gloriam esse gratuitam ante merita gratiæ prævisa. 428 et seqq. Hanc non admittebat doctrinam Tournely. Quidam Patres inter quos S. Augustinus, comparant tres personas in Deo tribus auri fragmentis. II, 32. Sanctus Augustinus sex dies creationis accipit figurate pro diversis angelorum cognitionibus. 248. Non constat tamen eum in ea sententia firmiter stetisse. *Ibid.* Sanctus Augustinus post S. Hieronymum scripsit contra Pelagianos, nempe anno 412 tres libros de Peccatorum Meritis et remissionibus : eodem anno librum de Spiritu et littera; anno 415, librum de Natura et Gratia, etc., etc. III, 249. Denique libros de Prædestinatione sanctorum et de Dono perseverantiæ adversus Semi-Pelagianos. *Ibid.* Obiit S. Augustinus die vigesimo octavo Augusti anno 430. *Ibid.* Ipse sanctus Augustinus fatetur se ante episcopatum fuisse in errore qui postea fuit Semi-Pelagianorum, sed ab eo revocatum illo Apostoli dicto : *Quid habes quod non accepisti?* 258. Gratia de qua fuit concertatio inter S. Augustinum et Pelagianos, fuit gratia actualis bonæ voluntatis et actionis, necessaria ad singulos pietatis actus, et gratuito non ex meritis naturæ collata. *Ibid.* Gratia voluntatis et actionis necessaria et gratuita quam S. Augustinus propugnavit, non fuit gratia indifferens et expectans consensum nostrum ut sit efficax, sed per se et vi sua, hujus consensus et operis efficax. *Ibid.* Semi-Pelagianorum errores S. Augustinus primus omnium confutavit sub finem vitæ, anno circiter 429. 260. Certum est Semi-Pelagianis omnibus summopere displicuisse S. Augustini gratiam victricem præviam et discretionem electorum, secundum propositum, absque præscientia meritorum. 262. S. Augustini principia, 1° nulla creatura potest se facere meliorem quam a Deo facta est : 2° non potest homo homini esse melior, quam Deus ipse est homini : 3° nemo habet a se ipso in ordine supernaturali de quo in semetipso possit gloriari et quo ab aliis se discernat : 4° creatura innocens debet orare, et petere a Deo donum perseverantiæ, et ea obtenta illi gratias inferre : 5° cur unus gratiæ consentiat et non alter? cur unus in accepta justitia perseveret et salvetur, et non alter? Est quæstio inscrutabilis. 308-310. Contra monachos monasterii Adrumetini, seu Prædestinatianos, scripsit librum de Correptione et Gratia. 312. Cum enim quidam monachi Adrumetini accepissent prædicari a S. Augustino quoddam gratiæ genus, quæ ad omnia pietatis opera esset necessaria, nec tamen ullis meritis obtineretur, dixerunt neminem esse corripiendum, si bonum non ageret, aut si in bono non perseveraret, cum neutrum posset sine gratia, quam nec sibi dare, nec a Deo mereri posset; sed orandum tantum ut Deus ipsi gratiam largiatur. *Ibid.* Ut hanc querelam depelleret S. Augustinus, composuit librum de Corrept. et Grat. in quo probat hæc duo cohærere, scilicet, hominem indigere gratia ut bene agat, et tamen juste corripi si ea destitutus non bene agat. 313. Quanam occasione S. Augustinus tractat de gratia primi hominis et angelorum. *Ibid.* Dixit ipsos ad perseverandum indiguisse gratia efficaci. *Ibid.* Adjutorium sine quo non et adjutorium quo est-ne fundamentum doctrinæ S. Augustini de gratia? *Ibid.* et 314-321. Sanctus Augustinus contra Pelagianos ex oratione infert necessitatem specialis gratiæ supernaturalis. 327. Quomodo intelligitur illud celebre effatum S. Augustini in Epist. ad Galat. : *Quod amplius non delectat, secundum id operemur necesse est?* 412. Sanctus Augustinus observat Romanis, propter quosdam bonos eorum mores, mercedem temporalem fuisse redditam. 466. Liberum arbitrium dicitur a S. Augustino amissum peccato Adæ, non quod sit extinctum quoad substantiam, sed quia deterius est factum et debilitatum quoad bonum. De hac doctrina sese explicat disertis terminis in suo libro 1 ad Bonifacium etc. IV, 85. Defendit enim liberum arbitrium. *Ibid.* Impugnat necessitatem peccandi. *Ibid.* Urget Stoïcos libertatem humanam destruentes. 96. Probat contra illos philosophos præscientiam Dei stare cum

nostri arbitrii libertate. *Ibid.* Sanctus Augustinus retractavit quod dixerat nimis generaliter quod *Deum habere est nosse*, quia hoc verificare non potest de notitia Dei in hac vita. V, 23. Explanatur ejus retractatio. *Ibid.* S. Augustinus, nomine coactionis, in definitione liberi arbitrii non intelligit coactionem stricte sed paulo latius sumptam pro necessitate, et spontaneum pro libero. 97. Sanctus Augustinus non sumit opinionem sicuti nos, pro assensu ex motivo probabili, sed pro errore in quo quis obstinate perseverat. 246. Sanctus Augustinus non agnoscit virtutes perfectas et christianas in infidelibus. 272. Necessitas non sumitur a S. Augustino sicut hodie sumitur in Ecclesia et schola. 347. Sæpe loquitur de quacumque ignorantia juris naturalis et positivi : ideo Jansenio non favet. *Ibid.* Quando loquitur de ignorantia, intelligendus est de ignorantia vincibili ideoque culpanda. 345. Nihil certi habuit circa modum quo traducitur peccatum originale. 376. Fuit anxius et incertus circa pœnas parvulorum. 414. S. Augustinus variis in locis primatum Romani pontificis asserit. V, 162. Quænam est ejus sententia circa quæstionem infallibilitatis? 181. Habet-ne judicium Innocentii I contra Pelagianos pro ultimo et irreformabili? 192. Quænam fuit ejus sententia circa causam agitatam inter S. Cyprianum et S. Stephanum? 198. Nunquam negavit infallibilitatem concilii generalis. 235. Quidquid bene fit Deo fit, quia ex ejus præcepto fit. S. Augustino in hoc suffragatur S. Thomas. 319. Causa adispiscendæ beatitudinis præcipimur agere quidquid agere debemus. 330. Quid docet Augustinus de virtutibus infidelium? *Ibid.* Sumit sæpe charitatem lato sensu pro amore boni honesti. 332. Sumit etiam aliquando illam stricto sensu. *Ibid.* Controversia S. Augustini cum Juliano. 333. Erat, juxta S. Thomam, de operibus bonis ad malum finem relatis. *Ibid.* Quibus utendum est ut pervenire possimus ad beatitudinem. 335. Opera quæ sunt sine fide per dilectionem operante, ex recto tamen fine naturali fiunt, Vocat Augustinus peccata lato sensu. 335. Sententia S. Augustini circa divisionem et distinctionem præceptorum Decalogi communiter accipitur. VIII, 29. Habuit rata sacramenta collata a malis ministris, quicumque fuerint. Quid ergo dicendum est de textibus qui huic doctrinæ contrarii videntur. VIII, 291. Fuit-ne dubius circa validitatem baptismi ludicre et mimice collati? 301. Quo sensu agnoscit in ecclesia catholica fallaces, et in hæresi veraces? 323. Dubitavit-ne an baptisma collatum mimo omnino ludicre et jocose adeoque sine externa intentione esset validum? 324. Probat contra Donatistas sanctitatem et conscientiam ministri non esse necessariam ad veritatem sacramenti. *Ibid.* Quid dicendum est de dubio S. Augustini circa epistolas S. Cypriani, in quibus S. Cyprianus errorem Rebaptizantium defendit? 339. Distinguit tria tempora respectu legalium : 1° ante passionem ; 2° a passione ad Evangelii promulgationem ; 3° post Evangelii promulgationem. 381. Laudat leges ab imperatoribus latas adversus sacrificia Paganorum. 443. Sancti Patres pro diversitate argumentorum, diverso dicendi genere usos fuisse testatur S. Augustinus. IX, 53. Ejus tempore invaluisse opinionem de præsentia reali falso contendit Zuinglius. 57. Panem benedictum et eulogias lato sensu sacramenta vocat. 66. Hoc præceptum : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis*, etc., intelligit de manducatione reali pro adultis, et de manducatione spirituali et mystica pro parvulis. 153. Tenuisse realem sumptionem Eucharistiæ necessariam esse parvulis necessitate medii falso quidam dicunt. *Ibid.* Quotidie Eucharistiæ communionem accipere, nec laudat, nec vituperat. 161. Expenditur mens S. Augustini circa scientiam mediam. 203.

Augustus, Archelao Herodis filio et successore Viennam in exilium pulso, Judæam in provinciam redegit Romanam, misso ad eam administrandam procuratore seu præside, primum Caponio, deinde Pilato, jusque gladii Judæis ademit ; unde Judæi, tempore passionis Christi, dicebant : *Nobis non licet occidere quemquam : non habemus regem nisi Cæsarem.* II, 325.

Aurea est corona. Significat præmiam essentiale beatorum. IV, 45.

Aureola, parva corona superaddita majori coronæ. Significat beatorum præmium accidentale et diminutum. IV, 45. Aureola proprie existit in mente ; est enim gaudium de operibus illis quibus aureola debetur. *Ibid.* Ex gaudio aureolæ redondat aliquis decor in corpore. *Ibid.*

Aurifici possunt-ne emere arte facta aurea vel argentea, æstimando tantum pondus materiæ et non artificium, quamvis forte nullo aut modico labori possint adhuc vendi? VII, 97. Eximuntur-ne a lege jejunii? VIII, 100.

Aurora est crepusculum diei seu lucis, quod est ante ortum seu apparitionem corporis solis supra nostrum hemispherium. IX, 218.

Authenticitas. Authenticitas Vulgatæ editionis in hoc sita est, juxta communiorem sententiam, quod nihil contineat fidei aut bonis moribus repugnans, ex quo perniciosus error natus sit sequi. III, 168.

Authenticum a jure mutuati sunt theologi. In jure autem est : Scriptum aliquod quod ex se fidem certam et infallibilem facit in judicio, et ita supremæ est auctoritatis, ut a nullo rejici vel in quæstionem verti debeat. V, 76.

Auxilium. Utrum Deus omnibus provideat auxilia sufficientia ad salutem? I, 297. Quid debet intelligi per auxilium seu gratiam

sufficientem? *Ibid.* Plures dantur definitiones. *Ibid.* Tandem juxta Thomistas, auxilium seu gratia sufficiens est, quæ quidem confert potentiam proximam vel remotam ad bene operandum; sed nunquam actualem operationem, nisi superveniat alia gratia seu concursus, non solum concomitans, sed natura præveniens, qui vi sua voluntatem ad consensum inclinet et determinet. 398. Deus vi voluntatis quam habet salvandi omnes per Christum et propter Christum, præparat in communi omnibus auxilia generalia sufficientia ad salutem. *Ibid.* Præcepta naturalia observari non possunt sine auxiliis sufficientibus. 298. Juxta Arnaldum voluntas qua Deus hominibus præparat auxilia sufficientia ad salutem, illos in particulari respicit, unde vi illius voluntatis antecedentis nihil posset inferri pro auxiliis sufficientibus omnibus ad salutem præparatis. 299. Quæ responsio ad hæc? *Ibid.* Utrum non solum præparentur in communi, sed et offerantur, imo et conferantur omnibus et singulis auxilia sufficientia ad salutem? 299. Omnes theologi admittunt contra Jansenium et Jansenistas, a Deo vi voluntatis antecedentis per Christum præparari et provideri in communi media seu auxilia sufficientia ad salutem omnium; quidam tamen existimant Deum ea de facto quibusdam denegare, non quidem justis, quia id damnatum est in prima propositione Jansenii, sed quibusdam aliis : 1° infidelibus; 2° obduratis et excæcatis; 3° parvulis sine baptismo morientibus, in pœnam præcedentis peccati, vel originalis, vel actualis. *Ibid.* Auxilia sufficientia intrinsece recepta esse semper necessaria ad salvandam possibilitatem sive salutis sive mandatorum Dei non existimamus; modo tamen nulli denegentur in pœnam, sed unicuique ita offerantur et præsto sint, ut si eis careat, non ideo sit quia Deus ipsi denegat, sed quia recipere detrectat, ita vult Gonet. *Ibid.* Quæstio momentosa variis modis proponitur : 1° universim, an Deus conferat omnibus auxilia sufficientia ad salutem; 2° an omnibus adultis conferat auxilia sufficientia ad observantiam mandatorum, quando hic et nunc urgent; 3° an omnibus adultis infidelibus seu peccatoribus fidelibus obduratis et obcæcatis conferat auxilia sufficientia sive ad fidem, sive ad conversionem; 4° utrum et parvulis non desit. 300. Auxilium sufficiens non consistit in indivisibili, sed admittit latitudinem; aliudque est proxime, aliud remote sufficiens. *Ibid.* Explicatur hæc distinctio auxilii sufficientis. *Ibid.* Certo constat apud omnes auxilium sufficiens non æqualiter distribui omnibus, ex cujus propositionis probatione sequitur non omnes habere auxilium proxime sufficiens sive ad fidem, sive ad conversionem, sive ad observantiam mandatorum. *Ibid.* Deus nedum in communi præparat, sed etiam in particulari confert omnibus et singulis hominibus moraliter viventibus pro loco et tempore auxilia proxime vel remote sufficientia ad salutem, juxta cujusque conditionem et exigentiam; ita ut si aliqui vel mandata non observent et non observando peccent, vel ad fidem aut ad pœnitentiam non convertantur, ac tandem salutem non consequantur, hoc non se tenent ex parte Dei, quasi illa auxilia ulli deneget in pœnam præcedentis peccati, sed ex parte hominum qui vel illa oblata respuunt, vel illis receptis non utuntur aut abutuntur. Hæc conclusio licet non sit omnino certa et a multis etiam Thomistis impugnetur, videtur tamen nobis divinæ bonitati conformior, et veritati. *Ibid.* Sanctus Prosper probat Deum nulli prorsus homini auxilium sufficiens denegare. 302. Ex S. Scriptura probatur Deum nemini denegare auxilia proxime vel remote sufficientia ad observantiam mandatorum, quando hic et nunc urgent, adeoque ad vitanda omnia peccata. 303. Si homines essent impotentes ad implenda præcepta et carerent auxiliis sufficientibus ad illa observanda, non peccarent ea transgrediendo, quamvis talis impotentia et carentia proveniret ex peccato. Ita putat Gonet. 304. Cum Deus nulli prorsus deneget commune auxilium custodiæ angelorum, colligitur quod etiam alia communia nulli deneget. 307. Cur infideles et peccatores obcæcati illustrationibus et excitationibus cœlitus immissis non attendunt. *Ibid.* Circa naturam auxilii sufficientis non una est omnium sententia. Quidam illud reponunt in libero arbitrio semper ad bonum flexibili quandiu homo vivit. Sed hæc opinio generaliter sumpta Pelagiana est, reprobata in pluribus locis a S. Augustino. 307. Quidam reponunt in libero arbitrio non se solo, sed quatenus potest semper adjuvari auxilio. *Ibid.* Auxilium oblatum a quibusdam Thomistis reponitur in quadam qualitate habituali quæ facultatem instar prioris dispositionis elevet, bonisque actibus exercendis remote potentem efficiat. 308. Quidam dicunt situm esse in piis motionibus et illustrationibus, seu potius in divina motione has illustrationes et pios motus excitante et causante. *Ibid.* Illæ piæ interiores illustrationes et excitationes varie distinguuntur : quædam enim sunt naturales intitative, et supernaturales tantum quoad modum; e contra, quædam sunt supernaturales entitative et naturales objective; aliæ sunt tandem supernaturales absolute et ex omni parte tam entitative quam objective et quoad modum. *Ibid.* Quomodo intelligitur voluntatem creatam respuere auxilium oblatum seu ei obstaculum ponere. Quæ responsio? *Ibid.* Solvuntur objectiones variæ et multæ circa hanc materiam. 309 ad 319. Impotentia adimplendi præceptum, orta saltem ex propria culpa, non excusat. 312. Multi infideles quo auxilio carent ad fidem? 313. Quodnam est auxilium infidelibus collatum; est-ne naturale vel supernaturale? 314. Quidam censent istud auxilium esse en-

titative naturale, sed supernaturale quoad modum. *Ibid.* Alii existimant istud auxilium esse entitative supernaturale. 315. Hoc ipso quo Deus patitur peccatorem vivere et uti ratione, vult misericorditer ipsum esse in statu assequendæ salutis, alias non differret a damnato; consequenter confert ipsi auxilia sufficientia ad salutem. 318. Impii carent-ne auxilio orandi? *Ibid.* Proponuntur objectiones et solvuntur ex insufficientia auxilii. 359. Auxilium ultra quod requiritur aliud, est-ne sufficiens in suo ordine? 360. Qua culpa Deus denegat auxilium per se efficax quem omnibus paratus est dare; an culpa præsenti, an præterita; an originali, an intellectuali? *Ibid.* et 361. Posita sufficientia gratiæ ex parte potentiæ, ita, reipsa, mandatum est possibile non habenti auxilium efficax, ut jure possit reprehendi et damnari si non servet. 360. Deus est provisor generalis circa omnes et provisor specialis circa electos : ut provisor generalis, vult voluntate antecedente salutem omnium et eam æqualiter; seu similiter curat, quatenus omnibus providet communia auxilia secundum cujusque capacitatem et debitum, imo supra debitum. At ut provisor particularis, aliquos ex omnibus speciali amore dilectos seligit quibus specialia auxilia prævidet, ne communibus sua fragilitate deficiant. 423.

Omne auxilium efficax communius observant non esse ejusdem conditionis et virtutis. III, 314. Aliud est movens tantum et applicans potentiam ad agendum; aliud non solum movens et applicans, sed simul sanans et roborans. Primum dicunt necessarium fuisse et Adamo et angelis, ratione dependentiæ a Deo in agendo; non secundum : qua natura eorum cum esset sana et integra, non indigebat auxilio medicinali et sanativo, quali indiget nunc nostra natura infirma et vulnerata, cui proinde est necessarium auxilium quod sit non solum movens et applicans, sed etiam sanans et roborans. *Ibid.* et 315. Observant vero S. Augustinum, cum a statu naturæ innocentis excludit auxilium *quo* et efficax, loqui de auxilio sanante et roborante, non de adjuvante simpliciter et applicante. *Ibid.* Datur auxilium supernaturale supplens vices habituum fidei, spei et pœnitentiæ ad eliciendos actus fidei spei, et pœnitentiæ in catechumenis et pœnitentibus nondum justificatis. 317. Motio generalis qua Deus ut primus et universalis motor, tam in ordine naturæ quam in ordine gratiæ, applicat potentiam et virtutem præexistentem secundum ejus exigentiam et consuetum rerum cursum ad actus ipsi proportionatos, pertinet-ne ad auxilium speciale gratiæ? 322. Generalis Dei motio potest considerari dupliciter : 1° respective ad naturam secundum se : 2° respective ad hoc vel illud individuum hujus naturæ, cui præ alio datur. Considerata respective ad naturam secundum se, non debet dici auxilium speciale nec gratuitum, sed generale quo Deus movet unumquodque secundum suum modum. 338. Considerata vero respective ad individuum cui præ altero datur, debet dici auxilium speciale et gratuitum. *Ibid.* Qui requirunt auxilium speciale gratiæ, non intelligunt virtutem superadditam et supra cursum naturæ collatam, sed ipsam motionem uni præ alio gratis. *Ibid.* Auxilium speciale perseverantiæ non consistit in aliquo indivisibili, neque eodem modo datur omnibus, sed plura includit et intrinseca et extrinseca. 366. Quoad auxilium quo nos adjuvare possunt sancti. *Vide* SUFFRAGIUM. Nomine auxilii sufficientis intelligimus id omne quod Deus nobis concedit ut possimus facere opus salutare, ita ut non defectu auxilii, sed hominis se divino auxilio subtrahentis bonum omittatur aut malum fiat. 397. Auxilium sufficiens non consistit in aliquo uno determinato indivisibili, sed in pluribus concurrentibus ad actus nostros, unoquoque in suo genere et inadæquate. *Ibid.* Variæ sunt auxilii sufficientis divisiones : 1° divitur in externum et internum. *Ibid.* 2° Dividitur in morale et physicum. *Ibid.* 3° Dividitur in proximum et remotum. *Ibid.* 4° Posset dividi auxilium sufficiens in collatum et oblatum. 398. Justus per bonum opus præsens potest-ne mereri auxilium efficax ad bonum opus sequens? 465. Non omnibus probatur auxilium efficax cadere sub merito. *Ibid.*

AVARITIA. Nomen avaritiæ desumptum est ab *aveo* seu cupio. Generaliter sumptum, significat inordinatum amorem habendi quamcumque rem, sive divitias, sive honorem, sive sanitatem, etc. Specialiter sumptum significat inordinatum amorem habendi possessiones seu divitias. VIII, 25. Avaritia est immoderatus amor divitiarum. *Ibid.* Avaritia partim opponitur justitiæ, et ex ea parte est ex genere suo peccatum mortale; partim opponitur liberalitati, et ex ea parte est ex genere suo peccatum veniale tantum. *Ibid.* Avaritia potest considerari dupliciter et modo quo sensu opponitur justitiæ est ex genere suo peccatum mortale. *Ibid.* Peccatum avaritiæ secundum quid est turpius et gravius aliis peccatis, simpliciter autem est minus grave. *Ibid.* Nullum vitium ad plura scelera impellit quam avaritia. *Ibid.* Avaritia vocatur *idolorum servitus.* Dicitur peccatum periculosum et insanabile. Est medium inter peccata pure spiritualia et pure corporalia. 26. Avaritia est vitium capitale. *Ibid.* Sunt septem filiæ avaritiæ. quas enumerat D. Gregorius, lib. XXXI, Moralium, cap. 31. Scilicet : *obduratio cordis* contra misericordiam, *inquietudo, violentia, fallacia, perjurium, fraus et proditio. Ibid.*

AVARUS et prodigus idem potest esse simul. VIII, 26.

AVENIONE Clemens V sedem SS. Pontificum primus fixit, ubi permansit plusquam

septuaginta annis, usque ad Gregorium XI. V, 248.

Aversio a Deo est quid commune omnibus peccatis. IV. 279.

Aves creatæ sunt quinta die creationis, sed difficultas est utrum non solum pisces, sed etiam aves sint productæ ex aqua. Alii negant, voluntque aves esse productas ex terra. Alii et communius affirmant : utrique fundati in S. Scripturæ textu : *producant aquæ reptile animæ viventis et volatile super terram... produxerant aquæ in species suas, et omne volatile*, etc. II, 255 et 236. Motus et garritus avium manifestissime non sunt causa futurorum eventuum ; unde ex his tanquam ex causis futura cognosci non possunt. VII, 381.

Avitus (S.) agnoscit summum pontificem ut supremum judicem in causis fidei. V, 188. Quid scripsit ad Urbis senatores occasione Symmachi papæ? 212.

Avocans religiosum a monasterio vi vel fraude tenetur-ne ad restitutionem? VI, 276. Sublata vi vel fraude, si avocatus non vult redire ad monasterium, aut si monasterium non vult amplius eum recipere, avocans tenetur-ne adhuc ad aliquam restitutionem? 277.

Azymorum festum qua occasione institutum fuit? Complectebatur septem dies integros quorum primus et ultimus erant solemnissimi. IX, 103.

Azymus. Multæ sunt opiniones circa azymum et fermentatum. IX, 117. In azymo vel fermentato pane triticeo corpus Christi conficitur : unde Domini corpus conficere debent, unusquisque juxta suæ Ecclesiæ, sive occidentalis, sive orientalis consuetudinem : sunt verba concilii Florentini. 118. Azymus panis est verus panis. *Ibid.* Christus non consecravit in fermentato. *Ibid.* Uti azymis in consecratione Eucharistiæ non est cæremonia legalis. 119. Si enim desit azymus in Ecclesia latina, sacerdos non potest celebrare et etiam ad communicandum infirmum, alioquin sine viatico moriturum. *Ibid.*

B

Baccalaurei Universitatis Lovaniensis, ut referunt Fasti academici Lovanienses, adhæsere constitutioni Gregorii XIII, bullam Pianam confirmanti, contra Baium, voce consona conclamantes : *articulos damnamus, bullam reverentes suscipimus atque obedientiam pollicemur*. III, 268.

Baius *et* Baianismus. Baius, natus Melini in territorio Athensi anno 1513. Doctorali laurea Lovanii insignitus 1550, ad concilium Tridentinum a Philippo II, Hispaniarum rege, missus anno 1563, multa scripsit, in pluribus erronee. III, 267. Anno 1576, S. Pius bulla *Ex omnibus* afflictionibus septuaginta sex propositiones damnavit tacito nomine Baii, tum ne inde Baius exasperaretur et ut ejus famæ consuleretur, tum quia non omnes propositiones sunt Baii, quamvis omnes vulgo dicantur Baianæ. *Ibid.* Eodem anno, Morillonius, vicarius generalis cardinalis Granvellani archiepiscopi Mechliniensis, hanc bullam legit et promulgavit coram stricta facultate theologica Lovaniensi. *Ibid.* Anno 1569 Baius dedit litteras SS. pontifici, quibus conqueritur se nullum bullæ transsumptum potuisse obtinere; simul apologiam misit in qua exponit plures propositiones damnatas sibi falso imponi, et eas ad mentem S. Augustini esse veras. SS. pontifex apologia et propositionibus novo examine discussis, rescripsit Baio esse obediendum, ipsique et cæteris prædictarum propositionum defensoribus perpetuum pro earum assertione silentium imposuit. *Ibid.* Breve apostolicum Morillonius Baio reddidit, qui post aliquas instantias propositiones ejuravit. *Ibid.* Anno 1579, cum nonnulli has propositiones propugnare pergerent, Gregorius XIII. S. Pii V successor constitutione *Provisionis nostræ*, bullam Pianam confirmavit. *Ibid.* Hanc constitutionem Franciscus Toletus, postea cardinalis, Lovanium missus, jussit in numerosissimo totius academiæ consessu, legi per Conrardum Sylvium, universitatis notarium. Omnes, tam Michael Baius quam doctores, licentiati, baccalaurei, huic bullæ adhæsere. 268. Bullam Pianam quantum ad formam non habere vim legis contendunt fautores Baii et Jansenii. *Ibid.* Quantum ad materiam disputant de positione cujusdam commatis, ex qua sequeretur quasdam propositiones posse sustineri in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento. 269. Tandem graves theologi docent quasdam propositiones esse damnatas ut temerarias aut scandalosas aut offensivas, non ut falsas et hæreticas. *Ibid.* Cum juxta bullam Pianam, nonnullæ propositiones Baianæ aliquo pacto sustineri possint, unde potest cognosci et discerni sensus damnatus a non damnato. *Ibid.* et 279. Jansenio præiverant Lutherus, Calvinus et Baius in propositionibus damnatis. 278. Jansenius et Baius non agnoscunt amorem Dei naturalem. 340. Hanc 67am propositionem Baii : *Homo peccat etiam damnabiliter in eo quod necessario facit*, damnaverunt S. Pius V et Gregorius XIII. IV, 86. Asseclæ Jansenii et Baii censent hominem peccare damnabiliter in eo quod necessario facit. 342. Baius omnia infidelium opera esse peccata dicebat. Hæc propositio a tribus summis pontificibus damnata est. V, 321. Omnia quæ fiunt ab homine procedere vel a cupiditate et esse malum, vel a charitate et esse bonum contendit. IX, 303. Affinis est Lutheri erroribus. *Ibid.*

Balaam in veteri Testamento et Giezi crimen simoniæ commiserunt. VII, 425.

Balsamum verum adhuc reperitur. IX, 14: est-ne rarissimum? *Ibid.* Balsamum Indicum non est adulterinum. 16. Potest adhiberi loco balsami Arabici. *Ibid.* An balsamum sit necessario adhibendum in confirmatione? *Ibid. Vide* Confirmatio. Parva quantitas balsami brevi et facile pervadit omnes partes olei. 17.

βαυαυσία opponitur per excessum magnificentiæ. Et redditur latine, consumptio seu inepta operositas. VIII, 48.

Bannum est vox germanica, significans edictum, seu publicam proclamationem : igitur banna sunt publicæ denuntiationes futuri matrimonii inter tales personas. X, 120. Publicæ denuntiationes futuri matrimonii sunt necessario præmittendæ matrimonio, necessitate præcepti, non sacramenti. *Ibid.* Exponitur decretum concilii Trid. *Ibid.* Bannorum proclamationes debent fieri a proprio contrahentium parocho. Proclamationes fieri debent ter tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia. 121. Ordinarius potest dispensare a proclamatione bannorum ex legitima causa. *Ibid.* Utrum non sint aliquando repetendæ denuntiationes? *Ibid.* Quas pœnas incurrunt tam parochus assistens quam contrahentes matrimonium sine præviis proclamationibus aut legitima dispensatione? *Ibid.* Qui post unam aut duas proclamationes contrahit matrimonium incurrit-ne has pœnas? 122.

Baptismus. Deus saluti parvulorum, attenta eorum conditione, sufficienter providit per institutionem baptismi, quatenus est institutus pro omnibus, et omnibus conferri potest. I, 316-319. Qui vi coactus recipit baptismum, recepit-ne valide etiam renitente voluntate? IV, 65. Dubium exprimitur circa baptismum collatum in aqua rosacea. IV, 188 et 189. Pelagiani dicebant baptisma conferri infantibus non in remissionem peccati, neque ad consequendam vitam æternam, sed ut haberent jus ad regnum. 366. Solo voto baptismi homo salvari potest, sine reali ejus susceptione. V, 27. Baptizandus init cum Deo pactum. VIII, 228. Verba Christi in Joan., 3. « Nisi quis renatus fuerit ex aqua » et Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei, » non sunt intelligenda figurate de renovatione interiori per Spiritum sanctum, sed de vero baptismo aquæ. 247. Aliud est ministerium baptizandi, aliud concionandi. *Ibid.* Baptismus infanti collatus est validus et confert illi gratiam regenerantem, non ex fide aut merito ministrantis; collatus enim a malo ministro, infideli vel pagano, validus est; non ex fide, merito, aut dispositione suscipientis, hujus est enim incapax. 248. Fides Ecclesiæ supplet in baptismo fidem quæ deest infantibus. *Ibid.* Baptismus est sacramentum mortuorum. 261. Baptismus et pœnitentia dicuntur sacramenta mortuorum, quia supponunt subjectum mortuum per peccatum et privatum vita spirituali gratiæ. *Ibid.* Baptismus confert characterem. 274. Baptismus pertinet ad recipientes, quia per illum confertur potentia valide recipiendi alia sacramenta. *Ibid.* Qui baptizati erant baptismo Joannis, iterum debebant baptizari baptismo Christi; qui vero erant baptizati a Juda baptismo Christi, non iterum baptizabantur : ergo baptismus Christi a perverso etiam ministro collatus et validus, quoniam semper est baptima Christi qui baptizat in Spiritu sancto. 286. Baptizatus ab hæretico seu peccatore baptizatur a mortuo tanquam ab instrumento, et baptizatur a Christo vivente tanquam a causa principali. Insuper fatemur baptizato ab hæretico nihil prodesse baptismum, nisi transeat ad corpus Christi, quod est Ecclesia. 289. Recipiens baptismum si non teneat rectam fidem, baptismo non mundatur, sed polluitur, ait S. Ambrosius. 290. Qui baptizantur ab hæreticis generantur filii Dei ab Ecclesia, quia ejus sunt sacramenta quæ ministrant hæretici. Baptisma ab ipsis collatum est validum. 293. Sacerdos et a fortiori laïcus existens in peccato mortali, non peccat saltem graviter baptizans in casu necessitatis; secus ministrans in aliis sacramentis : ita communiter cum Auctore contra paucos. 295. Quid dicendum de puero Hebræo quem pueri ludentes cum eo in littore maris baptizarunt? 303. Ratum-ne fuit hoc baptisma? 304. In baptismo non exercetur judicium de peccatis remittendis aut retinendis; ideo ante ejus receptionem non est necessaria eorum confessio. 312. Quædam synodi prohibent rebaptizari etiam sub conditione baptizatos ab hæreticis. 319. Innocentius IV definivet-ne ad integritatem baptismi sufficere intentionem externam, nec ullatenus requiri internam? 321. Baptisma fallaciter et animo simulato traditum et susceptum in ecclesia fuit-ne habitum a S. Augustino ut ratum et validum? 323. Pagani, etc. perficientes serio ritum externum baptismi possunt-ne habere intentionem faciendi rem sacram? 332. Plures fuerunt hæretici qui ab aliis sectis et etiam a catholicis baptizatos rebaptizabant. 339. Controversia inter S. Cyprianum et S. Stephanum de baptismo hæreticorum. 240 ad 244. Quæstio de baptismo hæreticorum fuit-ne dogma fidei in concilio Nicæno, vel tantum in concilio Trid. 342. Baptizandi qui non habet potestatem non potest baptizare. *Ibid.* Baptizans fallaciter et animo simulato habet-ne intentionem interiorem aut exteriorem tantum? 347. Controversia de baptismo hæreticorum reipsa fuit definita, si non formaliter et explicite, saltem illative et per necessariam consequentiam. 353. Omnis baptizatus non est subjectum capax omnium sacramentorum. 358. Omnis homo viator est subjectum capax baptismi. *Ibid.* Solus homo baptizatus est subjectum capax aliorum sacramentorum. *Ibid.* Ad receptionem baptismi sufficit-ne intentio implicita illum recipiendi, inclusa, puta, in

vita christiana, vel proposito vivendi christiane? 360. Ecclesia cur approbat baptisma metu suppliciorum susceptum? 362. Metu baptizati tempore regis Sisebuti ad mores christianorum a concilio Toletano coacti sunt. *Ibid.* Quæ sunt differentiæ præcepti receptionis baptismi et præcepti receptionis Eucharistiæ? 363. Baptismus est institutus non solum in remissionem peccati originalis, sed etiam actualis quod proprio consensu committetur? *Ibid.* Baptismus est omnibus simpliciter necessarius. 371. Quid docet decretum concilii Florentini pro instructione Armenorum circa baptismum? 374. Canones concilii Tridentini de baptismo. 375. Baptismus est vox græca idem grammaticaliter significans ac immersio vel intinctio, ideo apud Græcos et Hebræos baptismus usurpatur pro lotione seu ablutione. 376. Sensu metaphorico, baptismus significat afflictionem qua homo instar aquæ mergitur et absorbetur : et inde baptismi nomen pœnitentiæ et martyrio accommodatur : pœnitentia enim dicitur baptismus flaminis, martyrium baptismus sanguinis; Item sensu metaphorico usurpatur etiam baptismus ad significandam remissionem peccatorum et gratiarum copiosam effusionem; tandem vox *baptismus* aliquando adhibetur ad significandum diluvium generale et transitum maris Rubri. *Ibid.* Præter vero has grammaticales et metaphoricas significationes, baptismus S. Scripturæ et Ecclesiæ significat primum ex septem sacramentis. *Ibid* Potest considerari vel physice, vel metaphysice. *Ibid.* Sacramentum baptismi physice consideratum recte definitur : *Ablutio corporis sub præscripta verborum forma. Ibid.* Baptismus metaphysice sumptus, recte definitur a Catechismo Romano : *Sacramentum regenerationis per aquam in verbo;* quidam addunt ad majorem explicationem, *expressivo sanctissimæ Trinitatis. Ibid.* Baptismus dicitur sigillum, sacramentum fidei, illuminatio, lavacrum regenerationis et renovationis, sepultura hominis cum Christo, intromissio non manu facta. *Ibid.* In sacramento baptismi tria importantur, scilicet : sacramentum; res tantum sacramenti; res et sacramentum simul. *Ibid.* Baptisma non ducit originem a lustrationibus et baptismatibus Gentilium et Hebræorum, 377. Baptismus pessime a Socino confunditur cum doctrina evangelica. *Ibid.* A sectariis male reponitur in hoc quod sit signum nudum gratiæ susceptæ, aut cooptationis in societatem fidelium. *Ibid.* Baptismus institutus fuit a Christo. Variæ tamen sunt sententiæ de tempore quo institutum fuit baptisma a Christo. *Ibid.* Christus sacramentum baptismi instituit ante suam passionem, quando scilicet in Jordane fuit baptizatus. *Ibid.* Baptismus suam habet efficaciam a passione Christi. 379. Baptismus licet esset institutus ante resurrectionem, non erat tamen in præcepto. *Ibid.* Quando lex baptismi cœperit obligare, non una et eadem est sententia. *Ibid.* In quo differt sacramentum pœnitentiæ a sacramento baptismi? 381. Baptismus non fuit in præcepto ante passionem et resurrectionem Christi. 381. Una ex perfectionibus baptismi est ut nos configuret morti et resurrectioni Christi. *Ibid* Videtur probabilius baptismum fuisse in præcepto statim post passionem et resurrectionem Christi. 382. Lex baptismi ante passionem non obligabat gentiles. *Ibid.* A resurrectione Christi ad Pentecosten baptismus fuit peccati originalis remedium; ignorantibus vero circumcisio in quantum erat fidei protestatio. 384. Quædam loca veteris Testamenti de baptismo figurative et prophetice sunt intelligenda. 385. Baptismi materia est aqua. Aqua in baptismo est materia remota. Applicatio aquæ ad corpus, seu ablutio est materia proxima. 384. Omnis et sola aqua vera et elementaris est materia remota baptismi. *Ibid.* Aquæ proprietates conveniunt effectibus baptismi. 385. Baptismus in quanam aqua valide fieri potest? In quibus aquis est invalidus? 386. Aqua amittere potest suam veritatem et simplicitatem : 1° per mixtionem alterius corporis; 2° per alterationem; et hoc utrumque fieri potest sive per naturam, sive per artem. *Ibid.* Species et natura aquæ intelligitur ex usu et æstimatione communi hominum. Si species aquæ non solvitur, fieri potest baptismus; si solvitur, fieri non potest. *Ibid.* Aqua benedicta et consecrata in baptismo descendit-ne ex apostolorum traditione. *Ibid.* Aqua baptismo sive privato sive solemni adhibenda, debet necessario, non necessitate sacramenti, sed præcepti, esse consecrata seu sacro chrismate delibuta et benedicta illo anno, Sabbato sancto aut vigilia Pentecostes, si haberi potest. *Ibid.* An gravis vel levis sit obligatio aquam benedictam adhibendi in baptismo, disputatur. Quid pro praxi notandum est? quæ in rituali præscripta sunt, observari debent. 387. Vox *igni* in his verbis S. Joannis : *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni*, quomodo est intelligenda? 388. Quid de Judæo qui in itinere baptizatus est a comitibus arena juxta Moschum et Nicephorum? 389. Alii liquores non æqua ablutionem significant ac aqua. Aqua significat mysteria quæ in baptismo celebrantur et quibus justificamur. Aqua adhibetur in baptismo voluntate Christi, ratione suæ communitatis et abundantiæ, ratione baptismi, qui est generatio spiritualis, quod maxime congruit aquæ. 389. Duodecim primis Ecclesiæ sæculis baptismus communius per immersionem administratus fuit. Aliquando tamen adhibita est effusio vel aspersio. Trina vel immersio, vel effusio vel aspersio, olim communius, sicut et nunc, adhibita fuit. Hic ritus mutatus fuit apud Hispanos sæculo sexto. 389 et 390. Validum est baptisma collatum sive per immersionem, sive per infusionem, sive per aspersionem. *Ibid.* In multis casibus aspersio aut infusio sola adhiberi poterat. *Ibid.* A sæ-

culo decimo tertio usus baptizandi per effusionem ferme ubique invaluit. Hic usus convenienter adhibetur, saltem apud Latinos. *Ibid.* Quænam aspersio adhibenda est in baptismo? *Ibid.* Trina immersio, sive infusio, sive aspersio, non est de necessitate sacramenti, sed præcepti tantum. 391. Sepultura Christi expressius repræsentatur per immersionem; sed in aliis modis aliquo modo etiam repræsentatur. *Ibid.* Ea in baptismo requiritur aquæ quantitas qua quis possit dici moraliter ablutus. Una vel altera gutta non sufficit; saltem valde dubium est. 393. Ea requiritur ex institutione sacramenti ablutio qua homo dicatur moraliter ablutus. *Ibid.* Ablutio debet fieri in capite, ita ut si fiat in alia parte baptisma sit dubium et iterandum sub conditione. *Ibid.* Est communis Ecclesiæ praxis, quam ritualia præscribunt, præsertim Romanum. *Ibid.* Aqua dubia extra casum necessitatis nunquam est adhibenda; ubi certa haberi potest, in casu necessitatis potest adhiberi. *Ibid.* Aqua debet tangere corpus successive, mediante actione ministri. 393. Quid colligendum de hoc principio. *Ibid.* Casus certi et dubii. Aqua debet immediate tangere corpus. Si tangat capillos aut ungues tantum, dubius est baptismus. Non valet baptisma si aqua tangat tantum vestes aut etiam pelliculam quæ vocatur *galea nativitatis*. 394. Ablutio occisiva duplex est : una occisiva ratione materiæ; alia ex se occisiva. Validum est et baptisma si conferatur per ablutionem occisivam ratione materiæ, puta aqua ferventi aut venenata. Circa baptismum collatum ablutione ex se occisiva, v. g. si infans moriens projiciatur in altum puteum cum prolatione formæ et intentione baptizandi, alii negant illud valere, et alii affirmant. 393 et 394. Quidquid sit de validitate hujusmodi baptismi nunquam licet sic baptizare infantem. *Ibid.* Dum baptismus confertur sub trina immersione aut effusione, quandonam habetur essentia baptismi? 395. Quinam ritus olim observabantur in trina immersione? observanda sunt quæ præscribuntur a Rituali. *Ibid.* Fideles statim post receptionem baptismi olim confirmabantur et Eucharistia reficiebantur. *Ibid.* Formula baptismi apud Latinos hæc est : *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Ista apud Græcos : *Baptizatur* vel *baptizetur servus Christi* N. *in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti.* 396. Forma Græcorum est imperativa vel deprecativa, et juxta recentiores enuntiativa. *Ibid.* Hæc Latinorum forma : *Ego te baptizo in nomine*, etc., est legitima. *Ibid.* Moderni hæretici, quamvis servent formam legitimam in baptizando, eam non reputant tamen necessariam. *Ibid.* Hæc forma Græcorum *Baptizatur* vel *baptizetur*, etc., est etiam legitima et valida. *Ibid.* Non videtur necesse exprimere in baptismo causam instrumentalem. 397. Quare in sacramento baptismi exprimitur causa illius instrumentalis per quam perficitur exterius sacramentum, et principalis a qua tota virtus sacramenti derivatur, licet in formis aliorum sacramentorum non exprimatur. 396. Traditio his verbis : *Te baptizo*, formæ baptismi inserendis favet-ne? 398. Baptismi forma a Christo determinata est dum jussit apostolos baptizare in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Ibid.* Nulla controversia orta est de necessitate horum verborum ante sæculum duodecimum. *Ibid.* Eam diremit Alexander III. Errant qui sententiam contrariam defendunt. *Ibid.* Hic est usus perpetuus et definitiones iteratæ Ecclesiæ. *Ibid.* Hæc verba : *Te baptizo*, vel *baptizatur servus Christi*, vel æquivalentia, quibus exprimitur actus baptismi, sunt omnino necessaria ad valorem sacramenti; ita ut baptisma collatum sine illis, dicendo simpliciter : *In nomine Patris*, etc., sit nullum. 397. Unanimis est Patrum utriusque Ecclesiæ, Græcæ et Latinæ, consensus. *Ibid.* Baptisma, etiamsi in nomine Christi collatum, nullum est sine expressione distincta trium personarum SS. Trinitatis. 399. Baptismus est sacramentum fidei et religionis Christi initiativum : debet in eo exprimi Trinitatis fides. 400. Nicolaûs I, in responso ad consulta Bulgarorum agnovit validum esse baptisma in nomine Christi collatum. *Ibid.* Sed ut privatus auctor id asserit. *Ibid.* Baptisma collatum in nomine Genitoris, et Geniti, et Procedentis ab utroque probabilius nullum est. 405. Baptisma collatum sub hac forma : *baptizo*, aut, *baptizatur in nomine Patris*, etc. absque expressione baptizandi, nullum est. *Ibid.* Baptisma collatum sub hac forma : *Ego te baptizo in nomine SS. Trinitatis*, vel, *in nomine trium Personarum SS. Trinitatis*, vel, *in nomine Dei unius et trini*, vel, *in nomine primæ, secundæ et tertiæ Personæ*, nullum est. *Ibid.* Quid, si quis honoris causa dicat : *baptizo vos*, vel *nos te baptizamus*? 406. Non valet baptisma si minister dicat *in nominibus*, loco *in nomine*. *Ibid.* Irritum tamen non esset si quis diceret : *Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus sancti*. *Ibid.* Præpositio *in*, particula *et*, pronomen *ego*, particula *amen*, non sunt de essentia formæ in baptismo. *Ibid.* Persona baptizandi est exprimenda. *Ibid.* Debet exprimi distinctio inter baptizantem et baptizatum. *Ibid.* Baptismus validus nec licite, ne valide iteratur. 406. Si sit dubium fundatum an aliquis sit baptizatus, sive sit dubium juris, sive facti, debet baptismus, non dico iterari, sed conferri sub conditione dicendo : *Si es baptizatus, non te baptizo. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine*, etc. 407. An infans baptizatus domi ab obstetrice vel ab altero laïco, debeat baptizari sub conditione, dubium est; tutius est eum baptizare. 408. An infans inter catholicos ad valvas templi aut alibi expositus cum schedula aut aliquo testimonio sui baptismi, debeat nihilominus baptizari sub conditione? negant plurimi auctores; affirmant

plures, et quidem tutius. *Ibid.* Baptizatus ab hæretico qui omnia essentialia observavit, est valide baptizatus, nec est denuo baptizandus sub conditione; sed cum raro constet an omnia essentialia servata fuerint, probabilius baptizari debet sub conditione. *Ibid.* Adultus qui sub conditione baptizatur tenetur post sic susceptum baptismum confiteri peccata post primum baptismum commissa. *Ibid.* Quæ sint pœnæ rebaptizantium? *Ibid.* Qui se rebaptizare facit aut patitur, incurrit irregularitatem. 409. Qui rebaptizat dubitans de valore, vel leviter præcedentis baptismi, probabilius non incurrit irregularitatem. *Ibid.* Distinctio trium baptismatum, scilicet, fluminis, Flaminis et sanguinis, frequens est, non solum apud scolasticos, sed etiam apud SS. Patres. Baptismata Flaminis et sanguinis in tantum dicuntur baptismata in quantum supplent vices baptismi aquæ quoad principalem ejus effectum. Baptisma Flaminis dicitur perfecta cordis contritio, seu quilibet actus perfectæ charitatis, includens saltem virtualiter et implicite votum baptismi aquæ. Baptisma Flaminis dicitur a Flamine seu Spiritu sancto, movente cor ad diligendum Deum et pœnitendum de peccatis. Baptisma sanguinis est martyrium pro Christo toleratum, antecedens baptismum aquæ. 409. Baptisma Flaminis seu perfecta contritio, et quilibet actus charitatis perfectæ cum voto baptismi aquæ, supplet ejus vices quoad effectum primarium, scilicet gratiam remissivam peccatorum. 410. Hanc generalem Christi legem, *Nisi quis renatus*, etc. Ecclesia merito intellexit de baptismo aquæ in re vel in voto. 411. Martyrium supplet vicem baptismi aquæ quoad remissionem totius culpæ et pœnæ, tam in infantibus quam in adultis. 412. Martyrium supplet vicem baptismi aquæ quantum ad remissionem culpæ et pœnæ tam in adultis quam in infantibus ex opere operato, non active et physice, sed passive et moraliter. 414. Baptismus aquæ præstat aliis baptismis in ratione sacramenti in modo causandi gratiam, et ob characterem quem imprimit. 417. Baptismus sanguinis est potissimus inter alia baptismata ratione effectus, scilicet gratiæ, quem in eo operatur passio Christo. *Ibid.* Duplex distinguitur minister baptismi: unus solemnitatis, alter necessitatis. Minister solemnitatis iterum est duplex: unus ordinarius et ex officio, alter extraordinarius et ex delegatione. 417. Omnis et solus sacerdos vi suæ ordinationis, est ordinarius minister solemnitatis in baptismo; diaconus vero est tantum minister extraordinarius, et ex delegatione episcopi vel presbyteri. *Ibid.* Jure ecclesiastico effectum est ut episcopi prioribus Ecclesiæ sæculis sibi reservarent munus solemniter baptizandi. 418. Sacerdos quamvis vi suæ ordinationis potestatem habeat baptizandi, non potest ea licite uti, extra casum necessitatis, nisi habeat jurisdictionem ordinariam vel delegatam. Unde peccat si eam non postulet. *Ibid.* Per baptismum annumeratur quis populo christiano. *Ibid.* Diaconus non potest sine necessitate delegari ad baptizandum solemniter. 419. Diaconus baptizans in extrema necessitate, sine commissione episcopi aut sacerdotis, potest probabilius baptizare solemniter. *Ibid.* Diaconus extra necessitatem baptizans solemniter, sine commissione episcopi vel sacerdotis, ex communiori sententia incurrit irregularitatem. *Ibid.* Subdiaconi vel inferiores clerici possunt-ne delegari, saltem a Papa ad baptizandum solemniter. *Ibid.* Quilibet homo ratione utens, sive vir, sive mulier, sive catholicus, sive hæreticus, sive fidelis, sive infidelis, adhibitis essentialibus, materia, forma, et intentione, semper valide baptizat, et in necessitate licite. 420. Baptismus a quocumque collatus in necessitate est licitus, consequens validus; ergo etiam extra necessitatem est validus. *Ibid.* Quid objicit Calvinus contra baptismum a laïcis collatum? 421. Quid contra baptismum a non laïcis collatum objicitur? 422. Quid tandem contra baptismum a mulieribus datum? 423. Utrum et quis ordo servandus si plures adsint puero periclitanti baptizando. *Ibid.* Ratio ordinis peti debet ex dignitate et jurisdictione inter personas servanda. *Ibid.* Obstetrix aut alter laïcus præsente sacerdote excommunicato probabilius debet baptizare. *Ibid.* Quale sit peccatum ordinem statutum sine causa intervertere? *Ibid.* Nemo potest seipsum baptizare. 424. Plures non posse baptizare certum est. *Ibid.* Quod spectat ad validitatem baptismi, quandoque baptismus est ratus, quandoque est irritus. *Ibid.* Unus potest a pluribus baptizari triplici modo. *Ibid.* Non urgente necessitate licet-ne baptizare extra ecclesiam in qua sunt fontes baptismales? 425. Utrum in baptismo solemni requiratur susceptor seu patrinus? *Ibid.* Ad quid tenentur patrini et matrinæ? 426. Quæ conditiones requiruntur ut quis sit patrinus? *Ibid.* Jam distinximus triplicem baptismum, fluminis, Flaminis et sanguinis. Baptismus fluminis est baptismus aquæ; baptismus Flaminis est perfecta contritio cum voto baptismi, et dicitur baptismus in voto; baptismus sanguinis est martyrium. 427. Extra casum martyrii, baptismus aquæ est omnibus necessarius necessitate medii ad salutem, adultis in re vel in voto, infantibus in re. 428. Baptismus est adultis necessarius etiam necessitate præcepti. 429. Constat ex traditione, definitionibus et praxi Ecclesiæ, Christum voluisse baptismum esse omnibus necessarium necessitate medii. 430. Qui post Evangelii promulgationem ex ignorantia invincibili transgreditur præceptum baptismi suscipiendi non peccat, nec propter illius transgressionem damnabitur. *Ibid.* Deus instituendo baptismum pro omnibus providet media sufficientia parvulis secundum eorum conditionem. 432. Votum baptismi et votum

aliorum præceptorum non eodem modo concurrunt ad justificationem. *Ibid.* Votum baptismi est duplex, explicitum et implicitum. Votum baptismi explicitum requiritur in eo cui innotescit baptismus et ejus necessitas. Votum implicitum requiritur illi qui, de aliis articulis fidei instructus, nihil adhuc de baptismo audivit. 433. Sanctificatus in utero, aut via non seminali natus absque peccato originali, debet-ne baptizari? *Ibid.* Viri sancti qui diu baptismum distulerunt non ideo existimabant illum non esse magnæ necessitatis. 430 et 431. Si quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur et iterum ordinetur. 433. Parvuli sunt capaces baptismi, eosque nedum convenit, sed et necesse est baptizare. 434. Infantes in antiqua Lege circumcidebantur : ergo in nova sunt baptizandi. *Ibid.* Doctrina, fides, pœnitentia quæ requiruntur ante baptismum, spectant adultos et non infantes. 435. Votum baptismi a parentibus conceptum pueris in utero clausis nullo modo sufficit. 436. Infans in utero non baptizatur baptismo matris, si forte contingat eam tunc baptizari. *Ibid.* Si corpus pueri ita in utero clausum est ut aqua tangi non possit, inutiliter et illicite tentatur baptisma. 437. Si puer, inchoato puerperio et aperto ostio uteri, possit manu vel syringia aliove instrumento aqua perfundi, sive scissa secundina, sive ea integra manente, probabilius nec licite, nec valide potest baptizari. *Ibid.* Non est iniquum per baptismum pueris non consentientibus jugum Christi imponere. *Ibid.* Si infans caput emiserit et periculum mortis immineat, baptizari debet in capite; nec postea, si vivus evaserit, iterum est baptizandus. 438. At si aliud membrum emiserit quod vitalem indicet motum, in illo, si periculum impendat, baptizetur : et tunc, si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus. 439. Si vero ita baptizatus, deinceps mortuus prodierit ex utero, debet in loco sacro sepeliri. *Ibid.* Mater prægnans a medicis desperata potest-ne aperiri, ut puer extractus valeat baptizari. *Ibid.* Parentes fidelium possunt cogi ut offerant infantes suos baptismo. 440. Baptisma infantibus quorumcumque fidelium, etiam ipsis parentibus invitis, collatum est validum. *Ibid.* Filii quorumcumque infidelium adulti possunt licite, si consentiant, baptizari. Filii hæreticorum possunt licite parentibus invitis baptizari. Filii infidelium mancipiorum possunt invitis parentibus baptizari. Est communis contra paucos. *Ibid.* Pueri infidelium qui principibus christianis non subjiciuntur, vel eis subjiciuntur politice tantum, non possunt licite baptizari invitis parentibus, exceptis certis casibus. 440. Idem dicendum de avo cui amoto patre incumbit cura nepotum. 441. Non autem idem sentiendum de tutoribus. *Ibid.* Exceptis certis casibus, tres communiter assignantur : 1° si puer sit ita morti proximus ut nulla spes vitæ moraliter remaneat, potest secreto baptizari inconsultis parentibus; 2° si puer, sive juste, sive injuste, sit ita a parentum custodia abstractus, ut nulla sit spes reditus ad illos, potest baptizari; 3° si alteruter parentum ad fidem conversus, in baptismum prolis consentiat altero repugnante, potest baptizari proles. *Ibid.* Deus sic legem baptismi statuit ut noluerit transgredientes ad eam cogi derogando juri naturali. 443. Deus præcipit omnes baptizari salvo jure parentum. *Ibid.* Baptismum recipere volens quid agere debet? 445. Ad validam susceptionem baptismi non requiritur in adulto neque fides, neque pœnitentia, sed requiritur et sufficit intentio illum suscipiendi, quæ aliquando fuit, et moraliter perseverat. *Ibid.* Ad licitam et fructuosam susceptionem sacramenti, ultra intentionem et rectam fidem, requiritur in adulto attritio. 445. Peccatores accedentes ad baptismum non debent permittere confessionem sacramentalem. *Ibid.* Peccatores quos pœnitet peccatorum præteritorum sunt baptizandi, non autem qui perseverant in voluntate peccandi. 445. Qui morte præoccupati non potuerunt baptizari, non sunt baptizandi mortui. Vivi juxta Apostolum non sunt baptizandi pro mortuis. 446. Qui habent lucida intervalla, si habuerint aliquando voluntatem baptismi sunt bapizandi necessitate urgente in ipsa amentia. *Ibid.* Infantes sunt quamprimum baptizandi. 447. Parentes peccant si diu illos baptismo offerre differant. *Ibid.* Jure divino non est tempus determinatum, excepto mortis periculo, ultra quod si adultus differat baptismum, peccat mortaliter; tenetur tamen sub mortali peccato non differre diu, nisi ex gravi causa. Jure autem ecclesiastico peccat graviter, si ultra tempus ab Ecclesia institutum differat. *Ibid.* Quanta debeat esse dilatio baptismi ut sit peccatum mortale, est judicio prudentum æstimanda ex qualitate periculi et causæ gravitate. *Ibid.* Duo tempora Ecclesia designavit ad baptizandos adultos, scilicet festum Paschæ et Pentecostes. 448. Quænam sunt causæ differendi baptisma. *Ibid.* Decem menses sunt tempus dilationis ab Ecclesia statutum. 449. Ecclesia potest suo præcepto astringere infideles qui nondum ipsi subjiciuntur duplici modo : 1° indirecte; 2° directe. *Ibid.* Baptismi principalis effectus tam in adultis quam in parvulis est gratia sanctificans cum virtutibus infusis. 455. Hic effectus est æqualis in parvulis, et inæqualis in adultis, ob inæqualitatem dispositionum. 456. Per baptismum remittuntur omnia peccata, tam originale, quam actualia. *Ibid.* Per baptismum remittitur omnis pœna pro peccatis luenda coram Deo, non tamen tolluntur præsentis vitæ pœnalitates. *Ibid.* Ecclesia nullam baptizatis injungit satisfactionem. *Ibid.* Alii effectus baptismi sunt : *incorporatio*, quia per baptismum incorporamur Christo tan-

quam ejus membra; *illuminatio*, quæ est per fidem, cujus baptismus est sacramentum et perfectio; *fœcundatio*, quatenus ratione gratiæ sacramentalis per baptismum collatæ, fœcundamur ad bona opera exercenda; *apertio* regni cœlestis, quatenus baptisma tollit culpam et reatum culpæ, quæ sunt obstaculum quo quis impeditur introire regnum cœleste. 457. Tandem imprimit animæ characterem indelebilem quo fit ut iterari nullo modo possit. 458. Duplex fictio distingui potest in baptismo ficte suscepto; fictio voluntatis, et fictio dispositionis. Qui fingit se habere voluntatem suscipiendi baptismum, quam tamen non habet, non recipit sacramentum. Fictio dispositionis duplex est: positiva et negativa. 458. Qui recipit baptismum cum fictione dispositionis recipit sacramentum et characterem, non autem gratiam et remissionem peccatorum. *Ibid.* Baptismus ficte susceptus, recedente fictione, sic reviviscit, ut gratiam producat, et peccata tam originale quam actualia, quæ ipsum præcesserunt aut comitata sunt, remittat quoad reatum culpæ et totius pœnæ, non tamen illa quæ post ipsum commissa sunt: Est communis cum auctore. *Ibid.* Quænam dispositio requiritur ut sacramentum baptismi ficte susceptum reviviscat. 461. Baptismi cæremoniæ sunt antiquissimæ. 468. 1° Baptizandi afferuntur aut adducuntur ad fores ecclesiæ, et ab ejus introitu arcentur; 2° baptizando nomen imponitur, ut olim in circumcisione; 3° adhibentur exorcismi cum precibus et tribus insufflationibus, ad expellendum dæmonem ejusque vires frangendas; 4° baptizandus obsignatur signo crucis in pluribus corporis partibus, ut crucem non erubescat et in ea fiduciam ponat; 5° sal ori apponitur, ut significetur quod victima Christi non debeat peccatorum vermibus putrefieri; 6° nares et aures saliva liniuntur sub his verbis: *Ephpheta*, quod est, *Adaperire* et statim baptizandus mittitur ad baptismum, ut sicut cæcus evangelicus, oculis luto illitis, Siloës aquis lumen recuperavit, sic intelligamus eam vim esse ablutionis baptismalis; 7° his peractis defertur aut adducitur baptizandus ad fontem baptismalem et sacerdos ter interrogat ipsum *Abrenuntias Satanæ et omnibus operibus ejus et pompis ejus?* 8° baptizandus ungitur oleo sacro, dicto catechumenorum, in pectore et scapulis quasi athleta; 9° interrogatur a sacerdote: *Credis in Deum?* Cui ille respondet: *Credo;* 10° petit sacerdos a baptizando, num baptizari velit, quo annuente, vel ejus nomine patrino, baptizatur. 468. Baptismo absoluto, sacerdos verticem baptizati chrismate inungit: ipsi dat cereum accensum. *Ibid.* Olim baptizatus admittebatur ad osculum pacis in signum unionis et fraternitatis. Induebatur veste alba quam deferebat usque ad octavam Paschæ; tandem illi porrigebatur mel et lac gustandum in signum novæ infantiæ. *Ibid.* Efficacia baptismi major est quam pœnitentiæ. IX, 318. Reus peccati mortalis post baptismum tenetur jure divino quærere reconciliationem cum Deo. 332. Baptismus est majoris necessitatis quam pœnitentia. 344. Ecclesia non habet jurisdictionem in non baptizatos. 345. Quoad baptismum Joannis, *Vide* JOANNES BAPTISTA.

BAPTISTERIA quandoque magnis sumptibus olim construebantur, ut aqua benedicta solemniter decentius servaretur. VIII, 386 et 387.

BARBA Theodoræ frater, in S. Ignatium exacerbatus, quod ipsum ob stupri consuetudinem cum propria nuru ab ecclesiæ communione separasset, suadet Michaëli ut Theodoram matrem in monasterio includat et Ignatio præcipiat ut illi etiam invitæ religionis velum imponat; quod cum recusaret S. Ignatius, in exilium pulsus est et ejus loco substitutus Photius. V, 242.

BARDANES. Anno 711, Philippus Bardanes, invaso imperio, spem fecit Monothelitis resurgendi; sed eo ad ordinem redacto, et Anastasio catholico principe ad imperii fastigium evecto, spes omnis evanuit. III, 61.

BARONIUS. Narrat Baronius ad annum Christi primum duo miracula et approbat, videlicet incurvationem arboris quæ dicebatur *Persis* vel *Persea*, et commotionem ac concussionem simulacrorum. Serrius hæc ut commenta rejicit. III, 190. Quid docet Baronius de damnatione Honorii? V, 129.

BASILEENSE. Consilium Basileense, Sess. II, decretum Constantiense innovavit et confirmavit. V, 218. Decretum sessionis II fuitne speciatim approbatum? *Ibid.* Deposuit Eugenium IV et ejus loco creavit Amedæum Sabaudiæ ducem sub nomine Felicis V. 219. Ejus decreta non fuerunt, statim ac peracta sunt, approbata ab Eugenio IV. *Ibid.* Basileense concilium anno 1435 inditum, initio legitimum, degeneravit-ne in conventum schismaticum? 250. Prohibere conatum est concilium Florentinum. 252. Declarat omnes notorie excommunicatos quacumque de causa sint excommunicati, esse vitandos. VIII, 299.

BASILICÆ erectæ sunt ubi deferbuit persecutio. IX, 219.

BASILIDES. Circa annum 124 advenit Basilides qui dogmatizabat Simonem Cyrenæum loco Christi fuisse crucifixum, quem ideo Christus in suam transformaverat figuram, et cujus ipse induerat speciem. II, 309 et 424.

BASILIUS (S.). Sanctus Basilius in suo ad Amphilochium libro de Spiritu sancto, impugnat hæresim Macedonii. II, 3. Sanctus Basilius dicitur censuisse Spiritum sanctum non esse dicendum Deum, non ex errore circa ejus naturam, sed ex œconomia ut gravioribus Ecclesiæ persecutionibus occurreret. Hanc S. Basilii œconomiam quidam improbarunt, laudaverunt alii. 31. Sanctus Basilius docuit-ne peccata esse æqualia? Est-ne auctor libri operis dicti: Breviores Regulæ.

315. Tempore Basilii Magni erant in Cappadocia rebaptizantes. VIII, 346. Videtur S. Basilium in errorem rebaptizantium consensisse. 351. S. Basilius distinguit tres classes eorum qui ab ecclesiæ communione separantur, scilicet hæreticorum, schismaticorum, et parasynagogarum. *Ibid.*

Basilius Ancyranus particeps fuit erroris Semi-Arianorum qui *homoousion*, seu Filium Patri consubstantialem negabant, sed per omnia similem asserebant. II, 3. Basilius Ancyranus hæresi Macedonii etiam adhæsit. *Ibid.*

Basilycus tyrannus, fugato Zenone et invaso imperio, Timothei Æluri consilio synodum Chalcedonensem impugnat, datis ad omnes ubique episcopos litteris, quibus et ipsam synodum et S. Leonis epistolam damnabat. II, 391.

Bassianus conquerebatur se invitum fuisse ordinatum episcopum. VIII, 361.

Batisda (P.) agens nomine Societatis in congregationibus de Auxiliis primus Thomisticæ opinioni de gratia objecit notam calumniosam calvinismi quam exsufflavit P. Lemnos. I, 366.

Beati vident-ne aut videre possunt Deum visione ejus increata ipsis communicata, sicut vident eum per ejus essentiam gerentem speciei vicem. I, 133. Beati inæqualiter vident Deum unus scilicet perfectius altero. Est de fide contra Jovinianum et Lutherum. *Ibid.* Tota inæqualitas visionis beatificæ provenit physice ex inæqualitate solius luminis gloriæ et non intellectus. 134. Beati vident omnia quæ in Deo continentur formaliter et necessario, nimirum, essentiam, attributa et personas. Est communis contra Nominales. 141. Quantum ad decreta libera, licet ea videant quoad realitatem quam habent in Deo, non tamen semper quoad terminationem liberam ad creaturas. *Ibid.* Implicat essentiam divinam videri a beatis sine attributis et personis, attributa aut personas sine essentia, unum attributum sine altero et unam personam sine altera. Est communis contra Scotistas, quibus pauci assentiunt. *Ibid.* et 142-144. Quæritur : 1° quid de creaturis beati videant; 2° quomodo eas videant, an formaliter in verbo, an causaliter. 145. Beati non vident omnia quæ Deus facit et facere potest. Est communis. *Ibid.* Cognitio Dei in beatis est intuitiva, quidditativa et beatifica. 142. Beati videntes Deum ipsum non comprehendunt comprehensione dicta, nec ipsum possunt absolute comprehendere. 139. Beatos de facto Deum non comprehendere tenet fides catholica. Ratio est, quia Beati Deum per visionem beatam assequuntur et possident. 137. Nec eos posset absolute comprehendere, est communis theologorum sententia. *Ibid.* Beati vident de creaturis præteritis, præsentibus et futuris quidquid specialiter et præcipue eos spectat. Ita communiter cum auctore. 145. Quantum ad decreta Dei libera secundum terminationem defectibilem quam habent ad creaturas, quædam cognoscunt beati, non omnia, quia quædam tantum et non omnia spectant specialiter eorum statum et consolationem rationabilem. 146. Quæ beatos specialiter spectant assignare in particulari non est facile : pro quo observant communiter theologi beatum posse tripliciter considerari : 1° ut est elevatus ad ordinem gratiæ ; 2° ut est pars universi ; 3° ut est talis persona publica vel privata. 145. Beati prout sunt elevati ad ordinem gratiæ vident mysteria fidei quæ crediderunt in via. *Ibid.* Prout sunt pars universi vident omnia genera et species rerum, nempe omnes angelos et præcipuas universi partes, ut cœlum et terram, elementa, stellas et alia similia quæ per se et principaliter pertinent ad ornatum et integritatem mundi. *Ibid.* Quantum vero ad individua et singularia quæ apud nos facta sunt, fiunt aut fient, item et secreta cordium, quædam vident, non omnia. Quare? *Ibid.* Beati prout sunt talis persona vident omnia aut saltem præcipua quæ pertinent ad suum statum, sive sint actus liberi, sive necessarii, sive naturales, sive supernaturales, sive contingant in hac vita, sive in altera. 146. Beati vident omnes preces quæ ad ipsos diriguntur, cum hæ specialiter ipsos ut intercessores spectent. *Ibid.* Non cognoscunt tamen omnes cogitationes sive actus hominum liberos. *Ibid.* Beati vident creaturas possibiles, non omnes, sed aliquas, et tanto plures quanto perfectior est visio beatifica. Est communis cum auctore. 146. An creaturas quas vident beati, videant in verbo formaliter, an tantum causaliter : item si in verbo formaliter an in illo tanquam in medio *quo* incognito, vel tanquam in medio *quod* prius cognito tanquam effectus in causa et quoad proprium et formale esse. 147. Beati vident aliquas creaturas in verbo formaliter, aliquas causaliter seu extra verbum vi status beatitudinis, omnes quoad proprium et formale esse. *Ibid.* Beati vident creaturas in verbo non tanquam in medio *quo*, seu specie illas immediate repræsentante, sed tanquam in medio *in quo* prius cognito, seu tanquam in causa efficiente et exemplari : ita ut Deus cognitus sub ratione causæ sit medium ducens in creaturarum cognitionem, eo modo quo nunc per causam cognoscimus effectum, cum hac differentia quod causæ et effectus notio in cœlis habeatur unico intuitu seu actu, propter perfectionem luminis gloriæ et unitatem speciei. *Ibid.* Cur aliquæ creaturæ videntur in verbo, et non aliæ, neque omnes. 148. Vident-ne beati in verbo decreta Dei libera? *Ibid.* Implicat omnia quæ Deus facit et facere potest cognosci a beatis formaliter in verbo ut in causa, secundum omnes habitudines, modos et rationes eorum possibiles. 149. Probabile est non implicare omnia possibilia cognosci a beatis extra verbum. 150. Beati possunt-ne videre Deum absque

eo quod videant se ipsos in particulari? *Ibid.* Est-ne absolute impossibile Deum videri ut est in se, nulla visa in eo creatura? 150. *Vide* VISIO BEATIFICA. Ea quæ beati vident, vident-ne per aliquas similitudines? *Ibid.* En quæ beati vident in Deo, vident-ne simul ab initio? 151. Beate qui intelligunt rem visione beatifica et cognitione naturali, dicuntur bis intelligere, quamvis nulla sit intellectionis interruptio. III, 172. Voluntas beatorum totaliter impletur, adæquatur, imo inundatur et vincitur a summo bono, quod est Deus. IV, 36. Beati sunt absolute impeccabiles ab intrinseco, nimirum et ex visione Dei et ex ejus amore. 39. Beatus est capax legis imperantis et prohibentis. *Ibid.* Licet in beatis remaneat libertas, tamen in eis non remanet potentia peccandi. *Ibid.* Dos beatorum definitur, *perpetuus animæ et corporis ornatus a Deo collatus, vitæ sufficiens et in æterna beatitudine jugiter perseverans.* 44. Tres communiter assignantur animæ dotes in beatis, visio nempe, comprehensio seu tentio, et delectatio. *Ibid.* Illæ dotes sumuntur pro qualitatibus disponentibus animam ad perfectam cum Deo conjunctionem. *Ibid.* Dos corporis beati nihil aliud est quam qualitas supernaturalis dimanans ab anima beata in corpus sibi unitum et plene sibi subjectum, ipsum perficiens et disponens ad beatitudinem et gloriam. *Ibid.* Quatuor assignantur dotes corporis gloriosi, impassibilitas, subtilitas, agilitas et claritas. *Ibid.* Beati necessario determinati sunt ad bonum, ita ut nullo modo possint oppositum. 86. Qua libertate beati Deum amant? 90. Deus libere elicuit amorem creaturarum, nunquam beati elicuerunt libere amorem beatificum. 101. Beati non possunt mereri. 449. Beati possunt-ne desiderare gradum superiorem? *Ibid.* Beatorum desiderium non est rei futuræ, sed exclusio fastidii. V, 261. Spes theologica neque quoad actum neque quoad habitum manet in beatis. *Ibid.* Beati sperant beatitudinem viatoribus spe late sumpta, non autem theologica. 262. Virtutes morales remanent in beatis quoad ornamentum. Destructio fidei et spei in beatis non est destructio charitatis. 263. Beati non possunt Deum odio habere. 339. Quantum ad mortuos, non est orandum pro beatis; nulla re indigent, inebriati ab ubertate domus Dei (*Psalm.* XXXV), neque pro damnatis; sunt absolute in termino. VII, 201.

BEATITUDO. Beatitudo debet perfecte satiare omne desiderium justum et honestum beatorum. I, 145. Nomine beatitudinis, intelligitur ultima perfectio intellectualis naturæ, est et duplex : una quæ viribus naturæ haberi potest, scilicet perfectissima Dei ut auctoris naturæ contemplatio : et hæc dicitur quodam modo et secundum quid beatitudo seu felicitas. II, 190. Sed super hanc felicitatem est altera quæ superat vires naturæ et quam in futuro expectamus, quæ consistit in clara Dei visione. *Ibid.* Angeli fuerunt creati in beatitudine naturali. *Ibid.* Beatitudo duplex est : una naturalis seu conditioni naturæ commensurata, quæ consistit in perfecta conjunctione ad Deum per cognitionem abstractivam et affectum viribus et auxiliis naturalibus possibilem. Altera est supernaturalis, naturæ vires et jura transcendens, quæ consistit in consecutione gloriæ et beatitudinis Deo propriæ. Prima beatitudo foret ultimus finis hominis conditi in puris naturalibus. III, 286. Specialis ultimus finis hominis est beatitudo. IV, 12. Definitur beatitudo a Boëtio : *Status omnium bonorum aggregatione perfectus :* et ab Auctore, *bonum perfectum totaliter quietans et satians appetitum. Ibid.* Dupliciter beatitudo distingui potest, objective et formaliter. Beatitudo objectiva est res illa in cujus possessione appetitus quiescit. Formalis est ipsa hujus rei adeptio et possessio. *Ibid.* Beatitudo objectiva hominis consistit in solo bono increato, scilicet Deo. *Ibid.* Posito quod beatitudo objectiva hominis sit Deus, sequitur quod beatitudo ejus formalis sit assecutio Dei. 14. Quæritur per quid homo assequitur Deum et consequenter in quo consistat essentialiter hominis beatitudo formalis. Circa hanc quæstionem varia sunt theologorum placita. Quidam beatitudinem hominis formalem reponunt in quodam illapsu divinitatis in essentiam animæ : quidam in habitu deificante essentiam animæ et perficiente potentiam ad operationem : quidam in intellectione Dei increata : quidam in solo actu voluntatis, scilicet vel amore amicitiæ, vel fruitione, ut volunt alii : quidam in actibus intellectus et voluntatis simul : quidam tandem in solo actu intellectus. *Ibid.* Tres priores sententiæ exploduntur; et dicimus : Beatitudo formalis hominis non consistit essentialiter in quodam illapsu et quasi transfusione Dei in ipsam essentiam animæ, neque in habitu deificante essentiam animæ et perficiente potentiam ad operationem; sed in operatione aliqua elicita. 15-20. Duo posteriores sententiæ impugnantur, nempe : Beatitudo formalis non consistit essentialiter in pluribus actibus, scilicet intellectus et voluntatis. 21. Et, Beatitudo formalis non consistit essentialiter in actu voluntatis. *Ibid.* Vera sententia asseritur, et dicimus : Beatitudo formalis hominis consistit essentialiter in actu intellectus, clara scilicet Dei visione. 22. Scriptura et Patres attingunt-ne quæstionem metaphysicam de essentia beatitudinis. 22-32. Beatitudo essentialis debet-ne, juxta quædam Scripturæ loca, reservari in diem judicii? 34. Beatitudinis et essentialis proprietates sunt præsertim amor, impeccabilitas et perpetuitas, seu inamissibilitas. 35. Tristitia et dolor repugnant-ne beatitudini? Beatitudo sine fine duratura est in perpetuas æternitates. 41. Beatitudo est-ne pepetua ab intrinseco seu ex natura sua; vel ab extrinseco, seu ex Dei

concursu? *Ibid.* Beatitudo sanctorum est ab intrinseco perpetua et inamissibilis. *Ibid.* Dolor ex amissa beatitudine est-ne pœna sensus vel damni. IV, 305. Præsumptio est sperare beatitudinem obtinendam sine charitate. V, 256. Beatitudo æterna et omnia quæ ad illam conducunt sunt objectum materiale adæquatum et extensivum spei. *Ibid.* Beatitudo est objectum primarium et principale spei, quod dicitur formale quód. *Ibid.* Beatitudo dicitur vita æterna, quia participat æternitatem in qua non est præteritum et futurum. 261. Homo cui de potentia Dei extraordinaria facta esset suæ damnationis revelatio posset inefficaciter desiderare beatitudinem, sed non posset nec deberet sperare. 267. Aliquid potest esse dupliciter útile ad finem beatitudinis : 1° directe et principaliter ; 2° instrumentaliter. VII, 199. Si convenientia donorum et beatitudinum consideretur secundum rationem objecti et actus, dono pietatis correspondent ex octo beatitudinibus tertia et quarta, scilicet desiderium justitiæ et misericordia ad alios, propter Deum communem patrem omnium. Aliqualiter etiam correspondet secunda, quatenus per mansuetudinem tolluntur impedimenta actuum pietatis. VIII. 28. Nemo potest alteri mereri gloriam beatitudinis. IX, 461.

Beatificatio est permissio ut alicui deferatur cultus religiosus in aliqua provincia vel religione. V, 142.

Beguardi et Beguinæ. Decimo quarto sæculo Beguardi et Beguinæ errorem Aetii et Eunomii renovarunt quantum ad visionem Dei intuitivam, aliaque damnabilia dogmata docuerunt, quos damnavit concilium Viennense. I, 105. Damnati sunt Beguardi et Reguinæ, fratricellorum cognati vel propago. V. 248.

Behemot significat-ne Diabolum, aut bestias vel elephantem? II, 251.

Belgium. In Gallia, in Hispania et Belgio leges pontificiæ non habent vim nisi fuerint in supremis curiis acceptatæ et permissæ promulgari, seu ut communiter dicunt, nisi fuerint munitæ placito regio. IV, 481. Attamen quantum ad Belgium non conveniunt theologi Zipeus et Wamesius istud privilegium restringunt ad solas provisiones beneficiales, quia principum Belgii edicta de his tantum loquntur. *Ibid. et alia plura ibi.* Canonissæ Belgicæ quid sunt? tenentur-ne ad Horas privatim? VII, 211. An bulla *Cœnæ* vigeat in Belgio controvertitur inter theologos. IX, 380. Matrimonia in fœderatis Belgii provinciis (in quibus publicatum fuit concil. Trid. decretum per Margaritam Parmensem, de mandato Philippi II,) contracta, non servata concilii Tridentini forma, sunt-ne valida? X, 225.

Bellare non est per se malum, sed positis tribus conditionibus, scilicet legitima auctoritate indicendi bellum, justa causa et recta intentione, est licitum. V. 364 et seqq. Omnibus clericis jure ecclesiastico prohibitum est propria manu bellare extra casum urgentis necessitatis. 370. Licitum est bellare diebus festis quando id est necessarium ad salutem reipublicæ. 372. Extra vero casum necessitatis pugnare diebus festis non videtur licitum. *Ibid. Vide* Bellum. Bellare et digladiare, quævis olim fuerit ea de re opinio, nunc saltem non reputatur servile, cum nobilibus competat maxime, aut consuetudine factum est licitum, etc. VII, 349.

Bellica exercitia quæ fiunt in torneamentis et agitationibus taurorum aut aliarum bestiarum ferocium contra homines non sunt licita, quia sæpe contingit in eis aliquem occidi vel graviter lædi. V, 366.

Bellum, secundum aliquos, dicitur per antiphrasim, quia est minime bellum; secundum alios, dicitur bellum a belluis, quia bellantes sæpe belluarum feritatem imitantur. Definiri potest : *Congressio vi et armis inter duos exercitus contrarios :* per quod distinguitur a duello quod est congressio unius contra unum. V, 363 et 364. Duplex est bellum : defensivum, quod est ad propulsandam injuriam inferendam; et offensivum quod est ad obtinendam satisfactionem pro injuria illata. *Ibid.* Bellum semper est peccatum juxta Manichæos. Erasmus contendit omne bellum esse Christianis interdictum. *Ibid.* Bellare non est per se malum, sed positis tribus conditionibus, scilicet legitima auctoritate indicendi bellum, justa causa et recta intentione, est licitum. *Ibid.* Bellum contrariatur paci secundum quid. Bellum quod numeratur inter vitia opposita charitati, est bellum injustum. 365. Ex bello multa mala et peccata sequuntur per accidens et ex malitia militantium. 366. Auctoritas requisita ad indicendum bellum offensivum debet esse suprema, quæ nullam aliam in temporalibus superiorem agnoscat, qualem habent imperatores, reges, quidam duces, reipublicæ independentes : 1° quia quicumque habet superiorem potest apud ipsum prosequi jus suum : bellum autem moveri non potest, nisi quando non est alia via jus suum prosequendi ; 2° Bellum offensivum est actus supremus justitiæ vindicativæ. *Ibid.* Si princeps supremus sit negligens in vindicanda injuria, princeps inferior aut respublica dependens non potest, per se loquendo, bellum aggressivum indicere ad illam vindicandam. *Ibid.* Generaliter loquendo, justa causa indicendi bellum offensivum est unica, nempe injuria gravis illata, et non reparata aut alio modo non reparanda. 367. Amplificatio imperii, gloria et celebritas nominis, jus convenientiæ, non sunt justæ causæ indicendi bellum. *Ibid.* Ad bellum defensivum, instante periculo, non requiritur auctoritas suprema. *Ibid.* Antequam bellum declaretur, tentandæ sunt aliæ viæ satisfactionis ; nam ubi desinit esse necessarium, desinit esse justum

367. Si satisfactio condigna offeratur post inchoationem belli, et quando aliqui jam ceciderunt ex parte ejus qui justum bellum gerit, desinere debet, non est amplius licitum. *Ibid.* Si agatur de reparatione injuriæ, princeps dubius de justitia belli non potest bellum indicere. 368. Quid si agatur de possessione recuperanda? quid si neuter possideat? 368. Qui non sunt subditi principi bellum gerenti, in dubio de justitia belli non possunt militare. *Ibid.* Causæ belli et ejus justitia non sunt sæpe manifestæ; quid inde sequitur pro militum ratione agendi? *Ibid.* Qui sunt subditi principi bellum gerenti, jussi possunt et debent inscribi militiæ, et inscripti bellare, etiamsi dubitent de justitia belli, formando tamen sibi judicium practicum quod sibi liceat obedire et bellare. *Ibid.* Si auctoritas et justa ratio desint in indictione belli, restituendi obligatio adest. *Ibid.* Si dubium militum de justitia belli est mere negativum, licite bellare possunt. *Ibid.* Bellum non potest ex utraque parte esse justum materialiter, bene tamen formaliter. *Ibid.* Bellum geri non debet nisi ex intentione justitiæ et boni communis; nam bellum geritur, ut pax acquiratur. *Ibid.* Privati milites peccant et ad restitutionem tenentur, si sine consensu expresso vel saltem præsumpto ducis occidant, incendant, prædas agant, etc., tunc enim bellum gerunt sine legitima auctoritate. 369. In bello justo nunquam licet per se et ex intentione occidere innocentes, nisi facta sit a Deo specialis auctoritas, licet tamen per accidens et præter intentionem. 369. Quinam innocentium nomine veniant, quando agitur de bello? *Ibid.* Innocentes qui sunt pars reipublicæ hostilis possunt bonis spoliari, in quantum requirit necessitas vel victoriæ, vel pacis, vel satisfactionis. Hæc est consuetudo jure gentium introducta. *Ibid.* Mobilia in bello justo capta, jure gentium sunt occupantis, etiamsi excedant justam compensationem. *Ibid.* Quidam arbitrantur quod etiam bona injuste ablata quæ reperiuntur apud hostes post pacificam possessionem unius noctis vel viginti quatuor horarum circiter, esse capientis, attento minimum non jure naturæ, sed gentium et consuetudine ex illo jure introducta. *Ibid.* Bona immobilia in justo bello capta sunt principis supremi, in quantum necessarium est ad justam compensationem et pacem atque securitatem stabiliendam; idque tam jure naturæ quam jure gentium et usu recepto. 370. Obtenta victoria, stricto jure possunt occidi omnes nocentes in pœnam peccati. *Ibid.* Quinam nocentium nomine in hoc casu veniunt? *Ibid.* Bello capti ex usu inter christianos recepto non fiunt servi. *Ibid.* Omnibus clericis jure ecclesiastico prohibitum est propria manu bellare extra casum urgentis necessitatis. 370 et 371. In bello licitum est uti insidiis, modo id fiat absque mendacio et violatione promissi. 372. Licitum est diebus dominicis et festis bellare quando id est necessarium ad reipublicæ salutem. *Ibid.* Cæteræ difficultates spectantes bellum discutiuntur. *Ibid.* Utrum bellum quod filii Jacob intulerant Sichimitis propter stuprum Dinæ sorori illatum, fuerit justum? 384. Istud bellum non erat justum, quas ob causas? 385. Quo sensu intelligenda sunt verba Judith laudantis zelum Simeonis in invasione et eversione urbis Sichem? *Ibid.* *Quoad cætera bellorum accidentia vide* DUX, HOSTES, IMPERATOR, MILITES, PACTUM, PAX, REX, etc.

BELLARMINUS contra Lutherum et Calvinum in suis variis scriptis dimicavit. IV, 187. Quid docet de damnatione Honorii V? 129.

BENEDICENS est unum e sex sacramentalibus. VIII, 573.

BENEDICTIO victimæ sufficit-ne aliquando ad sacrificium? VII, 237. Panis benedictus, lato sensu, vocatur a S. Augustino sacramentum. 238. Aliquid communiter dicitur benedictum et consecratum quando est deputatum usibus sacris. 268. Benedictiones adhibentur tam circa cibos quam circa alias creaturas. *Ibid.* Benedictio campanarum improprie vocatur baptisma. VIII, 446. *Vide* CAMPANÆ. Innocentius III opinative censuit Christum benedictione consecrasse sine verbis, pos tea tamen præscripsisse formam seu verba quibus sacerdotes consecrarent. IX, 139. Nomine benedictionis Apostolus intelligit-ne totam cœnæ celebrationem? 140. Benedictio Christi fuit consecratoria præparatorie et mediate, non autem formaliter per se et immediate. *Ibid.* Non est inconveniens quod sacerdos post consecrationem benedicat sacramentum signo crucis. 225 et 226. Quædam, ultra modum reverentiæ erga res divinas qui in eorum usu reperitur, habent insuper specialem ab Ecclesia benedictionem et consecrationem. 278. Benedictio olei est-ne ritus mere accidentalis? X, 8. Materia sacramentorum sanctificatur benedictione. *Ibid.* Benedictio sponsorum requiritur-ne de necessitate sacramenti vel de necessitate præcepti? 104. Benedictio nuptialis est aliquid sacramentale. *Ibid.*

BENEDICTUS IX. Dispensavit-ne cum Casimiro rege Poloniæ, qui erat monachus Cluniacensis? De ea re dubium est, et expenditur. VII, 298 et 299.

BENEDICTUS XII falso scripsit SS. Stephanum et Cyprianum in oppositos errores incidisse. VIII, 349.

BENEDICTUS XIII a concilio Constantiensi exauctoratus est. V, 249.

BENEFICENTIA est actus, seu effectus exterior charitatis. V, 377. Omnibus est beneficiendum pro loco tamen et tempore. Inter eos quibus est benefaciendum observandus est ordo. *ibid.* Inimicis est etiam benefaciendum. VI, 283.

BENEFICIUM. Beneficiorum fructus possunt

spectari vel quatenus sunt necessarii ad honestam sustentationem vel quatenus sunt superflui huic honestæ sustentationi, quæ non consistit in indivisibili. VI, 31. Collatio beneficii cujuscumque aut officii ecclesiastici facta minus digno, prætermisso digniore, regulariter loquendo est illicita, sed valida. VI, 201. Est fere semper peccatum mortale. *Ibid.* Quinam sunt casus in quibus licet promovere dignos ad beneficia etiam curata, prætermissis dignioribus? 202. Si non reperiantur digni, licebit conferre beneficium indigno ad evitanda majora mala. 200. Indignus habetur ille qui ad officium propter quod datur beneficium est ineptus, seu non speratur futurus utilis ratione sive pravæ vitæ, sive ignorantiæ, sive alicujus impedimenti canonici. *Ibid.* Qui est minus dignus, aut qui se reputat talem, ut omnes se reputare debent, peccat-ne petendo et acceptando beneficium? 204. Minus dignus in concursu promotus, tenetur-ne beneficium dimittere, aut digniori prætermisso aliquam restitutionem facere? *Ibid.* Qui promovet indignum, tam promovens quam promotus tenetur restituere Ecclesiæ omnia damna quæ inde ipsi obveniunt: promovens, quia peccat contra justitiam commutativam erga Ecclesiam, cui ex officio debet præficere dignos ministros; promotus, quia cooperatur injustæ promoventis actioni, et ab ipso immediate profluunt mala Ecclesiæ. *Ibid.* Prima et præcipua qualitas ad beneficia rite obtinenda est probitas morum, non solum quæ vitiis careat, sed quæ virtutibus christianis, prudentia præsertim, charitate, salutis animarum zelo fulgeat : secunda est scientia; tertia, est ætas legitima; quarta, torus legitimus, sine quo, aut sine dispensatione, est irrita collatio; quinta, est tonsura clericalis collata a proprio episcopo, vel ab altero cum litteris ejus dimissorialibus; sexta, est cœlibatus; septima, est immunitas ab excommunicatione majori, suspensione, interdicto, et irregularitate; octava, est immunitas ab hæresi in se et in parentibus usque ad secundam generationem secundum lineam paternam, et usque ad primam secundum lineam maternam : nona, est determinata intentio suscipiendi officium beneficio annexum, seu, si nullum sit annexum, perseverandi in statu clericali : decima et ultima, est ut habenti beneficium non conferatur aliud sine causa. 206 ad 209. Qualis debet esse intentio requisita per nonam qualitatem? 208. Ad has qualitates attendere debet qui alicui intendit procurare beneficium. 209. Habere simul plura beneficia, non est de genere malorum quæ habent inseparabiliter annexam malitiam ut fornicatio, adulterium, etc. : Neque est de genere actionum quæ de se indifferenter se habent ad bonum vel malum, ut levare festucam, etc., multo minus de genere bonorum, ut dare eleemosynam, etc.; quia unum habere plura simul beneficia, continet in se plures inordinationes : 1° Destituitur Ecclesia numero et obsequio ministrorum; 2° Sequitur diminutio cultus divini; 3° Sequitur defraudatio voluntatis fundatorum qui ad hoc aliqua bona Ecclesiæ contulerunt, ut secundum numerum beneficiariorum ibidem Deo ministrantium : 4° sequitur inæqualitas. Adde pluralitatem beneficiorum esse fomentum ambitionis, avaritiæ, crapulæ, luxuriæ et plurium aliorum vitiorum. 210. Pluralitas beneficiorum est de genere actionum quæ absolute consideratæ deformitatem vel inordinationem quamdam important, quæ tamen aliquibus circumstantiis advenientibus bonæ efficiuntur. *Ibid.* Causæ seu circumstantiæ excusantes pluralitatem beneficiorum reducuntur ad duo capita : 1° si unum beneficium non sufficiat ad vitam beneficiarii decenter sustentandam; 2° major Ecclesiæ utilitas aut necessitas. *Ibid.* Aliæ causæ nullæ sunt. *Ibid.* Quodnam est jus novum de pluralitate beneficiorum? *Ibid.* Legitima pluralitatis beneficiorum subsistente causa semper requiritur-ne dispensatio summi pontificis ut quis licite obtineat duo beneficia? 211. Qui accipit beneficium absque animo suscipiendi officium ei annexum, aut perseverandi in statu clericali, tenetur-ne ad restitutionem fructuum? 210. Quæ sunt beneficia incompatibilia, quæ vero compatibilia? 211. Beneficia incompatibilia sunt duplicis generis : primi generis dicuntur quæ talia sunt ut ex juris dispositione per pacificam possessionem secundi vacet ipso facto primum; et si utrumque retineatur, etiam secundo privetur beneficiarius. *Ibid.* Secundi generis dicuntur, quæ simul retineri non possunt absque dispensatione, licet unum non vacet altero obtento. *Ibid.* Quare dicamus quod possidens plura beneficia incompatibilia primi generis, ipso facto privetur primo et non secundo, siquidem in jure de utroque æqualiter dicatur quod beneficiarius illis ipso facto privetur? 212. Hæc beneficia sola dicenda sunt quæ his tribus casibus continentur : 1° quando unum non sufficit ad honestam beneficiarii et suorum egentium sustentationem; 2° quando quis possidet canonicatum et dignitatem in eadem ecclesia; 3° quando ecclesia parochialis est unita canonicatui. *Ibid.* Qui scienter per sententiam injustam obtinet rem vel beneficium alterius, tenetur restituere cum omnibus expensis litis et fructibus etiam consumptis, neque potest unquam præscribere. 321. Si bona fides processit statim ac cognoscit injustitiam sententiæ, tenetur tantum rem vel beneficium restituere, nisi durante bona fide præscripserit. *Ibid.* Permutatio beneficiorum in quibus temporale non intervenit non fiunt absque periculo simoniæ. VII, 424. Collatio beneficii seu alterius rei spiritualis, facta alicui ratione consanguineitatis, amicitiæ aut alterius affectus carnalis, est illicita, non est tamen simoniaca. 459. Si preces pro digno

porrigantur, non est simonia. *Ibid.* Potestne aliquis rogare pro se beneficium simplex vel beneficium cum cura animarum? 440. Injuste vexanti ne consequaris beneficium, licet tibi absque simonia procurare aliud beneficium ut ab injusta vexatione desistat. 453. Volentibus eligere indignum ad beneficium seu dignitatem ecclesiasticam, licet offerre pretium ne illum eligant. *Ibid.* Volentibus eligere indignum licet-ne offerre pecuniam ut eligant dignum in genere, aut etiam hunc dignum in particulari casu quo solus sit dignus. *Ibid.* Beneficium ecclesiasticum communiter definitur : Jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiæ, ratione spiritualis officii, auctoritate ecclesiastica fundatum. 456. Unde est duplex jus in beneficio : unum ad officium spirituale, et aliud ex primo consequens ad temporales fructus. *Ibid.* Beneficium aliud est sæculare, quod clericis sæcularibus competit ; aliud regulare, quod regularibus addictum est. *Ibid.* Beneficium aliud est simplex, aliud duplex. Item aliud est titulare seu perpetuum, aliud manuale. *Ibid.* Beneficia sex modis acquiruntur : 1° præsentatione patroni ut institutione secuta ; 2° electione et confirmatione secuta ; 3° postulatione et confirmatione secuta ; 4° collatione libera ; 5° permutatione ; 6° resignatione in favorem cum collatione secuta. 457. Beneficium sæculare non potest regulariter absque dispensatione Papæ conferri regularibus, neque vice versa regulare sæcularibus. 456. Beneficia amittuntur triplici modo : 1° per sententiam judicis ; 2° per resignationem ; 3° ex dispositione juris et hoc quadrupliciter : 1° per consecutionem alterius benificii incompatibilis ; 2° per validum matrimonium ; 3° per professionem religiosam ; 4° propter crimen cui annexa est pœna amissionis beneficii, quale est hæresis, schisma, frequens sodomia ; item si quis obtinens parochialem ecclesiam, non ordinatur sacerdos intra annum ; et alia plura ; de quibus vide Lessium, lib. II, c. 34. Dub. 34. *Ibid.* Tria in beneficio spectari possunt : jus ad officium spirituale, jus ad temporales fructus, et fructus ipsi. 458. Permutatio simplex beneficiorum facta auctoritate superioris, est licita et valida. 460. Permutationes beneficiorum in quibus temporale non intervenit non fiunt absque periculo simoniæ. *Ibid.* Resignatio beneficiorum sub pensione, facta coram summo Pontifice, est licita. 461. Resignans beneficium non potest exigere sumptus quos fecit pro illius adeptione. *Ibid.* Collatio beneficii simoniaca est nulla, jure positivo, Extra L. 3, tit. 3 de Simon. c. 26 : et Extra. de Simon. cap. *cum detestabile.* Ideoque tam beneficium quam pretium ipso eodem jure positivo ante sententiam judicis sunt restituenda. 464. Est communis et certa ; sed difficultas est de jure naturæ quod non solum beneficia, sed quæcumque alia spiritualia simoniace data et accepta spectat. *Ibid.* Beneficia et quæcumque alia spiritualia simoniace accepta, sunt ipso jure naturæ restituenda ante sententiam judicis. *Ibid.* In casu duplici beneficium simoniace acceptum dimitti non debet : 1° si inscio beneficiario simonia per inimicum commissa est ; 2° si beneficiarius contradixerit simoniæ. Multi affirmant extra hos casus, simoniace provisum sine sua notitia vel culpa, gaudere saltem privilegio triennalis possessionis, ita ut eo elapso tuto possit retinere beneficium etiamsi postea, ipsi innotestat simonia. 465. Si simonia mentalis interveniat ex utraque parte, collatoris scilicet et collatorii, uterque debet restituere ; si ex una parte tantum, pars simoniaca nihil debet restituere, sed altera, dum simoniæ alterius erit conscia. 467.

Beneficiati ab hora suscepti beneficii tenentur recitare quotidie Horas canonicas. VII, 206. Quilibet beneficiatus, sive in sacris constitutus sive non, tenetur quotidie sub mortali peccato ad recitandas Horas canonicas, tum ex præcepto ecclesiastico, tum ex justitia ; ita ut eas culpabiliter omittens sit in conscientia obnoxius restitutioni, etiam ante sententiam judicis. *Ibid.* Beneficium, etsi tenue, juxta probabiliorem et tutiorem sententiam, non eximit ab obligatione recitandi Officium. 207. Qui partem notabilem alicujus horæ omittit, tenetur-ne ad restitutionem fructuum beneficii ? *Ibid.* Beneficiatus qui voluntarie suscipit aut retinet beneficium quod nullos fructus reddit aut reddet, astringitur nihilominus Horis canonicis. 208. Beneficiarius qui nondum est in possessione tenetur-ne ad Horas? *Ibid.* Qui habet duplex beneficium ex dispensatione, tenetur-ne ad duplex officium? 210 et 211. Qui ex legitima causa absunt privantur-ne distributionibus quotidianis? 215. Beneficiati tenentur esse præsentes officio, non mere materialiter ut dormientes, neque tantum moraliter, sed religiose per modum orantium et colentium Deum. 216. In choro beneficiati tenentur ad cantum communem, cessante legitimo impedimento. *Ibid.* Qui culpabiliter absunt a choro amittunt-ne non solum distributiones quotidianas, sed etiam partem aliorum fructuum? *Ibid.* Beneficiati religiose præsentes, sed non canentes in choro, acquirunt-ne distributiones quotidianas. *Ibid* Beneficiarius potest sibi reservare aliquid in futurum, sed moderate. 227. Beneficiatus qui ratione voluntariæ distractionis Officio non satisfecit, tenetur ad restitutionem pro rata distractionis, non secus ac si non recitasset. 230.

Benevolentia pertinet ad charitatem. IX, 321.

Benjamitæ tollendo filias Silo non verum commisserunt raptum, neque in eo peccaverunt. VIII, 198 et 199.

Berengarius, Turonibus oriundus, Andegavensis archidiaconus, anno 1047, primus in Ecclesia palam negavit præsentiam realem Christi in Eucharistia, contenditque omnia in signis et figuris consistere. Hæc primum hæresis damnata est in concilio Romano, deinde in Vercellensi sub Leone IX anno 1053 et liber Joannis Scoti, quo maxime utebatur Berengarius, proscriptus. Rursus damnata est pluribus in conciliis hæc hæresis quam scriptis impugnarunt viri doctissimi. Tandem Berengarius veritatem catholicam in Formula fidei profiteri coactus est. Illam tamen denuo impugnavit. IX, 43. Pœnitentem catholicumque obiisse certum videtur. *Ibid.*

Bernardus (S.), quid censet de summo pontifice? V, 162. Ejus primatum asserit. *Ibid.* S. Bernardus ecclesiæ Gallicanæ decus scripsit ad pontifices extare tribunal Christi, se autem nolle ad illud appellare, etc. V, 213. S. Bernardus non excludit obligationem omnis affectionis internæ. 513. S. Bernardus accipit lotionem pedum pro sacramento latiori sensu accepto. VIII, 369. S. Bernardus Berengarianam hæresim scriptis, sermonibus et miraculis confudit. IX, 44.

Beroenses. V, 116.

Bertramnum, alias Ratramnum, abbatem Orbacensem, debere inter hæreticos annumerari quidam volunt: alii vero ejus doctrinam de Eucharistia ad sensum catholicum adducendam esse contendunt. IX, 58.

Berty (Laurentius) subscriptit huic opinioni nimirum sacramenta esse causam instrumentalem physicam gratiæ, non directam, sed indirectam. VIII, 260. Quid de ea est sentiendum? 261.

Besa asserit baptismum in aqua collatum valere. VIII, 384.

Bessarion antistes Nicænus. In concilio Florentino anno 1439 sub Eugenio IV, affuit Bessarion, cujus tum eminebat valde eruditionis fama, et qui postea Ecclesiæ Romanæ cardinalis fuit. II, 121. Subscripsit in hoc concilio definitioni processionis Spiritus sancti a Filio, dimicans contra Marcum Ephesinum. *Ibid.* Bessarion creatus cardinalis ab Eugenio IV. V, 250 et 251. Confutavit opinionem Græcorum de forma Eucharistiæ. IX, 139.

Bestialitas. Inter peccata contra naturam gravissimum est bestialitas. VIII, 167. Concubitus cum dæmone habet malitiam bestialitatis. 368. Pœnæ in bestialitatem latæ probant hujus sceleris atrocitatem. *Ibid.* Si non sit seminatio intra vas, bestialitas non est casus reservatus, ubi reservatur. *Ibid.* In confessione non est necesse explicare speciem bestiæ. *Ibid.* Bestialitas est peccatum contra naturam in materia luxuriæ. IX, 384.

Bestiæ feræ an fiant primo occupanti? *Vide* Animalia.

Bethania erat in declivio montis Oliveti sita. Transivit Jesus Bethania, atque inde ascendit in montem, unde et in cœlum elevatus est. III, 237.

Bethlehem, vicus Judææ, ubi debuit nasci Messias juxta Michæam prophetam et ubi revera natus est juxta Evangelium Matthæi. II, 330.

Bigamia. Triplex est bigamia inducens irregularitatem, scilicet vera et proprie dicta, interpretativa et similitudinaria. IX, 506. Bigamia est pluralitas successiva mulierum post mortem prioris uxoris. X, 154. Bigamia est licita et verum sacramentum. 159. Bigami incurrunt-ne irregularitatem? 160. Pœnitentia a quibusdam ecclesiis particularibus fuit olim imposita bigamis. *Ibid.* Non sufficit probabilitas de morte prioris conjugis ad contrahendum secundum matrimonium, sed requiritur certitudo moralis. 161. Utrum conjux dubitans de morte conjugis, vel etiam putans eum esse vivum, valide contrahat, si revera obierit prior conjux. *Ibid.*

Billuarti vita, ejus encomium et historia. Ejus epitaphium, approbationes operis ejus. I, .

Bissy cardinalis archiepiscopi Senonensis instructiones pastorales in causa bullæ *Unigenitus* citantur. V, 142.

Biviratus seu multiplicitas virorum simul cum una muliere, est jure naturæ illicitus. X, 154.

Blasphemia in Spiritum sanctum est-ne irremissibilis? Quid intelligitur per blasphemiam in Spiritum sanctum? I, 319. Blasphemia opponitur confessioni fidei. V, 49. Blasphemia est vox græca significans idem ac latine maledictio. Sumitur a theologis pro maledictione derogante excellenti bonitati, præcipue divinæ. 64. Blasphemia definiri potest: *Cordis vel oris locutio, qua per modum convicii dicitur aliquid derogans excellentiis divinæ bonitatis;* seu brevius, *Contumeliosa contra Deum locutio. Ibid.* De modis diversis quibus blasphemari potest. 65. Blasphemia dividitur: 1° In hæreticalem et non hæreticalem; hæreticalis est, quæ asserit aliquid contrarium fidei, aut negat aliquid ad fidem pertinens; non hæreticalis est quæ, licet nihil contra fidem aperte contineat, ea tamen quæ sunt fidei contemptibiliter et contumeliose, quasi essent vituperabilia, profert. *Ibid.* 2° Blasphemia dividitur in eam quæ est secundum opinionem seu errorem intellectus tantum, non adjuncta detestatione seu odio voluntatis: in eam quæ est ex sola detestatione voluntatis, seu odio in Deum absque errore saltem explicito intellectus; et in eam quæ simul est secundum falsam opinionem intellectus et malitiam voluntatis, seu Dei odium; et hæc est perfecta et completa blasphemia. *Ibid.* Quantum ad praxim, quid in confessione accusare debent blasphemi? *Ibid.* Blasphemia est ex genere suo gravissimum peccatum mortale, nec fieri

potest veniale ex parvitate materiæ, sed solum ex indeliberatione involuntaria actus. 66. Cui virtuti opponitur blasphemia? *Ibid.* Quid advertere debent confessarii, dum audiunt blasphemiam hæreticalem? *Ibid.* Blasphemiæ sunt quædam verba execratoria, non juramentum. VII, 306. Blasphemia in Spiritum sanctum quæ nunquam remittitur, est, juxta S. August. peccatum impœnitentiæ; juxta alios, est peccatum ex certa malitia, quale est peccatum Pharisæorum qui veritatem agnitam impugnabant. IX, 238. Blasphemia est locutio falsa qua excellentiæ bonitatis divinæ derogatur, idque per modum convicii. IX, 384. Blasphemiæ enormitas æstimanda est ad arbitrium boni viri qui considerat: 1° Objectum blasphemiæ; 2° Modum blasphemandi; 3° Qualitatem personarum, locorum, temporum, occasionis, etc. 385. Blasphemia ex parte voluntarii est duplex: formalis et materialis; formalis alia est directa, quæ fit cum directa et expressa intentione inhonorandi Deum; indirecta, quæ quæ fit eum virtuali tantum intentione inhonorandi Deum. *Ibid.* Blasphemia materialis est ea quæ fit absque intentione directa et inhonorandi Deum. *Ibid.* Ex parte objecti blasphemia est etiam directa quando fit directe contra Deum; et indirecta quando fit indirecte contra Deum, nempe contra aliquid Deo sacrum. *Ibid.* Blasphemia publica est ea quæ innotescit majori parti non solum provinciæ, civitatis aut parochiæ sed viciniæ. *Ibid.* Publica et enormis blasphemia in Deum et sanctos est casus reservatus. *Ibid.*

Blastus Romanus abdicatus est gradu presbyterii, eo quod schisma in Ecclesia faceret. et quod judaismum in Ecclesiam introducere vellet, contendens Pascha esse custodiendum secundum legem Moysis. VII, 370.

Blondellus quid dicit de Anastasio Sinaïta? IX, 55.

Boetii definitiones de beatitudine et æternitate referuntur in *Indice*.

Bona. Sunt duplicis generis bona; quædam supponunt malum, ut pœnitentia, patientia, martyrium, etc.: quædam vero sunt simpliciter et ex omni parte bona. II, 285. Si bona temporalia considerentur prout sunt utilia ad salutem, cadunt sub merito, sicut et augmentum gratiæ et omnia illa quibus homo adjuvatur ad vitam æternam consequendam; quia in bonis operibus comparatis ad bona temporalia sic considerata possunt reperiri omnes conditiones requisitæ ad meritum. Si vero bona temporalia considerentur secundum se, cum non sint bona simpliciter sed secundum quid, ita non cadunt sub merito simpliciter, sed sub merito secundum quid. 466. Juxta plurium interpretationem, per *bona* de quibus agit Psalmista, non intelliguntur opera bona facienda et mala fugienda sed intelliguntur merces bonorum operum. IV, 338. Bonum naturæ potest dici tripliciter. 392. Bonum naturæ primi generis non tollitur nec minuitur entitative per peccatum. *Ibid.* Bonum naturæ secundi generis, id est, inclinatio ad bonum honestum, minuitur per peccatum, non intrinsece et ex parte subjecti seu radicis, sed ex parte termini. *Ibid.* Quid est censendum de communitate bonorum et libertate. 466. Tenemur exponere bona fortunæ pro vita salvanda corporali proximi in extrema necessitate positi. V, 304. Licitum est præferre bonum virtutis bono corporis ubi necessitas id exigit. 305. Bona temporalia juvant aliquo modo ad finem supernaturalem consequendam. 310. Bona temporalia quorum non sumus domini, propter scandalum pusillorum, vel sunt totaliter dimittenda, vel scandalum est sedandum per monitionem aut instructionem. 383. Bona temporalia quæ non sunt nostra, sed nobis ad conservandum pro aliis commissa, non sunt propter scandalum dimittenda. *Ibid.* Si vero scandalum sit ex malitia et Pharisaïcum, non sunt dimittenda propter eos qui sic scandala concitant. 384. Bona spiritualia quæ sunt de necessitate salutis, id est, quæ prætermitti non possunt absque peccato, non sunt dimittenda propter scandalum passivum vitandum. 382. Bona spiritualia quæ non sunt de necessitate salutis, si non immineat periculum, sunt propter scandalum pusillorum occultanda aut differenda, donec reddita ratione hujusmodi scandalum cesset. *Ibid.* Bona spiritualia quæ non sunt de necessitate salutis, seu quæ prætermitti possunt absque peccato non sunt dimittenda propter scandalum Pharisaïcum, si subsit aliqua causa ea non differendi. *Ibid.* Primis Ecclesiæ temporibus bona clericorum erant communia, sicut postea fuerunt in monasteriis, dispensatione penes episcopum relicta; at vero crescente in dies fidelium et clericorum multitudine, summi pontifices jusserunt hæc bona in quatuor portiones dividi: prima assignata episcopo; secunda clero; tertia fabricæ; quarta pauperibus. VI, 31. Bona vacantia sunt, quæ quis relinquit moriens ab intestato, nec habens hæredes qui ei juxta legem ab-intestato succedant: hæc addicuntur fisco regio. 66. Bona recens amissa non sunt inventoris, sed remanent illius qui ea amisit, cui proinde necessario restituenda sunt si fieri possit; quia horum bonorum dominio non spoliatur qui amisit, nec illud acquirit qui invenit. *Ibid.* Si facta diligenti inquisitione, quæ debet esse major vel minor pro rei conditione, non possit cognosci dominus, bona inventa debent expendi secundum voluntatem ejus præsumptam: id lex naturalis indicat. *Ibid.* Bona peregrinorum mobilia ad quem pertinere debent. *Ibid.* Distinguenda sunt bona duplicis generis: alia sunt certa, alia incerta. Certa dicuntur quorum dominus est certus et notus; incerta quorum dominus est ignotus aut incertus. Bona certa ordinarie sunt restituenda ei a quo fuerunt accepta, sive sit eorum dominus, sive tantum

legitimus possessor. VI, 171. Bona dicuntur incerta dupliciter, 1° simpliciter, quando eorum dominus est absolute incognitus ; 2° secundum quid, quando dominus cognoscitur secundum quid et in communi, ignoratur autem quis sit in particulari. 174. Omnia bona simpliciter incerta, sive parta ex delicto, sive non, sive inventa, sunt expendenda in usus pios, si facta diligenti inquisitione non compareat dominus. *Ibid.* Bona incerta secundum quid sunt restituenda domino meliori modo quo fieri potest. Hoc generale patet ex se. *Ibid.* Cui restituenda sunt bona defuncti? 175. Hæc divisio primum inchoata sub B. Sylvestro circa annum 324, non ubique statim invaluit, sed paulatim profecit. Porro progressu temporis accidit quod hæc quarta pars pauperum in pluribus ecclesiis non reperiatur seorsim ab aliis. *Ibid.* Bona vitæ aut famæ sunt longe præstantiora bonis fortunæ. 155. Possunt distingui bona quadruplicis ordinis : 1° bona animæ non solum naturalia, ut intellectus et memoria; sed maxime quæ spectant solutem æternam, ut gratia, fuga peccati, etc. : 2° bona corporis, ut vita integritas, membrorum, sanitas, virginitas, libertas : 3° honor et fama; 4° bona fortunæ, seu divitiæ. 188 et 189. Bona communia sunt duplicis generis : 1° quædam sunt primario et immediate ordinata ad bonum publicum, et eo mediante tantum ac secundario in utilitatem particularium qui ea occupant; 2° alia sunt primario ordinata ad utilitatem particularium. VI, 499. Bona patrimonialia clericorum sunt-ne etiam immunia? 220. Nomine bonorum temporalium intelliguntur bona fortunæ, scilicet divitiæ, pudicitia, honor et fama; sententia communis sæculo præterito fuit eorum defensionem esse licitam cum occisione invasoris ; nunc autem opposita evasit communior. 246. Quantum ad alia bona spiritualia sed naturalia, ut sunt potentiæ animæ, scientiæ et artes, satis patet quod qui alteri in istis injuste nocet, teneatur restituere. 279. Utrum liceat religiosis habere bona in communi? 385. Quid possunt prælati regulares circa alienationem bonorum communium monasterii? 180. Quis est iste prælatus superior, cujus licentia requiritur ad alienationem bonorum immobilium monasterii? *Ibid.* Cuique habenti bona liberum est de eis disponere causa mortis, nisi jure vel naturali vel positivo prohibeatur. VII, 56. Homo potest petere determinate et absolute bona spiritualia, scilicet beatitudinem et media ad illam, ut sunt virtutes et gratia. 198. Bona temporalia non possunt peti a Deo principaliter ut in eis finem constituamus, neque determinate absolute ; sed possunt peti conditionate, nempe si saluti expediant. *Ibid.*

Bona opera. Deus per bona opera proprie per se operatur permissive, et non vero mala. I, 379. Bona opera, quæ fiunt ante justificationem sunt ne meritoria et digna vita æterna? 450. Opera bona extra charitatem facta sunt duplicis generis ; quædam fiunt ex solo dictamine rationis sine ulla gratia ; quædam fiunt cum auxilio gratiæ, qualia fiunt a pœnitentibus per Spiritum sanctum nondum inhabitantem, sed moventem. III, 361. Homo per bona opera subsequentia non potest mereri gratiam prius sibi datam intuitu istorum bonorum subsequentium, sicut vidimus, v. g. quod miles arma prius sibi data a rege intuitu meritorum subsequentium, illa mercatur per bonum usum illorum. 462. Cur bona opera per peccatum mortificata redeunt per pœnitentiam, non vero peccata quæ per pœnitentiam remittuntur? IX, 281. Bona opera quæ Deo semel placuerunt nunquam illi displicent. 284.

Bona fides est credulitas, seu actus intellectus quo quis inculpabiliter credit rem esse suam, aut nescit esse alienam. VI, 73.

Bonæ Spei. Magister Bonæ Spei et ipsum sequentes Carmelitæ calceati in Belgio, ponunt beatitudinis essentiam in intellectione Dei increata. IV, 14.

Bonaventura (S.) contendebat beatitudinem formalem esse sitam in habitu deificante essentiam animæ et perficiente potentiam ad operationem. IV, 14. S. Bonaventura aderat concilio II Lugdunensi. V, 247. Exigere copulam tempore menstrui accusat peccati mortalis; reddere, venialis. X, 149.

Boni præmiantur-ne per pacem internam et consolationes animæ, et voluptatem quam degustant in exercenda virtute, et in perferendis vitæ ærumnis. II, 261.

Bonifacius II. Felicis III Romani pontificis successor Bonifacius II, synodi secundæ Arausicanæ sententiam damnationis contra Semi-Pelagianos confirmavit. III, 261.

Bonifacius VIII definivit-ne omnia regna mundi Romanis pontificibus subesse in temporalibus? V, 204. Regni proceres petierunt a Clemente V ut damnaret memoriam Bonifacii VIII, quem dicebant hæreticum fuisse ut hominem privatum, nec legitimum extitisse pontificem. 213. Quid constituit circa impedimentum publicæ honestatis? X, 207.

Bonifacius IX concessit-ne indulgentiam extraordinariam illis qui pecuniæ summam in pauperes erogarent? V, 204.

Bonitas. Bonitas Dei. I, 76-79. Tota ratio eligibilitatis est bonitas et convenientia. IV, 127. Regula bonitatis in entibus absolutis est ipsum subjectum. 145. Bonitas moralis nihil aliud est quam ordo realis transcendentalis actus ad objectum consonum regulis morum. 159. Actus humanus desumit bonitatem vel malitiam a fine. 148. Actus ex objecto bonus ad bonum finem imperatus, desumit bonitatem suam specificam et essentialem ab objecto, accidentalem a fine. 149. Quadruplex bonitas potest considerari in actione humana. *Ibid.* Bonitas vel malitia diversa existit ubi existit convenientia aut di-

convenientia voluntaria et formalis cum recta ratione. 180. Eventus sequens prævisus et aliquo modo intentus, addit ad bonitatem vel malitiam actus exterioris, sive per se sequatur, sive per accidens 183. Bonitas objectiva, ut conferat bonitatem formalem actui, debet formaliter intendi. 311. Bonitatis divinæ consideratio movet ad conversionem. IX, 265.

Bononiensis universitas approbavit - ne doctrinam Molinæ. I, 234.

Bonosiacum. Quid de Bonosiacis circa formam baptismi? VIII, 396.

Bonum. Quæritur in quo præcise consistat ratio boni formalis? I, 74. Quidam eam reponunt in perfectione, alii in appetibilitate. *Ibid.* et seqq. Bonum habet rationem causæ finalis. 76. Quo sensu bonum dicitur communiter esse sui diffusivum et communicativum. *Ibid.* Cur dicitur bonum esse id quod omnia appetunt. *Ibid.* Ratio boni secundum quid consistit in perfectione, etiam consistit in modo, specie et ordine. *Ibid.* Bonum convenienter dividitur in honestum, utile et delectabile. *Ibid.* Unumquodque dicitur bonum in quantum est perfectum. *Ibid.* Bonum honestum est principaliter bonum, alia vero sunt bona ratione illius. *Ibid.* De bonitate Dei. Esse bonum præcipue Deo convenit. etc. 76 ad 79. Omne bonum quod est in nobis et maxime consensus noster in bonum opus, est-ne proprie a Deo volente et causante? 334-339. Bonum justitiæ est ratio reprobationis negativæ, non tamen est totalis, nec excludens alias rationes, ut sunt completio et bonum universi. 460. Bonum est sui diffusivum objective. II, 68. Hoc sensu dicitur bonum sui diffusivum, quod sit objectum et finis appetibilis a voluntate. *Ibid.* In quovis bono opere nihil gratiæ auxilio esse subtrahendum. III, 325. Bonum supernaturale non posse fieri absque auxilio supernaturali, constat et admissum est. 331. Potest fieri in statu naturæ lapsæ bonum opus morale sine gratia sanctificante et charitate, proinde que non omnia peccatorum opera sunt peccata. *Ibid.* Nullum bonum supernaturale conducens ad salutem potest fieri sine auxilio supernaturali gratiæ quæ datur per Christum. 337. Nullum est bonum opus si non referatur ad Deum propter se dilectum relatione virtuali implicita. *Ibid.* Homo lapsus cum solo concursu generali, sine aliquo alio superaddito gratiæ auxilio, potest facere aliquod bonum opus morale naturalis ordinis. *Ibid.* Plures in Scripturis referuntur qui per bonum opus naturale pervenerunt ad gratiam. 338. Solum bonum increatum potest satiare appetitum hominis. IV, 12. Bonum omne et universale, et adæquatum, est objectum voluntatis, sicut objectum intellectus ad quem sequitur voluntas, est omne et universale verum. *Ibid.* Liberum arbitrium per se in bonum ordinatum est, cum bonum sit objectum voluntatis; sicut verum intellectus. 93. Utrum e duobus bonis voluntas possit eligere minus vel æquale, non retractato judicio, nec novo motivo apposito pro sua libertate, disputatur. 127. Bonum ex integra causa, malum ex quovis defectu. 134. Bonum honestum, non actu sed potentia, est objectum actus voluntatis secundum speciem considerati. 135. Quod bonum recta ratio, seu prudentia sic dictat bonum esse bene et ex bono fine faciendum, ut ipsi omnino repugnet quod bonum serviat malo, et ad malum tanquam ad finem ordinetur. *Ibid.* Duo præcipit prudentia : primum, bonum esse propter se amandum et faciendum; secundum, esse bene et cum omnibus circumstantiis debitis faciendum. 139. Ratio formalis boni consistit in perfectione non ut constitutiva entis, sed ut conveniente et coaptata appetitui. Deus est bonum per essentiam. Deus est summum bonum. V, 269. Possumus Deo bonum velle gaudendo de bonis ejus internis. 273. Bonum spirituale hic sumitur pro eo quod conducit ad salutem, vel immediate, ut gratia et virtus, quæ amittuntur per peccatum; vel mediate, ut status religionis. VI, 275.

Booz quo titulo accepit Ruth in matrimonium. III, 167.

Bos apostolus dicit quod non sit Deo cura de bobus quid intelligit? Sensus Apostoli est quod non sit Deo tam specialis cura de bobus quam de hominibus. I, 399. Numerus culicum, boum est-ne per se ordinatus. *Ibid.*

Bosuetius. Vir illustrissimus ille errorem Millenariorum refert in sua Apocalypsis Expositione. IV, 33.

Brentius confessionem absolute rejecit in specie, contentus confessione generali. IX, 331.

Breviarium. Sic vocantur Horæ canonicæ, quia continent lectiones breviores ex Scripturis sacris et Homiliis Patrum in singulos anni dies distributas. VII, 204. Utentes Breviario Romano non tenentur extra chorum ad Officia B. Mariæ Virginis, defunctorum, et Psalmis gradualibus. Qui vero utuntur Breviario alicui ecclesiæ vel religioni proprio tenentur privatim recitare officium B. Mariæ Virginis, vel defunctorum, quando in rubricis præscribuntur. 213 et 214. Omnes officio divino astricti tenentur illud recitare juxta formam et ritum generalem Breviarii jussu S. Pii V edit. 1568, ita ut nemo nisi hac sola formula satisfacere possit, exceptis iis ecclesiis vel religionibus qui ante ducentos annos alio ab Ecclesia approbato utebantur; quibus tamen conceditur ut de consensu episcopi et universi capituli, sive prælati et communitatis, Romano uti possint in choro. 217. Astrictus Breviario Romano, si illo careat, et si aliud habeat, probabilius et tutius contra non paucos tenetur recitare Officium ex illo alio Breviario. 218. Illi quorum ecclesia vel religio non acceptavit ad

chorum Breviarium Romanum, possunt-ne privatim illo uti? *Ibid.* Quo Breviario uti debeat qui ex dispensatione est præbendatus in duobus ecclesiis in quibus sunt diversa Breviaria. *Ibid.* Licet assumere socium, sive iste sit clericus, sive non, quocum alternis versibus Officium persolvat, modo pars ab uno recitata ab alio audiatur. 222. Recitare cum socio est-ne gratia et privilegium? *Ibid.*

Brigitta (S.). Scripsit sacrum præputium asservari Romæ. III, 189. Omnes revelationes quæ nomine S. Brigittæ circumferuntur non sunt authenticæ. VI, 122.

Brixius (S.) suam innocentiam probavit judicio ignis. VII, 383.

Bruis (Petrus de), a quo Petrobusiani, multos errores docuit, quos confixit concilium Lateran. II, generale X. V, 244, et IX, 43. Impugnatus est a Petro Cluniacensi. IX, 44.

Brutæ. Quare quidam sensus exteriores magis vigent in brutis quam in homine? II, 275. Proprium est naturæ brutorum agere materialiter, et ut ab alio motæ. IV, 5. In brutis non datur imperium, sed instinctu moventur et agunt. 152.

Bucerus hoc celebre encomium D. Thomæ fecit : *Tolle Thomam, et dissipabo Ecclesiam.* I, 8. Bucerus dixit baptisma non esse necessarium infantibus prædestinatis. VIII, 427. Bucerus Zuinglii virus apud Argentinenses propinavit. IX, 44. Erravit circa formam Eucharistiæ. 138.

Bulgaros confirmatos denuo confirmari a presbyteris Græcis jussit Nicolaus I. IX, 29.

Bullæ omnimoda obedientia quam exigit summus Pontifex non est prohibitio examinis episcoporum. V, 138.

Bullingerus erat sacramentarius. IX, 45.

C

Cabasilas. Græcus schismaticus, dixit erronee Eucharistiam confici precibus quas fundit sacerdos post hæc verba : *Hoc est corpus meum.* IX, 140.

Cæremoniæ. Qui deliberate sive in forma, sive in materia, sive in cæremoniis sacramentorum non servat ritum et modum suæ ecclesiæ, ex genere suo peccat mortaliter. VIII, 233. Quomodo dijudicandum est an sit mortale vel venialc. *Ibid.* Cæremoniæ sacramentorum sunt actus exteriores religiosi ; quædam sunt sacramentis essentiales ; quædam accidentales. *Ibid.* et 371. Variæ sunt utilitates cæremoniarum in sacramentis a concilio Tridentino et ejus catechismo designatæ. 161, 162, 163 et 371. Cæremoniæ sacramentorum non sunt institutæ ob solam decentiam cultus divini, neque ob solum commodum ministrorum et astantium, aut fortuito, sed etiam ob symbolicam et mysticam significationem quam continent. 163. Ecclesia habet potestatem instituendi cæremonias. *Ibid.* Ministri, etiam secluso scandalo aut contemptu, tenentur sub peccato servare cæremonias sive ab Ecclesia universa, sive a sua particulari ecclesia præscriptas, in administratione sacramentorum. 163, 164.

Cæsar (Julius) laudavit oracula Sibyllina. II, 341 et 342.

Cæsarius (S.). Cæsarius ex monacho Lirinensi, primum monasterii prope Arelatum abbas, deinde Arelatensis episcopus, libram de *Gratia* et *Libero Arbitrio* adversus errores Fausti et in S. Augustini doctrinæ commendationem edidit. III, 261.

Caïn timuit occidi a fratribus suis et eorum filiis qui habitabant plagam orientalem Eden. IV, 391.

Caiani dicebant baptismum non esse necessarium ad salutem. VIII, 427.

Caïphas usus est adjuratione erga Christum quem sibi subdi existimabat. VII, 337.

Caius, perantiquus scriptor, errorem millenariorum oppugnavit. IV, 33.

Cajetanus in cap. 3 Genes. docuit diabolum tentasse Evam per solam suggestionem interiorem, sicut nos nunc tentare solet, metaphorice intelligens quæ dicuntur de serpente. II, 299. Cajetanus non admisit acceptionem personarum in collatione officiorum sæcularium. VI, 200. Censebat juste damnatum ad mortem posse rumpere vincula et carceres ut fugiat et mortem evadat. 345. Arbitratus est Cajetanus ad salutem parvulorum sufficere votum baptismi a perentibus seu ab aliis conceptum. VIII, 427. Pius V jussit expungi ex Cajetani commentariis in Summam D. Thomæ dissertationem circa verba essentialia formæ Eucharisticæ, contrariam sententiæ D. Thomæ. IX, 145.

Calamitates sunt bonis et malis communes, imo bonis frequentiores quam malis, quod fuit multis tentatio adversus providentiam. I, 399.

Calix non execratur si in necessitate assumitur ad usus profanos, v.g. ad bibendum. VII, 297. Ecclesia eximit laïcos a sumptione calicis. IX, 136. Probabilius videtur hæc sola verba, *Hic est calix sanguinis mei*, vel ista, *Hic est sanguis meus*, esse formæ calicis essentialia. 145. Controvertitur inter Thomistas. *Ibid.* Calix significat rationem sacramenti sicut panis. 166. Cur Christus dixit de calice : *Bibite ex eo omnes*, et non dixit de pane; *Manducate ex eo omnes? Ibid.* Posset Ecclesias laïcis usum calicis permittere justis de causis. 167. Sumptio calicis necessaria non est ad commemorationem passionis. 173. Christus instituit calicem pro omnibus sub directione Ecclesiæ et dependenter ab ejus voluntate. *Ibid.* Calix cum patena requiritur ad sacrificium missæ. 175. Debet esse inunctus chrismate, et ab episcopo consecratus. *Ibid.* Calix potest execrari seu

violari, quibus in circumstantiis? *Ibid.* Probabilius per ipsum usum, si non est consecratus, sacer non fit. 177. *Insuper vide* MISSA, COMMUNIO, EUCHARISTIA, ORDINATIO, etc.

CALIXTINI sunt una ex duabus sectis Hussitarum, quid censebant? quid credendum proponebant? IX, 165.

CALIXTUS V adversus Henricum V exercitum comparavit. V, 243.

CALVARIÆ nomen, hebraïce Golgotha, datum huic monti in quo Christus crucifixus est extra portam civitatis Jerusalem, in suburbio. III, 212. Occurrit quæstio unde huic monti, in quo Christus passus est, *Calvariæ* nomen? Juxta quosdam venit a capite seu Calvaria Adæ qui ibi esset sepultus; juxta alios a capitibus ibi decollatorum : erat enim locus supplicii communis apud Jerosolymitanos. *Ibid.*

CALVINUS. Negat in Deo voluntatem salvandi reprobos. I, 270. Calvinus negando Deum velle omnes salvos fieri, negat consequenter Christum qui venit in mundum ut faceret voluntatem Patris, esse mortuum pro omnibus. 280. Secundum Calvinum sensus compositus componit actum cum potentia ad non actum. Sensus autem ejus divisus dividit ab actu potentiam ad non actum, ita ut juxta illum præmotus ad agendum non possit non agere in sensu composito, id est, stante præmotione non habet potentiam non agendi; possit in sensu diviso, id est, sublata præmotione habet potentiam non agendi. I, 347. Cntherus et Calvinus negabant indifferentiam activam et positivam, sicut potentialem et suspensivam. 352. Calvinus lib. 2 Instit. cap. 1, cui præfigit hunc titulum : *Hominem arbitrii libertate nunc esse spoliatum et miseræ servituti addictum*, dicit : « Libero arbitrio » pollebat homo in prima conditione crea» tionis, quod lapsu suo amisit, etc. » 369. Docet etiam Calvinus liberum arbitrium tolli per efficaciam divinorum decretorum et divinæ motionis, in quo plane desivit. *Ibid.* Non agnoscit Calvinus in homine aliam libertatem quam a coactione seu spontaneitatem. *Ibid.* Docet hominis voluntatem nihil cooperari divinæ motioni assentiendo. *Ibid.* Negat ullum esse meritum in homine. 370. His omnibus et similibus Calvinus sibi præmunivit viam ad præcipuum dogma in quo maxime delectatur, nempe Deum prædestinasse et reprobasse homines independenter ab eorum prævisis meritis vel demeritis tam in executione quam in intentione. *Ibid.* Quomodo intellexit Calvinus necessitatem consequentis et consequentiæ? 374. Admisit tantum Calvinus sub decreto et motione necessitatem consequentiæ non eodem sensu quo illam admittunt Thomistæ, et alii doctores Catholici, sed longe diverso. *Ibid.* Negavit-ne Calvinus indifferentiam objectivam judicii, qua stante secundum Thomistas, voluntas necessitari non potest? 375. Certo constat Calvinum passim docuisse Deum esse causam et auctorem peccatorum, criminum, pravorum affectuum et maleficiorum quæ ab hominibus scelerate perpetrantur. 386. Dicebat Calvinus hominem sub gratia moveri tantum spontanee, et ut equum sub sessore. IV, 107. Erravit Calvinus circa Ecclesiam. V, 102. Falso refert conversionem Pauli ad annum tertium a passione Christi. 158. Calvinus in Gallia variis erroribus Ecclesiam misere vexavit. 253. Sententia Calvini circa vota est insulsa. VII, 264. Erravit circa cultum Deo debitum. 380. Contendit infantes fidelium in utero matrum esse sanctificatos. VIII, 428. Erravit circa Eucharistiam. IX, 45. Non agnovit nisi duo vel tria sacramenta. 90. Erravit Calvinus circa pœnitentiam. 238 et 270. Docebat Calvinus confessionem non esse juris divini, ejus usum antiquum fuisse, sed liberum, ideoque de medio esse tollendam auricularem confessionem, cujus Innocentio III tribuit inventum. 332. Rejiciebat extremam-unctionem. X, 2. Negabat matrimonium esse sacramentum novæ legis proprie dictum. 90. Adoptavit errorem Aërii et Wiclefi circa potestatem episcoporum et presbyterorum. 70. Scripsit communionem sub una specie ex officina diaboli prodiisse. 168. Contendebat catholicos esse idololatras, quando sanctos, cruces, imagines et reliquias, colunt. 200. Baptismum a laïcis posse conferri negare videtur. 212. Et *alia multa Calvini erronea decursim in toto opere videre est.*

CALVINISTÆ asserunt omnes fideles teneri credere fide divina se esse prædestinatos. I, 450. Liberum arbitrium, ut astruerent gratiam, negarunt Lutherani, Calvinistæ et Jansenistæ. III, 246. Lutherani et Calvinistæ negant gratiam esse donum animæ intrinsecum. 368. Volunt hominem etiamsi peccatorem et in peccatis perseverantem, esse Deo gratum et amicum denominatione extrinseca, nempe per imputationem justitiæ Christi, cujus intuitu Deum ipsum diligit, ejus peccata dissimulat, eumque habet filium et hæredem : modo per fidem internam firmiter credat et confidat Deum sibi propter merita Christi peccata, etiamsi usque ad finem vitæ continuata, condonaturum. *Ibid.* Lutherani et Calvinistæ tria circa certitudinem possidendi gratiam asserunt : primum, hominem certa et indubitata fide posse scire se esse in gratia : secundum, unumquemque id de se ipso teneri credere, alioquin nec est justus nec fidelis : tertium, hac sola fide homines justificari. 426. Duo ultima anathemate confixit concil. Trid. *Ibid.* Quantum ad primum, quamvis in canonibus sub anathemate non damnet, attamen sat manifeste improbat. *Ibid.* Lutherani et Calvinistæ, qui non agnoscunt veram et propriam remissionem peccatorum, dicunt gratiam non haberi per formam intrinsece justificantem, sed vel per justitiam qua Deus justus est, vel per justitiam Christi extrinsece imputatam. 431.

Lutherani et Calvinistæ distinguunt triplicem fidem : primam vocant historicam ; secundam vocant fidem miraculorum ; tertiam vocant fidem promissorum, qua credimus Deum promisisse remissionem peccatorum. 438. Hanc autem tertiam fidem subdividunt in generalem et particularem : generalem vocant qua credimus Deum omnibus credentibus in communi promisisse remissionem peccatorum et salutem ; specialem vocant qua unusquisque credit vel certo confidit peccata sibi esse remissa propter merita Christi. *Ibid.* Hanc fidem seu fiduciam particularem requiri ad justificationem et eam solam justificare contendunt. *Ibid.* Calvinistæ qui volunt hominem lapsum non justificari intrinsece, negant ipsum posse aliquid bonum opus facere quod sit meritorium apud Deum, saltem vitæ æternæ. 452. Lutherani et Calvinistæ volunt per Adæ peccatum fuisse extinctum liberum arbitrium, esseque mere titulum sine re, seu rem de solo titulo, atque in homine læso remanere duntaxat libertatem a coactione. IV, 82. Finxerunt Calvinistæ duplicem Ecclesiam. V, 102. Romanum pontificem Antichristum appellare non erubuerunt. 135 et 139. Calvinistæ contendunt gratia vel cupiditate necessitari voluntates nostras. VII, 188. Erraverunt et errant circa orationem. *Ibid.* Sacramentum confirmationis negarunt et negant. VIII, 211. Nullam aliam vim in sacramentis agnoscunt quam excitandi objective fidem qua sola volunt nos justificari. 245. Falsissime explicant verba Christi Nicodemo circa baptismum. 388. Contendunt per baptismum peccata non vere tolli, sed tegi tantum et non imputari. 456. Alios effectus insulsos baptismi comminiscuntur, quos non agnoscit Ecclesia. *Ibid.* Calvinistæ improbant materiam confirmationis, manuum impositionem et chrisma. IX, 9. Contendunt Christum non esse corporaliter præsentem in Eucharistia. 43. Verbum *est* sumunt pro *significat*. mero vino in cœna utuntur. 120. Dicunt hostiis reservatis nullum cultum esse exhibendum. 92. Non permittunt adorationem Christi in Eucharistia, neque in usu, neque extra usum, voluntque illam esse meram idololatriam. 98. Non videntur agnoscere aliquod verum sacramentum. 90. Calvinistæ rejiciunt sacramentum pœnitentiæ. IX, 233. Negant remissa culpa per pœnitentiam, remanere reatus pœnæ. 270. Calvinistæ negant extremam unctionem esse sacramentum. X, 2. Negant matrimonium esse sacramentum novæ legis proprie dictum. 90. Contendunt matrimonium sine consensu peractum esse irritum jure naturali et divino positivo. 135. *Vide* Calvinus.

Cambire idem est ac permutare. VII, 148.

Cambium idem est ac permutatio, qualiscumque sit, sive rerum cum rebus, sive rerum cum pecuniis. VII, 148. Cambium definitur *Permutatio pecuniæ pro pecunia cum lucro campsoris. Ibid.* Cambium dividi solet in fictum et verum. Fictum, quod dicitur etiam siccum, quia caret humore ad producendum fructum seu titulo ad lucrum, nihil est aliud quam mutuum nomine cambii palliatum. Verum seu reale est, in quo vere commutatur pecunia pro pecunia, sive præcens pro præsenti diversæ qualitatis, sive præsens pro distante aut e contra. 149. Subdividitur cambium reale in minutum et locale. Cambium minutum est, quo permutatur pecunia præsens cum præsente diversæ rationis, ut aurea cum argentea, minor cum majori, antiqua cum nova ; dicitur etiam manuale, quia fit de manu ad manum. Cambium locale est, quo permutatur pecunia præsens pro distante, aut distans pro præsente. *Ibid.* Cambium sive minutum, sive locale, est licitum, servatis debitis conditionibus. *Ibid.* Cambium siccum esse illicitum nemini dubium est, utpote mere usurarium. 150. Cambium quod vocant temporale seu ad terminum, quid est? 152. Hujusmodi cambium esse prorsus illicitum palam est. *Ibid.* Cambium Francofurtense quid est? 152. Aliquod lucrum hic esse licitum ratione cambii localis, si verum sit, nullus negare potest. *Ibid.* Cambium quod vocant Bizuntinum aut Placentinum, eo quod in istis urbibus non sit copia mercatorum, quomodo fit? *Ibid.*

Campanæ. Usus campanarum in Ecclesia est valde antiquus. VIII, 446. Earum benedictio lato sensu dicitur baptismus. 447. Adhibetur in earum benedictione unctio, nomenque ipsis imponitur. *Ibid.* Cur baptizantur campanæ? *Ibid.* Hæc benedictio antiquior est Joanne XVI. *Ibid.*

Campanus (Joannes) errores Sabellii, Arii et Macedonii suscitavit. II, 4.

Canon græce idem est ac latine regula. VII, 204. Canon Missæ, seu ritus celebrandi Missam, incipit ab oratione *Te igitur* et terminatur ad communionem seu ad Orationem dominicam. VIII, 233. Convenienter submissa voce recitatur. *Ibid.*

Canones apostolici, inter quos sunt quidam erronei, sunt apocryphi. V, 236.

Canones qui dicuntur apostolici falso apostolis ascripti sunt. V, 344 et VI, 14 et VIII, 290. Isti qui dicuntur canones apostolorum vulgo circumferuntur octoginta quinque ; alii plus, alii minus admittunt. Varia de illis senserunt multi. VI, 14 et seqq. Plures ex illis falsam continent doctrinam. *Ibid.*

Canones poenitentiales olim certis peccatis certas taxabant pœnitentias, præsertim quoad tempus. IX, 462. Canones pœnitentiales enumerantur. *Ibid.*

Canonicæ Belgicæ quid sunt? VII, 210.

Canonici tenentur esse præsentes officio, non mere materialiter ut dormientes, neque tantum moraliter ut in cœtu civili, sed religiose per modum orantium et colentium Deum. VII, 215. *Vide* Beneficiati.

Canonici libri tum veteris, tum novi Testamenti enumerantur. V, 71. S. Scripturæ dividuntur in proto-canonicos et deutero-canonicos. 72.

Canonisatio est publicum Ecclesiæ testimonium de vera sanctitate et gloria alicujus hominis defuncti. Istud autem testimonium est per modum judicii, quod homini canonisato decernuntur honores qui cum Deo regnantibus debentur, scilicet, quod inscribatur in sanctorum catalogo, quod in publicis Ecclesiæ precibus invocetur, quod in ejus memoriam Deo templa erigantur, sacrificium offeratur, horæ canonicæ recitentur, dies festi celebrentur, ejus imago cum radiis qui denotent ejus gloriam depingatur, et ejus reliquiæ publice honorentur. V, 142. In hoc differt canonisatio a beatificatione quod canonisatio sit ultima et definitiva sententia de gloria et sanctitate alicujus, non vero beatificatio. *Ibid.* Quamvis canonisatio sanctorum, quoad modum qui nunc servatur in Ecclesia, non semper fuerit in usu, fuit tamen semper quoad substantiam. *Ibid.* Ecclesia est infallibilis in canonisatione sanctorum. Est communior et probabilior. *Ibid.* Non videtur esse de fide quod Ecclesia sit infallibili in canonisatione sanctorum, consequenter neque quod ab Ecclesia canonisatus sit sanctus et beatus. 144. Qui negaret aliquem ab Ecclesia canonisatum esse sanctum esset temerarius et impius. 145.

Cantores ratione officii ecclesiastici, non ordinis, quandoque numerantur inter clericos. X, 30.

Cantus. Quæ cantantur in organis debent-ne in choro recitari? VII, 240. Cantus divinis laudibus convenienter adhibetur. 300. Laus mentis non impeditur per cantum. 301.

Canus (Melchior) docuit communionem sub utraque specie majorem conferre gratiam quam sub una tantum specie. IX, 169. Docuit etiam sacerdotem esse ministrum sacramenti matrimonii. Hanc sententiam alii haud ignobiles theologi secuti sunt. X, 100.

Capharnaïtæ primi erraverunt circa Eucharistiam. IX, 41. Intellexerunt verba Christi promissoria de Eucharistiæ institutione, de reali manducatione sicut quidam Discipuli. 44 et 60.

Capitula tria famosa sunt scripta et personæ trium episcoporum. V, 152. Erant-ne facta dogmatica ex omni parte? 127. Tria capitula neque approbata neque reprobata in concilio Chalcedonensi fuerunt, sed omissa et neglecta. 134.

Capitula religiosorum. V, 356. In ipsis fiunt proclamationes culparum, nulla secreta admonitione præmissa. *Ibid.*

Caput. Proprium et per se constitutivum capitis ut differt a cæteris membris, consistit in tribus prærogativis : Prima est ordo, scilicet supereminentia super alias partes; caput enim est prima pars corporis incipiendo a superiori et supereminens cæteris : secunda, est perfectionis plenitudo, in eo enim resident omnes sensus tam interiores quam exteriores : tertia est virtus seu influxus in membra. II, 447. Christus ut homo est caput Ecclesiæ ; habet enim has tres prærogativas. *Ibid.* Christus non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus est caput hominum et quantum ad animas et quantum ad corpora. *Ibid.* Caput debet-ne convenire cum membris in natura? 458. Caput est sedes præcipua animæ. VIII, 338.

Carbonariæ venæ cujusnam sunt? VI, 70.

Cardinales pileo rubro donati sunt in concilio Lugdunensi. V, 246. Utrum jus eligendi Romanum pontificem semper fuerit apud cardinales? 247.

Carisiacus. Jussu Caroli Calvi celebratus est conventus Carisiacus anno 853, occasione Gotteschalci. I, 294. Referuntur quatuor Carisiaca capitula contra Gotteschalcum. Prudentius Tricassinus seu Trecensis subscripserat capitulis Carisiacis ; sed metuens-ne S. Augustini doctrinæ aliquod inde inferretur detrimentum, quatuor alia capitula opposuit, verbis tenus, non sensu, Carisiacis contraria. *Ibid.* Ecclesia vero Lugdunensis Capitula Carisiaca exacte discussa, alieno tamen sensu intellecta, acriter exagitavit altero libro edito. *Ibid.*

Carlostadius impios Iconoclastas circa annum 1522 imitatus est. III, 150. Carlostadius, Lutheri discipulus primus, hæresim Berengarii circa præsentiam realem recuduit. IX, 44. Usum calicis ut necessarium propugnavit. 167.

Carnales motus sunt-ne peccata. VII, 185. Se habere negative circa motus carnales naturaliter exortos, est regulariter peccatum mortale ; nisi saltem actum displicentiæ seu nolleitatis aut improbationis eliciat. *Ibid.* Optimus modus fugandi atque vincendi motus carnales, est divertere cogitationem ad alia objecta non mala, præsertim quæ maxime afficiunt et animum intentum requirunt. *Ibid.*

Caro. Certum videtur primos parentes in statu innocentiæ non fuisse usos carnibus tum ex verbis Evæ ad serpentem : *De omni ligno paradisi vescimur;* tum quia non est versimile quod in tam brevi intervallo temporis cogitaverint de cæde animalium et esu carnium. II, 290. Probabilius est quod neque primi parentes, neque eorum posteri usi fuissent carnibus, etiamsi diutissime perseverasset status innocentiæ. *Ibid.* Qui carnes comedit in die jejunii peccat toties quoties manducat. VII, 87. Qui vero in die jejunii non habet alium cibum nisi carnes, potest eas comedere ob necessitatem. *Ibid.* Cui licet ex dispensatione comedere carnes aut ova, potest etiam comedere pisces. 88. Facta historica circa esum carnium, etc. In diebus jejunii nihil probant contra legem Ecclesiæ. 85. Religiosi exempti possunt-ne, saltem ex-

tra conventum, comedere carnes, ova, non prius obtenta licentia sui prælati regularis, quando episcopus pro sua diœcesi dispensavit? 90.

Caro. Nomine carnis, totus homo sæpe in S. Scripturis significatur. II, 308. Caro prodest-ne quidquam. IX, 59, 60.

Carolus Magnus. Innocentius III scribit sacrum præputium ab Angelo fuisse delatum Carolo Magno qui illud deposuit Aquis-Grani. III, 184. Carolus Magnus liberas reliquit Romanis summorum pontificum electiones. V, 247. Non vi compulit Saxones ad baptismum, sed perduci curavit suasionibus. VIII, 445.

Carolini. Acta septimæ synodi de cultu imaginum sunt-ne damnata et reprobata in libris Carolinis. III, 130 et seqq. Libri Carolini sunt-ne fœtus Caroli Magni? 137.

Cartesiani, qui brutis denegant animam sentientem, et volunt ea esse meras machinas, a veritate aberrant. II, 257.

Cartesius duas commentus est demonstrationes de Dei existentia, quas ineluctabiles jactitabat, quasque usurpant non pauci recentes tam philosophi quam theologi. 1, 15, Prima demonstratio Cartesii 3 Medit. Metaphys. hæc est : Extat in nobis idea entis infiniti et summe perfecti, quæ neque a nobis ipsis, neque a parentibus, neque a magistris, neque a rebus sensibilibus ortum habere potuit, sed ab ente infinito et summe perfecto, id est, a Deo solo : ergo existit ens infinitum et summe perfectum, nempe Deus. *Ibid.* Secunda Cartesii demonstratio 5 Medit. Metaphys. hæc est : Quidquid in idea clara et distincta alicujus rei comprehenditur, id de ea re verum est, seu vere affirmari potest : atqui in idea clara et distincta Dei, existentia actualis comprehenditur : ergo de eo affirmari potest. *Ibid.* Utraque demonstratio objectionibus vicissim impugnatur et defenditur objectionibus et responsis. *Ibid. et seqq.* Hæc est hypothesis seu thesis Cartesii. Supponit : 1° materiam esse a Deo creatam ex natura sua homogenam seu ejusdem rationis ; 2° essentiam ejus consistere in trina extensione longi, lati et profundi ; 3° materiam nullos habere fines suæ extensionis ; 4° vacuum etiam divinitus esse impossibile ; 5° mundum hunc esse infinitum ; 6° plures mundos esse impossibiles, neque minimam materiæ portionem posse de novo creari ; 7° Deum divisisse materiam in partes æquales, non quidem sphæricas, sed angulares ; 8° illis materiæ fragminibus duos motus a Deo impressos. II, 256. Hæc Cartesii hypothesis, quam ut thesim hodie propugnant quidam ejus discipuli, aperte pugnat cum S. Scriptura et ratione. *Ibid.* Motus, qui, juxta Cartesium, est quasi anima ejus mundi, est in ejus systemate impossibilis. *Ibid.*

Carthusianus in periculo mortis positus non potest manducare carnes, dum adsunt alii cibi, etiamsi non ipse sed medicus judicet carnes esse necessarias. VI, 301.

Cassianus (Joannes) hæresim Nestorii debellavit. II, 378. Celebrior inter Semi-Pelagianos fuit Joannes Cassianus, Collator dictus ob libros Collationum Patrum in quibus et præsertim collatione 13 errorem aperte docuit Semi-Pelagianismi. 260. Qua patria sit oriundus incertum est. *Ibid.* Videtur excusandus ab errore formali. *Ibid.* Existimavit falso quandoque urgente necessitate licitum esse uti mendacio tanquam medicamine. VII, 396.

Castitas. Voto castitatis astrictus probabilius dispensari potest ob fragilitatem quam precibus, jejuniis et macerationibus extraordinariis absolute vincere posset. IV, 333. Castitas est pars subjectiva temperantiæ. 56. Castitas a castigando dicitur. 121. Castitas proprie sumpta est virtus specialis distincta ab abstinentia. 122. Castitas dupliciter sumitur : 1° proprie, et sic est virtus moderativa delectationum in venereis juxta dictamen rationis ; 2° improprie et metaphorice, et sic sumitur pro moderatione delectationis quæ oritur ex conjunctione mentis ad objectum ; sic sumpta est virtus generalis. *Ibid.* Materia proxima castitatis, sunt motus interiores circa venerem ; materia remota, sunt actus externi, puta coïtus, tactus, oscula, etc. 123. Quamvis castitas et pudicitia sæpe pro uno et eodem sumantur, si tamen stricte loquamur, pudicitia non est castitas, sed specialis ejus circumstantia. *Ibid.* Triplex distinguitur castitas : conjugalis, vidualis et virginalis. *Ibid.* Sufficit-ne pœnitenti dicere se peccasse contra votum castitatis, aut se peccasse cum persona voto castitatis obstricta, non explicando qualitatem voti an sit solemne vel simplex? 142. Qui voto castitatis astrictus consuleret impudica alteri pari voto non astricto, peccaret-ne contra votum et foret-ne sacrilegus? *Ibid.* Votum castitatis sacræ ordinationi annexum est simplex, dici potest solemnizatum. X, 62.

Casuale per oppositum dicitur ad voluntarium. VI, 253. Casus est causa agens præter intentionem. *Ibid.* Unde casualia non sunt intenta neque voluntaria. *Ibid.* Aliquid potest esse casuale simpliciter et absolute, et casuale mixtum seu secundum quid ; quod contingit dupliciter : 1° quando dans operam rebus illicitis quas vitare debebat, v. g. homicidium committit ; 2° quando vacans rebus licitis, non adhibet debitam sollicitudinem ad vitandum, v. g. sequens homicidium. *Ibid.*

Casus. Anno 1702, conflictus est famosus casus conscientiæ, in quo quidam clericus inducitur cui absolutio denegata fuit, quam ob causam? III, 273. Hic casus propositus fuit quadraginta doctoribus Parisiensibus. *Ibid.* Casus reservatus est peccatum mortale externum, grave, certum et in sua specie completum, a quo absolvere non est cui-

libet concessum. IX, 375. Est in Ecclesia potestas reservandi casus, eaque residet in superioribus qui aliis jurisdictionem ordinariam vel delegatam conferunt, scilicet in summo pontifice pro tota Ecclesia, in episcopis pro suis diœcesibus, et in superioribus regularium respectu suorum. 376 et 377. Casus reservati summo pontifici seu casus papales, enumerantur. 377. Quidam continentur 1° in bulla *in Cana Domini*; 2° alii continentur in jure et in constitutionibus pontificiis. *Ibid.* Casus reservatur Papæ magis propter excommunicationem quam propter peccatum. 378. Regulares extra Ecclesiam etiam a quinque casibus assignatis, possunt absolvere. *Ibid.* Præsumentes absolvere a casibus *in bulla Cœnæ* contentis incurrunt excommunicationem latam in ejusdem bullæ clausula. *Ibid.* Casus contenti *in bulla Cœnæ* possunt-ne fieri episcopales? *Ibid.* Nullus casus jure communi, saltem quod sit in vigore, episcopis reservatur, nisi forte illi qui sunt primo papales dum sunt occulti, aut adest impotentia moralis adeundi Romanum Pontificem. 380. Omnes casus papales, saltem extra bullam *Cœnæ*, fiunt episcopales, id est, permittitur ut ab eis absolvant quando sunt occulti. *Ibid.* Casus episcopales ab homine, hoc est, ab ipsis episcopis reservati, varii sunt pro voluntate episcoporum et more diœceseum. *Ibid.* Casus reservati episcopo Leodiensi enumerantur. *Ibid.* Casus regulares reservabiles ad undecim a Clemente VIII reducuntur. 386. A quibus possunt augeri? *Ibid.* Quinam sunt? *Ibid.* Prælatus regularis probabilius non potest quibusdam casibus non designatis annectere excommunicationem et illam sibi reservare. *Ibid.* Si quis casum reservatum dubium confessus est communi confessario postea deprehendit esse certo reservatum, probabilius liberatur a reservatione. 379. Crimen complicis in materia venerea a quo, juxta hodiernam plurium diœceseum disciplinam non potest absolvere complex, vero sensu videtur reservatum. *Ibid.* Episcopi Belgici possunt absolvere ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, etiam publicis. 386. Potest absolvere a reservatis : 1° qui reservavit; 2° ejus successor; 3° superior in eodem foro, qualis est papa in tota Ecclesia; non archiepiscopus respectu suffraganeorum, nisi in actuali visitatione, quia extra visitationem non est superior, nisi quoad forum exterius; 4° qui habet potestatem ad hoc delegatam ab eo qui ordinaria gaudet. Hæc per se patent. Item omnis sacerdos in articulo mortis. 386. Episcopi ordinarii directe absolvere possunt ab omnibus casibus papalibus, etiam in Bulla Cœnæ contentis, quando adest impotentia moralis adeundi sedem Romanam. Item quando casus papales sunt occulti; attento jure Tridentini sess. XXIV, c. 6, episcopi possunt suos subditos ab eis absolvere per se vel per vicarium ad id specialiter deputatum, excepta hæresi, a qua absolvere non possunt nisi per se ipsos. (Dicitur autem occultum quod vel nemini, vel ita paucis notum est, ut vel negatione vel aliqua tergiversatione celari possit.) 386. Quilibet confessarius communis, alias nullam habens jurisdictionem in reservata, potest absolvere pœnitentes ad se ex alia diœcesi venientes a casibus in illa diœcesi reservatis, si non sint reservati in diœcesi in qua est approbatus et confessionem excipit, nisi noverit eos venire in fraudem reservationis; et e contra non potest eos absolvere, si habeant casus reservatos in diœcesi in qua est tantum communiter approbatus, licet non sint reservati in diœcesi ex qua veniunt. *Ibid.* Quando pœnitens habens casus reservatos impeditur adire superiorem, vel ab eo delegatum ad reservata, potest-ne absolvi a quolibet confessario? 387. Parochus si casu reservato gravatus non potest abstinere a celebratione sine scandalo, nec habet præsentem nisi confessarium communem, potest-ne ab illo absolvi a reservato. *Ibid.* Ad enodandam hanc difficultatem triplex est sententia. *Ibid.* Qui legitime confitetur habenti potestatem absolvendi a reservatis tam casibus quam censuris, si obliviscatur alicujus reservati, tollitur reservatio, et potest postea quemlibet confessarium communem ab illo absolvi. 388. Facultas absolvendi a casibus reservatis non expirat morte vel amotione concedentis, si sit generaliter data non determinando hunc casum, hanc personam. 389. Secus vero, saltem probabilius, si hæc facultas sit determinata ad hunc casum vel ad hanc personam. 390. Reservatio tollitur-ne per confessionem factam habenti potestatem in reservata, licet defectu dispositionis in pœnitente confessio sit invalida? 327. Confessarius non habens potestatem in reservata, dum audit in confessione aliquod reservatum, quomodo se gerere debet? *Ibid.* Quam pœnam incurrunt absolventes a casibus reservatis sine licentia? 390. Quomodo debet se gerere superior quando ad ipsum accedunt pœnitentes cum casibus reservatis? *Ibid.*

Cataphrygas Eucharistiam suam confecisse ferunt in sanguine infantis. IX, 113.

Catechizandi ritus ortum ducit a Christo. VIII, 450.

Catechumenus græce significat, instructus viva voce in catechismis. VIII, 450. Infantes dicuntur adhuc catechumeni, licet non catechizentur. *Ibid.* Pro tempore quo durabat catechumenatus varia fuit Ecclesiæ disciplina. 451. Tres communiter numerantur gradus seu ordines catechumenatus. *Ibid.* Audientes, competentes et electi. Scrutinium de vita et moribus competentium fiebat coram multitudine, ut si quis haberet aliquid opponendum, opponeret. *Ibid.* Erant septem scrutinia. *Ibid.*

Catharinus (Ambrosius) distinguit duos

ordines salvandorum, scilicet eximie sanctos, ut sunt B. Virgo et Apostoli, et hos dicit esse prædestinatos : alios vulgaris sanctitatis, et hos dicit suæ libertati permissos per communis providentiæ auxilia salutem consequi. I, 405. Catharinus est auctor opinionis intentionis externæ in administratione sacramentorum. VIII, 307. Illam sufficere contendunt plures theologi. *Ibid.* Quænam est ejus sententia circa verba efficacia ad consecrationem? X, 138.

Catholicitas est una e quatuor notis veræ Ecclesiæ. V, 102. Catholicitas competit Ecclesiæ Romanæ. 104.

Catholicum. Hæc vox, *catholicum*, est græca, composita ex *kata*, quod significat *secundum*, et ex *olon*, quod significat *totum*. Catholicum idem est ac universale. V, 103. Controversia inter Donatistas et Catholicos non erat circa intentionem ministri, sed circa ejus mores et fidem. VIII, 307.

Causa. Causa totalis et adæquata potest dici dupliciter : 1° si sola et sine alterius consortio producat effectum; sic Deus est causa totalis eorum quæ producit per creationem. 2° Potest dici causa totalis et adæquata non per exclusionem alterius causæ, sed in suo ordine, quatenus in eo nihil perfectionis et virtutis deest ad rationem causæ totalis effectus, licet ad ejusdem effectus productionem non excludat consortium alterius causæ diversi ordinis ; sic idem homo producitur a parentibus, ab astris et a Deo ; a parentibus, ut a causa totali particulari hujus hominis; ab astris, ut a causa totali universali omnium corporum sublunarium; a Deo, ut a causa totali universali totius entis. I, 372. Utroque autem modo Deus est causa totalis in negotio salutis. *Ibid.* Causa partialis, partialitate scilicet causæ, et non effectus, dicit necessario imperfectionem pluribus titulis. *Ibid.* Cum Deus, utpote actus purus, non sit minus perfectus in ratione causæ quam in ratione entis, ipsi aperte repugnat ratio causæ partialis. 373. Quod est causa alicujus est-ne causa ejus quod convenit illi secundum rationem suæ speciei, sicut si aliquis sit causa *sortis*, sequitur quod sit causa hominis? 382. Quod est causa formæ est-ne causa privationis quæ isti formæ conjungitur. 383. Qui est causa unius est-ne causa alterius quod ei inseparabiliter connectitur? *Ibid.* Quando Græci utuntur in divinis nomine causæ, non sumunt causam sicut nos stricte prout efficit et habet aliquam diversitatem essentialem ab effectu, sed prout significat id a quo aliquid est, quovis modo sit. II, 112. Probabilius est creaturam non posse assumi ut causam etiam instrumentalem physicam creationis. 241. Omnis causa debet esse prior suo effectu prioritate naturæ, non prioritate temporis. 245. Quid requiritur ad rationem causæ physicæ? III, 23. Principium in philosophia receptum est, quod causæ sint sibi invicem causæ. 444. Prima inter omnes causas est finalis. Omnis causa agit aliquo sensu ex causalitate finis seu propter finem. IV, 5. Causæ secundæ non movent nisi moveantur a prima. 10. Quadruplicis generis sunt causæ : materialis, formalis; efficiens et finalis. 326. et 327. Qui est causa causæ est causa causati. VI, 257. Quomodo dignoscitur quando debeat vel non debeat omitti causa propter malum effectum, sive per se, sive per accidens secuturum. VIII, 179. Causa, ut sic, dividitur in causam per accidens et causam per se. Causa per accidens est conditio sine qua effectus non poneretur; in eum tamen non influit. Causa per se est quæ aliquo modo influit in effectum. Hæc duplex est, physica est moralis ; et utraque est duplex, principalis et instrumentalis.

Causare est quid principalius in sacramentis quam significare. VIII, 217.

Celebrare missam. *Vide* Missa.

Celsus fuit religionis christianæ hostis infensissimus. III, 164.

Censura. Censura ecclesiastica non tam est pœna vindicativa in ultionem criminis, quam pœna medicinalis deterrens a crimine. IV, 353. Censura ecclesiastica est pœna extraordinaria quæ sequitur culpam non secundum suam naturam et simpliciter consideratam, sed ratione gravitatis superadditæ ex cognitione et contemptu hujusmodi pœnæ. *Ibid.* Quis possit absolvere a censuris quas incurrunt violatores clausulæ. VI, 193. Si confessarius absolverit pœnitentem a censura a qua absolvere non poterat, et pœnitens ignoret se censura innodatum, confessarius potest, obtenta facultate, ipsum nescientem aut absentem absolvere ; nisi forte facultas esset restricte concessa ad absolvendum in confessione tantum : quo casu deberet ipsum monere, secluso scandalo, ut ante. IX, 416. Censura olim apud Romanos significabat sententiam censoris deputati ad corrigendos mores. 482. Censura est pœna ecclesiastica, medicinalis et temporalis privans baptizatum delinquentem et contumacem usu communium bonorum spiritualium. *Ibid.* Translata est a scriptoribus ecclesiasticis ad significandam pœnam ab Ecclesia peccatoribus inflictam. *Ibid.* Est tantum triplex censura ecclesiastica, scilicet : excommunicatio, suspensio et interdictum. 483. Quælibet species censuræ dividitur in censuram a jure, quæ a lege lata est contra omnes subditos qui tale crimen commiserint, et censuram ab homine, quæ fertur per sententiam, sive generalem, sive particularem, superioris seu judicis; per generalem, ut si dicat superior : Si quis tale crimen commiserit, sit excommunicatus; per particularem, ut si dicat : Si Petrus non restituat intra mensem, sit excommunicatus. *Ibid.* Item quælibet censura dividitur in censuram latæ sententiæ, quam scilicet lex vel judex per sententiam actu infligit, adeoque

ipso facto seu criminis admissione, absque alia sententia, incurritur; et censuram ferendæ sententiæ, quam lex aut judex minatur tantum se inflicturum, aut jubet infligi. 384 et 385. Est in Ecclesia potestas ferendi censuras. 385. Omnis et solus prælatus habens jurisdictionem spiritualem in foro externo, potest jure ordinario ferre censuras in subditos contumaces. *Ibid* et 386. Qui habent potestatem ordinariam ferendi censuram, possunt illam delegare. *Ibid.* Potestas ferendi censuram potest delegari cuivis clerico clericalibus privilegiis gaudenti. *Ibid.* Hæc potestas committi non potest laïcis nisi a summo Pontifice. Verosimilius non potest ab eodem summo Pontifice hæc potestas committi fœminis. *Ibid.* Censura debet ferri in scriptis, causa censuræ expressa. *Ibid.* Solus homo viator baptizatus ratione utens, qui habet superiorem in Ecclesia, potest ligari censuris. 386. Peregrinus subjicitur-ne censuris diœceseos per quam transit, et subditus existens in aliena diœcesi, censuris suæ diœceseos. *Ibid.* Censura non fertur nisi ob peccatum externum mortale, in sua specie consummatum et involvens inobedientiam seu contumaciam contra Ecclesiam. 487. Censura ferri non potest pro peccato omnino præterito. Censura ferri non potest sine prævia monitione. *Ibid.* Probabilius, si censura non sit latæ sed ferendæ sententiæ, judex non potest statim procedere contra reum convictum, et in ipsum ferre censuram absque monitione. 488. Ignorantia excusat a censura. *Ibid.* Qui ex gravi metu facit actionem prohibitam sub censura, regulariter non incurrit eam. *Ibid.* Censura lata in innocentem probatum juridice nocentem, reipsa et in foro conscientiæ est invalida, nec ullum habet ex se effectum; per accidens tamen ratione scandali vitandi habet aliquos. 489. Censura potest esse injusta dupliciter : 1° ex parte ferentis; 2° ex parte ipsius censuræ, si vel causa sit indebita, vel prætermissus fuerit ordo juris. *Ibid.* Censura injusta ratione causæ indebitæ, aut defectu ordinis substantialis, si injustitia sit notoria, sic est invalida ut nullum habeat effectum, neque per se cum sit nulla, neque per accidens ratione scandali vitandi. *Ibid.* Censura ex parte ferentis tantum injusta, aut lata prætermisso ordine juris accidentali, est valida et consequitur omnes suos effectus. *Ibid.* Censura tollitur duntaxat per absolutionem legitimi judicis, non per ejus mortem aut depositionem. 490. Ad validam absolutionem a censuris non requiritur determinata verborum forma. 490. A censura ab homine lata per sententiam particularem, is solus absolvere potest qui eam tulit, vel superior, vel successor aut delegatus. *Ibid.* A censura juris seu sententiæ generalis reservata, is solus absolvere potest qui sibi reservavit, vel superior, vel successor, vel delegatus. *Ibid.* A censura juris, si non sit reservata, potest absolvere quilibet confessarius; et ideo solent confessarii præmittere absolutionem a censuris absolutioni a peccatis. *Ibid.*

Census, nisi aliter fuerit conventum, videntur solvendi ex natura contractus, non in loco censualistæ, sed in loco hypothecæ. V, 187. Census dicitur a censendo seu æstimando. VII, 141. Nunc a theologis et jurisconsultis accipitur census pro reditu seu pensione annua, vulgo *rente*; vel pro ipso jure recipiendi hanc pensionem annuam. *Ibid.* Census ergo definitur : Jus percipiendi annuam pensionem ex re vel persona frugifera alterius. *Ibid.* Census potest esse vel perpetuus vel temporalis. *Ibid.* Perpetuus dicitur ille qui semper durare debet, nisi legitima redemptione extinguatur. *Ibid.* Temporalis ille est qui cessat ad certum tempus, sive determinatum, sive indeterminatum. *Ibid.* Hic etiam vocatur vitalitius *Ibid.* Census dividitur in reservativum et consignativum. Reservativus est jus percipiendi annuam pensionem, sive in fructibus, quod quis sibi reservat in re fructifera quam alteri absolute donat, aut vili pretio vendit. 141. Census consignativus est jus quod quis mediante pretio acquirit percipiendi annuam pensionem ex re vel persona alterius qui tale jus ementi consignat; unde consignativus dicitur. 142. Census consignativus subdividitur in realem, personalem et mixtum. *Ibid.* Census alius est pecuniarius, alius fructuarius. *Ibid.* Census perpetuus subdividitur in redimibilem et irremedibilem. *Ibid.* Census tam realis quam personalis est licitus, servatis debitis conditionibus. 142 et seqq. census utrinque redimibilis est-ne licitus? 146. Est-ne licitum in emptione census obligare censuarium ad redimendum, si redimere velit, eadem moneta; puta, dedisti in emptionem census mille coronatos, eo pacto ut censuarius refundat mille coronatos, seu quanti tunc valebunt in specie? 147. Census potest-ne emi minori pretio quam fuerit creatus? v. g. emisti centum aureis censum quinque annuorum, possum-ne a te eumdem censum emere octoginta vel nonaginta aureis? *Ibid.* Census potest-ne creari sive ex pensionibus non solutis, sive ex aliis debitis? 148. Si censuarius simulet se velle redimere censum ut obtineat diminutionem a censualista, cum tamen nec velit nec possit defectu pecuniæ redimere, peccat et tenetur ad restitutionem integrarum pensionum. 147. Quæ sit hypotheca pecuniæ ad censum acceptæ et census annui? quis sit venditor census et dominus pecuniæ acceptæ? 147. Duobus modis census extinguitur. 148. Quid jus novum Gallicum statuit circa hanc præsentem materiam; vide *Appendicem novum.*

Cephas. Vox Syriaca significans saxum seu petra. V, 145.

Cerei. In usu cereorum Ecclesia intendit mysticam significationem, sicut in usu thuris. VIII, 372.

Cerinthiani. Sectatores errorum Cerinthi. II, 308.

Cerinthus, a quo Cerinthiani. Simonis Magi discipulus, Apostolis coætaneus, fuit unus ex iis qui anno circiter 69 descendentes de Judæa, dogmatizabant Antiochiæ circumcisionem et legalia necessario esse observanda : item unus fuit ex his qui millenarium Christi regnum post resurrectionem prædicabant. Erravit etiam Cerinthus circa divinitatem Christi, docens *Christum purum hominem fuisse*. Refert S. Polycarpus quod, cum Joannes apostolus hunc hæresiarcham vidisset ad balneum accedentem, recesserit exclamando : « Fugiamus hinc, ne balneum in quo Cerinthus veritatis inimicus moratur, subito corruens non opprimat. » Quo dicto, subito collapsa domus Cerinthum cum sociis oppressit. II, 308. Cerinthus dicebat Christum ex semine Joseph conceptum. III, 154. Cerinthus revelationes sibi ab angelo factas mentiens Millenariorum regnum commentus est transigendum in immoderatis et obscœnis voluptatibus ventris et carnis : hujus regni sedem fore urbem Jerusalem de novo ædificandam, item templum restaurandum, etc., etc. Unde ejus sectatores dicti sunt græce *Chialistæ*, latine *Millenarii*. 32.

Certitudo, Theologi communiter distinguunt duplicem certitudinem, unam objectivam, aliam subjectivam : objectiva est firma et invariabilis objecti determinatio in suo esse; certitudo subjectiva est firmitas adhæsionis virtutis cognoscitivæ ad suum cognoscibile. I, 17. Unde oritur hæc firmitas? *Ibid.* Aliquid potest esse altero certius dupliciter : uno modo quoad se; altero modo quoad nos. *Ibid.* Quænam est certitudo primorum principiorum? 19. Certitudo duplex est, una simpliciter dicta et absoluta, cui non potest subesse falsum, et excludit omnem formidinem de opposito : altera est secundum quid seu moralis et conjecturalis, quæ nititur momentis, signis et conjecturis gravibus quidem, at non ita firmis quin possit etiam moraliter loquendo eis subesse falsum. Major esse vel minor potest. III, 426. Tandem certitudo alia est metaphysica, alia physica et moralis. IV, 204. Certitudo aggravat-ne peccatum? IX, 431.

Cessio bonorum quomodo fieri debet? Excusat a restitutione. V, 200.

Cete. Per cete grandia non intelligitur una species piscium, sed omne genus piscium magnorum cujuscumque speciei; vox enim Hebræa significat dracones et omnia grandia animantia. Refert Plinius cetos sexcentorum pedum longitudinis et trecentorum sexaginta latitudinis intrasse flumen Arabiæ. II, 256.

Chalcedonense. In actis concilii Chalcedonensis pro Julio legitur Julianus. II, 389. Concilium Chalcedonense, sub S. Leone, contra Eutychem in suburbiis civitatis incœptum est, in amplissima basilica S. Euphemiæ, anno 451, mense Octobri. 389. Contra synodum Chalcedonensem insurrexerunt hostes plurimi. 391. Concilium Chalcedonense auctoritate S. Leonis S. Pontificis fuit convocatum per Marcianum imperatorem. 393. S. Leo synodo Chalcedonensi præfuit per legatos Paschasinum Lylibætanum et Lucentium Asculanum episcopos, et Bonifacium presbyterum, quibus adjunxit Julianum Coensem, saltem ut consiliorum participem. 394-396. Epistola dogmatica S. Leonis ad S. Flavianum, in concilio Chalcedonensi fuit recitata et approbata. 396. Exclamaverunt patres in concilio Chalcedonensi : « Hæc patrum fides : » hæc Apostolorum fides : omnes ita credi- » mus : anathema ei qui non credit : Petrus » per Leonem locutus est : Apostoli ita docue- » runt : pie et vere Leo docuit : Cyrillus ita » docuit. » *Ibid.* Acta synodi Chalcedonensis contra primatum summi Pontificis nullius sunt auctoritatis. V, 173. Exclamarunt Patres in concilio Chalcedonensi : « Petrus per » Leonem locutus est. » 185. Concilium Chalcedonense generale quartum petiit confirmationem a S. Leone. 237. Chalcedonense concilium anno 451 sub S. Leone contra Eutychem celebratum est. 230 et 242.

Chaldaïcæ versionis seu paraphrasis quinam sint auctores et quænam est ejus auctoritas? V, 72.

Character. Character non potest amitti, bene tamen charitas illo nobilior. V, 281. Character sacramentalis dicitur sacramentum. VIII, 217. Ex eo quod gratia sit delebilis non sequitur characterem esse delebilem, etc. Character manet post mortem in cœlo et in inferno. *Ibid.* Character est vox græca quæ significat notam vel signaculum quo vel unus ab alio distinguitur, vel ad aliquod officium deputatur. VIII, 273. A theologis usurpatur pro signaculo quodam spirituali per sacramentum animæ indelebiliter impresso, quo fideles deputantur ad ea quæ sunt cultus divini. 273. Per characterem homo redditur habilis ad agendum vel recipiendum quæ spectant cultum divinum. 274. Silentium Scripturæ circa characterem nihil probat contra illum. 275. Sufficit traditio. *Ibid.* Hæretici falso contendunt Innocentium III, qui obiit anno 1216, esse primum characteris inventorem. 274. Variæ sunt sententiæ circa naturam characteris, quæ describuntur. 276. Character non est mera denominatio extrinseca seu relatio rationis; est contra Durandi sententiam. *Ibid.* Character non est relatio realis. Est contra Scotum. 277. Character est effectus sacramenti, juxta S. Thom. dispositivus immediate ad gratiam. 256. Character est qualitas secundæ speciei, nimirum potentia. 278. Character non est per se directe in secunda specie qualitatis, sed reductive tantum. *Ibid.* Character non subjectatur immediate in essentia animæ, sed in ejus potentia. 279. Explicantur variæ denominationes characteris. 278. Character est participatio sacerdotii Christi. 279. Immediate subjectatur in intellectu practico, non in voluntate. *Ibid.* Character est indelebilis, attenta ipsius na-

tura, non autem attenta omnipotentia divina. 279 et 280. Sacramenta quæ imprimunt characterem non requirunt actum seu consensum ex parte infantis recipientis. X, 57.

Chrisma significat quamcumque gratiam, sicut *charis*. X, 28.

Charitas. Per actum charitatis homo non reddit Deo totum quod illi abstulerat per peccatum. II, 349. Gratia probabilius distinguitur a charitate. III, 373. Charitas supponit gratiam. 374. Gratia est participatio divinæ naturæ, charitas participatio divinæ voluntatis. *Ibid.* Charitas est inclinatio ordinis supernaturalis. *Ibid.* Iidem effectus tribuuntur gratiæ et charitati. 375. Charitas potest-ne ita separari a gratia ut quis sine ea salvaretur? 376 et 377. Charitas non est sine gratia sanctificante, docet enim Scriptura opera hominis esse mortua, nisi vivat per charitatem. 449. Charitas imperat aliis virtutibus, movendo simpliciter ad finem. IV, 134. Charitas non est forma intrinseca et essentialis aliarum virtutum, sed forma extrinseca tantum et accidentalis. 272. Charitas est finis et plenitudo præcepti. 422. Minimum bonum opus justi ex charitate elicitum meretur vitam æternam. 425. Peccata quæ secundum rectam rationem graviter lædunt charitatem Dei et proximi sunt mortalia; quæ leviter, venialia. 426. Ad discernendum vero an graviter vel leviter lædant charitatem Dei et proximi, multa sunt consideranda : 1° natura actus, 2° gravitas vel levitas materiæ : 3° an peccatum sit ex genere suo mortale vel non; 4° tenor verborum legis : 5° quæ fuerit intentio legislatoris; 6° an peccatum sit commissum cum perfecta vel imperfecta deliberatione, an ex malitia, vel infirmitate aut ignorantia. *Ibid.* Charitas non est forma intrinseca et essentialis fidei, sed extrinseca et accidentalis. V, 41. Charitas definiri solet : *Virtus divinitus infusa, qua Deus propter se et proximus propter Deum diligitur.* V, 270. Charitas habitualis est quid creatum in anima. *Ibid.* Charitas qua Deum diligimus est effectus charitatis increatæ qua nos ipse diligit. *Ibid.* Charitas est vera et proprie dicta amicitia inter Deum et hominem. 271. Charitas est virtus specialis. *Ibid.* Objectum formale *quo* seu ratio formalis motiva charitatis est bonitas increata ut est in se et propter se amabilis, lumine supernaturali cognoscibilis. 274. Deus est objectum materiale, principale et primarium charitatis, seu res amata. *Ibid.* Objectum formale *quo* charitatis non est sola bonitas essentiæ divinæ ut distinctæ virtualiter ab attributis, sed est bonitas divina ut involvit essentiam, attributa et personas, seu bonitas divina transcendens omnem Dei perfectionem. *Ibid.* Eadem specie charitatis diligitur Deus et proximus, Deus propter se ipsum, proximus propter Deum. 275. Charitas est una virtus specie atoma : insuper charitas est amicitia hominis ad Deum. 277. Charitas est excellentior aliis virtutibus, non solum in esse moris, sed etiam probabilius in esse physico. *Ibid.* Sine charitate potest esse vera virtus, sed imperfecta; quia sine charitate potest esse bona qualitas quæ sit constanter principium boni actus, consequenter vera virtus; sed, quia sine charitate, non ordinat ad ultimum finem, neque facit operari meritorie ad vitam æternam, non est perfecta virtus. 279. Charitas est forma aliarum virtutum, non intrinseca et essentialis, alias omnes virtutes essent ejusdem speciei, sed extrinseca et accidentalis, quatenus per eam referuntur ad finem ultimum supernaturalem, quo veluti ornamento formantur in ordine supernaturali. *Ibid.* Voluntas est subjectum charitatis. *Ibid.* Habitas charitatis non acquiritur nostris actibus, sed a Deo infunditur. *Ibid.* Charitas viæ potest augeri sine termino. *Ibid.* Charitas non augetur extensive, sed intensive tantum. 280. Charitas viæ potest-ne sic augeri ut adæquet aut etiam superet charitatem patriæ? *Ibid.* Charitas non augetur intensive per additionem charitatis ad charitatem. *Ibid.* Actus nostri concurrunt ad augmentum charitatis dispositive non solum moraliter seu meritorie, sed etiam physice. 281. Actus nostri non causant efficienter physice augmentum charitatis. *Ibid.* Perfectio charitatis potest intelligi vel ex parte diligibilis, vel ex parte diligentis. Ex parte diligibilis nullæ creaturæ charitas potest esse perfecta. *Ibid.* Ex parte vero diligentis tunc est perfecta charitas quando diligit quantum potest. *Ibid.* Homo justus potest sibi mereri augmentum charitatis. *Ibid.* Quilibet actus charitatis etiam remissus, sive elicitus, sive imperatus, meretur de condigno augmentum charitatis. Est contra Durandum. *Ibid.* Charitas potest considerari dupliciter : 1° in esse physico, quatenus est qualitas; 2° in esse morali, prout dicit jus ad gloriam ut mercedem. 283. Gratia et charitas statim moraliter augentur per actus remissos, seu quod idem est, homo per actus charitatis remissos acquirit jus novum ad augmentum gratiæ, charitatis et gloriæ. 284. Gratia et charitas non statim augentur in esse physico per actus remissos. *Ibid.* Quando justus prorumpit in actum ferventiorem, augmentum charitatis quod acquirit correspondet isti soli actui ferventiori, non actibus prioribus remissis; ita ut non sit unum præmium duplici titulo collatum. *Ibid.* Augmentum debitum actibus remissis non confertur in hac vita, sed differtur usque ad ingressum gloriæ, seu ad primum instans glorificationis. 285. Actus charitatis est modo intensior, modo remissior. 288. Charitas habitualis non potest diminui directe, bene tamen indirecte; est communis. *Ibid.* Diminutio directa charitatis potest attendi vel ex parte objecti, vel ex parte subjecti. *Ibid.* Quo sensu charitas habitualis minuitur indirecte per peccata ve-

nialia. *Ibid.* Augmenti charitatis causa potest assignari, non diminutionis. *Ibid.* Charitas potest amitti. Est contra Jovinianum, et contra Beguardos et Beguinas damnatos in concilio Viennensi. 189. Charitas per unum peccatum mortale amittitur. Est de fide decisa in concilio Tridentino. 290. Cur charitas amittitur per peccatum mortale, licet fides et spes, quæ sunt virtutes infusæ, non amittantur? 291. Nulla creatura potest nos invitos et nolentes a Dei charitate separare; sed soli nos ipsi prava voluntate. 290. Charitas amittitur dupliciter : directe, per actualem contemptum ; indirecte, per actum contrarium charitati. 291. Proximus est objectum secundarium charitatis. *Ibid.* Creaturæ rationales possunt-ne diligi ex charitate? 292. Homo debet se ipsum diligere ex charitate. *Ibid.* Hæc charitas non est vituperabilis. *Ibid.* Homo debet ex charitate diligere corpus suum, non solum ut id quod tanquam bonum vult amico, sed etiam ut id cui vult bonum. *Ibid.* Peccatores sunt ex charitate diligendi secundum naturam, non secundum culpam. *Ibid.* Inimici sunt ex charitate diligendi, non qua inimici, sed qua homines; dilectione utique communi, non speciali per se loquendo. 293. Per se loquendo, signa et opera communia charitatis sunt exhibenda inimicis, non specialia. 294. Quatuor sunt ex charitate diligenda : 1° quod supra nos est, scilicet Deus; 2° nos ipsi ; 3° quod juxta nos est, scilicet proximus; 4° quod infra nos est, scilicet corpus nostrum, 297. Deus est ex charitate diligendus super omnia et præ omnibus objective et appretiative; sicque simpliciter loquendo est magis diligendus quam proximus et quam nos ipsi. *Ibid.* Infusio non requiritur ad rationem charitatis secundum se. *Ibid.* Minima charitas justificat. *Ibid.* Homo debet ex charitate se magis diligere quam proximum. 301. Habitus charitatis inclinat-ne magis ad diligendum Deum. *Ibid.* Charitas communia propriis anteponit. Non quærit quæ sua sunt. 303. Homo magis debet diligere proximum quam proprium corpus, quia illud magis est ex charitate diligendum quod habet pleniorem rationem diligibilis ex charitate : atqui, et. *Ibid.* Ad quid tenetur pastor in gravi necessitate proximi? 304. Homo potest-ne exponere propriam vitam corporalem pro vita corporali proximi? *Ibid.* Charitas est etiam amor benevolentiæ. 311. Datur speciale et a cæteris distinctum præceptum diligendi Deum effectu et actu interno explicito, et non solum effectu observando cætera mandata, istud præceptum non ponitur in Decalogo. 314. Observatio mandatorum est signum dilectionis Dei. *Ibid.* Præceptum charitatis obligat dupliciter, sicut alia præcepta, per se et per accidens ratione alterius præcepti quod sine actu charitatis impleri non potest. *Ibid.* Quid intelligitur in præcepto charitatis per istas particulas : Ex toto corde, ex tota anima, ex tota fortitudine, et ex tota mente? *Ibid.* Eleemosyna est actus charitatis mediante misericordia. 338. Odium directe contrariatur charitati quæ est vita animæ. 360. Tenemurne ex præcepto charitatis vitam nostram corporalem profundere pro salute æterna proximi? VI, 237. Actus charitatis non supplet vices aliorum sacramentorum tam insigniter quam baptismi. VIII, 410. Quilibet homo tenetur-ne in articulo mortis elicere actum charitatis perfectæ? 416. Actus perfectæ charitatis est inseparabiliter conjunctus cum gratia sanctificante, sive antecedenter, sive concomitanter, sive consequenter. 411. Charitas est vera et proprie dicta amicitia inter Deum et hominem. IX, 318 et 313. Unde conditiones quæ requiruntur ad charitatem. *Ibid.* Datur medium inter charitatem et cupiditatem. 306. Non datur actus charitatis qui non procedat ab habitu charitatis in genere causæ efficientis, licet possit natura præcedere in genere causæ materialis et dispositivæ. 313. Omnis actus charitatis est meritorius gloriæ. 275. Est-ne meritorius remissionis venialium? *Ibid.* Charitas seu actus charitatis pro objecto formali respicit Deum ferturque in ipsum ut est nobis amicus, et ut nobis unitus. 311. Charitas perfecta quid, est juxta S. Thomam? Charitas parvula, quid est? 314. Perfectio tam contritionis quam charitatis, unde petitur. *Ibid.* Si actus charitatis, quantumvis debilis et remissus, habeat semper annexam justificationem, sequitur-ne justificationem hominis extra sacramentum non esse ita difficilem ut multi existimant? 314. Si actus charitatis debilis et remissus non requiritur ad justificationem in sacramento pœnitentiæ, sequitur-ne posse fieri quod homo salvetur sine adimpletione præcepti charitatis? 315. Objectum formale charitatis est Deus quidem ut in se bonus, sed ut amicus et nos redamans. 321. Defectus charitatis non est obex characteri sacramentali. 468.

Cherubim interpretatur plenitudo scientiæ. II, 209. Cherubim positus ante portam paradisi terrestris fuit unus ex inferioribus angelis, qui Cherubinis subordinabatur in custodia ligni scientiæ quæ Cherubinis tribuitur. 231.

Chilpericus multos Judæos baptizari jussit. VIII, 444.

Chirotonia idem est ac manuum impositio seu expansio. X, 27.

Choreæ. Quid est dicendum de choreis quæ die dominica peraguntur? VII, 348. Non sunt per se malæ, et positis certis conditionibus possunt esse licitæ, sed sunt valde periculosæ : ab his deterrendi sunt fideles. VIII, 100.

Chorepiscopi erant-ne tantum simplices presbyteri? X, 50.

Chorus. Canonici (idem dic de aliis beneficiatis ad chorum deputatis) tenentur adesse Officio divino in choro, sic ut absen-

tes priventur ipso facto distributionibus quotidianis, quas nullatenus recipere possunt, etiamsi ab aliis præsentibus remittantur. VII, 215. Qui jam per trimestre sive continuum sive interpolatum sibi a jure permissum abfuerunt, si reliquo anni spatio majoribus tantum Officiis, scilicet Matutinis, Missæ et Vesperis, aut uni tantum illorum adsunt, aliis omissis, satisfaciunt-ne suæ obligationi? 216. Qui in choro sunt voluntarie distracti, aut culpabiliter aliquid omittunt, quid debent facere? *Ibid.*

Chrisma generatim significat unguentum quodcumque; stricte seu usu ecclesiastico, est unguentum mixtum ex oleo et balsamo, ab episcopo benedictum. V, 9 et X, 3. Chrisma Latinorum differt accidentaliter a chrismate Græcorum. IX, 13. Necessarium est, necessitate præcepti ecclesiastici, quod chrisma sit benedictum ab episcopo. 17. Probabile est esse de necessitate sacramenti quod chrisma sit ab episcopo consecratum, ita ut simplex sacerdos non possit, etiam ex dispensatione pontificia, illud valide consecrare : est communior antiquorum scolasticorum. 17 et 18. Concilium Toletanum declarat-ne irritam consecrationem chrismatis factam a presbytero? *Ibid.* Summi Pontifices dispensarunt-ne ut simplex sacerdos conficeret chrisma? 18. Chrisma debet confici, de necessitate sacramenti, ex solo oleo olivarum, non ex oleo nucum vel amygdalarum, etc. 19. Quinam sunt ritus consecrationis chrismatis 20. Salutare chrisma his vocibus : *Ave sanctum chrisma,* non est superstitiosum. *Ibid.* Licitum fuit olim omni tempore chrisma consecrare; nunc non consecratur nisi semel in anno, feria quinta Majoris hebdomadæ. *Ibid.* Quotannis presbyteri tenentur petere a suo episcopo novum chrisma, veteri combusto. *Ibid.* Chrismatio baptismalis non est pars essentialis baptismi. 12. Quædam concilia concedunt-ne presbyteris potestatem ordinariam conficere chrisma? 23 et 24. An chrismatio sit materia confirmationis, et quo ritu fieri debet. *Vide* Confirmatio.

Chrismare generaliter significat ungere. X, 3.

Christianæ vitæ perfectio attenditur specialiter secundum charitatem, VI, 377. Posito quod perfectio christianæ vitæ attendatur specialiter secundum charitatem, sequitur quod per se et essentialiter consistit in observatione præceptorum ipsius charitatis Dei, proximi et aliorum præceptorum, sive divinorum, sive humanorum, quorum violatio sit contraria charitati; secundario autem et quasi ministerialiter, in observantia consiliorum quæ ordinantur ad charitatem. *Ibid.*

Christiani ad sepulcra defunctorum imagines ipsarum superstitioso cultu adorabant. III, 144. Recte-ne appellantur Christiani antiqui philosophi qui secundum rationem vixerunt. V, 28. Multi christiani erant Romæ antequam Paulus eo veniret. 155. Christianus sæpe tenetur operari propter finem supernaturalem. 335. Omnes Christiani qui colunt Deum possunt dici religiosi. VII, 180. Omnes Christiani dicuntur sacerdotes improprie, quatenus mentem devotam et opera pia Deo offerunt. 237, et VIII, 285. Dicuntur reges, quatenus passionibus suis dominantur. VII, 237. Non omnes christiani habent potestatem administrandi omnia sacramenta : est de fide contra Lutherum. VIII, 284. Christus in ultima cœna instituit solos apostolos sacerdotes, non vero omnes Christianos. 285. Christiani sunt fratres Christi per adoptionem. 285. Nascente Ecclesia, primi Christiani habuerunt ecclesias, seu loca specialia a privatis ædibus distincta, tum ad arandum et verbum Dei prædicandum, tum ad sacrificandum. IX, 219. Fideles priorum sæculorum adhibuerunt-ne confessionem sacramentalem sive in vita, sive in morte? IX, 342.

Christus fuit simul comprehensor et viator. I, 112 et III, 13, 39, 40; et V, 270. Christus est et vocatur in Scripturis Primogenitus omnis creaturæ, et primus omnium hominum prædestinatorum. II, 70, 481. Christus et persona composita ex duabus naturis, divina et humana. II, 376, 377. Christus tam masculine quam neutraliter est unus et unum, non duo. Prima pars est de fide contra Nestorianos, qui admittebant in Christo duas personas; unus enim masculine significat personam; unde in symbolo S. Athanasii ponitur : *non duo tamen,* sed unus et Christus, et in Nicæno : *Credo in unum* Dominum Jesum Christum et ita definitum est concilio Ephesino, can. 13. III, 44, 45, 46. Posset-ne dici Christus : Est divinitas et humanitas simul? Quomodo intelligendi sunt Patres qui ita locuti sunt? *Ibid.* In Christo est unica Verbi existentia; est contra Scotistas, Suarem et alios; est-ne S. Thomæ? 45, 46, 47 et 48. Christus est nomen personæ, non secus ac Petrus. 178.

Christus non fuit conceptus sub initium salutationis Angelicæ, quando Mariæ dixit Angelus : *Ave, gratia plena, Dominus tecum;* sed in fine, quando B. Virgo præbens consensum, dixit : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* III, 1, 70. Conceptio Christi facta est in instanti, quantum ad formationem corporis in qua principaliter consistit conceptio. 174. Corpus Christi animatum fuit in primo instanti suæ conceptionis. 175. Corpus Christi in primo instanti suæ conceptionis fuit a verbo assumptum. *Ibid.* Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis. *Ibid.* Christus fuit comprehensor in primo instanti suæ conceptionis. 176.

Christus egressus est ex utero clauso matris. III, 157 et 178. Christus secundum carnem est ex stirpe David. 169 et *seqq.*

Christus erat de genere sacerdotali. 170. Secundum communem sententiam nunc admissam, computando sex mundi ætates juxta textum hebraïcum et Vulgatam editionem, notus est Christus anno circiter quater millesimo a creatione mundi : hic annus erat quadragesimus primus imperii Cæsaris Augusti. 180. De circumstantiis nativitatis Christi ; de loco Christi nascentis. 178. Probabile est Christum natum esse in suburbio Bethlehem, in spelunca diversorio conjuncta, brutis animantibus destinata. 180. Juxta Evangelistas, Matth. II et Luc. II, Christus natus est in Bethlehem civitate Judæ seu tribus Judæ. Exprimitur civitas Judæ, ut distinguatur ab altera Bethlehem tribus Zabulon. Voluit Christus nasci in Bethlehem in qua erat natus ipse David. 180. Universa Ecclesia, tam græca quam latina, ex constanti majorum traditione tenet Christum esse natum vigesimo quinto Decembris. Ecclesia Ægypti falso existimat Christum esse natum sexto Januarii. 182. Natus est Christus media nocte. *Ibid.* Christo nascenti adfuisse bovem et asinum antiqua traditio est apud Hieronymum Epist. XXVII, S. Greg. Nazianz. Orat. XXXVIII, de nativitate Christi. 183. Congruebat ut Christus nasceretur ex virgine desponsata. X, 141.

Christus assumpsit omnes defectus naturales hominis, excepto peccato, et iis quæ ad peccatum inclinant. II, 179. Verbum assumpsit ex B. Virgine corpus terrenum ex carne et sanguine sicut nostrum ; est de fide contra valentinianos. 428. Animam, corpus et humanitatem Christi simul tempore fuisse assumpta a Verbo, est definitum a concilio quinto generali contra Origenem. 458. Christus non assumpsit omnes defectus corporales hominum. III, 28, 29, 30. Species externa corporis Christi non fuit insigniter venusta, neque insigniter deformis, ut spectantium oculos sola vel raperet vel offenderet ; sed pulchra mediocriter, ut pote statui suo conveniens. 30. Christus accepit carnem de Adam. 169. Christus assumpsit carnem de fœmina, juxta Apost. Galat. IV : *Misit Deum Filium suum factum ex muliere ;* idque convenientisimum fuit. 164. Non debuit nativitas Christi communite ret promiscue omnibus manifestari. 180. Debuit tamen aliquibus manifestari nativitas Christi ; tum quia nulli profuisset, si omnibus occultata, juxta illud Eccle. X : *Sapientia abscondita et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque ?* 177. Convenienter fuerunt electi illi quibus Christi nativitas est manifestata, nempe pastores, Magi, Simeon et Anna. *Ibid.* Non decebat quod Christus per se ipsum manifestaret suam nativitatem, quia id derogaret fidei humanitatis ; et aliunde voluit nasci nobis similis, omnibus infantiæ infirmitatibus obnoxius. 187. Quid censendum de descriptione Christi facta a quodam Lentulo et a Nicephoro ? 196. Humana facies et corporis Christi forma non fuit insigniter venusta, neque insigniter deformis, sed mediocriter pulchra. 195 et 196.

Conveniens fuit Christi corpus subjacere defectibus propter tria : 1° ut pro nobis satisfaceret ; 2° ut veritatem humanæ naturæ comprobaret ; 3° ut nobis fieret exemplum virtutis. III, 27, 28. Christus non contraxit hos defectus sicuti nos ex debito peccati quo caruit, sed voluntarie eos suscepit. At vero Christus licet hujus status puritatem assumpserit, voluit tamen de statu nostro assumere passibilitatem provenientem ex contrariis. 28. Christus assumpsit famem, sitim, defatigationem, mortem, etc. Quia hi defectus omnibus hominibus seu toti naturæ conveniunt communiter ex peccato communi primi hominis. 28. Non assumpsit Christus lepram, febrim, claudicationem, aut quemvis alium morbum, neque ignorantiam, pronitatem ad malum et difficultatem ad bonum. *Ibid.*

Quid de duabus Christi naturis credendum sit definitum est ? II, 280. Sanctitas divina attributalis per communicationem idiomatum, non minus prædicatur de Christo quam alia attributa. 458. Naturæ in Christo inter se manent inconfusæ et distinctæ cum suis proprietatibus. III, 40. In Christo admittenda est idiomatum communicatio ; est de fide. *Ibid.* Quæ conveniunt Christo ratione personæ seu naturæ divinæ possunt simpliciter de illo prædicari sine addito ; ut esse Dominus. 109. Quæ conveniunt Christo ratione humanæ naturæ non prædicantur de illo simpliciter, sed cum addito secundum humanam naturam. 112. Fide certum est Christum ut Deum non esse filium Dei adoptivum, sed filium naturalem Patris æterni, ipsi consubstantialem. 112. Christum qua hominem esse filium Dei adoptivum triplici sensu potest intelligi : 1° quod sit purus homo, et hæc fuit hæresis Photini ; 2° ponendo in illo duo supposita, unum divinum, alterum humanum, ratione cujus sit filius Dei adoptivus, et hæc fuit hæresis Nestorii ; 3° servata unitate personæ, asserendo Christum quatenus hominem esse filium Dei adoptivum. *Ibid.* Quidam auctores catholici sustinuerunt, salva unitate personæ, Christum qua hominem esse filium Dei adoptivum duplici sensu. 114, 115, 116. Opinio asserens Christum quatenus hominem esse filium Dei adoptivum ratione humanitatis, etiam salva unitate personæ, aut humanitatem esse adoptatam etsi non filiam, videtur damnata a concilio Francofordiensi. 114 et seqq. Humanitas non potest dici adoptata. 116. Christus quatenus homo non solum materialiter et identice, sed formaliter est filius Dei naturalis. 117. Christus quatenus filius Virginis non potuisset adoptari ab alio homine. 118. Christus qua homo est filius Dei naturalis. *Ibid.* Christus ut homo non est filius naturalis totius Trinitatis. 120. Christus ut homo est filius naturalis B. M. Virginis, ita ut tamen filiatio

in Christo sit tantum relatio rationis. 121. Humanitas non dicitur esse prædestinata ad filiationem Dei. 122. In Christo sunt duæ filiationes, sicut sunt duæ nativitates; una æterna, altera temporalis; cum hoc discrimine quod relatio filiationis temporalis in Christo non sit realis, sed rationis tantum. 172.

Christum fuisse circumcisum fides est Ecclesiæ. III, 182. Christus non fuit circumcisus in templo aut synagoga, sed in spelunca Bethlehemitica, vel in vicina domo ad quam forte SS. parentes cum divina prole commigrarunt post peractam descriptionem et evacuato diversorio. 183. Christus non fuit circumcisus a summo pontifice neque ab alio sacerdote, sed ab alterutro parente; quia ministerium circumcisionis non erat sacerdotale, imo nec leviticum, sed laïcum, quod a parentibus exerceri solebat. *Ibid.* A quo parente fuerit circumcisus? Quidam dicunt a Maria; verisimile autem est a S. Joseph. *Ibid.* Corrigendi sunt pictores qui nobis exhibent summum pontificem circumcidentem in templo puerum Jesum. *Ibid.* Secundum communem theologorum opinionem, Christus reliquit in terra suum præputium ad venerationem fidelium; unde ad id quod opponitur de integritate corporis Christi resurgentis, respondent tam exiguam partem, quæ vix latitudinem ungulæ humanæ æquat, non pertinere moraliter loquendo ad integritatem corporis Christi, maxime si consideretur ut filius Abrahæ et vir Judæus, cui ex Lege præputium debebat deesse; sicque eo carere exigebat ejus conditio. 184. Divinitas non mansit hypostatice unita in præputio. *Ibid.* S. Joseph cum B. Maria et divina prole profectus est de Nazareth paulo post purificationem B. Virginis et oblationem Jesu in templo. 188. Cur Christus fugit in Ægyptum? *Ibid.* Cur mandatum fuit fugere in Ægyptum potius quam in aliam regionem. *Ibid.* Sacra familia commorata est in Ægypto non novem, aut septem, aut quinque, aut tribus annis, ut quidam opinati sunt, sed uno necdum integro anno. 189.

De cæde infantium et vitæ Christi instituto usque ad suum baptisma. III, 192. Quam artem fabrilem exercuit, an ferrariam, an lignariam? *Ibid.* Christus usque ad suum baptisma exercuit cum sancto Joseph artem qua posses suæ et parentum inopiæ succurrere atque humilitatis ac modestiæ exemplum præberet. *Ibid.* Quamvis Christus non esset legi subjectus, convenienter tamen illam servavit: 1° ut legem approbaret; 2° ut eam observando in seipso consummaret et terminaret, ostendens quod ad ipsum erat ordinata; 3° ut Judæis occasionem calumniandi subtraheret; 4° ut homines a servitute Legis liberaret. 199. Christus ante suam passionem baptizavit per suos discipulos. VIII, 339. Christus in Jordane potuit sustinere personam legislatoris et pœnitentis respective ad diversa. 347. Christus quare voluit baptizari. *Ibid.*

De Christo baptizato. III, 194. Jesu baptizato et orante, aperti sunt cœli, non siderei et proprie dicti; hi enim naturaliter scindi non possunt, supernaturaliter autem esset superfluum; sed suprema aëris regio cœlis propinqua, quæ in S. Scripturis sæpe cœlum appellatur, quatenus dum ejus partes aliquæ hinc inde condensantur, medio aëre manente rariore, hiatus apparet ex quo columba descendere cerneretur, et vox Patris audiretur. 195. Christo baptizato, convenienter vox Patris Filium protestantis audita est. *Ibid.* Vox non fuit vera et naturalis; fuit tamen sonus sensibilis, non solum a Joanne, sed et ab astantibus auditus. *Ibid.* Attribuitur Patri. *Ibid.*

De tentatione Christi in deserto. III, 199. Conveniens fuit Christum tentari: 1° propter nostram cautelam, ut nullus quantumcumque sanctus se æstimet securum et immunem a tentatione; 2° propter exemplum, ut scilicet nos instrueret qualiter tentationes diaboli vincamus; 3° ut fiduciam præberet recurrendi in tentationibus ad ipsum, qui sicut nos fuit tentatus. *Ibid.* Tres tentationes visibiles, quas referunt Matth. et Lucas, nonnisi post jejunium quadraginta dierum factæ sunt. Nihil obstat quominus ipsum diabolus, licet non visibilis, aliis modis tentaverit, durante jejunio. *Ibid.* Quomodo diabolus Christo in monte constituto ostendit omnia regna mundi? 200. Utrum diabolus portaverit Christum super pinnaculum templi, an tantum duxerit, problema est. *Ibib.*

Anima Christi fuit ejusdem naturæ ac nostra. II, 155. In Christo anima ejus est corpori unita. 598. Ut anima Christi esset perfecte et consummate sancta necesse erat quod haberet omnem perfectionem connaturaliter sibi debitam ex vi unionis hypostaticæ. 440. Perfectio animæ Christi exigebat ut omnis ejus potentialitas esset reducta ad omnem actum convenientem secundum statum suum et per ordinem ad unionem hypostaticam. III, 11, 12. Duplex est in Christi anima potentialitas: una naturalis ad cognoscenda omnia naturalia per species acquisitas et infusas, quatenus est comprehensor; et obedientialis ad cognoscenda omnia supernaturalia etiam per species infusas. 12. Anima Christi annihilare non potuit creaturas. 22. Annihilatio correspondet creationi. *Ibid.* Anima Christi secundum propriam virtutem quæ ipsi competit ut est anima humana, non habebat omnipotentiam immutandi proprium corpus a naturali dispositione, v. g. non poterat secundum hanc virtutem efficere ne corpus gravitaret, ne nutriretur, ne pateretur, etc. 26. Si vero consideretur anima Christi secundum quod est instrumentum unitum Verbo, subdebatur ejus potestati omnis dispositio corporis proprii excepta annihilatione et conservatio-

ne. *Ibid.* Anima Christi potest considerari dupliciciter : 1° secundum propriam naturam et virtutem ; 2° secundum quod est instrumentum unitum Verbo Dei in persona. 22 et 23. Anima Christi potest adhuc considerari : 1° in ordine ad Deum ; 2° in ordine ad corpus, quatenus est forma corporis. 39.

Fuisse in Christo scientiam seu intellectionem creatam, definitum est contra Monothelistas in sexta synodo. III, 1. Est de fide. In Christo triplex agnosci debet scientia : beata scilicet, quæ est visio Dei beatifica ; infusa et acquisita. *Ibid.* Visio beata competebat Christo homini. 2. Christus habuit scientiam beatam. 1. Christus a primo instanti suæ conceptionis habuit scientiam beatam. 2. Christi anima non comprehendit nec comprehendere potest divinam essentiam. 3. Anima Christi per scientiam beatam comprehendit-ne divinam essentiam, aut saltem vidit-ne divinam essentiam clarius quam quælibet alia creatura ? 3. Anima Christi clarius vidit divinam essentiam quam ulla alia creatura. *Ibid.* Christus per scientiam beatam cognoscit-ne omnia in Verbo ? 4. Hæc propositio : 'Anima Christi videt Deum tam clare et intense sicut Deus videt seipsum, damnata est in concilio Basileense ut erronea. 3. Christus non erat beatus quoad omnia. *Ibid.* Fuit visio Christi beata ejusdem speciei cum visione beatorum. 4. Christus per scientiam beatam non videt omnia possibilia in Verbo. *Ibid.* Anima Christi per scientiam beatam cognovit in Verbo omnia præsentia, præterita et futura, nedum habitualiter, sed etiam actualiter. 4, 5, 6 et seqq. Anima Christi videt per scientiam beatam quidditative omnipotentiam Dei. 6. Anima Christi potest-ne cognoscere actu infinita ? 7. Præter scientiam beatam, fuit in Christo scientia infusa. 8, 9 et seqq. In Christo fuit duplex scientia infusa : una supernaturalis, qua objecta supernaturalia attingebat ; altera naturalis, nempe ex parte objecti, qua objecta naturalia cognoscebat. 9, 10. Scientia infusa fuit Christo ab instanti conceptionis : habuit etiam tunc actum visionis beatificæ. *Ibid.* Christus per scientiam infusam cognovit-ne omnia ? 11. Per ly *omnia*, hic non intelligimus possibilia, sed solum omnia in aliqua temporis differentia existentia, scilicet præterita, præsentia et futura, sive naturalia, sive supernaturalia. *Ibid.* Christus per scientiam infusam cognovit omnia, tam naturalia quam supernaturalia. *Ibid.* Christus per scientiam infusam cognovit omnia naturalia, non solum in communi quoad rationes genericas et specificas, sed etiam distincte et in particulari quoad rationes individuales. 12. Christus per scientiam infusam cognovit cogitationes cordium et futura contingentia. *Ibid.* Quomodo illa cognovit. 13. Hæc scientia non fuit intuitiva, sed abstractiva, clara et distincta. *Ibid.* Christus per scientiam infusam cognovit quidditative omnia entia creata supernaturalia, et probabilius comprehensive. *Ibid.* Christus per scientiam infusam cognovit, saltem mediate et indirecte, omnia mysteria nostræ fidei, etiam SS. Trinitatis quoad an est. 14. Christus potuit-ne uti hac scientia infusa sine conversione ad phantasmata ? 14. Non est difficultas ex parte ipsiusmet scientiæ infusæ, sed ex parte intellectus. *Ibid.* Scientia infusa in Christo fuit perfectior scientia angelorum. 15. Scientia infusa Christi non fuit collativa seu discursiva quoad acquisitionem ; potuit tamen esse vel non esse quoad usum. *Ibid.* Scientia infusa in Christo fuit distincta per diversos habitus specie, una vero generice. *Ibid.* Scientia infusa Christi fuit habitualis et actualis semper ab instanti conceptionis quoad quædam objecta, corpore licet ac sensibus quiescentibus, seu alio intentis. *Ibid.* Conveniens fuit ut omnis potentialitas animæ Christi naturalis reduceretur ad actum. 16.

Anima Christi præter unionem physicam cum Deo, aliam habuit per cognitionem et amorem supernaturalem. II, 438. Scientiæ naturales non fuerunt infusæ in Christo. 440. De scientia Christi acquisita. III, 15. Fuit in Christo scientia per se acquisibilis. 16. Scientia per se acquisibilis fuit in Christo propriis actibus acquisita. *Ibid* et seqq. Scientia per se acquisibilis in Christo non fuit imperfecta, nec inferior scientiæ Adæ. 17 et 18. Christus in hac scientia profecit quantum ad habitum et quantum ad actum. 18. Christus per scientiam acquisitam cognovit-ne omnia. 19. Christus nihil ab homine vel angelo didicit. *Ibid.* In Christo nulla fuit ignorantia. 37.

Omnes virtutes supernaturales, sive theologicæ, sive morales, per se infusæ, fuerunt in Christo, excepta fide, spe et pœnitentia. II, 438. Omnia dona Spiritus sancti fuerunt in Christo, etiam timor. 442. In Christo nullum fuit peccatum sive actuale sive originale. Est de fide. III, 29. Christus de lege Dei ordinaria erat impeccabilis. 30. De potentia Dei absoluta Christum esse impeccabilem contendunt multi contra Scotistas. *Ibid.* Christus ut homo, vi præcise gratiæ unionis, peccare absolute non potuit, sive peccato cum unione composito, sive peccato unionem destruente. Est contra Scotistas, qui contrarium tenent. 31 et seqq. In Christo nec originale peccatum, nec habituale personale, nec veniale, nec habitus vitiosus, nec ulla imperfectio potuit reperiri. 35. Si Christus ab Adamo seminaliter prodiisset, peccatum originale non contraxisset. *Ibid.* Fomes in actu secundo nec fuit, nec absolute potuit esse in Christo. 36. Fomes in actu primo non fuit in Christo, et probabilius esse non potuit absolute. *Ibid.* Christus non debuit austeram vitam eligere, quia congruum erat fini incarnationis ut Christus non ageret vitam solitariam, sed cum hominibus conversaretur, utque in cibo et potu communiter se, sicut alii, haberet. 200, 201. Christus habuit-ne tantum unicam vestem ? incedebat-ne nudis pedibus ? *Ibid.* Christus

exercuit-ne mendicitatem? *Ibid.* Christus fuit vere humilis, non solum externa conversatione, sed etiam interno judicio. VII, 205. Potuit-ne se judicare vilem et imperfectum? *Ibid.* Omne quod Christus fecit non est faciendum, sed quod faciendum præcepit. VIII, 121.

Gratia habitualis consideratur vel quatenus Christum ut personam singularem sanctificat et vocatur personalis; vel prout est Christo principium alios sanctificandi, et dicitur capitalis. II, 340. Duplex est difficultas circa sanctificationem Christi per gratiam substantialem unionis. 358. Gratia unionis est-ne homini Christo naturalis. 301. Gratia unionis in Christo est gratia substantialis; est etiam alia accidentalis, quæ nempe est gratia habitualis. 410. Quidam negarunt gratiam habitualem fuisse in Christo, utpote superfluam. 438. Gratia habitualis fuit in Christo, necessaria ad duo. 439. Christus habuit gratiam habitualem a primo instanti suæ conceptionis. 442. Gratia habitualis Christi superat intentione omnem gratiam angelorum et hominum simul sumptorum. 445. Gratia habitualis est proprietas unionis hypostaticæ, non physica, sed moralis. *Ibid.* Christus in primo instanti suæ conceptionis se disposuit per actum liberi arbitrii ad gratiam habitualem ipsi tunc infusam. 443. Gratia habitualis Christi non potest augeri de potentia Dei ordinaria. *Ibid.* Gratia habitualis Christi potest augeri intensive de potentia Dei absoluta. Est contra Scotistas, Cajetanum et Nazarium. *Ibid.* In Christo fuit omnis plenitudo gratiæ sive quoad intensionem, sive quoad extensionem. 430. Plenitudo absoluta gratiæ non respectiva, est propria Christo. *Ibid.* In Christo fuerunt omnes gratiæ gratis datæ, etiam prophetiæ donum. *Ibid.* Fuit in Christo plenitudo gratiæ respectiva seu subjectiva tam quoad intensionem quam quoad extensionem. *Ibid.* Gratia habitualis Christi non est infinita physice et in ratione entis. 430. Gratia habitualis Christi potest dici infinita moraliter in ratione gratiæ, quatenus 1° habet juxta connaturalem suum statum quidquid pertinet ad rationem sui; 2° est in summo gradu excellentiæ conferibilis, secundum divinam ordinationem et potentiam ordinariam, licet posset augeri secundum absolutam potentiam; 3° quia extenditur ad omnes effectus sui generis, imo ad infinitos syncategorematice. 431. Christi gratia potest-ne augeri in infinitum? 438. In Christo triplex est causa impeccabilitatis, nempe gratia unionis, gratia habitualis et visio beatifica. III, 35. Christus nec gratiam habitualem nec gloriam essentialem sibi meruit : ita communius cum S. Thoma. 75, 76. Licet gratia habitualis Christi sit ejusdem speciei cum nostra in esse physico, non tamen est in esse moris. 480. Gratia puræ creaturæ, quantumvis perficiatur, non potest unquam ipsam constituere caput aliorum. *Ibid.* Christus et B. Virgo fuerunt donati gratia efficacissima. III, 435.

Doctrina Christi. III, 200. Christus in sua conversatione exemplum perfectionis dedit in omnibus quæ per se pertinent ad salutem. 197. Christus omnia publice docuit. 200. Conveniens fuit prædicationem Christi tam per se ipsum quam per apostolos a principio solis Judæis exhiberi. *Ibid.* Christus doctrinam suam non tradidit scripto. 201. Unde habita est ejus epistola ad Abgarum apocrypha. *Ibid.* Christus accepit-ne testimonium hominis quasi indigeret ad probandam suam divinitatem. V, 118. Ut legitimus verborum Christi sensus cognoscatur quid est perpendendum? VIII. 388.

Christus per communicationem idiomatum est et dicitur simpliciter omnipotens omnipotentia divina, sicut est et dicitur simpliciter Deus. III, 20. Vi unionis hypostaticæ humanitas Christi habuit omnipotentiam secundum quid; sed utrum habuerit simpliciter, Ubiquistæ affirmant. *Ibid.* Tres sunt sententiæ Thomistarum circa modum pro virtus patrandi miracula et gratiæ producendæ fuit communicata Christi humanitati. 24 et 25. De miraculis Christi. V, 203. Conveniens fuit ut Christus faceret miracula. *Ibid.* Non erat conveniens ut Christus per se visibiliter agens, operaretur miracula ante perfectam ætatem; consequenter primum miraculum quod sic visibiliter agens operatus est, fuit conversio aquæ in vinum in Cana Galilææ. *Ibid.* Christus convenienter fecit miracula : 1° circa substantias spirituales ejiciendo scilicet dæmones e corporibus : 2° circa cœlestia corpora, ut contigit tempore passionis in defectu solis; 3° circa homines, eos sanando et resuscitando; 4° circa creaturas irrationales, ut ostenderet omnia sibi esse subjecta. 204. Christi miracula sufficienter probant ejus divinitatem. 203. 1° Si considerentur secundum speciem; 2° quantum ad modum; 3° quantum ad finem. *Ibid.* Christus curavit hominem sabbato et ei mandavit tollere grabatum suum. 199. Sanationes corporales quos fecit Christus, significant sanationes spirituales. IX, 259. Licet Christus non illas iteraverit, non inde sequitur illum non iterare denuo veniam petentibus. *Ibid.*

De transfiguratione Christi. III, 204. Transfiguratio non idem significat in S. Scripturis ut in scriptis profanis. *Ibid.* Claritas corporis Christi transfigurati fuit claritas gloriæ. *Ibid.* In eo posita fuit transfiguratio Christi, quod manente immutata corporis et faciei substantia et figura, splendorem clarissimum ad instar solis emiserit. *Ibid.* Convenienter Christus fuit transfiguratus; 1° ut ostenderet finem ad quem perventurus erat per crucem; 2° ut de cordibus apostolorum crucis scandalum tolleret; 3° ut illos cæterosque fideles ipse gloria, cujus tenuis radius fulgebat, ad adversa quæque toleranda excitaret. *Ibid.* Convenienter inducti sunt testes, tum ex hominibus qui præcesserunt Christum, tum ex eis qui eum secuti sunt. *Ibid.* Quas ob cau-

sas? *Ibid.* Ex præcedentibus convenienter inducti sunt Moyses et Elias; ex sequentibus, Petrus, Joannes et Jacobus. *Ibid.* Cur illis prohibuit nuntiare quod viderant ante suam resurrectionem. *Ibid.* Communis opinio est Christum fuisse transfiguratum in monte Thabor, qui est mons excelsus in Galilæa. *Ibid.*

Passiones Christi. Summum gaudium potest-ne stare cum summa tristitia? III, 3. Passiones tam corporales quam animales fuerunt in Christo, aliter tamen ac in nobis, quoad objectum, principium et effectus. 36. Anima Christi fuit-ne passibilis? 37. In Christo fuit-ne dolor sensibilis? 38. In Christo fuit tristitia. *Ibid.* Fuit in Christo timor ut est actus appetitus sensitivi refugientis malum difficile, possibiliter tamen evitabile. 38. In Christo fuit gaudium. *Ibid.* Admiratio in Christo fuit respective ad scientiam experimentalem, non respective ad scientiam divinam beatam et infusam. *Ibid.* In Christo fuit ira. 39.

Utrum in Christo sint duæ voluntates. III, 47. In Christo sunt duæ voluntates et duæ operationes seu volitiones, divina et humana; est de fide contra Monothelistas, decisa 1° in concil. Lateran. 2° in VI et VII synod. general. ac tandem in Florent. 47. Fuit-ne in Christo duplex voluntas rationis? 48. Possunt-ne admitti in voluntate Christi, ut ratio est, quidam actus ineffícaces et imperfecti, non conformes divinæ voluntati in volito materiali? 49. Anima Christi habuit omnipotentiam respectu suæ voluntatis circa ea quæ voluit fieri per divinam virtutem voluntate absoluta adimplenda per se, idque virtute propria. Circa ea quæ habuit omnipotentiam, non virtute propria, sed quatenus erat instrumentum divinitatis. Ea quæ voluit non voluntate absoluta, sed conditionata aut inefficaci, non semper fuerunt adimpleta. 26. Nihil voluit Christus voluntate absoluta et efficaci per alios adimplendum, quod non fuit factum. Est Sylvii contra Cajetanum. *Ibid.* Non fuit in Christo contrarietas voluntatum : est de fide decisum in concil. general. VI, 49. Fuit-ne in Christo voluntas sensualitatis? *Ibid.* Voluntas Christi fuit-ne conformis voluntati divinæ? *Ibid.*

Christus habuit-ne libertatem seu potentiam contrarietatis ad bonum et malum? III, 32. In Christo fuit liberum arbitrium, hoc est, libertas a coactione et a necessitate; utramque enim importat liberum arbitrium, ut docet S. Doctor. Est quoad libertatem a necessitate contra Calvinum, Lutherum et Jansenium, et videtur quoad eam partem de fide. 50. Quomodo salvatur libertas Christi in actibus præceptis aut prohibitis cum ejus impeccabilitate. *Ibid.* Concordia libertatis Christi cum ejus impeccabilitate. *Ibid.* Referuntur variæ sententiæ circa præceptum moriendi et impugnantur. 31. Prima sententia negat Christo fuisse impositum strictum et rigorosum moriendi præceptum, sed latum et improprium, seu insinuatio voluntatis Dei quæ decreverat ipsum pro salute hominum moriturum; præceptum non obligans, sed dirigens. *Ibid.* Hæc sententia impugnatur. 51, 52. In Christo fuit vera et stricta obedientia, ex eaque mortuus est. *Ibid.* Secunda sententia comminiscitur verum et proprium præceptum fuisse impositum Christo de morte subeunda quoad substantiam tantum, non quoad circumstantias illius, puta, tempus, locum, motivum, instensionem actus, etc. 52. Impugnatur hæc secunda sententia. *Ibid* et 53. Tertia sententia est eorum qui existimant præceptum moriendi fuisse impositum Christo dependenter ab ejus consensu quo se prius ad illud acceptandum obtulit, aut sub conditione quod, quando vellet, posset dispensationem obtinere. Ita novissime Tournely. 53. Impugnatur hæc tertia sententia. *Ibid.* Tres sententiæ impugnantur communibus argumentis. 54 Vera sententia stabilitur. *Ibid.* Admittendum est in Christo verum et rigorosum præceptum moriendi nedum quoad substantiam, sed etiam quoad circumstantias mortis, nec ab ejus voluntate quoad impositionem aut continuationem dependens. *Ibid.* Stante hoc præcepto et Christi impeccabilitate, ipse nihilominus liberrime mortuus est. *Ibid.* Christus fuit-ne liber circa præceptum dilectionis Dei et alia præcepta naturalia? 57.

De potentia animæ Christi respectu proprii corporis et executionis suæ voluntatis. III, 26. Non fuit simpliciter et absolute necessarium Christum pati; poterat enim Deus, apud quem non est impossibile omne verbum, alio modo salvare homines. Erat tamen necessarium secundum quid, scilicet, ex suppositione finis et ordinationis divinæ. 206. Convenientissimum fuit Christum pati ad liberationem generis humani. *Ibid.* Certum est Christum non sustinuisse omnes passionum species quæ ab hominibus inferri possunt; non enim fuit igne combustus, nec gladio percussus. Sustinuit tamen omnes passiones quantum ad genus, id est, ab omni hominum genere, in omni bono humano, in omnibus membris et in omnibus corporis sensibus. 206, 207. Si considerentur simul omnes causæ doloris Christi, ejus dolor fuit intensive major omnibus doloribus præsentis vitæ. *Ibid.* Christus fuit ab angelo confortatus. 20 et 211. Conveniens fuit ut Christus a Judæis pati inciperet, et postea, Judæis tradentibus, per manus gentilium ejus passio finiretur. 215.

De flagellatione Christi. III, 208. Quomodo Christus fuit flagellatus? *Ibid.* An Christus semel tantum fuerit flagellatus? an virgis, an funiculis nodosis, an loris Christus fuerit flagellatus? *Ibid.* Quantus fuerit numerus plagarum Christo inflictarum. *Ibid.* Quantum numerum plagarum determinaverit Pilatus, ignoratur. *Ibid.*

De cruce spinea. III, 208. Unicum est dubium, ex qua materia fuerit contexta. *Ibid.* Quid credendum est de corona spinea quam S. Ludovicus magno pretio ex barbarorum manibus redemit? 209.

De sententia mortis in Christum lata. V, 209. Pilatus tulit-ne sententiam mortis in Jesum, vel dimisit-ne eum arbitrio Judæorum? *Ibid.* Cur Judæi Jesum de blasphemia accusatum crucifigendum postulaverunt, cum secundum eorum legem, Levit. XXIV, blasphemi non crucifigendi, sed lapidandi erant? *Ibid.* Christus bajulavit-ne crucem suam vel præivit-ne onere liber? *Ibid.* Convenientissimum fuit Christum pati in cruce. 206.

De crucifixione. III, 211. Titulus quomodo fuit cruci affixus. 210 et 211. Probabile est cruci jam erectæ et terræ cuncis infixæ Christum fuisse affixum; talis enim erat consuetudo gentilium. *Ibid.* Solet tamen depingi Christus cruci humi prostratæ et jacenti affixus et cum magno conatu cum cruce elevatus. *Ibid.* Certum videtur non tantum tribus, sed quatuor clavis Christum fuisse cruci affixum. *Ibid.* Christus pependit-ne omnino nudus in cruce, ne velatis partibus quas pudor in nobis obtegi voluit? *Ibid.* Quoad locum, Christus convenienter crucifixus est Jerusalem, non quidem in ipsa civitate, sed extra portam in suburbio, hoc est, in monte Calvariæ, hebraïce, Golgotha. 212. Christus fuit crucifixus luna XV, hoc est, feria sexta, non vero luna XIV, seu feria quinta, ut volunt Græci. 213. Fuit crucifixus hora tertia, seu, juxta Evang. S. Joannis, hora quasi sexta. *Ibid.*

De prodigiis, Christo in cruce pendente, factis et primo de tenebris. III, 214. Actio Judæorum crucifigentium Christum attingitne personam divinam? VIII, 296. Verbum, *Consummatum est*, quod Christus protulit in cruce ad quid est referendum? 382. Peccatum crucifigentium Christum fuit gravissimum : in principalibus quidem, tam ex genere seu objecto, quam ex parte peccantium; in popularibus autem, ex genere tantum. 428.

De apertione lateris Christi. III, 214. Miles lancea Christi latus aperuit. *Ibid.* Hunc militem fuisse Longinum nomine, qui postea martyr occubuit, tenet communis opinio. *Ibid.* Fluxum aquæ ex latere Christi fuisse miraculosum negant medici; affirmant SS. Patres. 214. Tempus quo Christus mortem subiit incertum est. V, 157. Persecutores Christi fuerunt causa directa illius mortis. 217. Christus vero fuit causa indirecta. *Ibid.*

Mors Christi in quo differt a morte martyrum. III, 112. Christus ex obedientia mortuus est. 217. Et etiam ex charitate. *Ibid.* Deus Pater tradidit Christum passioni, juxta illud Rom. VIII : *Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ibid.* Conveniens fuit Christum mori : 1° ut satisfaceret pro nobis; 2° ut ostenderet veritatem naturæ assumptæ; 3° ut moriendo nos a timore mortis liberaret, 4° ut resurgendo a mortuis, et virtutem suam ostenderet qua mortem superavit, ut nobis spem resurgendi a mortuis daret. 220. In morte Christi divinitas non fuit separata ab ejus corpore, sed ipsi mansit hypostatice unita, ita ut non esset alia hypostasis Verbi Dei et carnis post mortem. *Ibid.* In morte Christi divinitas non fuit separata ab ejus anima. 220, 221. Deus potest dici crucifixus, mortuus sine indecentia. 32. Corpus Christi vivum et mortuum fuit idem numero absolute, non tamen omnino et totaliter. 220. Fuit tamen idem supposito. *Ibid.* Erroneum est dicere Christum in triduo mortis esse hominem; neque etiam in triduo mortis proprie fuit Christus. *Ibid.* Probabilius corpus Christi mortuum mansit sine forma substantiali. Assumpsit formam cadaveris humani. 221, 222. Christus mortem refugit actione deliberata. IV, 170.

De sepultura Christi. III, 222. Convenienter Christus fuit sepultus; tum ad comprobandam veritatem mortis; non enim aliquis in sepulcro ponitur, nisi quando jam de veritate mortis constat : tum quia per hoc quod Christus de sepulcro resurrexit, datur spes resurgendi per ipsum his qui sunt in sepulcro. *Ibid.* Convenienti modo Christus fuit sepultus. *Ibid.* Hæc autem omnia dicimus convenienter facta, nempe corpus Christi aromatibus myrrhæ et aloës conditum, syndone munda involutum, in monumento novo alieno sepultum in horto item et monumentum in petra excisum, saxum magnum ad ostium monumenti advolutum. *Ibid.* Corpus Christi mansit incorruptum in sepulcro ad ostensionem divinæ virtutis, etc. *Ibid.* Christus fuit convenienter una die et duabus noctibus in sepulcro. 223.

De descensu Christi ad inferos. III, 223. Christus hoc est anima Christi, realiter et substantialiter descendit ad inferos, et non tantum secundum effectum et operationem. *Ibid.* Conveniens fuit ut Christus descenderet in infernum. *Ibid.* Christus non descendit in infernum damnatorum secundum præsentiam realem. 224. Descendit secundum effectum. *Ibid.* Nos arguendo et convincendo de eorum infidelitate et malitia. *Ibid.* Christus descendens ad inferos, nullum damnatorum liberavit. 225. Christus suo descensu ad inferos non liberavit omnes animas a purgatorio. *Ibid.* Christus descendens ad inferos liberavit SS. Patres, 1° exhibendo eis, statim a morte sua, claram Divinitatis visionem, qua huc usque privati fuerant, nondum solute redemptionis nostræ pretio; deinde eos e loco inferni educendo. *Ibid.* Sicut corpus Christi fuit una die et noctibus in sepulcro, tantumdem ejus anima mansit in inferno, scilicet usque ad momentum resurrectionis, ita ut simul anima exiret de inferno et corpus educeretur de sepulcro. *Ibid.*

De resurrectione Christi. III, 225. Resurrectio Christi fuit pluries in Veteri Testamento prænuntiata verbis et factis. *Ibid.* Necessarium fuit non quidem simpliciter, sed ex suppositione divinæ ordinationis, prophetiarum, meritorum Christi, et nostræ utilitatis, Christum resurgere; 1° ad commendationem divinæ justitiæ; 2° ad fidei nostræ instructionem; 3° ad sublevamen spei nostræ; 4° ad informationem vitæ fidelium; 5° ad complementum justificationis nostræ. 125 et 126. Christus non liberavit nos a necessitate moriendi, sed a necessitate permanendi in morte : ob hoc dicitur habere mortis imperium et mortem moriendo vicisse. 224. Christum resurrexisse tertia die a morte sua indubitata fides est sæpe in S. Scripturis asserta. 226. Conveniens fuit Christum resurgere tertia die. 227. Tertia dies qua Christus resurrexit, fuit prima hebdomadæ, quæ apud nos est dies Dominica, diluculo seu sub aurora. *Ibid.* Quamvis plures ante Christum resurrexerint resurrectione imperfecta, quæ est liberatio a morte actuali tantum, ipse tamen primus omnium resurrexit resurrectione perfecta. 228. Qui cum Christo resurrexerunt, iterum mortui sunt, et ad sua sepulcra redierunt, secundo resurrecturi in fine mundi. *Ibid.* Christus fuit causa suæ resurrectionis efficiens secundum divinitatem, instrumentalis secundum humanitatem, meritoria per suam passionem. 229. Christus convenientissime resurrexit cum cicatricibus : quod intelligendum est non de nudis signis et vestigiis vulnerum, sed de ipsis patentibus et foraminibus apertis. 231. Corpus Christi resurrexit integrum. 230. Assumpsit-ne etiam totum sanguinem qui effusus est in passione? *Ibid.* Non resumpsit præputium. *Ibid.* Corpus Christi in resurrectione fuit palpabile. Christus manducavit et bibit realiter. *Ibid.* Corpus Christi resurrexit gloriosum, nempe clarum, impassibile, incorruptibile, subtile et agile. 230 et 231. Christus post resurrectionem non debuit se omnibus promiscue manifestum exhibere, sed aliquibus tantum per quos deinde aliis manifestaretur : non debuit etiam resurgere discipulis videntibus. 232. Ipsi custodes non viderunt Christum resurgere. *Ibid.* Pia et probabilis est sententia quæ dicit Christum a mortuis resurgentem primo apparuisse B. V. matri suæ. *Ibid.* Æque ad minus probabile est Christum resurgentem primo apparuisse M. Magdalenæ. *Ibid.* Thomas non tantum vidit, sed etiam tetigit vulnera Christi; de cæteris incertum est. *Ibid.* Circa resurrectionem duo erant discipulis declaranda : 1° Ipsa veritas resurrectionis; 2° gloria resurgentis. *Ibid.* Christus post suam resurrectionem non debuit continue conversari cum discipulis. *Ibid.* Decem referuntur ab Evangelistis Christi apparitiones, quinque ipsa die resurrectionis, aliæ postea. 232 et 233. Ubi Christus erat extra tempus harum apparitionum ? 233. Christus apparuit-ne pluries discipulis præter apparitiones ab Evangelistis recensitas? *Ibid.* Christus variis testimoniis et argumentis, seu signis sensibilibus, sufficienter probavit veritatem suæ resurrectionis. 233. Veritas resurrectionis Christi invictissime probatur testimonio apostolorum. 234. Resurrectio Christi est causa resurrectionis nostrorum corporum et nostrarum animarum, efficiens, instrumentalis et exemplaris. 235.

De ascensione Christi secundum se. Christus ascendit super omnes cœlos. I, 90. Quid requiritur ad naturam mutationis? 92. Conveniens fuit Christum ascendere in cœlum. III, 235. Christus convenienter ascendit in cœlum post quadraginta dies a resurrectione. 236. Christus ascendit propria virtute : 1° divina, quia est verus Deus; 2° virtute animæ moventis, prout vult corpus glorificatum et dote agilitatis præditum. *Ibid.* Probabile est Christum sic ascendisse super omnes cœlos, ut pedibus contingat convexum supremi cœli et totus sit extra cœlos. *Ibid.* Effectus seu fructus ascensionis Christi sunt partim ea quæ recensuimus tanquam motiva illius scilicet augmentum fidei, spei et charitatis et missio Spiritus Sancti; insuper apertio regni cœlorum, quorum introitus peccato protoparentis erat nobis occlusus; item officium advocati quod Christus pro nobis erga Patrem exercet; denique manifestatio suæ supremæ potestatis, ut adimpletionis prophetiarum ac munificentiæ in omnes homines. 237. Christus ascendit in cœlum ex monte Oliveti. *Ibid.* Christus ascendit in cœlum quinta Maii, quæ hoc anno incidit in feriam quintam. *Ibid.* Probabile est Christum ascendisse in cœlum circa meridiem seu paulo post. *Ibid.* Christum in monte impressisse terræ vestigia pedum constanter permanentia, et templum ibi ab Helena, Constantini matre, extructum nunquam potuisse contegi, referunt gravissimi auctores. 237. Christus ascendendo in cœlum remanet caput Ecclesiæ principale. V, 146.

Christus fuit-ne prædestinatus ante angelos? II, 461. In operationibus theandricis Christi est ordo realis et intrinsecus ad objectum a quo specificantur, et ad principium a quo eliciuntur. 90. Principium eliciens est duplex, *quo* et *quod*; Principium *quo* est multiplex. 91. *Quod* est unum. *Ibid.* In operibus Christi hominis nulla est infinitas physica. *Ibid.* Duplex valor debet distingui in actionibus Christi : unus qui petitur ab objecto, et est finitus; alter qui petitur ab eliciente subjecto, et ratione suppositi est moraliter infinitus. *Ibid.* Operationes Christi non solum ex extrinseca Dei acceptatione, sed etiam ab intrinseco, fuerunt valoris simpliciter infiniti, tam ad merendum quam ad satisfaciendum. 191 et seqq. Triplex est genus operationum in Christo; quædam sunt mere divinæ, quædam mere humanæ; aliæ

mixtæ in quibus agit utraque natura, divina et humana. 49. Actiones Christi erant-ne sub dominio generali Dei in omnes creaturas. 101. Christus ut homo est vere servus Dei servitute naturali : est communis sententia Thomistarum cum Auctore et plurium extraneorum contra Vasquem, Beccanum, etc., est forte quasi quæstio de nomine. 110. Christus est prædestinatus. 121. Christus ut homo prædestinatus est primario et principaliter ad filiationem Dei naturalem, secundario tantum ad visionem beatificam cæteraque dona supernaturalia ipsi collata. *Ibid.* et seqq. Prædestinatio Christi est causa exemplaris finalis est efficiens, moralis seu meritoria prædestinationis nostræ : est expresse D. Thomæ quoad primam partem, implicite quoad secundam et tertiam. 123, 124.

De merito Christi : an, quando et per quos Christus meruit? III, 70. Christus vere et proprie meruit. Est de fide definita in concilio Trid. *Ibid.* Christus meruit a primo instanti suæ conceptionis usque ad finem vitæ : est communis cum Auctore. 71. Christus non meruit in instanti mortis suæ, nec a fortiori post mortem. 72. Christus meruit sibi gloriam corporis, hominis exaltationem et alia bona quæ pertinent ad ejus excellentiam exteriorem, ut est ascensio, veneratio, etc. quæque accepit post suam passionem. Est contra Calvinum. 73. Christus meruit per omnes actus liberos humanæ voluntatis. *Ibid.* Christus meruit per actum dilectionis Dei, ut pote liberum. 73. Christus meruit per omnes actus suarum potentiarum, etiam partis sensitivæ et vegetativæ, imo et corporis. *Ibid.* Christus meruit per omnes actus, etiam præceptos, virtutum moralium obedientiæ, humilitatis, patientiæ. *Ibid.* Potuit-ne Christus de potentia Dei absoluta sibi mereri gratiam et gloriam essentialem, ut habitas in primo instanti conceptionis? 75. Christus non tantum sibi meruit, sed et aliis. 76. Christus non meruit angelis gratiam et gloriam essentiales, sed tantum gratias accidentales. *Ibid.* Merita Christi non sunt effectus prædestinationis nostræ. *Ibid.* Christus est causa meritoria justificationis nostræ. 25. Christus non meruit primis parentibus gratiam status innocentiæ. 76. Christus meruit aliis hominibus omnes gratias actuales disponentes ad justificationem, ipsam gratiam justificantem, gloriam, auxilia omnia, dona supernaturalia, omnes denique nostræ prædestinationis effectus. 76, 77. Christus non meruit virtutes et dona quæ simul cum gratia conferuntur et ad eam ut proprietates consequuntur. *Ibid.* Nullus præter Christum potest alteri mereri primam gratiam de condigno, bene tamen de congruo. 461. Christus idem præmium meruit pluribus titulis. V, 288, et IX, 189.

Christus non est mortuus ut liberaret nos a morte temporali. III, 80. Passio Christi quomodo operata est nostram salutem, 219. Passio Christi operata est salutem nostram per modum satitactionis, per modum sacrificii et tandem per modum meriti. *Ibid.* Passio Christi operata est salutem nostram per modum redemptionis. *Ibid.* Passio Christi, hoc est, humanitas Christi, ut aliquando subjecta passioni, salutem nostram operatur efficienter; est enim instrumentum divinitatis. 220. Per passionem Christi liberati sumus a peccato, quatenus Christus, ut caput nostrum, per passionem tanquam per pretium redemit nos ut membra sua a peccatis. *Ibid.* Passio Christi est causa universalis sufficiens ad nos liberandum a servitute diaboli, a pœna æterna peccato debita, ad nos Deo reconciliandos, ad aperiandam cœli januam, modo nobis applicetur per sacramenta et bona opera. 220. Mors Christi in facto esse nihil operata est ad nostram salutem per modum meriti; nisi tamen intelligamus carnem mortuam potuisse operari efficienter ad nostram salutem. 221. Christus pro omnibus mortuus est. IV, 366. Mors est pœna peccati. *Ibid.* Mors Christi sufficit ad redemptionem totius generis humani, non autem quoad applicationem. IX, 200.

Christus ita mortuus est pro omnibus omnino hominibus, ut vera et sincera voluntate morten oppetierit eamque Patri obtulerit pro omnium redemptione et salute æterna, antecedenter quidem et sufficienter pro reprobis, consequenter et efficaciter pro prædestinatis. Est catholica sententia. I, 282. Christus vere et proprie pro nobis satisfecit. III. 77. Christus morte sua duo præstitit : primum et principale, quod morte sua nos redemit et pro peccatis nostris satisfecit; alterum, quod exemplum mutuæ charitatis imitandum nobis dedit. 78. Oblatus est Christus in cruce ut victima piacularis pro peccatis nostris. 79, 80. Mors Christi fuit-ne pretium redemptionis nostræ? 83. Condonatio ex parte Dei potest-ne dici gratuita etsi Christus pro nobis plene satisfecerit soluto pretio. 85. Qui negant opera Christi esse ab intrinseco valoris infiniti, negant pariter ejus satisfactionem esse ab intrinseco condignam. 90. Valor satisfactorius operum Christi adæquat-ne gravitatem peccati mortalis? 91. Valor meritorius aut satisfactorius crescit-ne arithmetice juxta dignitatem personæ? 84 et 85. Christus satisfecit ex toto rigore justitiæ et ad apices juris. Est communis inter Thomistas, quibus adhærent plures alii. 97. Si Deus non acceptasset satisfactionem Christi pro peccatis hominum, remaneret-ne tamen inextinctum debitum in hominibus? 103. Actiones Christi sufficiebant-ne ut satisfaceret obligationi gratitudinis pro omnibus beneficiis acceptis? *Ibid.* Christus pro nobis satisfecit plene, sed debuit sua satisfactio nobis applicari per bona opera. 87. Valor satisfactionis Christi patitur-ne ex Verbo ut subsistente in natura humana vel ut subsistente in natura divina? 100. A qua virtute procedit

satisfactio Christi. 103. Satisfactio Christi fuit actus justitiæ commutativæ : est communis inter Thomistas. 102. Justitia commutativa Christi specie distinguitur a nostra ; habet enim objectum formale distinctum. 104. Christo homini proprium est esse redemptorem stricte sumptum. 219. Virtus passionis Christi se extendit ad eos qui sunt in peccato. 225. Cur virtus passionis Christi nunc non liberat omnes animas quæ sunt in purgatorio detentæ? *Ibid.*

De gratia Christi secundum quod est caput Ecclesiæ. II, 441. Christus non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus est caput hominum, et quantum ad animas et quantum ad corpora. 447. Christus est caput omnium hominum diversimode ; quorumdam actu, aliorum in potentia ; quorumdam semper, aliorum ad tempus. *Ibid.* Christus est caput in potentia omnium hominum viatorum, etiam infidelium. *Ibid.* Christus dicitur caput Ecclesiæ mystice seu moraliter. 446. Christus ut homo est caput Ecclesiæ. Intellige tamen ly *ut* non omnino reduplicative, sed potius specificative, id est, ut homo subsistens persona divina. 446. Christus est caput omnium hominum viatorum existentium in gratia, quandiu in illa existunt, sive sint prædestinati, sive reprobi. 447. Joannes Hus aliter contendens merito damnatus est a concilio Constant. *Ibid.* Christus est caput actu hominum beatorum in cœlo et existentium in purgatorio. *Ibid.* Christus non est caput, nec actu nec potentia, damnatorum, damnatorum puerorum in lymbo. *Ibid.* Christus est actu caput fidelium omnium, etiam in peccato mortali existentium, imperfecte tamen et secundum quid. 448. Prima pars est communis contra quosdam. *Ibid.* Christus est caput fidelium excommunicatorum et schismaticorum præcise. 449. Est caput catechumenorum. *Ibid.* Christus non est actu caput hæreticorum etiam occultorum. 450. Christus est caput antiquorum patrum qui in lege naturæ vel scripta vixerunt, etiam primorum parentum post lapsum. 452. Christus non est caput primorum parentum pro statu innocentiæ. Est contra Scotistas, Suarem et Gonet. *Ibid.* Christus est caput angelorum quoad externam gubernationem. 455. Sed difficultas est an sit vere et proprie, an tantum improprie ; an influendo in eis gratiam et gloriam essentialem, an tantum accidentalem. *Ibid.* Christus sic est caput angelorum ut in eos non influat gratiam et gloriam essentialem, sed accidentalem tantum. Est contra Scotistas. 456 et seqq. in objectionibus. *Ibid.* Christus est vere et proprie caput angelorum, tamen minus perfecte quam hominum. *Ibid.* Christus ut homo non est etiam caput irrationalium creaturarum. 462. Gratia Christi capitalis non est ipsa gratia unionis præcise, sed gratia habituali ut connotans gratiam unionis. Est contra Vasquem et quosdam recentiores. 463. Esse caput Ecclesiæ est-ne proprium Christo? 464. Christus non fuit aliquo decreto constitutus caput generis humani ad justificationem. IV, 373. Christus qua homo potuit rex esse temporalis, non solum Judææ, sed etiam totius mundi ; sed dubitatur an de facto fuerit, saltem quoad jus et dominium. VI, 53. Christus qua Deus et simpliciter dictus, fuit et est universorum rex ac dominus temporaliter. *Ibid.* Christus qua homo est omnium rex et dominus spiritualis. *Ibid.* Probabile est Christum qua hominem, fuisse regem temporalem omnium quoad jus et potestatem regiam, non quidem jure hæreditario, sed ex commissione et institutione Patris æterni. 54. Communior sententia est, Christum qua hominem non fuisse regem temporalem sive totius mundi, sive alicujus provinciæ, etiam quantum ad jus et regiam potestatem ; potuisse tamen indirecte de omnibus temporalibus disponere. 55, 56 et 57. Solus Christus fuit rex spiritualis. *Ibid.*

Christus fuit verus sacerdos novæ legis, non solum in cœlo, sed et in terra. III, 80. Christus est sacerdos ratione humanitatis, non ratione divinitatis. 112 Christus est vere sacerdos et hostia simul. 110 et 113. Sacerdotium Christi ex multiplici capite est æternum et secundum ordinem Melchisedech. *Ibid.* Effectus potissimus sacerdotii Christi est expiatio peccatorum quoad culpam et quoad pœnam. Etenim Christus morte sua nobis meruit gratiam qua deletur culpa, et plenarie satisfecit pro pœnis debitis, ut late dixi contra Socinianos ; quem effectum ipse, quia non erat peccator, non recepit. 113.

De oratione Christi. Est-ne eadem ratio de morte Christi ac de ejus oratione? I, 220. Oratio Christi fuit-ne semper exaudita ? III, 109. Christus oravit-ne pro omnibus et singulis hominibus? *Ibid.* Christo competit orare. III, 108. Christus oravit, licet non fuerit ipsi necessarium sicut nobis. *Ibid.* Christus oravit pro se dupliciter, secundum sensualitatem et secundum rationem. 109. Oratio Christi proprie dicta semper fuit exaudita, non vero oratio ejus improprie dicta. *Ibid.* Christus nunc existens in cœlo vere et proprie orat pro nobis ; licet neget Vasques, Medina, etc. Posset-ne dici absolute : *Christe, ora pro nobis*? *Ibid.*

De adoratione Christi. III, 124 et 125. Fide certum est hunc hominem, designato Christo, adorari cultu *latriæ*. 126. Eadem adoratione latriæ adoranda est divinitas Christi et ejus humanitas. *Ibid.* Humanitas secundum se sumpta et ut per intellectum præcisa a verbo, potest adorari cultu inferiori ob perfectiones suas creatas, v. g. ob gratiam habitualem, dona spiritus sancti, etc. 127. Humanitas Christi seu Christus ut homo adoratur latria, non tantum per communicationem idiomatum, sed ita quod humanitas revera est res adorata. *Ibid.* Humanitas Christi potest dici coadorari cum divinitate.

Ibid. Adoratio humanitatis Christi non dici debet relativa sicut ea quæ defertur ejus imagini, sed propria et absoluta. *Ibid.* Verbum mentis Christum repræsentans posset-ne adorari latria? 146.

De sessione Christi ad dexteram Patris. III, 237. Sedere ad dexteram Patris convenit Christo qua Deo et qua homini, diverso tamen modo. *Ibid.* Est ipsi proprium, sedere ad dexteram Patris qua homini, quia est in excellenti possessione divinorum bonorum præ cæteris creaturis, etiam angelicis. *Ibid.* Quid est intelligendum per hæc verba, sedere Christum ad dexteram Patris? *Ibid.*

Chrysostomus (S.) divisionem voluntatis divinæ in antecedentem et consequentem admisit sub nomine primariæ et secundariæ voluntatis. I, 267. Excessit dicendo B. Virginem ex vana gloria a Christi petiisse miraculum in nuptiis Cana Galilææ. III, 352. Agnovit S. Chrysostomus peccatum originale. IV, 362 et seqq. S. Chrysostomus imploravit Innocentii I auxilium contra Theophilum Alexandrinum. V, 160, 161. Docuit cum quibusdam aliis Patribus objurgationem Pauli fuisse simulatam, nihilominus licitam. VII, 391. Comparando malum sacerdotem cum asina Balaam, ostendit improbitatem ministri non tollere virtutem sacramenti. VIII, 505. S. Chrysostomus impugnavit Synousiastas. IX, 77. Non favit novatorum erroribus circa confessionem. 237.

Chunegunda (S.) suam innocentiam probavit judicio ignis. VII, 382.

Ciborium seu pixis, in quo asservantur hostiæ, debet benedici. IX, 223. A quibus est benedicendum? 224.

Cibus. Non sumere cibum etiam oblatum esset-ne se ipsum occidere? VI, 343. Vitia quæ oriuntur ex immoderata delectatione cibi et potus, possunt accipi vel ex parte animæ, vel ex parte corporis. VII, 100, 101. Licet cibus materialis non possit neque per se neque per accidens suscitare mortuos, id non est dicendum de cibo spirituali. 258. Cibus naturalis nutrit per sui mutationem in substantiam aliti. IX, 184. Quod ab extrinseco intromittitur per os in stomachum estque ab eo alterabile et digestibile, sumitur per modum cibi aut potus. 177. Quantum ad usum cibi in die jejunii, *vide* Jejunium.

Cicero negavit actus nostros liberos subjacere divinæ providentiæ, quia putabat cum ea stare non posse libertatem; et ideo, ut ait S. August. ut faceret homines liberos, fecit sacrilegos. I, 397. Cicero laudavit oracula Sibyllarum in suo libro de Divinitate. II, 341. Ciceroni neganti præscientiam exprobrat S. Augustinus quod, cum voluerit facere homines liberos, eos fecit sacrilegos. IV, 97.

Circumcelliones, seu Circuitores, existimabant esse quoddam genus martyrii occidere se ipsum, et passim hoc faciebant, domosque circuibant ut alios ad id impellerent. VI, 226.

Circumcisio. Circumcisio fuit, speciali privilegio, Abrahamo sigillum justitiæ fidei. VIII, 220. Conferebat gratiam parvulis ex opere operato non active, sed passive. VIII, 271 et 463. Dubium est et valde obscurum an circumcisio pro adultis et alia sacramenta veteris legis conferrent gratiam ex opere operato, vel ex opere operantis; exponuntur et expenduntur circa hanc quæstionem variæ plurimorum sententiæ. 272. Dicendum, juxta auctorem, sacramenta veteris legis moraliter aliquid gratiæ ex opere operato conferre passive, et non totum haberi ex merito operantis. Fides aliena in circumcisione non juvabat in quantum erat actus personæ, sed quatenus respiciebat objectum suum, scilicet Christum. 273. Circumcisio erat signum fœderis quo Judæi populo Dei ascribebantur. 377. Circumcisio poterat considerari dupliciter: 2° ut erat signum carni impressum quo Judæi a populis alienis distinguebantur; 2° ut erat sacramentum fidei et regenerationis. 389. Primo modo non conferebat gratiam, conferebat vero secundo modo considerata. *Ibid.* Circumcisio propter varios fines fuit instituta. 462. Circumcisio fuit figura baptismi. *Ibid.* Negant plures fuisse institutam in remedium peccati originalis. *Ibid.* Circumcisio fuit instituta in remedium peccati originalis. *Ibid* et seqq. Hæc est sententia sancti Augustini. 463. Hujus auctoritas est præferenda aliis Patrum sententiis. 467. Ritus circumcisionis convenienter fuit institutus in membro generationis. 462. Ritus cultri lapidei non erat de necessitate sacramenti. *Ibid.* Dies octavus erat de necessitate præcepti, non autem de necessitate sacramenti; poterat enim differri. *Ibid.* Quare circumcisio debebatur conferri octavo die? 448. Lex generalis lata est, quod qui non circumcidebatur deleri debebat de populo Dei. 464. Lex circumcisionis non obligabat fœminas, nec pueros ante diem octavum. 466. Apostolus dicit-ne circumcisionem non esse utilem populo Judæo. *Ibid.* Rabbini faciunt-ne mentionem virtutis spiritualis circumcisionis? *Ibid.*

Circuminsessio est mutua divinarum personarum coexistentia in se invicem, ita ut Pater sit in Filio, Filius in Patre, uterque in Spiritu sancto, et Spiritus sanctus in utroque. II, 145. Ad circuminsessionem duo requiruntur: primum, distinctio suppositorum; secundum, unitas numerica essentiæ. *Ibid.*

Circumscriptive potest aliquid esse in loco. IX, 71.

Circumstantia est accidens actus humani, ipsum inesse morali jam constitutum moraliter afficiens. IV, 245. Circumstantia, quæ est quoddam accidens actus moraliter sumpti, sumitur ab objecto secundario et indirecte volito. V, 337. Circumstantiæ aliæ

mutant speciem. IX. 427. Aliæ notabiliter aggravant intra eamdem speciem. *Ibid.* Quænam regula assignatur ad dignoscendas circumstantias notabiliter aggravantes intra eamdem speciem? 428. Circumstantiæ mutantes speciem necessario sunt exprimendæ; non autem leviter aggravantes. *Ibid.* Circumstantia mutans speciem debet exprimi, quia novam addit malitiam. 428. Circumstantias notabiliter aggravantes esse necessario confitendas tenet tutior et nunc communior sententia. *Ibid.* Explicatio circumstantiarum tantum aggravantium est-ne moraliter impossibilis. 480. Circumstantiæ notabiliter minuentes non sunt explicandæ. 431.

Cistercienses abbates possunt, ex privilegio concesso ab Innocentio VIII, conferre minores ordines, subdiaconatum et diaconatum? X, 50.

Clandestinitas a concilii Tridentini tempore irritat matrimonia. X, 138.

Claritas est dos corporis beati. IV, 44. Claritas qualitas est supernaturalis ab anima beata dimanans in corpus, ipsum efficiens luminosum et diaphanum. 45.

Clarius, Floriacensis monachus, testatur Berengarium catholicum obiisse. IX, 43.

Clausura dicitur a claustro : idem est ac monasterium apud canonistas. VI, 391. Est locus in quo clauduntur religiosi et moniales ad quietius Deo vacandum. *Ibid.* Sumitur etiam pro obligatione non egrediendi e monasterio et non ingrediendi monasterium sine licentia. *Ibid.* Clausura est inducta pro melius servandis votis, præsertim continentiæ. *Ibid.* Non est eadem ratio clausuræ respectu egressus religiosorum e monasterio, et respectu ingressus mulierum in monasterium. *Ibid.* Potest spectari vel quoad egressum religiosorum et monialium e monasterio, vel quoad ingressum mulierum in monasterium virorum, et virorum in monasterium monialium. *Ibid.* Alia est ratio clausuræ religiosorum et clausuræ monialium. *Ibid.* Exitus e monasterio sine licentia superioris non videtur prohibitus religiosis jure communi. 392. Est tamen prohibitus ex usu et consuetudine. *Ibid.* Supposita institutione et professione vitæ cœnobiticæ, ejusmodi egressus sine licentia non solum usu et consuetudine, sed etiam jure naturali videtur prohibitus. *Ibid.* et 395. Egressus sine licentia, etiam abstrahendo a pravis circumstantiis, est secundum se peccatum mortale. *Ibid.* Fit veniale ex levitate materiæ. *Ibid.* Nullum erit peccatum si sit gravis et manifesta necessitas exeundi quæ moram non patitur. *Ibid.* Egressio furtiva et nocturna est-ne semper peccatum mortale? 395. Ad quem pertineat designare terminos clausuræ? 395. Sepes possunt-ne esse termini et limites clausuræ? 396. Hortus contiguus qui continetur intra ambitum muri continui et deservit deambulationi religiosorum, non est intra clausuram respectu mulierum ingredientium si ad illum ingrediuntur non transeundo per monasterium. 394. Non idem est dicendum de horto monialium. *Ibid.* Prohibitum est mulieribus quibuscumque usum rationis adeptis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reservatæ, ne accedant aut præsumant ingredi monasteria religiosorum, nisi in certis casibus; ipsis vero religiosis, ne illas introducere admittereve præsumant, sub pœna privationis officiorum quæ in præsentia obtinent, et inhabilitatis in posterum ad illa et alia omnia, et suspensionis a divinis ipso facto, sine alia declaratione, incurrenda. 393 *et seqq.* Pœnæ quæ incurruntur pro violatione clausuræ incurruntur-ne ante sententiam judicis? VI, 396. Nemini sanctimonialium licet post professionem exire e monasterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua causa legitima ab episcopo approbanda, indultis quibuscumque et privilegiis non obstantibus. 397. Aliter egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes necnon comitantes, ac illarum receptrices personæ sive laïcæ aut sæculares vel ecclesiasticæ, consanguineæ vel non, excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo, eo ipso absque alia declaratione subjacent, a quo præterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi nequeunt. 398 et 399. Ingredi intra septa monasterii monialium nemini licet, cujuscumque generis aut conditionis, sexus vel ætatis fuerint, sine episcopi vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantum episcopus vel superior licentiam debet in casibus necessariis, neque alius ullo modo posset, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel indulti, hactenus concessi vel concedendi. 399. Clausura potest per usum contrarium abrogari in una provincia, non in alia. 400. Est-ne licitum aliquem facilius recipere propter devotionem quam ostendit ad monasterium faciendo largas eleemosynas? VII, 448. Est-ne etiam licitum aliquem provocare ad devotionem monasterii per temporalia beneficia? 448. Violatio clausuræ monialium ad malum finem est casus reservatus summo Pontifici. IX, 378.

Claves collatæ fuerunt Petro nomine Ecclesiæ. V, 150. Potestas clavium est majus sola potestate ligandi et solvendi. *Ibid.*

Clavi. Certum videtur non tribus tantum sed quatuor clavis Christum fuisse cruci affixum, quia : 1° sic ferebat usus Romanorum; 2° ex testimonio SS. Patrum : Clavi Dominici, inquit Greg. Turon. quod quatuor fuerint hæc est ratio, duo sunt affixi in palmis, et duo in plantis, etc. III, 211. Clavos alios Dominicos freno equino, alios galeæ Constantini fuisse insertos quidam referunt. *Ibid.*

Clemens (S.) fuit S. Pauli coadjutor et successor Sancti Petri in sede Romana. II,

16. Epistola Clementis cum aliis decretalibus veterum Pontificum supposititia nunc ab eruditis reputatur. IX, 94.

Clemens (S.) Alexandrinus presbyter probat in Scriptis filium esse æternum et verum Deum. II, 18. Vox græca φυσις quam adhibuit Clemens Alexandrinus, quamvis plerumque sumatur pro natura, interdum tamen usurpatur pro persona. *Ibid.*

Clemens V Avenione sedem summi Pontificis fixit. V, 248. Indixit concilium Viennense, quod fuit generale decimum quintum. In hoc concilio rescidit decretalem *Unam sanctam*. 203.

Clemens VI, Armenis ad fidem catholicam conversis, quosdam fidei articulos proposuit. In articulo quinto loquitur de auctoritate summi Pontificis. V, 187.

Clemens VIII. Clementem VIII, aliquando alieno fuisse animo adversus doctrinam Molinæ fatetur P. Livinus de Meyer Jesuita, pseudo-historiæ congregationum auctor, ac contendit tandem in ejus partes inclinasse : nos dicimus in eo usque ad mortem constanter perseverasse, fuisseque ipsi in proposito ut eam damnaret, nisi fuisset morte præventus. I, 223. Examine tertio causæ Molinianæ absoluto, censores obtulerunt censuram Clementi VIII, qui maximam adversus Molinam animi offensionem ostendit, quas ob causas? *Ibid.* Cum viderent Jesuitæ Clementem VIII certo statuisse causam definire adversus Molinam, nihil non tentarunt ut a præconcepto proposito deterrerent. *Ibid.* Idem tandem evincunt amaræ scriptorum Societ. expostulationes adversus Clementem VIII, hunc scilicet malo animo in societatem fuisse. At omnes longe superat R. P. N. professor Societ. Duaci in cujus dictatis hæc legimus : « Mirum videri non debet quod » Clemens VIII privata scientia adhæserit » Dominicanis, cum ex illorum ordine ad » pontificatum fuerit assumptus. » 224. Mortuo Clemente VIII et Leone XI intra electionis suæ mensem sublato, pontifex eligitur Paulus. V, *Ibid.* Congregationem *de Auxiliis* in causa Molinæ indixerat Clemens VIII. 225 et seqq. Clemens VIII, Græcis quos instruebat præscripsit formam concilii Florentini. IX, 257.

Clemens IX admisit ad pacem Ecclesiæ quatuor episcopos qui docuerant sufficere silentium obsequiosum. V, 130.

Clemens XIV, Esse summum Pontificem probabilius videtur esse de fide, licet quidam contrarium teneant. V, 225.

Clementia est virtus moderatrix pœnarum ex affectus lenitate, in quantum justitiæ ratio patitur. VIII, 202. Videtur quod clementia et mansuetudo sint idem. *Ibid.*

Clementina pax, qua occasione et quo sensu acta est. III, 271 et seqq.

Clerus. Clerici non tenentur legibus principum sæcularium, si quas ferant pro causis ecclesiasticis, quæ scilicet fidem spectant, sacramenta, ordines ecclesiasticos, etc. IV, 509. Tenentur-ne clerici legibus civilibus, vectigalia, tributa et hujusmodi onera imponentibus? *Ibid.* Legibus civilibus quæ communem spectant gubernationem, neque sacris canonibus neque clericorum statui repugnant, tenentur clerici quoad vim directivam, non coactivam. 511. Clerici strictius quam laïci tenentur ad eleemosynas. V, 376. Triplicis generis sunt bona clericorum : patrimonialia quasi-patrimonialia, et ecclesiastica. VI, 30. Clerici habent dominium bonorum patrimonialium, sic ut de ipsis pro libitu valide disponere possint. 31. Bonorum quasi-patrimonialium clerici habent absolutum dominium, non secus ac patrimonialium, sic ut de illis pro libitu possint disponere absque ulla obligatione restituendi. Ita communiter contra quosdam. 31, 32 et 33. Primis Ecclesiæ temporibus bona clericorum fuerunt communia sicut nunc in monasteriis, dispensatione penes episcopum relicta. 30. Ante divisionem factam nullus, sive episcopus sive clericus, habuit in particulari dominium bonorum ecclesiasticorum, sed fuit toti cœtui commune. *Ibid.* Clerici portionis proventuum ecclesiasticorum necessariæ congruæ sustentationi videntur absolute domini, sic ut de ea, non secus ac de patrimonialibus at quasi-patrimonialibus pro libitu disponere possint : est saltem sententia communior et probabilior. Henno dicit esse omnium theologorum ; Lessius, esse sententiam fere communem theologorum, etsi multi canonistæ dissentiant. 33. An possint clerici parte proventuum ecclesiasticorum superflua congruæ sustentationi, uti pro libitu absque onere restitutionis, non convenit inter omnes. *Ibid.* Inter omnes convenit eos teneri saltem ex lege charitatis et ex præcepto ecclesiastico, illam impendere pauperibus aut aliis piis usibus. *Ibid.* Probabilius est clericos, saltem nunc post creata beneficia, habere absolutum dominium partis proventuum ecclesiasticorum congruæ sustentationi superfluæ, sic, ut de illa possint pro libitu valide disponere, licet illicite, nec teneantur ex justitia illam erogare pauperibus aut in usus pios, adeoque nec sint obnoxii restitutioni si in alios usus impendant. 34 et 35. Expenditur mens D. Thomæ in probationem hujus conclusionis. 36-38. Clerici strictiori jure quam sæculares, tenentur erogare superflua ecclesiastica pauperibus aut in usus pios, ita ut mortaliter peccent si in profanos usus impendant : est communis. 39. Clerici habentes propria, possunt vivere ex bonis ecclesiasticis. 43. Est communis contra Julianum Pomerium, Dionysium Carthus et paucos alios. 44, 45 etc. Quæ censeatur congrua clerici sustentatio. 46. Est-ne habenda ratio mobilitatis. *Ibid.* In casu paupertatis licet clericis subvenire consanguineis ex bonis ecclesiasticis, et in duobus aliis casibus : 1° ut non indigeant, etsi non sint de facto

pauperes; 2° ut ipsis in ecclesia dignitate constitutis non sint dedecori. *Ibid.* Clerici possunt-ne propter debita in carcerem trahi? VI, 194. Clerici sunt regulariter exempti a tributis. 218 et seqq. Sunt tamen casus in quibus licitum est exigere tributa a clericis. 219. Quo jure clerici sunt immunes? 220. Clericis jurisdictionem temporalem habentibus non licet occidere malefactores, seu ad eorum occisionem directe concurrere. 226. Possunt et debent constituere judices ad hujusmodi causas sanguinis discutiendas et judicandas. *Ibid.* Clerici qui non habent jurisdictionem temporalem, si adsint executioni malefactoris ex levitate vel curiositate, nullam auctoritatem vel auxilium præstantes, peccant venialiter nec fiunt irregulares. *Ibid.* Clericus in sacris constitutus, chirurgiam exercens per incisionem vel adustionem, morte vel mutilatione secuta, non est reus homicidii, si sufficientem adhibuit diligentiam ne sequeretur. VI, 256. Sive clericus sive laïcus qui ex charitate et bona fide agit circa infirmum ea quæ communiter exhiberi solent infirmis, seclusa lata culpa, non incurrit irregularitatem, si inde contra ejus voluntatem mors acceleretur. 266, 267. Negotiatio est jure canonico interdicta clericis. VII, 99. Clerici tenentur ad horas canonicas sub mortali, sive in choro, sive extra chorum. VII, 211. Ex universali Ecclesiæ usu clerici minorum ordinum ad horas canonicas non tenentur. *Ibid.* Nullus clericus jurare debet in judicio in manibus laïci, nisi tamen de licentia superioris; vel agatur de juramento coactivo seu facto laïco tanquam superiori. 319. Percussores clericorum ipso facto excluduntur. 423 et 424. Clerici manus impositione ordinantur. IX, 7, 8. Clericus excommunicatus potest-ne percipere fructus sui beneficii. IX, *in appendice*, pag. 495. Si quis suadente Diabolo in clericum vel monachum manus violentas injecerit, anathematis vinculo subjaceat; et nullus episcoporum præsumat illum absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, et jus mandatum suscipiat. IX, 498. Clerus est vox significans sortem seu hæreditatem Christi. X, 27. Specialiter tribuitur ministris Ecclesiæ. *Ibid.* Omnes clerici lege ecclesiastica tenentur deferre tonsuram. 38. Privilegium clericale triplex distinguitur: 1° privilegium fori, quo eximuntur clerici a jurisdictione sæculari; 2° privilegium immunitatis a tributis; 3° privilegium canonis, quo excommunicantur percutientes clericum. X, 39. Clerici majores in Ecclesia Latina obligantur-ne ad continentiam immediate ex præcepto Ecclesiæ, an mediante voto quod emittunt? 67. *Vide* Continentia. Clerici majores adstringuntur recitationi Horarum canonicarum ex universali Ecclesiæ consuetudine vim legis habente? 63. Exercens ordinem in hac suspensione incurrit irregularitatem. 62. Quantum ad jus quod habent clerici ad decimas, *vide* Decimæ.

Coactio. Tripliciter sumi potest coactio: 1° stricte, pro violentia illata ab extrinseco, passo renitente; 2° late, pro determinatione naturali et necessaria ad unum sine potentia ad oppositum; 3° latius, pro vi quadam morali, absolute tamen vincibili; quo sensu qui metu mortis aliquid facit dicitur coacte fecisse. IV, 97. Patres veteres sumpserunt coactionem late pro necessitate. *Ibid.* Nomine coactionis, SS. Augustinus et Thomas et alii non intelligunt coactionem stricte, sed paulo latius sumptam pro necessitate, et spontaneum pro libero. *Ibid.* Coactum, licet non raro confundatur cum violento et involuntario, differt tamen ab illis. 62. Coacta non durant. X, 128.

Codices Hebræi et Græci ante Christum non fuerunt notabiliter depravati, imo neque ante S. Hieronymum. V, 74. Non licet tradere sacros codices tyranno petenti ad eos comburendos aut aliter indigne tractandos. VI, 230.

Codicillus quasi parvus codex seu scriptura, continens aliquam ultimam voluntatem absque institutione hæredis. VII, 47. Est ergo codicillus quasi imperfectum testamentum quo neque datur neque adimitur hæreditas. *Ibid.*

Cæci et surdi possunt et debent Missæ interesse. VII, 352.

Cæcitas mentis est effectus luxuriæ. VIII, 135.

Cæcilianus. Cæciliani causa, post sententiam Melchiadis papæ, in concilio Arelatensi denuo judicata fuit. VIII, 355.

Coelestinus I, acceptis tum Nestorii, tum Cyrilli litteris, coegit Romæ synodum anno 430, in qua Nestorium excommunicavit. II, 378. Concilium Ephesinum convocatum fuit auctoritate Cœlestini I Romani pontificis. 382. Concilio Ephesino sub ejus initium præfuit S. Cyrillus Alexand. nomine Cœlestini pontificis. Post vero actionem primam præfuerunt legati Cœlestini, Arcadius et Projectus episcopi, et Philippus presbyter. 385. Decem capitula, quibus errores Semi-Pelagianorum proscribuntur, esse Cœlestini opus negant quidam recentiores. III, 260 et 261. Quid egit in causa Apiarii? V, 167. Præsedit per suos legatos huic concilio, tertio generali. 235. *Vide etiam*, pag. 185.

Coelestinus III erravit-ne definiendo quod, cum alter conjugum labitur in hæresim, dissolvitur matrimonium? V, 205. An dispensaverit cum Constantia, Rogerii Siciliæ regis filia, quinquagenaria moniali professa in monasterio Panormitano, ut nuberet Henrico VI imperatori, dubium est. VII, 298, 299.

Coelestius. Suæ hæreseos nactus est Pelagius patronum et assertorem fervidum et effrontem Cœlestium cujus patria ignoratur. Is perversitati Pelagianæ propagandæ tan-

tam novavit operam, ut hujus sectatores etiam Cœlestiani appellarentur. III, 246. Cœlestius damnatus est Carthagine in synodo ibi congregata. 247. Cœlestius post Pelagium, una cum Juliano negavit peccatum originale, contendens Adam sibi soli nocuisse, non posteris. IV, 363.

Coelum. Duplex est motus in cœlo · unus communis toti cœlo qui facit diem et noctem : alius est qui diversificatur per diversa tempora. II, 250. Nomine cœli quid intelligatur varii varie sentiunt. 252.

Coelibatum suis ministris præcipere potuit Ecclesia. X, 63. *Vide* Continentia.

Coemeterium Ecclesiæ conjunctum, polluta Ecclesia, polluitur ; non e contra polluto cœmeterio polluitur Ecclesia. IX, 221.

Coenam triplicem pridie mortis Christum habuisse est probabile : primam legalem ; secundam communem et usualem ; tertiam sacramentalem. IX, 110. Harum cœnarum ordo qualis fuisse creditur exponitur. *Ibid.* Cœnæ præcedentis reliquiæ in ore remanentibus, *si casualiter* deglutiantur, non frangunt jejunium naturale. 330.

Coenula vespertina quæ dicitur collatio diu fuit ignota in Ecclesia. VIII, 71. Quisnam huic præbuerit occasionem, *Ibid.* et a quo tempore incœperit, incertum est. *Ibid.* Quiquid sit de ejus origine, hæc cœnula vespertina nunc est licita. *Ibid.* Circa quantitatem et qualitatem ciborum in cœnula sumendorum variæ sunt sententiæ. 72. Possunt tamen hæc attendi : 1° consuetudo cujusvis regionis inter timoratos recepta : 2° conditio personæ jejunantis. 73. Quantus excessus requiritur in collatione ad peccatum mortale? 73. Licet ob aliquam causam sumere collationem meridie, prandio in vesperam dilato. *Ibid.* Vigilia Nativitatis potest-ne sumi largior collatio ? *Ibid.*

Coetus prædestinatorum potest-ne videri? V, 102.

Cohibere idem est ac excludere. IX, 308.

Cogitare. Dupliciter *cogitare* potest accipi : 1° prout importat actum intellectus considerantis, sine ullo voluntatis consensu aut desiderio : 2° prout importat actum intellectus simul cum actu voluntatis consentientis aut desiderantis. IV, 133.

Cogitationes. Per cogitationes cordium, intelligimus actus immanentes liberos tam intellectus quam voluntatis, qui neque aliquo effectu seu signo exteriori, neque ipsa cogitantis voluntate manifestantur. II, 182. Angeli non cognoscunt naturaliter cogitationes cordium. *Ibid.* Cognoscere cogitationes cordium, est proprium Dei. *Ibid.*

Cognatio carnalis non debet esse impedimentum prædicationi Evangelii. V, 306, 307. Ex sacramento pœnitentiæ non oritur cognatio spiritualis qualis oritur ex baptismo et confirmatione, dissolvens matrimonium ; adeoque confessarius peccans cum sua pœnitente, non committi incestum. VIII, 160. Cognatio spiritualis non contrahitur nisi per aliquod sacramentum. VIII, 426. Cognatio ut sic, est personarum propinquitas seu vinculum. Triplex est : una spiritualis ; secunda legalis ; tertia carnalis. X, 189. —Cognatio spiritualis est propinquitas quædam personarum jure ecclesiastico introducta ratione generationis spiritualis, in baptismo aut in confirmatione. 209. Cognatio spiritualis oritur tantum ex baptismo et confirmatione. 209. Cognatio spiritualis contrahitur : 1° inter baptizantem et suscipientem ex una parte, et baptizatum ex altera ; 2° inter baptizantem et suscipientem ex una parte, et parentes baptizati ex altera. Idem est dicendum de confirmatione. *Ibid.* Primus modus dicitur paternitas ; secundus modus dicitur compaternitas. VIII, 426 et X, 209. Ad contrahendum cognationis spiritualis impedimentum, requiritur-ne quod susceptores tangant corporaliter baptizatum, tenendo, offerendo, levando, aut alio simili modo, dum actu baptizatur ? X, 210. Utrum et quæ conditiones requiruntur ut spiritualis cognatio et impedimentum ipsi annexum contrahantur ? *Ibid.* Procurator qui levat infantem loco patrini, non contrahit cognationem spiritualem et impedimentum ipsi annexum. *Ibid.* Si plures quam unus et una designati et a parocho admissi tangant et suscipiant, quinam contrahunt cognationem ? *Ibid.* Ex statuto Ecclesiæ cognatio spiritualis impedit et dirimit matrimonium, si illud antecedat. X, 209, 210. — Cognatio legalis est quædam propinquitas orta exadoptione. 211. *Vide* Adoptio. Cognatio legalis, quæ provenit ex adoptione perfecta, impedit et dirimit matrimonium, jure humano per Ecclesiam approbato. 212. Inter quos contrahatur cognatio legalis, seu quot sint ejus species? 213. Cognatio legalis orta ex adoptione perfecta triplex est : prima in linea recta quasi descendentium; secunda in linea transversa quasi collateralium ; tertia per modum cujusdam affinitatis. VIII, 426 et X, 213. Quænam est earum differentia? *Ibid.* — Cognatio carnalis oritur ex carnali generatione, et dicitur consanguinitas. 189. *Vide* Consanguinitas. — Cognatio naturalis et affinitas quomodo jure novo gallico dirimit matrimonium. *Vide appendicem nostrum circa finem.*

Cognitio. Quid est cognitio matutina ? quid vespertina. I, 3. Triplici via, vel brevius et clarius duplici via aliqualem Dei cognitionem acquirere possumus : 1° per viam negationis, removendo ab eo imperfectionem; et hoc est potius scire quid non sit, quam quid sit : 2° per viam affirmationis, tribuendo ei perfectiones creaturarum, semotis imperfectionibus, et longe excellentiori modo. 41. Multipliciter Deus potest a nobis cognosci : 1° abstractive per effectus ; sic per creaturas cognoscimus naturaliter Deum ut auctorem naturæ. 2° Supernaturaliter, sed obscure per fidem ; 3° supernaturaliter clare et in-

tuitive, ut est in se, quomodo beati in cœlo eum vident. Hæc cognitio Dei dicitur visio. 98. Cognitio nostra nostra fit quatenus potentia cognoscens trahit res ad se, illas sibi conjungendo. 125. Quia vero res propter suam materialitatem non possunt entitative ingredi potentiam, indigent specie quæ sit illarum repræsentatio et similitudo formalis per quam uniuntur potentiæ. *Ibid.* Duplex distinguitur species, impressa et expressa. Impressa præcedit cognitionem tanquam vicaria objecti. Expressa est terminus cognitionis et vitalis repræsentatio objecti producta ab intellectu. *Ibid.* Cognoscibilitas objecti duplex est : una intrinseca quæ commensuratur perfectioni entitativæ objecti cognoscendi : altera extrinseca, quæ non commensuratur perfectioni entitativæ objecti cognoscibilis. 138. Deus ut comprehensive cognoscibilis ab intellectu divino, continetur intra objectum adæquatum intellectus creati. 140. Duplex distinguitur medium cognitionis : unum, quod prius cognitum, *ut quod*, ducit in cognitionem alterius, et dicitur medium, *in quo*. Aliud est quod facit cognoscere absque eo quod prius cognoscatur *ut quod*, sed solum repræsentando objectum. 147. Non possumus per rationem naturalem, cujus cognitio oritur ex sensibilibus, noscere Dei essentiam, seu quoad quid est; possumus tamen cognoscere quoad an est et quod sit prima omnium causa. 151. Cognitio quæ habetur de Deo per gratiam perfectior est et altior quam ea quæ habetur per rationem naturalem. *Ibid.* Nulla creatura possibilis potest adæquate et comprehensive Deum cognoscere. 152. Cum triplici via Deus a nobis cognosci possit, 1° per viam remotionis dum ab eo removemus imperfectiones creaturarum; 2° per viam collectionis, dum omnes perfectiones dispersas in effectibus in eo tanquam in omnium causa colligimus : 3° per viam excessus dum omnes perfectiones creaturarum ipsi modo eminentiori tribuimus : juxta hunc triplicem modum cognoscendi Deum, tria nominum genera ei attribuimus. 152. Cognitio fit quatenus cognitum est in cognoscente, non secundum entitatem, sed secundum suam similitudinem seu repræsentationem. 153. In hoc differunt cognoscentia a non cognoscentibus, quia non cognoscentia nihil habent nisi formam suam tantum; sed cognoscens natum est habere formam etiam alterius rei; num species cogniti est in cognoscente. 154. Aliquid dupliciter cognoscitur; uno modo, in se ipso; alio modo, in altero. 170. In se ipso cognoscitur aliquid, quando cognoscitur per speciem propriam adæquatam ipsi cognoscibili. *Ibid.* Talis species dicitur medium *quo* et incognitum *ut quod*, quia facit cognoscere absque eo quod cognoscatur prius *ut quod*, sed solum repræsentando objectum. *Ibid.* In alio videtur, quod videtur per speciem alterius in quo continetur; hoc medium vocatur medium *in quo*, quod prius debet cognosci ut ducat in cognitionem alterius. *Ibid.* Debet-ne necessaria esse connexio inter medium cognoscendi et rem cognitam? 172. Cognoscere aliquid in causa est-ne cognoscere discursive? 174. Cognitio rei in se ipsa est-ne perfectior quam ejus cognitio in alio? 175. Omne cognitum est in cognoscente secundum esse intelligibile et illud esse vocatur idea. 250. Peccator cognoscit-ne suum peccatum? 318. Nihil de Deo possumus cognoscere per rationem naturalem nisi ex effectibus creatis. II, 36. Objectum cognitionis est principium *quo* cognitionis, non vero principium *quod*. 119. Dicitur cognitio matutina qua angeli per lumen gloriæ res vident in Verbo : vespertina, qua per species inditas res cognoscunt in seipsis; quia vero res in Verbo clarius videntur quam in se ipsis, ideo prima cognitio dicitur matutina, secunda vespertina. 188. Cognitio qua simul duo attinguntur est-ne perfectior illa qua unum solum objectum cognoscitur? III, 8. Objectum potest cognosci vel in Verbo, vel in se ipso : cognoscitur in Verbo per scientiam beatam; cognoscitur in se ipso immediate per scientiam infusam vel acquisitam. 9. Homo lapsus potest-ne absque gratia cognoscere veritates naturales? 326. Deus potest dupliciter cognosci, scilicet per lumen naturale ut auctor boni naturalis; et per fidem ut auctor boni supernaturalis. 339. Cognitio nulla est nisi circa verum, quod est objectum adæquatum potentiæ cognoscitivæ. IV, 4. Cognitio Dei infinito modo est impossibilis creaturæ. 14. Cognitio finis est duplex; perfecta et imperfecta : prior fit quando cognoscitur ratio et dignitas finis et proportio mediorum ad finem; et talis cognitio cum sit collativa et discursiva, soli intellectuali naturæ competit. Imperfecta autem cognitio finis est quæ in sola apprehensione rei, quæ finis est, consistit, absque eo quod cognoscatur ratio et dignitas finis, ut proportio mediorum ad finem; et talis cognitio finis reperitur in brutis per sensum et æstimationem naturalem. 50. Sentire est cognoscere. *Ibid.* Duplex est in homine quantum ad cognitionem inclinatio; 1° ex parte animæ; 2° ex parte naturæ corporalis. VIII, 208. Res spirituales quoad sui cognitionem sunt in duplici differentia; aliæ sunt quæ naturali lumine cognosci possunt. VIII, 240. Aliæ quæ solum lumine supernaturali possunt cognosci. *Ibid.* Primi generis res spirituales cognosci possunt per sensibilia. *Ibid.* Secundi generis, per revelationem fidei. *Ibid.* Quomodo Deus cognoscit omnia : *vide* DEUS.

COÏTUS. Naturæ ordo exigit ut ad generandum conveniant per coïtum mas et fœmina. II, 286. In statu innocentiæ coïtus fuisset absque corruptione et partus absque dolore. 287. In statu innocentiæ coïtus fuisset purior ac nunc est. *Ibid.* Ad quam speciem vitii contra naturam pertinet coïtus viri cum fœmina mortua? VIII, 186. Coïtus maris cum

fœmina causa generationis, est naturalis. X, 90.

Colere. Nullus olim sanctus colebatur sine prævia discussione. V, 274. Colere Deum et orare quidam vanum esse posuerunt. VII, 187. Potest-ne Deus coli superfiue? Deus colitur fide, spe et charitate. 182 et 183. *Vide* Cultus. Multi coluntur in Ecclesia ut martyres, qui non sunt occisi directe causa fidei. 35. Ecclesia colit ut sanctos infantes pro Christo occisos jussu Herodis. VIII, 417. Ecclesia non statim aliquem pro sancto martyre colit, nisi certo ipsi constet quomodo se in confessione et passione gesserit. VIII, 38.

Collatio exterior gloriæ gaudet bonitate justitiæ et misericordiæ. I. Collatio spiritualium facta indigno, si reperiantur digni, est peccatum mortale. VI, 200. Collatio facta penitus illitterato est invalida. 206. In collatione spiritualis potest quis intendere dupliciter temporale et e contra : 1° ut finem operis; 2° ut finem operantis. VII, 434. Collatio seu cœnula vespertina quæ fieri solet in die jejunii : *vide* Coenula. Collationes malorum in particulari cum peccato non sunt faciendæ a pœnitentibus saltem vulgaribus, neque a confessariis sunt illis proponendæ. IX, 292.

Collatores seu patroni non sunt beneficiorum domini, sed administratores tantum et œconomi. VI, 201. Simoniacum est temporaliter inservire collatori ea lege, ut loco stipendii ipsi conferat beneficium. VII, 438. Item si quis confert beneficium alicui eo pacto ut ipsum laudet vel commendet apud principem, aut ut impetret sibi vel ad se pertinentibus aliquem favorem. *Ibid.*

Collecta est oratio quæ omnia populi vota in unum colligit et exhibet Deo, per sacerdotis ministerium. VII, 203.

Colloquia impudica in loco sacro licet non sint, possunt tamen fieri sacrilega. VIII, 380.

Collyridiani potestatem conficiendi Eucharistiam mulieribus tribuebant. VIII, 186.

Columba quæ descendit in Christum fuit-ne animal verum aut tantum similitudo columbæ? III, 194. Cur descendit in Christum? 195.

Columbanus (S.) scribendo acriter Bonifacio IV, non negabat infallibilitatem. V, 206.

Columbaria sunt licita. VI, 60. Quibusnam de jure sunt licita. *Ibid.*

Comedere usque ad vomitum an sit ideo præcise peccatum mortale, alii affirmant, alii negant. VIII. 100. Comedere carnem humanam in extrema necessitate est-ne licitum? 102. Commessationes quæ die Dominica peraguntur sunt-ne illicitæ? VII, 348.

Comessatio non dicitur a comedendo, sed a Como, qui apud antiquos habebatur *deus crapulæ*. VIII, 110.

Commissoriæ legis pactum in venditione fit cum res eo pacto venditur, ut si emptor intra certum tempus non solvat res sit inempta. VII, 92. Hoc pactum approbatur in jure toto ferme. *Ibid.* Pactum legis commissorie in pignore dato pro mutuo aut credito est jure positivo prohibitum. 130. Irritum etiam declaratur jure novo Gallico. *Vide appendicem nostrum.*

Commixtio quid est? VI, 71. In quo differt a commixtione. *Ibid.*

Commodatarius ad quid tenetur jure novo Gallico, *vide appendicem novum.* tom. VII, pag. 44. Impensæ pro usu rei huic imputantur. *Ibid.* Est-ne idem dicendum de extraordinariis ? commodans quo tempore rem suam potest repetere? *Ibid.*

Commodatum est contractus in solam recipientis utilitatem. V, 245. Non est eadem conditio precarii et commodati. *Ibid.* Commodatum formaliter sumptum definitur : Rei alicujus quoad usum solum gratuita concessio ad certum tempus. VII, 169.

Commoditas alia est non æstimabilis pecunia, ut res spiritualis, amor benevolentiæ; alia est pecunia æstimabilis, et est triplex, scilicet : munus ab obsequio, munus a lingua, et manus a manu. VII, 111.

Communia. Quod est commune tribus personis non potest specialem constituere personam ab aliis discretam : atqui omnia absoluta in Deo, sunt tribus personis communia, ut fatentur omnes theologi. II. 95. Quædam sunt res adhuc communes et nulli appropriatæ, ut foræ in sylvis. V, 59. Communia jure naturæ omnia sunt. 296.

Communicatio idiomatum et perfectionum. *Vide* Idioma et Perfectio.

Communicatio, Pax, Reconciliatio sumebantur a veteribus patribus eodem sensu ac communio. IX, 419.

Communio usurpabatur a veteribus ad significandam promiscue, vel absolutionem sacramentalem, vel Eucharistiæ participationem, vel reconciliationem cum Ecclesia. IX, 419. Communio. Ut quis censeatur peccator publicus, ideoque repellendus a communione, non requiritur ut sit denuntiatus. V, 59. Communio seu manducatio corporis Christi est adultis necessaria ad salutem. IX, 62. Pollutio actusque conjugalis arcent-ne a communione? 83. Pueri doli capaces et apti ad confessionem, sed nondum admissi ad communionem, si in periculo mortis constituantur, probabilius tenentur ex præcepto divino communicare. 137. Graviter culpandi sunt parentes qui negligunt hoc munus. *Ibid.* Mulieres prægnantes difficile parituræ, præliaturi, periculose navigantes, jure divino tenentur ad communionem. 155. Qui heri vel hodie mane communicavit, et vespere incidit in periculum mortis, tenetur-ne iterum communicare per modum viatici. 154. Homo non debet pluries in una die communicare. 156. Major discretio requiritur ad communionem quam ad confessionem. 157. Peccata venialia affectu retenta obstant ut quis quotidie vel frequenter Eucharistiam recipiat. 161. Decretum Innocentii XI de sacræ communionis usu, datum anno 1679. 162. Obli

f.

gatio communicandi ex præcepto Ecclesiæ determinata est a concilio Lateranense, confirmante Tridentino. 157. Expenditur et explicatur præceptum Ecclesiæ: *Omnis utriusque sexus fidelis. Ibid.* In primitiva Ecclesia fideles quotidie communicabant. 158. Postea vero, minuente fervore charitatis, ter in anno omnes communicare debebant. Hodie semel in anno ad Pascha; quæ vox sumitur pro quindena incipiente a Dominica Palmarum inclusive usque ad Dominicam in albis, quæ dicitur *Quasimodo*, etiam inclusive. Potest tamen differri, sive ab episcopis, sive a parochis, sive a confessariis. 157 et 158. Communio paschalis sumenda est in propria parochia, a proprio sacerdote; ita communius et tutius. *Ibid.* Qui prævidet futurum impedimentum communicandi intra quindenam paschalem ea nondum inchoata, si non communicavit ab ultimo Paschate, tenetur prævenire. 159. Quinam eximuntur ab obligatione communicandi in propria parochia? 158. Habens duo domicilia communicare debet in ea parochia in qua habitat tempore Paschali. *Ibid.* Qui sive culpabiliter sive inculpabiliter non communicavit in Paschate non est liber a præcepto usque ad sequens Pascha. 158. Ecclesia præcipit communionem ut cibum spiritualem et unitivum Christo, qui non potest esse talis sine statu gratiæ. 159. Neque divino neque ecclesiastico præcepto communicandi satisfit per communionem sacrilegam. *Ibid.* — Secundum se laudabilius est et utilius frequenter quam raro communicare. 163. Alio modo ex parte sumentis, in quo requiritur ut cum magna devotione et reventia ad hoc sacramentum accedat; et ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratum inveniat, laudabile est quod quotidie sumat. 161. Non est exhibenda communio sacramentalis non baptizatis. 171. Quid agendum circa surdos et mutos a nativitate? danda-ne est illis communio? 172. Menstrua mulierum, fluxus sanguinis, lepra et similia, non arcent a communione. 179. Quisnam dicitur peccator publicus in ordine ad privationem communionis? 171. Fideles laïci aut sacerdotes non consecrantes nullo præcepto divino tenentur communicando sumere utramque speciem. 164 et 165. Gratia confertur-ne ad sumptionem primæ speciei? 170. Per se loquendo, major gratia non confertur communicanti sub utraque specie quam sub una. Est communis. 169. Nulla gratia ad salutem necessaria confertur communicanti sub utraque specie, quæ communicanti sub una specie non conferatur. *Ibid.* Usque ad duodecimum Ecclesiæ sæculum non infrequens fuit communio sub utraque specie, 165. sed usurpata non fuit tanquam necessaria ad salutem, aut ex præcepto divino. *Ibid.* In communione publica aliquando porrecta fuit olim sola species panis, aut saltem liberum fuit unam vel duas species sumere. 166. Communio domestica sumebatur sub sola specie panis. *Ibid.* In communione infirmorum constat unam tantum speciem porrectam esse. *Ibid.* In communione infantium datam aliquando fuisse illis unam tantum speciem constat. *Ibid.* Communio sub utraque specie conceditur regi Galliæ dum inauguratur. 167. Ex verbis conc. Trident. licitum est communicare cum sola contritione, absque præmissa confessione sacramentali, quando hæc duo simul occurrunt, defectus confessarii, necessitas communicandi. 174. Quandonam censetur deesse copia confessarii? *Ibid.* Nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis se contritum existimet, debet absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere, nisi desit illi copia confessarii, et urgeat necessitas communicandi. Quod si urgente necessitate sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur. 173. Dubitans an sit reus peccati mortalis tenetur præmittere confessionem receptioni Eucharistiæ. 175. Confessio præmittenda pro reis peccati mortalis sacramenti Eucharistiæ receptioni, videtur esse non solum præcepti ecclesiastici et Apostolici, sed etiam divini. *Ibid.* Qui post confessionem legitime factam recordatur ante communionem peccati mortalis non confessi, tenetur-ne illud confiteri antequam communicet? *Ibia.* — Jejunium naturale requiritur ex præcepto ecclesiastico ad communionem, ita ut sumptio cujuscumque rei quantumvis in minima quantitate per modum cibi aut potus, aut medicinæ post mediam noctem, arceat sub peccato mortali a communione, nisi in certis casibus exceptis. 176. Explicantur conditiones jejunii. 177. Quænam mundities corporis requiritur ad communionem. 179. Peccatoribus publicis evidentia facti vel juris, sive publice sive occulte petant, deneganda est communio sacramentalis extra mortis articulum: peccatoribus occultis publice petentibus est danda, ex facto Christi erga Judam et propter tranquillitatem Ecclesiæ et reipublicæ; occulte petentibus est deneganda. IX, 171. Peccatoribus in ultimo exitu tantum pœnitentibus non est deneganda communio. 172. Infantibus olim in quibusdam locis exhibita fuit Eucharitia, non ex necessitate salutis, sed ob probabiles rationes. *Ibid.* Ecclesia Orientalis antiquum morem adhuc retinet. 171. Sacerdotibus et aliis clericis in pœnam alicujus gravioris criminis denegabatur olim communio clericalis, et concedebatur tantum communio laïca. 185. Communio dari potest in Missis defunctorum. 192. Quandonam manducatio censetur completa? 184. Communio laïca non videtur fuisse illa in qua una species tantum conferebatur; clericalis, in qua utraque species. 185. Verosimilius videtur quod communio laïca differat a clericali, et quantum ad locum, et quantum ad modum. *Ibid.*

Communio Sanctorum. In Ecclesia est triplex communio: prima pure interior et in-

visibilis ; secunda partim interior et exterior, tertia pure exterior. V, 98.

Communitas. De ratione legis est quod feratur pro communitate. IV, 446. Quid est communitas perfecta? *Ibid.* Potestas legislativa competit communitati, vel illi qui curam gerit communitatis. 449. Communitas sub diverso respectu considerata potest esse sibi superior. *Ibid.* Quando major pars communitatis legem nec acceptat, nec eam observat, minor pars quæ huc usque legem servavit, non amplius eam observare teneri videtur. 480. Nomine communitatis intelligitur non solum tota ecclesia aut regnum, sed provincia, diœcesis, civitas et quælibet multitudo aliquod corpus politicum seorsim constituens. *Ibid.* Aliqua universitas seu communitas non potest excommunicari. *Vide appendicem* IX, 497. Communitas legalis et conventionalis sunt varia regimina quibus contrahi potest matrimonium quoad bonorum sponsorum possessionem et administrationem. *Vide appendicem.*

Commutare votum est condonare cum onere. VII. 290. Ipse vovens non potest regulariter actoritate propria suum votum commutare, sed requiritur ad hoc auctoritas prælati. 291. Vovens posset-ne saltem etiam propria auctoritate votum suum commutare in quid æquale ? 492.

Commutatio voti est subrogatio alicujus boni operis in locum illius quod voto promissum est, facta sub eadem obligatione voti. VII, 290. Omnes qui possunt dispensare in votis jure sive ordinario sive delegato, possunt illa commutare, non contra. *Ibid.* Aliqua forma est-ne servanda in commutatione? *Ibid.* Ad rectam commutationem voti non debet solum spectari materia promissa seu ejus difficultas, etc., sed potissimum spectari debet id quod, attento fine voventis, magis conducit ad ejus salutem et Dei gloriam. 292. Commutatio simplex (hoc est seclusa omni dispensatione) debet fieri in æquale, non in minus : æquale non debet esse mathematicum, sed morale. *Ibid.* Commutatio in minus notabiliter sine justa causa, est non tantum illicita, sed etiam invalida. 295. Ad licitam commutationem voti in melius nulla requiritur causa ; ad commutationem in æquale requiritur aliqua, sed sufficit levis, v. g. major devotio voventis. Ad commutationem in minus requiritur major causa, non tamen tanta quam pro absoluta dispensatione. *Ibid.* Votum emissum in favorem tertii potest commutari ante acceptationem, non autem post acceptationem. *Ibid.* Pœna per transgressionem voti contracta, potest etiam commutari : v. g. vovisti te non amplius lusurum, et quoties luderes te daturum decem asses pauperibus ; interea sæpius lusisti, nec eleemosynam ullam fecisti ; potest hæc pœna jam contracta commutari sicut ipsum votum. *Ibid.* Utrum facta commutatione possit vovens propria auctoritate redire ad prius votum? *Ibid.* Quomodo commutatio et dispensatio in juramentis intelliguntur fieri. 333. Omnes commutationes aut pactiones quæ fiunt circa actiones seu jura inchoata et necessaria, ad beneficium sunt simoniaca. 460.

Compensatio, quæ vocatur in jure, *Debiti et creditiinter se contributio*, est licita. IV, 299. Compensatio improprie dicta, nihil aliud est quam recuperatio rei vel debiti quam facit is qui nihil debet suo debitori : v. g. debes mihi viginti aureos, totidem a te clam surripio. *Ibid.* Compensationes manifestæ sunt-ne licitæ ? 302. Compensationes seu recuperationes occultæ, sive rei adhuc exstentis, sive debitæ, per se loquendo sunt illicitæ. 299. Famuli et famulæ (idem est de mercenariis) non possunt uti compensatione occulta si necessitate coacti convenerint de minore stipendio. 302.

Competentes erant illi qui, urgente baptismi desiderio, instanter petebant ad illum admitti ; unde dicti sunt competentes, a petendo. VIII, 150.

Compositi et divisi sensus distinctio quomodo est intelligenda. I, 347. Sensus compositus componit cum actu aut cum prærequisitis natura tantum ad actum, non-actum aut actum oppositum. Sensus divisus dividit actum non a potentia ad non-actum seu actum oppositum, sed a non-actu tantum seu ab actu opposito. *Ibid.* Uno verbo, sensus compositus importat potentiam simultatis, sensus divisus simultatem potentiæ. *Ibid.* Aliter Calvinus intellexit hanc distinctionem. *Ibid.* Vide Calvinus.

Composito potest sumi dupliciter : 1° pro unione extremorum in aliquo uno communicante esse extremis unitis, et hæc non involvit imperfectionem ; 2° pro unione partium ex qua causetur et resultet esse totius, et hæc importat imperfectionem. II, 370.

Comprehendere, si proprie accipiatur, significat aliquid habens et includens alterum. 1, 158. Quinam Deum comprehendere possunt? *Vide* Beati, Angeli, Christus.

Comprehensio. Anomæi comprehensionem Dei etiam in hac vita sibi arrogaverunt. 1, 137. Beatos Deum de facto non comprehendere tenet fides catholica ; eos autem nec posse absolute comprehendere communis est theologorum sententia ; sed dissentiunt in assignanda ratione hujus comprehensionis, quia non unam habent comprehensionis notionem. *Ibid.* Comprehensio spiritualis, quæ a corporea comprehensione distinguitur, dupliciter sumitur : primo large prout opponitur insecutioni, et est idem ac assecutio et obtentio rei quæ desideratur, licet per totum seu adæquate non capiatur ; sic, v. g. corporaliter dicitur quis latronem comprehendere cum capit, etsi non totum teneat sed partem. Hoc modo de fide est Deum esse comprehensibilem et de facto comprehendi a beatis. *Ibid.* Ratio est, quia beati Deum per visionem beatam assequun-

tur et possident : ergo eum comprehendunt comprehensione large sumpta ; ideoque *comprehensores* vocantur. *Ibid.* Secundo modo sumitur comprehensio stricte, secundum quod aliquid includitur in comprehendente : unde comprehensio stricta de qua hic agitur est cognitio objecti adæquans, non in ratione naturæ seu entis, sed in ratione cognitionis, objecti possibilitatem intrinsecam; ita ut per eam objectum cognoscatur quantum est cognoscibile naturaliter et ex propriis meritis, non solum extensive, sed etiam intensive. *Ibid.* Explicatur hæc definitio. *Ibid.* et 138-140. Beati videntes Deum ipsum non comprehendunt comprehensione proprie dicta, nec ipsum possunt absolute comprehendere. 139. Comprehensio intellectiva stricte sumpta, prout distinguitur a simplici cognitione quidditativa, quæ dicitur etiam comprehensio, est cognitio adæquans objecti cognoscibilitatem intrinsecam, ita ut per eam objectum cognoscatur quantum est cognoscibile naturaliter et ex propriis meritis, non solum extensive, sed etiam intensive. II, 188. Comprehensio dupliciter sumi potest : 1° pro ipsa essentiali apprehensione qua res capitur et tenetur : 2° pro perfectione consecuta daistam apprehensionem, IV, 28.

Conceptus. Relatio duplicem importat conceptum, scilicet, conceptum *in* et conceptum *ad*; conceptus *in* est communis omnibus accidentibus, et in divinis, omnibus relationibus. Conceptus *ad*, est relationi specificus, eoque distinguitur ab aliis accidentibus. II, 94. *Vide* Relatio et Persona Divina.

Concilium. Ratio definitionis in concilio potest esse falsa, licet vera sit definitio. III, 51. Sensus et sententiæ definitionum quas edunt concilia generalia sunt dictata et inspirata a Deo. V, 68. Quæ definiuntur in conciliis excepta fide possunt-ne retractari? V, 126. Concilia Orientalia irrita habebantur nisi auctoritate Romani pontificis firmarentur. V, 161. Romanus pontifex solus indicit, congregat, confirmat concilia œcumenica, ipsisque dat robur. 192. Concilium generale est quoddam morale cujus Pontifex est pars præcipua. 224. Auctoritas concilii est divina. 224 et 225. Est de fide quod concilium universale sit infallibile. *Ibid.* Concilia sejuncto capite errare possunt et quædam erravere. 224. Concilia cur post damnatas hæreses a summis pontificibus fuerunt congregata? 199. Confirmatio conciliorum petita et data a summis Pontificibus conciliis generalibus erat-ne honoraria tantum, vel auctoritatem conferens? 209. Quare summi pontifices requisierunt approbationem conciliorum ut necessariam suis decretis? 225. Concilia generalia exercuerunt-ne auctoritatem in plures summos pontifices? 221. Summi pontifices exercuerunt-ne summam potestatem in concilia generalia rescindendo, irritando, confirmando et reprobando eorum acta? 121. Concilium dictum est vel a concidendo, vel a consulendo, vel a concurrendo in eamdem sententiam. 228. Significat cœtum, seu congregationem. *Ibid.* Potest definiri : Congregatio ecclesiasticorum, præsertim episcoporum, legitima auctoritate convocata, ad statuendum quæ spectant religionem moresque christianorum. *Ibid.* Usum conciliorum habemus ab Apostolis. *Ibid.* Institutionem conciliorum esse divinam probabile est. 229. Quadruplex solet distingui concilium : diœcesanum, provinciale, nationale, et generale. *Ibid.* Quid requiritur ut concilium dici possit generale? 231. Concilii generalis convocatio ad solum summum pontificem certum et indubitatum pertinet. 229. Imperatores convocarunt-ne concilia summo jure vel dispensatione summorum pontificum? V, 230. Summi Pontifices qua ratione moti petiere ab imperatoribus ut concilia convocarent vel indicere permitterent? 231. Imperatores præsederunt aliquando conciliis, loco et honore, non autem auctoritate et potestate. 233. Concilium legitime congregatum, præsidentibus legatis Apostolicis, repræsentat universam Ecclesiam. 238. Concilium generale, legitime congregatum et confirmatum a summo Pontifice, est infallibile in definiendis quæstionibus fidei et morum. 233. Est-ne de fide concilium generale determinatum, nempe Nicænum, esse legitimum? 236. Quid est dicendum de decretis conciliorum provincialium aut nationalium? *Ibid.* Definitiones in conciliis quæ spectant disciplinam non indigent confirmatione Pontificis. 239. Concilia Orientalia ut plurimum convocata fuere auctoritate imperatorum, cum assensu summi Pontificis. 230. Confirmatio summi Pontificis debet necessario accedere concilio generali, ut sit ratum et firmum. 237. — Dupliciter nomine Christi quidam possunt congregari. 234. Soli episcopi sunt de jure vocandi ad concilium generale habentes jurisdictionem in foro exteriori ecclesiastico, non autem inferiores clerici nec laïci. 231. Ad concilium universale non requiruntur omnes omnino totius orbis episcopi, 233, neque certus numerus, *Ibid.* Sed requiritur quod convocatio auctoritate summi Pontificis facta omnibus innotescat et nullus excludatur non excomunicatus. *Ibid.* Episcopi in concilio sunt veri judices, *Ibid.* Gaudentes jure suffragii decisivi, *Ibid.* Subordinati tamen summo Pontifici. *Ibid.* Quinam ex privilegio summorum Pontificum vocari possunt ad concilia generalia? 232. Generales ordinum vocantur cum jure suffragii decisivi. *Ibid.* Theologi canonistæ cur vocantur ad concilium generale? *Ibid.* Imperatores vocantur ut concilium defendant et adjuvent, *Ibid.* Quo modo legati Apostolici mittuntur ad concilia? 238. Instructio data legatis Apostolicis a summo Pontifice ut præsint concilio generali est-ne definitio ex cathedra? *Ibid.* In casu schismatis Ecclesia potest convocare concilium per suos prælatos. 230. Confirmatio

summi Pontificis est-ne necessaria ut rata sint quæ acta sunt in concilio cui præerant legati Apostolici ? Concilia generalia octodecim vulgo numerantur, 239 : octo celebrata in Oriente; decem in Occidente. *Ibid.*

Concio sacra non habet eamdem vim ad remittenda venialia ac sacramentalia. IX, 279. Concio significat in ordine ad opus per accidens et ex mente alterius agentis. VIII, 217. Ecclesia ubi de sacramentis agitur nunquam promissionis aut concionis, sed consecrationis meminit. 228. In collatione sacramentorum non est necessario præmittenda aut adhibenda ut pars eorum essentialis, concio qua audientes instruantur de promissionibus divinis, de sacramentorum institutione et effectibus. 227.

Concionatores causant gratiam persuadendo exterius, non autem influendo interius. II, 465. Concionatores possunt-ne legere Scripturam in lingua vulgari? V, 81. Concionatores possunt absque metu irregularitatis hortari principes et judices ut delicta non ferant impunita, sed ut legibus mortiferis ea coërceant. VI, 263. Concionans in peccato non publico, non peccat mortaliter. VIII, 296.

Concipi. Resolutio seminis fœminei non requiritur ad conceptionem tanquam quid necessarium, sed tanquam quid utile tantum et ut melius ac perfectius fiat conceptio. III, 175. Concipi et generari tribuitur personæ et ad eam terminatur. *Ibid.* Ejectio seminum ante conceptionem, licet sit grave peccatum, non est tamen proprie abortus, nec subjacet pœnis latis contra procurantes abortum. VI, 2[illegible]1. Est-ne necesse ad conceptionem prolis, conjuges simul seminare? X, 148.

Concipere. Concipimus-ne ad instar corporis quidquid concipimus? II, 260.

Conclusio. Quamvis conclusio proprie theologica sit certior aliis scientiis naturalibus, non est tamen formaliter, qua conclusio, certa certitudine supernaturali fidei, nec pertinet ad fidem. I, 18. Conclusio potest virtualiter contineri in præmissis dupliciter : 1° ratione connexionis naturalis, ut effectus in causa ; 2° potest contineri virtualiter conclusio in præmissis ratione significationis, vel ut pars in toto, vel ut singulare in universali, vel ut implicitum in explicito. *Ibid.* Conclusio sequitur-ne debiliorem partem? 19, 253.

Concordatum initum est inter Leonem X et Franciscum I loco Pragmaticæ-Sanctionis. V.

Concubina erat-ne vere uxor in lege veteri? VIII, 141.

Concubinarius est-ne absolvendus antequam concubinam ejecerit? VIII, 143. Concubinarius nolens expellere concubinam aut ab ejus consortio desistere potest-ne in aliquo casu absolvi ? quod generalius quæri solet utrum liceat permanere in periculo proximo peccandi, et talem in aliquo casu absolvere? 143, 144. Quænam sunt pœnæ concubinariorum? 142.

Concubinatus dicitur cum quis habet consuetudinem accedendi ad aliquam determinatam, sive eam domi habeat sive non. VIII, 141. Est gravior fornicatione et meretricio. *Ibid.* Concubinatus et metricium non distinguuntur specie a simplici fornicatione, sed sunt diversi gradus ejusdem speciei. *Ib.*— Concubitus cum virgine sacra seu moniali professa, dicitur incestus metaphorice. IX, 383.

Concupiscentia potest sumi dupliciter : vel in actu primo pro ipsa potentia concupiscibili, vel in actu secundo pro ipsius potentiæ motu in bonum sensibile. Item utraque potest iterum considerari dupliciter : 1° simpliciter et secundum se, seu materialiter, quatenus est præcise inclinatio in bonum sensibile ; 2° formaliter et cum addito, prout est inclinatio in bonum sensibile cum deordinatione et repugnantia ad rationem rectam. III, 290. Primo modo sumpta concupiscentia est naturalis facultas et legitima inclinatio in bonum corpori proportionatum, estque a Deo et ex ejus intentione in creatione hominis. Secundo modo sumpta est vitiosa inclinatio, quæ proprie dicitur concupiscentia et libido : non est a Deo, nec ejus intentione, sed defectus sequens naturam hominis ratione materiæ et subjecti. 291. Non repugnat hominem creari obnoxium concupiscentiæ. 292 et seqq. Concupiscentia ab Apostolo vocatur peccatum, eamque deplorat ut summum malum et summam miseriam. 293. Per concupiscentiam intelligitur motus seu passio appetitus sensitivi prosequentis bonum prout distinguitur a motu refugiente malum, qualis est metus. IV, 69. Hæc concupiscentia vel antecedit omnem motum voluntatis eumque causat ut dum visa pulchra muliere commovetur libido, movetque voluntatem ad eam appetendam ; vel sequitur motum voluntatis, ut dum quis intensa voluntate vult aliquid, inde excitatur passio in appetitu inferiori. *Ibid.* Concupiscentia antecedens potius causat voluntarium quam involuntarium. *Ibid.* Concupiscentia antecedens auget voluntarium absolutum, minuit perfectum et liberum. *Ibid.* Per concupiscentiam voluntas inclinatur ad volendum id quod appetit concupiscentia. *Ibid.* Ad id fertur majori impetu. *Ibid.* Concupiscentia antecedens minuit peccatum quatenus turbat judicium et minuit liberum, imo quandoque eximit a toto peccato. *Ibid.* Concupiscentia minuit-ne peccatum, quia minuit voluntarium? *Ibid.* Concupiscentia minuit cognitionem finis formaliter sumpti et sub indifferentia propositi. 70 et seqq. Apostolus vocat concupiscentiam peccatum, quia ex peccato est et ad peccatum inclinat. IV, 278. Concupiscentia vel fomes manet in baptizatis. 323. Impossibile est homini impedire ne exurgant motus concupiscentiæ. *Ibid.* Motus voluntarii, solummodo prohibentur

lege : *Non concupisces;* motus autem involuntarii, ut objectum præcepti. 324. S. Joannes sumit concupiscentiam non formaliter, sed materialiter. *Ibid.* Concupiscentia nocet non consentienti, non quod ipsum reum efficiat, sed quia minuit spiritualem mentis delectationem. 325. Omnis concupiscentia est vincibilis quantum ad consensum. 341. Concupiscentia non est formale peccati originalis, sed materiale tantum. 382. Petitur utrum concupiscentia, seu rebellio appetitus sensitivi tam irascibilis quam concupiscibilis, fuisset in statu puræ naturæ. 393. Concupiscentia et desiderium inefficax est de omni bono secundum se, abstrahendo ab hoc quod sit futurum vel non. V, 267. Concupiscentiæ dum refrenantur, minuuntur; si vero nutriantur per hoc quod eis consentitur, augentur. VIII, 122. Nullus concupiscentiæ motus habet rationem peccati formalis etiam venialis, independenter ab omni consensu saltem indirecto seu interpretativo voluntatis. 180, 181. Utrum sit peccatum et quantum si quis post plenam advertentiam rationis non reprimat motus naturales concupiscentiæ, sed negative se habeat neque consentiendo, neque dissentiendo? Circa hanc quæstionem duplex est sententia; affirmans scilicet et negans. 185. Tres ponuntur radices peccatorum : concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, et superbia vitæ. IX, 472. Concupiscentia quæ reperitur in actu conjugali est-ne turpis turpitudine pœnæ, provenientis ex peccato primi parentis, non turpitudine culpæ? X, 92, 93.

Concursus. Illud dicitur concurrere seu convenire per se quod convenit sub formali ratione conducente ad aliquam operationem. II, 116. Concursus physicus est perfectior morali. Concursus moralis non tam agit quam causæ actionem obtinet : concursus autem physicus vere agit et effectum veluti e sinu suo emittit. III, 22. Quomodo Deus concurrit cum homine in actibus moralibus. *Vide* circa hanc quæstionem verba Decretum, Auxilium, Gratia, Motio, Deus, etc.

Condemnare aliquem sine accusatore est contra naturam et rationem justitiæ. II, 432. Injuste condemnato licet se defendere. VI, 341.

Condignitas, ut vox ipsa sonat, dicit æquam dignitatem inter duo. Unde meritum condignum dicit æquam dignitatem operis ad præmium : sicque meritum de condigno est inter quod et præmium est æqualitas valoris, seu quod est tanti valoris in ratione meriti quanti est præmium in ratione præmii. III, 456. Deus remunerat justos ultra condignum. 457.

Conditiones quædam possunt apponi contractibus quorum defectu fiunt invalidi. *Vide* Contractus. Conditionum formalium defectus irritat matrimonium jure novo Gallico. *Vide* nostrum appendicem, tom. X.

Conductio et locatio sunt duo contractus correlativi. *Vide* Locatio.

Conductor et Locator sibi invicem obligantur. *Vide* Locator.

Congruitas quid importat? III, 456. Aliquis potest mereri de congruo. 457.

Confessarius. Mulier quæ prævidet ex confessione facienda suo parocho ejus lapsum futurum, potest illi confiteri, si non possit commode alteri. IV, 184. Quomodo se gerere debeat confessarius cum pœnitente quem deprehendit laborare conscientia erronea? 197. Confessarius teneri videtur monere suum pœnitentem qui laborat conscientia erronea. 198. Confessarius tenetur instruere pœnitentem de rebus necessariis necessitate medii ad salutem. *Ibid.* Si ignorantia invincibilis pœnitentis vergit in scandalum multorum, aut damnum, tenetur confessarius monere. *Ibid.* Confessarius qui deprehendit suum pœnitentem laborare conscientia invincibiliter erronea, aliquando tenetur monere, aliquando non. *Ibid.* et 199. Quidam censent confessarium teneri advertere pœnitentem si ejus ignorantia versetur circa principia secundaria juris naturalis. 198. Si confessarius deprehendit matrimonium pœnitentis esse nullum, quod pœnitens invincibiliter ignorat, quid agere debet? 199. Tenetur confessarius advertere pœnitentem quem videt laborare conscientia erronea contra se. 200. Mulier ex odio non vult accedere ad virum quem invincibiliter credit esse suum, licet revera non sit, et quem non expedit monere de nullitate matrimonii, quid aget cum illa confessarius? 200. Quomodo confessarius gerere se debet cum scrupuloso? 202. Quomodo confessarius aut vir doctus consultus super licitate aut illicitate alicujus actionis debeat respondere consulenti. 251. Utrum possit confessarius et debeat absolvere pœnitentem reluctantem suæ opinioni? *Ibid.* Confessarius debet maxime venari ex moribus pœnitentis, an inadvertentia quam allegat sit vincibilis vel invincibilis, nam gravitas peccati pensanda est ex gravitate vel levitate inadvertentiæ. 351. Forum pœnitentiæ non est forum externum et humanum, sed internum et divinum, in quo confessarius non agit ut homo, sed ut Deus. 488. Qui semel vel iterum fregit fidem confessario, est illi regulariter deneganda absolutio, donec de facto restituerit. V, 178. Confessarius qui ex ignorantia aut negligentia graviter culpabili non injungit pœnitenti restitutionem ad quam tenetur fit-ne obnoxius restitutioni? V, 167. Probabilius est confessarium qua talem, sive ex officio habeat curam animarum, sive non, non teneri ad restitutionem ad quam tenetur pœnitens. *Ibid.* Confessarius qui habet facultatem generalem absolvendi a casibus reservatis potest-ne a crimine abortus absolvere? VI, 252. Confessarius debet inquirere, antequam rei confessionem excipiat, an juridice interrogatus fuerit. 340. Confessarius sive in judicio sive extra interrogatus de crimine quod ex sola

confessione novit, si aliter non possit evadere, potest dicere *se nescire*. Si magis urgeatur, debet respondere se, sive sciat sive nesciat, nec posse nec debere respondere ad hanc impiam interrogationem. VII, 409. Utrum confessarius possit audire confessionem suæ concubinæ? VIII, 144. Quid agendum cum illis pœnitentibus qui neque infirmi, neque laborantes, confessario urgenti obligationem jejunandi simpliciter respondent : Non possum jejunare, et nihil aliud? *Ibid.* Confessarius, occasione vel prætextu confessionis, impudica agens aliave peccata sollicitans, sive tunc sive postea perpetranda, gravissimum sacrilegii peccatum committit propter gravissimam irreverentiam quam infert sacramento, eo ejusve occasione aut pretextu abutens ad peccatum. Ita communiter sentiunt. 162. Pœnitentes tenentur-ne denuntiare ordinariis locorum confessarios sacrilegos ad inhonesta sollicitantes? 163. Confessarius, licet dicatur pater spiritualis non contrahit tamen cognitionem spiritualem. VIII, 160. Jure antiquo ecclesiastico, ratione sacramenti pœnitentiæ contrahebatur inter confessarium et pœnitentem quoddam fœdus simile cognationi spirituali, non quidem dirimens matrimonium, sed tale, ut tantum peccaret confessarius pœnitentem carnaliter cognoscens, et iisdem subjaceret pœnis ac si esset sua spiritualis filia. 160 et 161. Hæc jura antiqua de quodam fœdere inter confessarium et pœnitentem videntur abrogata; ita quod peccatum confessarii simplicis cum sua pœnitente, absque ullo respectu ad sacramentum, licet ex hoc capite habeat forte aliquam deformitatem, non tamen videatur talis ac tanta, quæ debeat necessario exprimi confessione. 161 et 162. A Christo instituti sunt sacerdotes medici et judices. IX, 332. A quo confessarius Papæ habet in Papam jurisdictionem. IX, 301. Prælati sive regulares sive sæculares debent-ne eligere confessarium approbatum ab ordinario. 358, 359. Prælati regulares eligere possunt confessarium extra suum ordinem. *Ibid.* Imprudentia est admittere aliquem tanquam confessarium sine exhibitione tituli. 369, 370. Ecclesia non favet imprudentibus. *Ibid.* Confessarius potest licite et valide uti jurisdictione quam credit probabilius se habere, vel absolute in pœnitentes, vel respective ad certum casum, tempus aut personam. 471. Ecclesia non supplet jurisdictionem id illo qui sine gravi causa utitur jurisdictione probabili; ideoque iste confessarius peccat, et si revera desit jurisdictio quam putat probabiliter se habere, invalida est absolutio, nisi concurrat error communis ex parte pœnitentium. 370 et seqq. Duplex in confessario requiritur bonitas : una legalis, altera moralis. IX, 396. Legalis, ut careat impedimento canonico auferente jurisdictionem aut ejus actum prohibente. *Ibid.* Moralis : 1° ut sit in statu gratiæ per confessionem vel per contritionem; 2° ut sit variis virtutibus ad hoc munus rite obeundum necessariis adornatus. Confessarius instructus esse debet : 1° prudentia; 2° charitate, patientia, et mansuetudine; 3° fortitudine; 4° vitæ sanctitate. 396. Confessarius generaliter loquendo scire debet theologiam, præsertim moralem : specialiter quid scire debet? *Ibid.* Illa scire debet non in gradu summo et eminenti, sed mediocri. *Ibid.* Major minorve requiritur scientia pro diversitate locorum et pœnitentium. *Ibid.* Quando et qualiter peccat confessarius defectu scientiæ? 397. Defectu scientiæ in confessario est-ne aliquando invalida confessio adeoque iteranda? *Ibid.* Confessarius debet-ne ferre determinatum judicium de quantitate cujuslibet peccati confessi in individuo, v. g. an hoc peccatum hic et nunc sit mortale, an veniale? 396. Confessarius debet-ne habere distinctam singulorum notitiam, quando vel satisfactionem injungit, vel absolutionem præfert? *Ibid.* Confessarius vocatus ad pœnitentem cujus conscientiam ex prioribus confessionibus novit valde intricatam, potest-ne sub alio prætextu recusare, aut se abscondere ne accedat? 451. Delegatus stricte tenetur audire confessiones in quasi extrema et gravi necessitate; in communi autem tenetur audire saltem aliquas. 398. Ad quid tenetur confessarius dum actu audit confessiones? *Ibid.* Confessarius debet judicare de dispositione pœnitentis, quando id potest. 414. Requiritur-ne certitudo status pœnitentis in confessario? 439. Confessarius tenetur sub gravi peccato instruere pœnitentem de his omnibus quæ pertinent ad hoc sacramentum valide et fructuose suscipiendum, si appareat ipsum aliqua horum ignorare. 400. Quid colligendum de hac conclusione? 400 et 401. Quando confessarius jure suspicatur pœnitentem omittere sive culpabiliter, sive inculpabiliter, aliquid necessario requisitum ut sacramentum sit validum et fructuosum, puta numerum, species, circumstantias graves peccatorum, tenetur illum examinare, examine morali et prudenti : quod si ex ignorantia vel negligentia gravi omittat, fit reus lethalis peccati. 399. Quid agere debet confessarius, quando novit peccatum pœnitentis de quo non se accusat? 400. Regulariter loquendo, et extra casum necessitatis, sufficit et requiritur in confessario judicium prudens de legitima dispositione pœnitentis, ut eum licite absolvat. 401. Confessarius tenetur ex justitia absolvere pœnitentem rite confessum et legitime dispositum, nisi adsit justa ratio aliquandiu differendi absolutionem. *Ibid.* Certo indispositum in nullo casu potest absolvere confessarius; alias absolvens et absolutus scienter peccant mortaliter, peccato sacrilegii. Est certa et evidens. *Ibid.* Confessarius potest injungere sub comminatione negandi absolutionem, quod judicat necessarium sive

ad reparationem præteriti, sive ad cautelam futuri, licet sequatur indirecta revelatio confessionis. 447. Confessarius interrogatus de auditis in confessione potest respondere, imo et jurare se nescire. 444. Si confessarius ex confessione unius complicis noverit vinum paratum ad missam esse venenatum, etc. potest-ne abstinere a celebratione, vel alia via pergere, si extructæ sibi sint insidiæ in via? 451. Quid si gravamen sequeretur pœnitenti? 452. Christus non præcepit confessariis indulgentiam immoderatam. 452. Confessarius potest et tenetur injungere satisfactionem pœnitenti. 456. Quid attendere debet confessarius in pœnitentia injungenda. 465. In pœnitentiis injungendis incedendum est media via inter utrumque extremum nimii rigoris et nimiæ laxitatis; magis tamen sectanda est misericordia quam severitas. 465. Confessarii non tenentur ad injungendas pœnitentias juxta præscriptum et rigorem canonum pœnitentialium. 464. Opus satisfactorium potest a confessario imponi pro sublevamine sive vivorum sive defunctorum. 462. Quando confessarius simpliciter pœnitentiam injungit, semper censendus est obligare pœnitentem ut per se illam adimpleat, maxime si sit actus omnino personalis et qua talis afflictivus. 461. Confessarius non potest imponere pœnitentiam publicam ex qua sequitur indirecta revelatio confessionis, nisi ex spontanea acceptatione pœnitentis. 446. Confessarius potest-ne imponere pœnitentiam publicam pro peccatis publicis? 466. Confessarius non debet esse facilis in transferenda satisfactione ad alium. 461. Nullus confessarius, sive idem, sive alter, potest satisfactionem mutare extra confessionem. 459. Alter confessarius, sive superior, sive inferior, potest ex justa causa mutare satisfactionem injunctam a priori confessario, si tamen habeat æqualem jurisdictionem in ea peccata, et ipsi ex integro repetatur prior confessio. *Ibid.* Idem confessarius potest mutare satisfactionem, eodem sacramento moraliter durante. Quidam longiorem moram plurium horarum aut dierum assignant, sed sine fundamento; non potest autem eodem sacramento non amplius moraliter durante. *Ibid.*

Confessio. Quidam actus boni possunt esse materia confessionis, si non fiunt propter finem honestum, IV, 170. Ecclesia docet necessario esse confitenda omnia mortalia, non venialia, etiamsi multiplicata. 428. Integritas confessionis est juris divini, et tamen mulier in confessione potest et debet omittere peccatum ex quo intelligit confessarium, cui necessario confiteri debet, grave scandalum ex infirmitate passurum. V, 211. Confessio communiter definitur : *Accusatio legitima peccatorum, facta sacerdoti competenti, ad veniam virtute clavium obtinendam.* IX, 331. Confessio est via facilior ad justificationem quam sola contritio. 349. Confessio reddit contritionem sensibilem in quantum indicat dolorem aut esse, aut fuisse, aut futurum esse. 330. In lege naturæ fuit confessio peccati interioris coram Deo, qualis debet esse etiam nunc. 344. Quid sequitur ex decreto concilii Tridentini circa confessionem? 332. In foro confessionis quomodo creditur homini pro se et contra se. 407. Cognitio peccati interioris non potest haberi, nisi per confessionem. 343. Judicium exerceri non potest incognita causa. 333. Confessio peccatorum publica, neque pœnitentia publica peccatorum occultorum, nunquam fuerunt in præcepto in Ecclesia. 433 et 446. Christus non prohibuit absolute confessionem publicam. 443. Confessio publica non semper comitabatur pœnitentiam publicam. 343. Peccata publica confessioni publicæ fuisse aliquando obnoxia, ex præscripto canonum et lata lege, incertum est, nec ullo antiquitatis monumento evinci potest. *Ibid.* Primis Ecclesiæ sæculis, quidam pœnitentes, peracta confessione secreta, quædam peccata non solum publica, sed etiam occulta, publice confitebantur, vel motu proprio ex fervore pœnitentiæ, vel hortante, non tamen cogente confessario, in majorem vindictam et humiliationem, atque in aliorum exemplum et ædificationem Ecclesiæ. IX, 343. Confessio secreta præivit tum pœnitentiæ tum confessioni publicæ. 234. Explanantur textus Patrum qui videntur contrarii confessioni auriculari. 240, 241. Confessio sacramentalis censetur ea quæ fit illi qui habet aut habere creditur potestatem absolvendi, cum animo se peccatorum accusandi et peccata sua clavibus Ecclesiæ subjiciendi, etiamsi non sequatur absolutio. 443.

Confessio sacramentalis est omnibus post baptismum lapsis necessaria jure divino. Est de fide. 332 et seqq. Confessio sacramentalis in re vel in voto est necessaria, non solum necessitate præcepti divini, sed medii. 343. Confessio sacramentalis est omnibus post baptismum lapsis necessaria jure divino. 332. Est de fide decisa in conc. Trid. sess. XIV, can. VII, 343 et seqq. Confessio publica peccatorum occultorum nunquam fuit in præcepto. *Ibid.* Falsum est præceptum confessionis sacramentalis esse inventum Innocentii III, in concilio Lateranensi. 238. Confessio sacramentalis peccatorum non solum publicorum, sed etiam occultorum, qualis nunc agitur inter catholicos, fuit in usu ab exordio Ecclesiæ. 233. Sola declaratio peccatorum, quocumque modo facta sacerdoti, sive publice sive secrete, ad obtinendam remissionem eorum, pertinet ad essentiam confessionis. 232. Sola peccata mortalia ligant in cœlis; ideo sunt materia necessaria confessionis. 233. Peccata venialia compatiuntur gratiam essentialem; sunt materia sufficiens confessionis. *Ibid.* Ecclesiam

posse præcipere confessionem venialium quidam affirmant, alii vero negant. 347. Solus sacerdos est minister legitimus confessionis sacramentalis. 353. Non omnis sacerdos est legitimus minister confessionis; nam præter potestatem ordinis, requiritur jurisdictio. 359. Via salutis fit-ne arctior si oporteat soli sacerdoti jurisdictionem habenti confiteri? 301. Sacerdos habet-ne jurisdictionem in aliquem tanquam in subditum, hoc ipso quod sibi ipsi subjicit ut confiteatur et ab ipso absolvatur? *Ibid.* Invalida est confessio quam pœnitens facit sacerdoti quem, ex errore particulari, credit habere jurisdictionem quam non habet. 370. Valida est confessio facta sacerdoti qui, ob titulum coloratum, creditur communi errore habere jurisdictionem quam non habet. *Ibid.* Etiamsi confessarius esset in mala fide, sciretque suum titulum esse nullum. *Ibid.* Non valet si non sit sacerdos. *Ibid.* Valet-ne pro casibus reservatis? IX, 369. Videtur etiam valida confessio facta sacerdoti qui, sine titulo, communiter censetur habere jurisdictionem quam non habet. *Ibid.* Est plurium gravium theologorum. *Ibid.* An valeat pro casibus reservatis incertum est. *Ibid.* Episcopus electus et confirmatus, licet non ordinatus, potest aliis conferre exercitium potestatis excipiendi confessiones sacramentales. 354.

Major requiritur dispositio ad sacramentum pœnitentiæ quam ad sacramentum baptismi. IX, 314. Sexdecim conditiones a theologis post S. Thomam ad confessionem requiruntur. 441. Conditiones requisitæ ad confessionem vel sunt ab bene esse ipsius, vel de ejus necessitate. Ab bene esse duæ requiruntur : prima, quod sit accelerata; secunda, quod sit frequens. *Ibid.* Conditiones quæ sunt de necessitate confessionis ei competunt vel secundum quod est actus virtutis, vel secundum quod est pars sacramenti. *Ibid.* Confessio secundum quod est actus virtutis consideratur vel in ratione virtutis in genere; et sic quatuor requirit conditiones : 1° ut sit discreta; 2° libens; 3° pura; 4° fortis. *Ibid.* Vel in ratione specialis virtutis; et tres requirit conditiones : 1° ut sit verecunda; 2° lacrymabilis; 3° humilis. 441, 442. Vel in ratione ipsa actus; et sic quatuor habet conditiones : 1° ut sit fidelis; 2° nuda; 3° simplex; 4° integra. *Ibid.* Secundum quod est pars sacramenti debet esse : 1° accusans; 2° parere parata; 3° secreta. *Ibid.*

Fidelis quomodo debet efficere ut confessio sit integra. IX, 348. Qualis et qualiter numerus peccatorum est exprimendus ad integritatem confessionis? 433. Duplex distinguitur confessionis integritas : materialis, quando pœnitens confitetur quidquid per se loquendo est confessioni obnoxium; formalis, quando confitetur omnia quæ hic et nunc confiteri potest et debet, licet aliqua omittat ex justa causa. 422, 423. In confessione non requiritur integritas materialis, sed sufficit formalis. 348. Integritas formalis est jure divino necessaria ad validitatem confessionis; ita ut pœnitens in tantum teneatur uni et eidem confessario confiteri omnia et singula peccata quoad numerum, speciem infimam et circumstantias mutantes speciem, in quantum aliqua justa causa non excusat. 422. Materialis integritas non est semper necessaria ad validitatem et fructum confessionis; ita ut pœnitens possit aliquando ex justa causa omittere aliquod peccatum mortale in confessione, stante ejus valore et fructu. 423. Ad integritatem confessionis necessarium est confiteri peccata dubia ut dubia. Est communis contra Coninck. 431. Si peccatum declaratum ut dubium postea ut certum deprehendatur, probabile est et tutius declarandum esse ut certum. *Ibid.* Hæc conclusio intelligenda est de dubio circa substantiam actus tantum. 433. Nemo tenetur confiteri peccatum cujus non recordatur, sed tenetur de illo confiteri implicite. 422. Si pœnitens habet tantum unum peccatum mortale quod non potest confiteri, quid agere debet? 425. Peccata ex justa causa celata, cessante causa, debent accusari in sequenti confessione. *Ibid.* Nemo ob propriam infamiam apud solum confessarium, eximitur ab integritate materiali confessionis. *Ibid.* Infamia complicis apud solum confessarium non excusat ab integritate materiali confessionis. *Ibid.* Si pœnitens possit facile et commode confiteri alteri confessario cui complex sit ignotus, ad id tenetur. *Ibid.* Infamia apud solum confessarium alterius non complicis, sed qui est objectum peccati, probabilius non eximit ab integritate materiali confessionis. Est plurium contra plures. 426. Ad integritatem confessionis exprimendus est numerus certus in quantum sciri potest. 433. Insufficienter confitetur qui accusat tantum species peccatorum et non numerum, dicendo, v. g. Aliquoties juravi. *Ibid.*

Ad confessionem requiritur diligens examen, non diligentia summa, sed humana et morali, qualem adhibere solent viri prudentes in negotiis gravibus et seriis. IX, 434. Ubi post diligens examen certus numerus sciri non potest, accusandus est similior et probabilior sub solitis clausulis, *circiter*, *plus minusve*. *Ibid.* Si tandem nullus certus vel probabilis numerus reperiri potest, sufficit ut pœnitens exponat suum statum, consuetudinem et moram in peccato. 433. Causæ omnes excusantes ab integritate materiali confessionis reducuntur ad impotentiam physicam, et moralem. 423, 424. Impotentia moralis est illa quæ fieri non potest sine gravi damno sui, vel proximi, v. g. ipsius pœnitentis, confessarii, et tertii. *Ibid.* Quænam debent occurrere ut celatio peccati fiat licite. 425. Populi concursus in certis solemnitatibus non excusat ab integritate materiali confessionis. IX, 424. Obligatio confitendi in pe-

riculo oblivionis alicujus peccati nullum habet fundamentum. 347.

Erubescentia in confitendo est pars pœnitentiæ. IX, 437. Ut confessio dicatur dolorosa, non requiritur quod præcedat eam dolor, sed sufficit quod ipsa referatur ad dolorem qui sequitur. 328. Non videtur posse dari sacramentum pœnitentiæ informe et validum. 421 et seqq. Confessio dicitur informis quando caret vel absolutione valida, quæ est forma sacramentalis, vel gratia quæ est quasi forma ultima et extrinseca, ad quam ordinatur. *Ibid.* Quid agendum ei qui advertit confessarium dormire aut dormivisse audiendo confessiones? 435. Utrum confessio facta ex fine venialiter malo, v. g. ex vana gloria, sit invalida? 436. Utrum qui culpabiliter reticet aliquod peccatum mortale in confessione, teneatur repetere omnes confessiones ab illis factas? 440. Qui accusaret aliquod peccatum veniale et alia voluntarie reticeret, sine tamen ulla in eis complacentia, posset-ne in sacramenti pœnitentiæ susceptione consequi eorum remissionem? IX, 278.

Utrum mentiri in confessione, sive negando peccatum quod est, sive affirmando quod non est, sit semper peccatum mortale? IX, 434. Quomodo confessio invalida est iteranda? 435. Modus confitendi scripto non est moraliter impossibilis. 437. Utrum qui timet ne peccata memoria excidant, teneatur ea scribere, et de scripto vocaliter confiteri sacerdoti? 435. Graviter peccat qui sine causa confitetur sacerdoti præsenti, scripto aut nutibus, et non voce propria. 437. Qui non potest, sive physice sive moraliter, confiteri vocaliter, potest et tenetur, quoties urget præceptum confessionis, confiteri scripto si possit; si non, nutibus et signis. *Ibid.* Confessio facta per litteras aut internuntium sacerdoti absenti et in absentia absolventi, est illicita et invalida. 438 et seqq. Confessio facta sacerdoti absenti, quamvis in præsentia absolventi, non solum est illicita, sed etiam probabilius invalida. 440. Quid dicendum de moribundo qui petiit confessionem absente confessario? *Ibid.* Nemo tenetur confiteri per interpretem. 427.

Cum aliquo dispensari non potest, ne unquam confiteatur. IX, 331. Duplici præcepto peccator tenetur confiteri peccata, divino et ecclesiastico. 348. Utroque jure, tam divino quam ecclesiastico, ad confessionem tenentur omnes qui post baptismum peccaverunt mortaliter. 344. Præceptum divinum confessionis non obligat statim ac peccatum commissum est, etiam data opportunitate, neque (saltem probabilius) in periculo obliviscendi aliquorum peccatorum. 348. Præceptum divinum confessionis obligat per accidens, 1° quando sumenda est Eucharistia; 2° quando aliter gravis tentatio vinci, seu peccatum vitari non potest. 349. Præceptum divinum confessionis per se obligat in probabili periculo; a fortiori in articulo mortis : item extra illud aliquoties in vita. *Ibid.* Infideles et ii ex fidelibus qui habent solum peccata venialia, non tenentur, neque jure divino neque ecclesiastico, ad confessionem. 336. Pueri tenentur duplici præcepto confiteri cum ad annos discretionis pervenerint. 347. Quoties in vita et quo determinato tempore obliget præceptum confessionis, facile definiri non potest. 349. Confessio est necessaria semel in anno ex præcepto ecclesiastico. 440. Annus confessionis unde est inchoandus? 350. Ecclesia potest dispensare in tempore confessionis. 352. Præceptum confessionis annuæ impletur per solam confessionem validam et talem ut, ea posita cum absolutione, subsistat sacramentum pœnitentiæ et reconciliationis. 331. Qui facit confessionem voluntarie nullam, non satisfacit præcepto Ecclesiæ. *Ibid.* Præceptum canonis *Omnis utriusque sexus* est determinativum tantum juris divini circa tempus confessionis; nihil innovat circa ejus substantiam. 343. Præceptum ecclesiasticum confessionis obligat semel in anno, non præcise tempore Paschali, sed quovis anni tempore. Qui confessus est in decursu anni, si nullius peccati mortalis conscius sit in Paschate, non tenetur tunc vi illius præcepti iterum confiteri, et, modo communicet, non peccat. 349. 350. Usu receptum est ut fideles, tempore Paschali vel saltem Quadragesimæ confiteantur. Hic usus approbatur a Tridentina synodo, et merito retinendum judicat : sed an sit in præcepto non probatur. *Ibid.* Non satisfit præcepto confessionis per confessionem non factam proprio sacerdoti aut alteri de ejus licentia. 331. Confessio annua facta cuilibet sacerdoti a summo Pontifice vel ab episcopo delegato et approbato, non requisito consensu sacerdotis parochialis, imo eo contradicente, est valida et licita, eaque satisfit canoni *Omnis utriusque sexus*. 364 et seqq. Constitutiones summorum Pontificum referuntur. *Ibid.* Non sunt receptæ in Gallia : quid inde? 366. Papa, delegando sacerdotes ad excipiendas confessiones fidelium, non agit contra decretum concilii Lateranensis. 367. Qui confessionem annuam Papæ vel episcopo facit satisfacit canoni. 364. Qui confitetur Mendicantibus ab ordinario approbatis quovis tempore, etiam Paschali, satisfacit-ne præcepto canonis *Omnis utriusque*, etc. 367. Qui omisit confiteri intra annum, illo elapso, tenetur adhuc statim confiteri. 331. An teneatur ad secundam confessionem pro obligatione tutius est et conformius menti Ecclesiæ. *Ibid.* Qui diutius differt suam confessionem præsentis anni ultra annum, eo gravius peccat. *Ibid.* Committit-ne unum aut plura peccata, tot quot occurrunt occasiones confitendi? Consultum est subjicere clavibus ante annum sequentem peccatum justa de causa in confessione hujus anni celatum,

si causa celandi antea desierit ; non tamen videtur obligatorium. 332. Videtur illum tamen posse differre suam confessionem, ut eam omnimode integram faciat. *Ibid.* Modo absit scándalum, nec sit sumenda eucharistia, etc. Pœnitens potest, ex consilio confessarii, confessionem differre ultra tempus ab Ecclesia statum. *Ibid.* Qui per totum annum confessus est sæpe tantum veniala, si in fine anni incidit in peccalum mortale tenetur adhuc confiteri. 348.

Qui prævidet se ante finem anni fore ut non possit confiteri, quia ingreditur longam navigationem, tenetur-ne confessionem anticipare? IX, 331. Aggredientes aliquod opus unde mors solet, aut fundate aut probabiliter timetur evenire, sub peccato tenentur ad confessionem, si peccati mortalis conscii sunt. 349. Qui non satisfit præcepto confessionis, non incurrit de facto excommunicationem et alias pœnas juris. 352. S. Pius V, in bulla *Super gregem*, prohibet medicis visitare infirmum tertia die, nisi confiteatur. 349. Constitutus in articulo mortis non tenetur ad confessionem, si nullius peccati mortalis conscius sit; potest tamen teneri per accidens ratione scandali. 345. Moribundus qui, absente confessario, petiit confessionem, potestne ab illo præsente licite et valide absolvi, licet confessio facta sit absenti? 333. Professio vitæ christianæ juncta statui morbi est quædam confessio. 415. Implicite et virtualiter. *Ibid.* Tempore D. Thomæ quidam confitebantur quibus poterant; hanc confessionem vocabat quodam modo sacramentalem. 333. Hæc consuetudo nunc non expedit; merito diu inolevit. *Ibid.* Confessio venialium facta laïco humilitatis et detestationis peccati causa, valet ad remissionem eorum. 354.

Confessio generalis præscribi debet consuetudinariis et recidivis. IX, 354. Quinam cogendi non sunt ad confessionem generalem ex omissione cujusdam peccati in præcedentibus confessionibus. 424. Utrum qui instituit confessionem generalem teneatur explicare aliquod peccatum nunquam fuisse confessum, aut ab ultima confessione fuisse commissum, et quod? 436. — Sigillum confessionis nihil aliud est quam obligatio celandi audita in confessione. 443. Metaphora sumitur a sigillo quo obsignamus quæ volumus esse secreta. *Ibid.* Majus malum sequeretur ex revelatione confessionis quam ex eversione fidei in aliqua provincia. 445. Confessio stare non posset si vel uno casu liceret revelare confessiones. 443. In nullo casu imaginabili, etiamsi agatur de amittenda vita, etc., licet frangere sigillum confessionis *Ibid.* Frangens sigillum confessionis triplex peccatum commitit. *Ibid.* Præceptum de non revelanda confessione est negativum, quod semper et pro semper obligat. *Ibid.* Jure naturali, divino et humano, prohibetur sacerdos revelare in quovis casu, sive directe sive indirecte, peccata audita in confessione sacramentali, sine expressa et spontanea licentia pœnitentis. 443, 444.

Confessarius potest loqui cum ipso pœnitente de auditis in confessione, absque ejus licentia in eodem tribunali, si id expediat ad rectitudinem præsentis confessioni et judicii. IX, 349. Non potest autem extra confessionem sine ejus licentia. 330. Licet-ne confessario loqui cum licentia pœnitentis de auditis formaliter in confessione, dicendo, v. g. Hoc iste mihi dixit in confessione; is erat indispositus; hunc non absolvi, etc. *Ibid.* Potest sacerdos de licentia expressa et spontanea confitentis, ejus peccatum alteri prodere. 348. Si ex errore confessarii non sit invalidum sacramentum, nec sequatur in pœnitente periculum proximum peccandi, nec damnum respectu tertii, sed tantum præjudicium directæ remissioni aliquorum peccatorum tenetur quidem, ut salvetur in quantum potest integritas materialis confessionis, monere pœnitentem in confessione, si redeat et possit fieri absque inconvenienti; extra confessionem autem, secundum communiorem et nobis veriorem sententiam, non tenetur monere. 415, 416. Si ex errore, sive culpabili sive inculpabili, confessarii pœnitens exponatur periculo proximo peccandi, quantumvis sit validum sacramentum, videtur eodem modo loquendum ac in præcedenti conclusione; item propter idem si omiserit injungere restitutionem necessariam, aut dixerit non esse faciendam. Si autem in hoc casu monere non possit pœnitentem, non tenetur loco ejus restituere. Si confessarius notitiam peccati confessi aliunde habeat, potest illa notitia uti, dicendo, vel : Illud vidi, vel : Audivi. 456. Licet-ne uti notitia ex sola confessione sacramentali hausta? *Ibid.* Si non sit periculum revelationis, neque sequi possit ullum gravamen pœnitenti vel alteri, licitum est uti scientia ex sola confessione sacramentali hausta. 451. Nunquam est licitum uti notitia confessionis, si subsit periculum revelationis directæ vel indirectæ, aut si sequatur gravamen pœnitenti vel alteri; inde confessio redderetur odiosa et formidabilis. *Ibid.*

Confessus est unum ex sex sacramentalibus. VIII, 421.

Confirmatio. In sacramento confirmationis sufficit moralis simultas materiæ et formæ. VIII, 227. Sacramentum confirmationis, pertinet ad agentes et recipientes. 275. Quantum ad sacramentum confirmationis, sufficit intentio implicita eam recipiendi, inclusa, puta, in vita christiana, vel proposito vivendi christiane. 359, 360. Confirmatio varia nomina sortita est ratione formæ, ratione materiæ, et ratione effectus. IX, 2. Confirmatio definitur : *Signum sensibile quo baptizatus a legitimo ministro chrismate in fronte ungitur sub præscripta verborum forma. Ibid.* Ab aliis definitur: Sacramentum novæ legis qua baptizatis confertur gratia firmans et roborans

ad profitendam fidem christianam. *Ibid.* Promissio gratiæ in sacramento confirmationis constat ipso facto apostolorum qui illam per manuum impositionem conferebant. 6.

Confirmatio est vere et proprie novæ legis sacramentum : est de fide. I, 7. Ecclesia Græca recenset confirmatjonem inter sacramenta. 7. Antiquiores Ecclesiæ Patres siluerunt-ne de confirmatione? 6. Sacramentum confirmationis est-ne ignotum apud quasdam christianas nationes, ut Æthiopes, Armenos, etc. 8. Sacramenta sunt signacula doni Spiritus sancti diverso modo ac confirmatio. 23.

Sacramentum confirmationis institutum fuit a Christo. IX, 8. Tempus institutionis sacramenti confirmationis incertum est : quidam dicunt fuisse institutum cum Christus parvulis manus imponeret. *Ibid.* Alii in ultima cœna, *Ib.* Alii a resurrectione ad suam ascensionem quando loquebatur Apostolis de regno Dei. *Ibid.* S. Thomas dicit quod Christus instituit sacramentum confirmationis non exhibendo, sed promittendo. 9. — Theologi dissentiunt in assignanda materia et forma confirmationis. 6. Nihil sequitur contra ejus existentiam. 8. Quidam reponunt materiam confirmationis in sola manuum impositione, quidam in sola chrismatione, quidam in chrismatione et impositione manus, sed diversimode, disjunctive et conjunctive. 9. — Materia adæquata sacramenti confirmationis est conjunctive unctio chrismatis et manus impositio, ab ipsa unctione indistincta; salva tamen probabilitate sensus disjunctivi. 9, 10. Admissa hac opinione, materia remota est chrisma; materia proxima est unctio chrismatis. 9. Manus impositio est duplex in confirmatione : una prævia ad unctionem; alia concomitans unctionem. 14. In prioribus sæculis manus impositio fuit-ne distincta ab unctione? 10. Episcopi admittunt ad confirmationem eos qui erant absentes dum facerent manus impositionem præviam ad chrismationem. *Ibid.* Est-ne abusus corrigendus? *Ibid.* Græci adhibent-ne in confirmatione manuum impositionem? XVII, 13, 14. Omnis impositio manuum seu unctio quæ fit in Spiritum sanctum non est confirmatoria. 37. Non est absurdum vocare unctionem manus impositionem, quia per manus fit. 14. An chrismatio sit de necessitate sacramenti non certum videtur. 19. Chrismatio est-ne necessaria confirmationi ut ejus materia essentialis, vel ut ejus pars integrans et cæremonia præcepta? 12. Chrismatio et signatio non semper sumuntur pro confirmatione, sed aliquando pro unctione verticali quæ fit in baptismo, etc. 25. Chrismatio debet fieri necessario necessitate sacramenti in fronte. Qua ratione. 20. Chrismatio debet fieri in modum crucis, *Ibid.* probabilius de necessitate sacramenti. *Ibid.* — Diversæ sunt opiniones circa formam confirmationis, sicut circa ejus materiam. *Ibid,* Justa quosdam Christus determinavit formam sacramenti confirmationis in genere tantum, non vero in specie. 23. Omnes tenentur ex præcepto Ecclesiæ adhibere formam a concil. Florentino traditam. 24. Mutationes quas a sæculo octavo passa est forma confirmationis sacramenti, non tangunt ejus substantiam. 23. Forma confirmationis est-ne deprecatoria? 21. Forma legitima confirmationis apud Græcos est hæc : *Signaculum doni* seu donationis *Spiritus sancti.* 22, 23. Forma Græcorum est propria sacramento confirmationis. *Ibid.* Oratio prævia ad unctionem non est forma sive totalis sive partialis sacramenti confirmationis. 21. Forma legitima sacramenti confirmationis apud Latinos est hæc : *Signo* seu *consigno te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* IX, 21, 22. Hæc forma reperitur-ne sive in Scriptura, sive apud Patres? est-ne antiqua? 22. Omnia verba formæ Latinorum sunt-ne ita essentialia, ut si aliquid omittatur, sit nullum sacramentum? 23, 24. Innocentius III dicit-ne non esse iterandam confirmationem in qua oleum loco chrismatis adhibitum fuit? 16. Duplex est minister confirmationis : ordinarius, et extraordinarius. 24. Confirmare jure ordinario, est actus ordinis episcopalis. 31. Confirmare jure extraordinario, est actus ordinis sacerdotalis. *Ibid.* Solus episcopus est minister ordinarius confirmationis : est de fide decisa a concilio Florentino in decreto Unionis. 24. Quidam Patres tribuunt-ne simplici presbytero potestatem ordinariam confirmandi? 25, 26. Simplex sacerdos, ex dispensatione seu commissione legitima, esse potest minister extraordinarius confirmationis. 27. Negant Durandus, Estius cum paucis... affirmant communiter theologi cum S. Thoma. *Ibid.* Presbyteri in multis locis confirmarunt et etiam nunc confirmant ex commissione et ut ministri extraordinarii. 26. Plures Pontifices concesserunt simplicibus presbyteris potestatem confirmandi. 28. Alii declararunt-ne hanc potestatem non posse concedi? 29. Presbyteri Græci etiam valide confirmant. 28. Posset tamen illis hoc privilegium adimi. *Ibid.* Sacerdos delegatus ad confirmationem est-ne ex institutione Christi? 51. Papa confert potestatem confirmandi presbyteris ratione jurisdictionis. 32. Videtur probabilius summum Pontificem posse committere sacerdoti ut sit minister extraordinarius confirmationis. 32. Episcopus non potest delegare sacerdoti potestatem confirmandi. *Ibid.* Per confirmationem homo promovetur in ætatem perfectam spiritualem. 32. Omnis homo baptizatus, sive adultus, sive infans, est capax confirmationis. *Ibid.* Confirmatio est præmittenda primæ tonsuræ et sacris ordinibus. 33. Ecclesia duodecim primis sæculis, etiam infantibus confirmationem statim post baptismum administravit. 32. Hæc consuetudo mutata est. 33. Dispositiones requisitæ in suscipiente confirmationem sunt du-

plicis generis : alia ex parte corporis; alia ex parte animæ. *Ibid.* Confirmatio non est necessaria necessitate præcepti per se et directe obligantis, bene tamen obligantis per accidens et indirecte ratione periculi, contemptus aut scandali : est communior saltem inter Thomist. 33. Qui cum potest commode suscipere confirmationem eam tamen non suscipit, ut quando episcopus adest præsens et paratus, et nulla subest causa legitima differendi; est-ne dicendus illam contemnere saltem virtualiter ? 34. — Jejunium non est absolute necessarium tam in suscipiente quam in dante confirmationem. 32. Receptio sacramenti confirmationis non est necessaria necessitate medii. 33. — Specialis effectus confirmationis est augmentum gratiæ, quo homo roboratur ad profitendam fidem, et acquirit jus ad auxilia specialia pro illa professione constanter peragenda. 35. Character indelebiliter animæ impressus est alter effectus confirmationis. 35 et 36. Character confirmationis necessario præsupponit characterem baptismi. 37. Confirmatio iterabatur-ne olim in Ecclesia? 35. Qui confirmationem iteraret probabilius non fieret irregularis, sicut de iterantibus baptisma dictum est. 37. Quare statim ac episcopus formam sacramenti pronuntiavit, levem alapam infligit in maxillam confirmati? 38. Tempus institutionis hujus ritus incertum est. *Ibid.* Quare vitta seu fasciola linea frons confirmati circumligatur? *Ibid.* Sæpe tamen frons confirmati statim abstergitur. *Ibid.* Patrini sunt-ne assumendi in confirmatione? *Ibid.* Confirmatio ordinatur ad Eucharistiam tanquam ad finem. IX, 153. Confirmatio est complementum baptismi. X, 3.

Confucius, eximius apud Sinenses philosophus, colitur cultu falso et prohibito. VIII, 55.

Confusio rerum dicitur quando corpora distincta ita miscentur ut in unum coeant, sic ut nulla pars designari possit quæ non sit utriusque miscentis. VI, 70. Quando ex consensu duorum dominorum aut casu materiæ confusæ fuerint, totum conflatum est pro rata ipsis commune. *Ibid.* Si uno valente et altero nolente aut ignorante, materia utriusque confundatur, totum conflatum illius erit cujus, attentis opera et materia, principale erit in conflato; quia accessorium sequitur principale. *Ibid.*

Congregatio alia est œconomica, et alia politica. VI, 224.

Congruitas dupliciter accipi potest : uno modo, prout fundatur in pura Dei misericordia, sine ullo jure vel debito ex parte operis : alio modo, pro congruitate fundata in amicitia et in opere gratiæ procedente ab amico. 11, 401.

Congruistæ dicunt consensum nostrum et omne bonum quod est in nobis esse a Deo, quas ob causas? 1, 557, et seqq. Scientiæ mediæ defensores, posita voluntate generali in Deo salvandi omnes et præparatione auxiliorum sufficientium ad illam salutem consequendam, communiter dicunt Deum per scientiam mediam præscire quomodo quisque iis uteretur si in his vel illis circumstantiis poneretur; qua præscientia conditionali postia, ex omnibus ad quos voluntate generali ad salutem ordinat, aliquos speciali dilectione et misericordia seligit, quos statuit ponere in his circumstantiis in quibus prævidit eos bene usuros gratia et in ea perseveraturos, iisque salutem decernit : alios autem statuit ponere in his circumstantiis in quibus prævidit eos non bene usuros gratia, sicque eos negative reprobat. I, 408. Admittunt congruistæ prædestinationem gratuitam, differunt tamen a modo quo eam defendunt Thomistæ. *Ibid.* Congruistæ communiter dicunt quod, cum prædestinatio adæquate sumpta duo importet, nempe gratiam et gloriam, Deus prædestinando incipiat ab intentione dandi gratiam, specialem scilicet et electis propriam, deinde propter merita ex ea gratia speciali procedentia decernere gloriam. 414.

Conjugati in Ecclesia latina arcentur ab ordinibus ratione status conjugalis. X, 95.

Conjuges. S. Thomas nihil aliud requirit ut actus conjugii excusetur totaliter a peccata quam intentio prolis vel fidei sine aliqua prava circumstantia. V, 326. Conjuges ex quadam observantia debent sibi invicem : 1° amorem et honorem; 2° cohabitationem, quoad domum, mensam et thorum; 3° debitum conjugale; 4° necessaria ad vitam et statum. VIII. 17. Vir debet-ne necessaria ad victum et statum uxori quæ non attulit dotem? 18. In actu venereo tria possunt considerari : 1° ex parte solius corporis; 2° ex parte corporis et animæ; 3° ex porte solius animæ. 124. Dari potest actus venereus qui non sit peccatum. 134. Jus conjugale consistit in duobus : 1° quod alter alteri petenti debitum reddere teneatur; 2° quod a persona extranea abstinere debeat. 155. Conjux potest-ne diu abesse conjuge invita? X, 150. Conjux per se non tenetur petere debitum. *Ibid.* Duobus solum modis conjuges absque omni peccato possunt convenire : 1° causa generandæ prolis; 2° et debiti reddendi. 143. Obsequi ac servire libidini etiam intra limites matrimonii est peccatum veniale. 144. Actus matrimonialis sic excusatur per bona assignata, ut sit bonus, et possit esse sanctus. 143. Actus conjugalis excusari non potest sine bonis matrimonii. 144. Conjuges committere possunt peccata in usu conjugii ex indebito fine, ex parte modi, situs, temporis, loci et aliarum circumstantiarum copulæ. 148. Actus matrimonialis propter sanitatem conservandam aut recuperandam est-ne licitus? 146. Actus conjugalis ob solam voluptatem, aut fornicationem in se vitandam, est venialiter malus. 145. Probabilius est etiam venialis culpa quando intenditur partim delectatio, partim prolis generatio. 147. Actus con-

jugalis est-ne illicitus mulieribus gravidis, sterilibus, et senibus? 146. Actus conjugalis cum uxore gravida ubi nulla est spes superfœtationis, est peccatum tantum veniale ex parte petentis, nullum ex parte reddentis si commode recusare non potest, nisi immineat periculum abortus. 150. Unde generaliter exercere actum conjugalem cum periculo morali abortus, monstrosæ prolis, gravis detrimenti salutis corporalis in alterutro conjuge, est per se loquendo peccatum, vel mortale vel veniale, pro gravitate vel levitate periculi et detrimenti. *Ibid.* Pro actus conjugalis consummatione locum secretum esse oportere, ipsa naturalis verecundia dictat; et ne fiat in loco sacro debita ipsi reverentia et leges Ecclesiæ prohibent sub mortali, etiam probabilius in causa necessitatis. 149. Tempus secretum et nocturnum suadet verecundia naturalis, non videtur tamen stricte obligare. *Ibid.* — Triplex distingui potest separatio conjugum : 1° quoad vinculum; 2° quoad thorum; 3° quoad thorum et cohabitationem. 170. Conjux innocens tenetur-ne nocentem emendatum, redire petentem, recipere? 171. Conjux nocens tenetur-ne, divortio etiam juridice facto, ad conjugem innocentem eum revocantem redire absque nova judicis sententia? *Ibid.* Fidelis conversus potest-ne aut debet-ne cohabitare cum fideli nolente converti, volente tamen pacifice et legitime cohabitare? 164, 165.

Conjunctum. Si aliqua duo sunt realiter conjuncta, ubicumque est unum, oportet et aliud esse. IX, 135.

Consanguinitas recte definitur : Vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. X, 189. Est communis, excepto quod quidam addant, *vel quarum una ab alia descendit*. *Ibid.* Consanguinitas est propinquitas fundata in naturali communicatione secundum actum generationis, qua natura propagatur : habet plures ramos. 190. — Omnes homines non sunt consanguinei, licet descendant ab eodem stipite, scilicet Adamo, carnali propagatione. 189. Consanguinitas convenienter distinguitur per gradus et lineas. 190. Triplex est linea. Gradus et consanguinitas reipsa sunt quid idem, sed ratione distinguuntur. 192. Linea consanguinitatis est ordinata collectio personarum consanguinitate conjunctarum, diversos continens gradus. 190. Ad cognoscendos gradus consanguinitatis statuuntur tres regulæ : una pro linea recta, duæ pro linea collaterali. 191. Una persona per se non constituit gradum, sed comparata ad alterum. 191. Filius est magis intensive consanguineus suo patri quam suo fratri. 192. Canonicum jus computat gradus linearum collateralium differenter a jure civili vel legali. *Ibid.* Reverentia parentibus debita, et indecentia actus conjugalis inter eos, maxima inter eos familiaritas, communicatio amicitiæ ad plures propaganda, sunt rationes quibus nititur impedimentum consanguinitatis, saltem in primo gradu. 197. A mundi exordio usque nunc, non una fuit disciplina in contrahendis matrimoniis inter fideles consanguineos, sed secundum diversa tempora, consanguinitas secundum diversos gradus matrimonium impedivit et diremit. 196. Nunc gradus consanguinitatis matrimonium dirimentes reducti sunt ad quartum inclusive in concilio Lateran. sub Innocentio III, anno 1215. 197. Arbor consanguinitatis. 196. Primus gradus consanguinitatis in linea recta impedit et dirimit matrimonium jure naturæ. Juxta mentem et doctrinam D. Th. probabilius videtur nullum alium gradum consanguinitatis præter primum lineæ rectæ, jure naturæ dirimere matrimonium. 198.

Conscientia. Datur in homine conscientia quæ ipsum terret dum vult committere crimen, et remorsibus cruciat dum commisit : atqui non materia, sed sola natura spiritualis est capax hujusmodi conscientiæ. II, 259. Esse conscientiam nihil notius, omnes enim docti et indocti conscientiam clamant. Quid sit autem conscientia, non ita notum. Quidam dicunt pertinere ad voluntatem, alii ad intellectum : quidam volunt esse habitum vel potentiam, alii actum. IV, 185. Conscientia nihil aliud est quam applicatio scientiæ seu notitiæ ad aliquod particulare factum. *Ibid.* Conscientia est actus, non habitus. *Ibid.* Pertinet conscientia ad intellectum, non vero ad voluntatem. 186. Conscientia est regula morum fallibilis, sed proxima, quatenus explicat et applicat legem ad actus particulares. 187. Conscientia non est regula et lex ratione sui, sed proponit et applicat regulam et legem in particulari. *Ibid.* Conscientia differt a synderesi et a scientia morali, et a prudentia. *Ibid.* Conscientia dividitur 1° communiter in veram et falsam seu erroneam, in certam et probabilem seu opinativam et dubiam, in scrupulosam et luxam. *Ibid.* Conscientia vera, est quæ ex principiis veris dictat aliquid in particulari esse licitum vel illicitum, quod est revera tale. *Ibid.* Conscientia falsa seu erronea, est quæ ex principiis falsis, reputatis tamen veris, dictat aliquid esse licitum vel illicitum, quod non est revera tale; et est duplex, vincibiliter et invincibiliter erronea, sicut ipsa ignorantia. *Ibid.* Conscientia certa, est quæ formaliter et in se ac in omnibus principiis ex quibus immediate formatur est talis, ut excludat omnem formidinem rationabilem de opposito. *Ib.* Conscientia probabilis seu opinativa, est quæ ex principiis tantum probabilibus dictat aliquid esse licitum vel illicitum cum formidine partis oppositæ. 188. Conscientia dubia, est suspensio intellectus neutri parti contradictionis assentientis. *Ibid.* Conscientia scrupulosa, est quæ ex futilibus et prorsus contemnendis rationibus judicat aut timet ne mala sit actio. *Ibid.* Conscientia lata seu laxa, est quæ ex levibus admodum et contemnendis momentis judicat

non esse malum quod revera est malum, aut leve malum quod est grave, cum utrumque possit facile deprehendi. *Ibid.* Dividitur 2° conscientia in obligantem, consulentem et permittentem. 3° Dividi potest conscientia in bonam et malam. *Ibid.* Conscientia a theologis dicitur vera, falsa, certa, dubia, probabilis, etc. duplici sensu : 1° intrinsece et formaliter ratione dictaminis ultimi veri, falsi, certi, dubii, probabilis, etc. Quod ultimum dictamen est proprie conscientia : 2° extrinsèce et præsuppositive ratione dictaminis speculativo-practici veri, falsi, certi, dubii, probabilis, etc. Ex quo remote deducitur dictamen ultimum practice-practicum, seu conscientia proprie dicta. *Ibid.* A multis et passim confunditur conscientia vera cum conscientia recta. 189. Solum verum practicum est objectum conscientiæ. *Ibid.* Omnis conscientia practice vera est recta. *Ibid.* Non omnis conscientia speculative vera est recta. *Ibid.* Dicere conscientiam esse rectam per conformitatem ad appetitum rectum, et appetitum esse rectum per conformitatem ad rectam rationem, est-ne circulus vitiosus? 190. Duplici modo possumus conformari conscientiæ, negative, non agendo contra illam; positive, agendo secundum illam. *Ibid.* Conscientia potest errare, quia conscientia est conclusio syllogismi practici. *Ibid.* Quando error est invincibilis, conscientia est speculative falsa et practice vera et recta. *Ibid.* Nunquam licet agere contra conscientiam tam prohibentem quam præcipientem, sive veram sive erroneam, etiamsi vincibiliter erret. *Ibid.* Non solum tenemur non agere contra conscientiam invincibiliter erroneam, sed tenemur absolute agere secundum illam, dum dictat aliquid esse de præcepto faciendum. 191. Tenemur etiam agere secundum conscientiam vincibiliter errantem, præcipientem aliquid faciendum, non absolute sed conditionate, et in hypothesi quod non deponatur prout potest et debet deponi; at non omnes idem sentiunt. *Ibid.* Conscientia obligat vi legis divinæ et virtutum particularium. *Ibid.* Conscientia potest obligare ad peccandum indirecte et per accidens. 194. Quomodo qui laborat conscientia vincibiliter erronea, debeat illam deponere? *Ibid.* Deus non potest dispensare ut quis licite agat contra conscientiam, quia implicat quod quis agat contra conscientiam et non peccet. 195. Subditus non potest obedire superiori contra conscientiam dictantem esse illicitum hic et nunc illi obedire. *Ibid.* Agere contra conscientiam sive rectam sive erroneam, secundum se non est speciale peccatum. 196. Quod fit contra conscientiam sive vincibiliter sive invincibiliter errantem est mortale vel veniale, prout conscientia dictat esse mortale vel veniale. 197. Pœnitens non tenetur dicere in confessione se egisse contra conscientiam rectam, nisi forte contra egerit ut illam extingueret. *Ibid.* Qui agit contra conscientiam erroneam, tenetur id accusare et simul explicare speciem et gravitatem peccati, quam dictabat conscientia. *Ibid.* Utrum gravius sit agere contra conscientiam vincibiliter erroneam, quam agere secundum illam? *Ibid.* Duplex distingui potest conscientia scrupulosa; una ex scrupulis formata, et est dictamen rationis practicæ, quo quis propter leves et inanes rationes judicat id quod agit esse illicitum, vel de eo dubitat. Hæc conscientia improprie dicitur scrupulosa, sed est vel erronea, vel dubia. Altera est scrupulis agitata et cruciata, dum scilicet quis judicat id quod agit esse licitum, levibus tamen de causis timet et anxiatur ne sit illicitum : unde, quatenus scrupulosa, non est proprie conscientia, sed umbra et similitudo conscientiæ. 200. Quibus indiciis potest cognosci conscientia scrupulosa? *Ibid.* Licet-ne agere contra conscientiam scrupulosam? 201. Conscientia dubia vel probabilis consistit in solo dubio aut judicio practice-practico. 204. Nunquam est licitum agere cum conscientia dubia, probabili, aut probabiliori proprie sumpta. 205. Sola conscientia certa moraliter est regula actionum nostrarum. *Ibid.* Qui agit cum conscientia dubia, probabili aut probabiliori, peccat ea specie et gravitate peccati de quo dubitat aut quod formidat. 206. Quomodo se gerere debet qui laborat conscientia perplexa? Ille dicitur habere conscientiam perplexam qui, quam partem contradictionis eligat, putat se peccare. 207. Conscientia est forum Dei. 494.

Consecratio. *Vide* Eucharistia.

Consecratum aliquid dicitur quando usibus sacris est deputatum. VII, 268. Res consecrata non amittit suam consecrationem, quandiu integra manet. IX, 35.

Consensus. Consensus requiritur ad bonitatem vel malitiam actus humani. IV, 114, Consensus est approbatio utilitatis mediorum propositorum; pertinet ad voluntatem et eum sequitur judicium discretivum. 126. Consensus duplex est : perfectus et imperfectus, quænam sunt eorum signa? 429. Consensus principis duplex est, personalis, juridicus seu legalis. IV, 518. Consensus in illo qui habet auctoritatem aliquid faciendi haberi potest pro ejus auctoritate. V, 56. Consensus requisitus ad matrimonium : *vide* Matrimonium. Omnes conveniunt aliquem consensum requiri ad validitatem contractus; sed non omnes consentiunt qualis consensus requiratur. VII, 2, 3. A jure novo Gallico qualis nunc exigitur consensus ad contractum. *Vide appendicem.* Consensus positivus, et non resistentia extrinseca, requiritur in receptione sacramentorum. VIII, 362.

Conservatio rei est continuata ejusdem rei productio. III, 464.

Consilium est signum voluntatis divinæ. I, 267. Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur : regula juris. VI, 127. Quid sit donum consilii, et utrum prudentiæ correspondeat? *Vide* Donum.

Consistentes quinam dicebantur. IX, 475.

Consistentia erat quartus gradus pœnitentiæ solemnis. IX, 475.

Constantia partim convenit cum perseverantia, partim differt ab illa. Conveniunt quidem in fine; differunt secundum ea quæ difficultatem afferunt ad persistendum in bono. VII, 150

Constantiense concilium, in hoc concilio damnati sunt Wicleffus, Joannes Hus et Hieronymus de Praga. Duo postremi combusti sunt ut pertinaces in hæresi. IV, 170. V, 123, 345.

Constantiense concilium, generale XVII, ann. 1413 indictum est a Joanne XXIII, promovente Sigismundo imperatore ad extinguendum schisma quod Ecclesiam dilacerabat. X, 139. Confirmatum est concilium a legatis Gregorii XII. *Ibid.* Tandem in illo electus est Martinus V. 292. Concilii Constantiensis decreta, sess. IV et V prolata, statuuntne concilio generali inferiorem esse auctoritatem summi Pontificis? V, 213. Hujusmodi decreta fuerunt-ne conciliariter aut in materia fidei prolata? 217. Tandem fuerunt-ne approbata a Martino V? *Ibid.*

Constantinopolitanum concilium I, generale II, in causa Macedonii. Hæc synodus Kalendis Maii anno 381, Damasi Pontificis 15, imperantibus Theodosio Seniore, Gratiano et Valentiniano, consulibus Eucharide et Evagrio celebrata est : fuit centum et quinquaginta episcoporum imperii Orientis tantum, quibuscum sub initium aderant triginta episcopi ex parte Macedoniorum, sed statim discessere. II, 52. Duplex hujus convocandi fuit præcipua causa : prima, ut fides Nicæna tot pseudosynodis et formulis Arianis labefactata firmaretur. hæresesque Macedonii et Apollinaris damnarentur : altera, ut de episcopo legitimo ecclesiæ Constantinopolitanæ adversus Maximum Cynicum, ab Ægyptiis episcopis illegitime ordinatum, provideretur. *Ibid.* Natalis Alexander distinguit triplex concilium Constantinopolitanum intra biennium : primum sub initium anni 381; secundum œcumenicum, quod Kalendis Maii ejusdem anni inchoatum est ; tertium quod anno sequenti 382 celebratum est. *Ibid.* Verum de primo concilio ut a secundo distincto non constat. *Ibid.* Difficultas est gravissima utrum et quomodo hoc concilium Constantinopolitanum sit œcuminicum. *Ibid.* Expenduntur sententiæ pro et contra. 53-56. Concilium Constantinopolitanum, quantum ad definitionem seu Symbolum fidei semper fuit in Ecclesia receptum. 56. Quantum ad canones circa disciplinam, non fuit semper receptum in Ecclesia. *Ibid.* Constantinopolitanum I concilium, generale II, confirmatum fuisse a Damaso papa in Synodo Romana tradit Photius. V, 237. Episcopus Constantinopolitanus non præfertur Romano Pontifici a concilio Constantinopolitano. 168.

Constantinopolitanum III concilium, generale V. anno 533, sub Vigilio papa in causa Trium Capitulorum et Origenistarum celebratum fuit; adfuerunt centum et sexaginta episcopi. V, 241. Hoc concilium damnavit Tria Capitula. 123. Fuit confirmatum a Vigilio et ejus successoribus. 237.

Constantinopolitanum III concilium, generale VI, congregatum fuit actoritate Agathonis papæ, promovente et ministerialiter concurrente piissimo imperatore Constantino Pogonato. III, 62 et V, 242. Celebratum fuit anno 680, contra Monothelitas : huic adfuerunt centum et sexaginta sex episcopi. V, 242. Quinam præfuerunt huic concilio nomine Agathonis? 233. Sexta synodus generalis nullos edidit canones. 235. Petiit confirmationem in epistola data ad Agathonem. 237.

Constantinopolitanum IV concilium ; generale VIII, anno 869 inchoatum est, præsidentibus legatis Adriani II : congregatum est contra Photium, qui loco S Ignatii in exilium pulsi in sedem Constantinopolitanam, ausus erat ascendere nefanda intentione; et contra Iconoclastas. V, 143. Huic concilio præseditne Adrianus II per suos legatos? 235. Concilium generale VIII, Constantinopolitanum IV, postulavit confirmationem ab Adriano II; illam datam fuisse testatur Anastasius. 237.

Constantinus Magnus convocavit concilium Nicænum, ex assensu tamen S. Sylvestri Romani pontificis, anno æræ communis 325, 40 et 41. Huic concilio adfuit Constantinus Magnus qui infra episcopos et nonnisi ipsis annuentibus sedit. *Ibid.* Constantinus Magnus agnovit primatum Pontifici Romano esse collatum ab *Imperatore* cœlesti. V, 172. Constantinus Magnus præsens erat concilio Nicæno. 235. Ecclesia Romana fuit-ne ditata a Constantino Magno? VI, 85. Quasdam possessiones privatas, quædam prædia et latifundia ecclesiam Romanam accepisse a Constantino Magno negari non potest. 86. Constantinus Magnus distulit baptismum usque ad mortem. VIII, 450, 450. In assignandis Constantini baptismi tempore et loco duplex est sententia. 451. Prima tenet Constantinum baptizatum fuisse Romæ a S. Sylvestro, anno 324, ætatis 50, ante mortem 14. 451 ad 455. Secunda sententia tenet Constantinum baptizatum fuisse in suburbio Nicomediæ sub finem vitæ. *Ibid.*

Constantinus Copronymus. Leoni Isauro successit anno 741 Constantinus ejus filius, regni et impietatis paternæ hæres ; dictus est Copronymus ab excrementorum profluvio quo sacrum fontem fœdavit dum baptizaretur. III, 129. Post biennium comparato exercitu Artabasdum Curopalatem fudit Copronymus, eumque cum filiis trucidavit. *Ibid.* Prospere confecit bellum contra Saracenos et bellum adversus sacras imagines ardentius instauravit impius imperator. *Ibid.* Eo fine convocavit Constantinopolim concilium trecentorum et triginta octo episcoporum qui a fide defecerant, ut auctoritate concilii et Ecclesiæ sacræ imagines aboleri viderentur. *Ibid.* Constantinus Copronymus cum Constantino quo-

dam monacho nefario quem in sedem Constantinopolitanam intruserat, prolatis in medium sacra Eucharistia et sanctis Evangeliis, super illis plebem solemniter jurare jussit quod nusquam imagines coleret, quod illas idola vocaret, et ut talia execraretur. *Ibid.* Immanissimas crudelitates egit contra eos qui recusabant, eos ad ultimam paupertatem adegit aut morte damnavit. *Ibid.* Senatores gravissimos et nobilissimos nervis in medio Fori cædi jussit ad internecionem : ipsum Constantinum patriarcham capite truncari jussit. *Ibid.* Stephanus IV pontifex maximus hujus pseudosynodi acta rescidit. *Ib.* Anno 775 crudelem efflavit animam scelestus imperator Copronymus, carbunculis crura depascentibus et febri insolita ad instar ignis urente, qua se velut inferni flamma torreri misere ejulabat ob violatum Deiparæ cultum, quam ideo deinceps coli jussit. *Ibid.* Copronymo successit Leo ejus filius qui miserabiliter obiit. *Ibid.*

Constantinus. Leo moriens Constantinum filium tunc decem annis natum regni hæredem reliquit sub pientissimæ matris Irenes tutela, cui cum nihil religione esset antiquius, cultum imaginum pro viribus instaurari curavit. III, 129. Concilium congregari petiit ab Adriano I. Adrianus misit legatos Constantinopolim qui concilium congregaverunt primo in basilica SS. Apostolorum, sed postea propter seditionem militum Iconomachorum, in Nicæam urbem transtulerunt. *Ibid.* In eo Iconoclastæ damnati sunt. *Ibid.* Imago Salvatoris in medio consessu Patrum prolata ab omnibus procumbentibus adorata est. *Ibid.*

Constantius controversiarum fidei dirimendarum causa synodum œcumenicam Arimini indicit anno 359 ; sed Arianorum consilio in duas partes dividit, assignata Occidentalibus urbe Ariminensi, vulgo *Rimini*, in Italia : Orientalibus Seleucia in Isauria. II, 49. Quid egit contra patres Ariminenses. 49 *et seqq.* Quid egit adversus Liberium? *Vide* Liberius.

Constans. Edictum suum, quod dictum est *Typus*, promulgavit Constans anno 648. Quid est hoc edictum? III, 60.

Consubstantialitas. Personarum duplici sensu potest intelligi : 1° quod sint ejusdem omnino et individuæ naturæ, in ipsis immultiplicatæ et indivisæ, et hæc est intelligentia catholica ; 2° quod sint ejusdem quidem naturæ, sed specificæ tantum, divisæ et multiplicæ in illis, sicut duo supposita naturæ humanæ ; et hic sensus est error paganismi pluralitatem deorum admittentis, in eumque declinare videbantur Semi-Ariani qui dicebant Filium esse similem Patri in substantia, etsi tamen id asserere non auderent. II, 8. Consubstantialitas Filii asseritur ex Scripturis contra Arianos. *Ibid.* Consubstantialitas Spiritus sancti asseritur contra Macedonianos. 10. Pluralitas et consubstantialitas personarum simul probantur ex SS. Scripturis. *Ibid.* Pluralitas et consubstantialitas Personarum probantur traditione. 15 et seqq. Vox *Homoousion* seu consubstantialis significat Filium non solum esse similem Patri, sed esse ejusdem prorsus naturæ et essentiæ, quod est fides catholica, et ideo ad hæresim Arianam, quæ Filium in ordinem creaturarum redigebat, profligandam apprime idonea. 44. Vox *Homoousion*, seu consubstantialis, convenienter apposita est Symbolo Nicæno. 43 et seqq. Hæc vox reperitur in Scripturis non quoad sonum, sed quoad sensum. *Ibid.* Fuit in usu ante concilium Nicænum. *Ibid.* Vox *homoiousion*, id est, similis substantiæ, fidem Ecclesiæ exprimebat-ne sufficienter. 46. Quid censendum de illis qui hanc vocem *homoiousion* admittebant, rejecto *homousion*? *Ibid.*

Consubstantiatio et impanatio excluduntur a concilio Tridentino. IX, 76.

Consubstantiatores dicuntur qui volunt panem in Eucharistia conjungi corpori Christi, sed absque unione hypostatica. IX, 74.

Consuetudinarius est ille qui consuetudinem seu habitum et propensionem peccandi in certo genere peccati ex frequentatis ejus actibus contraxit. IX, 403. Consuetudinarius tenetur confessario interroganti fateri suam consuetudinem. 410. Illi qui sunt in statu, consuetudine et mora peccandi debent, in quantum possunt, exprimere numerum probabilem. 434. Juxta communem Providentiæ cursum perfecta conversio peccatoris consuetudinarii est difficilis, sed illa conversio non requiritur ad absolutionem. 407. Quæ remedia sint præscribenda consuetudinariis et frequenter recidivis? 410. Consuetudinarius qui post obtentum absolutionis beneficium diligenter adhibuit remedia præscripta et est notabiliter emendatus, licet aliquoties relapsus fuerit, debet iterum absolvi. Idem a fortiori dicendum de recidivis. 404 et 409. Consuetudinarius qui in prioribus confessionibus nunquam fuit correptus, nec monitus de remediis adhibendis, neque illorum est conscius, si nihil aliud obstet quam consuetudo, et protestetur se de illa et de peccatis dolere, paratumque se exhibeat ad omnia remedia, etsi dura et difficilia, potest post præmissam ut plurimum confessionem generalem statim absolvi, nec est expectandum donec pravam consuetudinem penitus eradicaverit. Idem a fortiori dicendum de simpliciter recidivis. 405 *et seqq.* Differenda est regulariter absolutio consuetudinario qui, semel et iterum monitus et correptus a confessario, neglexit remedia ab ipso præscripta nec se emendavit, quousque factis emendationem probaverit, quantumvis dicat nunc se pœnitere et se esse ad omnia paratum. Idem dicendum in paribus circumstantiis de recidivis statim et frequenter in idem peccatum. *Ibid.*

Consuetudo. Consuetudo est optima le-

gum interpres et vim legis habere potest. IV, 503. Consuetudo duplex est, una facti, altera juris. 518. Consuetudo facti definitur : *Frequentia operandi libere eodem modo. Ibid.* Consuetudo juris quæ sequitur ex consuetudine facti definitur : *Jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex. Ibid.* Tria tribuit S. Thomas consuetudini : primum, quod legem inducat, quando scilicet est præter legem et nullam supponit ; secundum, quod abroget legem latam et receptam ; tertium, quod eam interpretetur. *Ibid.* Hæc autem tria consuetudo obtinere potest duplici via : 1° via conniventiæ : 2° via præscriptionis. *Ibid.* Consuetudo rationabilis potest inducere legem ubi non est, tam via conniventiæ quam præscriptionis. *Ibid.* Ut consuetudo inducat legem plura requiruntur. 519. Quantum temporis requirit consuetudo ut obtineat vim legis ? *Ibid.* Consuetudo rationabilis potest abrogare legem humanam etiam irritantem, aut ei derogare tam via conniventiæ quam præscriptionis. *Ibid.* Unde dignosci potest consuetudinem inductam fuisse cum intentione obligandi, et vim legis habere? *Ibid.* Plura inferuntur. *Ibid.* Ut consuetudo præscribat contra legem debet esse rationabilis. 520. Et insuper debet esse bona fides in præscribente. *Ibid.* Consuetudo humana nunquam prævalet contra legem naturalem aut divinam. *Ibid.* Consuetudo potestne derogare legi quoad pœnam ipso facto incurrendam, v. g. excommunicationem, relicta culpa? 521. Consuetudo potest interpretari legem. *Ibid.* Interpretatio duplex est : una doctrinalis, altera authentica. *Ibid.* Utroque modo consuetudo potest interpretari legem humanam ; priori autem modo tantum legem naturalem et divinam. *Ibid.* Consuetudo potest præscribere contra legem etiamsi lex feratur cum hac clausula, *non obstante quacumque consuetudine.* 520. Consuetudo legi contraria quam legislator scit in particulari et tolerat, tollit vim legis post duas vel tres ejus infractiones, absque determinato tempore et independenter a præscriptione. V. 81. Consuetudo non potest derogare legi naturali aut divinæ, utpote in quam nihil potest humana potestas ; potest tamen derogare legi humanæ, si sit rationabilis et legitime præscripta. *Ibid.* Consuetudo legi contraria quam legislator ignorat in particulari, non præscribit contra legem civilem nisi decem annis. *Ibid.* Idem dicendum de consuetudine adversus legem ecclesiasticam nondum receptam moribus utentium. 81. Videtur quod requiratur bona fides in subditis ad hoc ut consuetudo præscribat contra legem. *Ibid.* Dispensatio et consuetudo legitima excusant a peccato laborantes diebus Dominicis et festis. VII, 349. Consuetudo est-ne consuetudinario occasio proxima peccandi? IX, 408.

Consulens sumitur dupliciter : 1° pro eo qui decernit de bonitate aut malitia actionis, et qui dicit contractum esse licitum cum sit illicitus, etc. ; 2° pro eo qui, supposita et cognita actionis injustitia, eam suadet, sive proponendo utilitatem, etc., sive ad eam precibus, etc., excitando, sive suppeditando media et modos quibus efficaciter et tuto fieri potest. VI, 157. Consulentes primo modo quandonam tenentur ad restitutionem damni illati eorum consilio. *Ibid.* Consulentes secundo modo quandonam tenentur ad restitutionem. *Ibid.* Consilium si revocetur tempestive antequam damnum inferatur, manetne consulens absolutus ab onere restituendi si nihilominus damnum fiat ? 158.

Consultatio est actus intellectus, nempe inquisitio de mediis congruis. IV, 126. Uti sorte consultoria ad discendum a Deo quid sit agendum, pertinet ad Dei tentationem, nisi forte ubi, urgente gravi necessitate agendi, deficit humanum judicium ; tunc præmitendæ sunt preces ut Deus dirigat sortes. VII, 382.

Contemptus formalis duplex est : perfectus et imperfectus. IV, 428 et VI, 390. Quandonam aliquis transgreditur regulam ex contemptu. *Ibid.* et VIII, 10. Frequentia peccati dispositive inducit ad contemptum. *Ibid.* Contemptus est perfectus quando quis renuit in toto subjici superiori, ex quovis contemptu sive præcepti, sive potestatis, sive præcipientis procedat illa pervicacia. VIII, 10. Imperfectus, est quando quis renuit obedire superiori in aliqua re tantum, sive gravi, sive levi, paratus ipsi obedire in aliis. *Ibid.*

Contenson. Sententia ejus circa finem ultimum quem intendit homo in actu deliberato refertur. IV, 10.

Contentio generatim est pugna verborum. Specialiter est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. V. 362. Si contentio est impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ, non est peccatum ; secus si sit cum inordinato modo. 365. Contentio una est e septem filiabus inanis gloriæ. VIII, 46.

Continentia generaliter est abstinentia ab omni re illicita ; specialiter, est firmitas voluntatis, qua quis resistit quibuscumque pravis concupiscentiis quæ in eo vehementer existunt ; stricte, est dispositio voluntatis qua resistitur pravis concupiscentiis circa tactum. VIII, 199. Continentia est-ne virtus proprie dicta ? *Ibid.* Differt a temperantia. *Ibid.* Cur continentia laudabilior est matrimonio ? II, 287. Continentia subjectatur in voluntate, non autem in appetitu sensitivo. 200. Status continentiæ et excellentior statu matrimonii. X, 95.

Ordinibus sacris annexa est continentia. X, 33. Rationabiliter atque convenienter Ecclesia annexuit ordini sacro continentiam. 64, 65. In Ecclesia Occidentali omnes clerici majorum ordinum, ab episcopo ad subdiaconum inclusive, tenentur servare continentiam perpetuam, ita ut nec post ordinem susceptum, matrimonium contrahere possint, nec matrimonio ante ordinem contracto uti.

63. In Ecclesia Orientali presbyteri possunt uti matrimonio contracto. 64. Continentia annexa est ordini sacro, non jure naturali aut divino, sed ecclesiastico. *Ibid.* Qui ignoraret votum continentiæ esse annexum ordini sacro, ad illam servandam teneretur. 67. Quid vero si suscipiens ordinem expresse nollet vovere? 68. Quo se recipere debent uxores clericorum post ordinationem continentium? *Ibid.* Qui susciperet sacrum ordinem ante usum rationis, aut post ex gravi metu injuste incusso, non teneretur ad continentiam. *Ibid.* Clerici minorum ordinum aliquando fuerunt-ne obstricti lege continentiæ? *Ibid.*

CONTINERI multipliciter aliquid in alio potest: 1° formaliter, seu quoad rationem suam formalem; 2° virtualiter, quando unum habet virtute quidquid perfectionis est in re contenta; 3° eminenter, quando unum continetur in alio perfectiori modo quam sit in se ipso; et hoc vel eminenter formaliter, vel eminenter virtualiter. I, 72. Quænam est differentia inter formaliter et virtualiter contineri in aliquo? III, 5 et 6.

CONTRACTUS. Contractus stare debet prævio consensu voluntario contrahentium, quævis nova ratio occurrat, nisi error existat circa substantiam rei. IV, 234. Contractus in jure definitur: Ultro citroque obligatio. VII, 1. Contractus, generaliter sumptus, prout comprehendit contractum late et stricte sumptum, definitur: Duorum plurimorumve in idem, placitum et consensus, signo sensibili manifestus, pariens obligationem, saltem in uno contrahentium. *Ibid.* Variæ sunt contractus divisiones. 1° Dividitur in innominatum et nominatum. Nominatus subdividitur in illum qui est in utilitatem utriusque contrahentis, et in illum qui est in utilitatem unius tantum. 2. Contractus innominatus est quadruplex. *Ibid.* Contractus dividitur 2° in gratuitum, qui etiam dicitur lucrativum, et onerosum, 3° in explicitum et implicitum, 4° in contractum stricti juris et bonæ fidei. 5° Alius est qui solo consensu; alius qui verbis; alius qui scriptura; et alius qui re seu traditione perficitur. 6° Tandem contractus dividitur apud jurisconsultos in nudum, et vestitum. 1, 2, 3. In foro civili, contractus reputatur validus ex præsumptione quod contrahens intus senserit quod exterus expressit. 3. Non sufficit ad validitatem contractus consensus in sola verba, sed requiritur consensus in ipsum contractum, ita quod contractus verbotenus sine animo contrahendi et se obligandi, sit contractus fictus et nullus in foro conscientiæ. 4, 5. Cur et qua ratione contractus defectu consensus et jure naturæ invalidi, possint fieri jure positivo validi. 22. Error in contractibus potest versari vel circa rei substantiam, vel circa rei accidentia. 4. Vel est causa contractus, et dicitur antecedens; vel non est causa, et dicitur concomitans aut incidens. *Ibid.* Causans seu antecedens vel est principaliter movens, vel excitans tantum. *Ibid.* Tandem vel provenit ab ipso contrahente decepto, vel ab altero contrahente per dolum decipiente, vel ab aliquo tertio non contrahente. *Ibid.* Error circa substantiam rei, sive sit antecedens, sive concomitans tantum, et a quocumque proveniat, irritat contractum. Est communis et certa. 4, 5. Error circa rei accidentia, etiamsi antecedens et a fortiori concomitans, non proveniens ex dolo alterius contrahentis, nequé irritat contractum, neque rescindibilem facit ad nutum decepti. 5, 6, 7. Metus potest oriri vel a causa naturali, vel a causa libera; et hic vel juste, vel injuste incutitur. Item incutitur vel in ordine ad contrahendum, vel ad alium finem. 7. Omnis contractus initus ex gravi metu a causa naturali incusso, est validus. Idem dicendum de voto. 8. Omnis contractus initus ex gravi metu a causa libera juste incusso, est validus. *Ibid.* Omnis contractus initus ex gravi metu a causa libera injuste incusso, sed non in ordine ad contrahendum, est validus, saltem si non ineatur cum illo qui metum incussit. *Ibid.* Contractus initus ex gravi metu injuste incusso in ordinæ ad contractum, aut equidem sine ordine ad contractum, si contractus ineatur cum ipso vexante, an sit validus non omnes consentiunt. *Ibid.* Contractus cujus objectum est aliud quam cessatio ab injusta vexatione, initus ex gravi metu injuste incusso, in ordine ad contractum, etiam cum ipso vexante, est jure naturæ validus. 9. Contractus cujus objectum est sola liberatio a vexatione seu metu injusto, est jure naturæ invalidus, sive metus incutiatur in ordine ad contractum, sive non, modo tamen in hoc ultimo casu contractus ineatur cum incutiente metum. 7. Contractus cujus objectum est aliud quam cessatio ab injusta vexatione, initus ex gravi metu injuste incusso, in ordine ad contractum, etiam cum ipso vexante, est jure naturæ validus. 9. Probabile est contractus quos præcedenti conclusione dixi jure naturæ valere, etiam jure positivo esse validos, paucis exceptis. *Ibid.* Vera est conclusio etiamsi contractus ineatur cum aliquo tertio metus injusti nescio. 10. Contractus quod duabus præcedentibus conclusionibus dixi esse validos tam jure naturali quam civili, sunt rescindibiles ad nutum metum passi, sive metus sit gravis sive levis, modo det causam contractui, et sit injuste incussus in ordine ad contractum. *Ibid.* Juramentum contractui invalido appositum, est validum, et servari debet si absque peccato jurantis servari possit; est vero invalidum, nec servari debet si sine pecato jurantis servari non possit. VII, 18. Contractus jure naturæ irriti et illiciti, pro certo non firmantur juramento. Item non firmantur juramento contractus qui sunt rescindibiles propter injuriam aut turpitudinem exigentis

aut acceptantis juramentum. *Ibid.* Contractus qui inducunt naturalem obligationem, sed irritantur a jure positivo, principaliter in favorem contraentis, ejus juramento firmantur. 19. Quid interest utrum juramentum confirmet contractum necne, quandoquidem qui juravit teneatur semper ex omnium consensu, vi solius juramenti persolvere quod promisit. *Ibid.* Est-ne id etiam verum de juramento cui error, dolus aut metus causam dedit? 18. Contractus qualificatus. 20. Primus est conditionalis. *Ibid.* Conditionate contrahens non potest neque licite neque valide resilire a contractu, sic, ut extinguat hanc obligationem conditionatam absque consensu alterius partis. 21. Contractus initus sub conditione de præsenti vel præterito, non suspenditur, sed statim est validus vel invalidus; ut si dicas : Emo vinum si sit vetus; Do tibi decem aureos, si negotia mea Parisiis perfeceris; Duco te, si sis virgo. *Ibid.* Contractus initus sub conditione de futuro necessario cognito ut tali, non suspenditur; suspenditur autem si sit de futuro contingenti honesto saltem regulariter. 22. Contractus sub conditione futura contingenti initus, purificata conditione, fit purus et absolutus absque novo consensu, si prior non fuerit retractatus. Est communior et probabilior, 22. Contractus sub conditione impossibili, sive de præsenti, sive de præterito, sive de futuro, jure naturæ est nullus; sub conditione vero turpi de futuro, nullam jure naturæ inducit obligationem antequam conditio impleatur. 23. Contractus sub conditione operis turpis, sive repugnantis justiæ, sive alteri virtuti, sive puniendi per leges sive non, purificata conditione, jure naturæ obligat, sic ut promittens teneatur dare rem promissam, et promissarius possit eam accipere, et acceptam retinere, nec teneatur restituere. 23. Utrum, purificata conditione turpi, stet contractus, proindeque promittens teneatur dare rem pactam seu promissam et promissarius possit eam accipere et acceptam retinere, quidam negant. *Ibid.* Probabilius nobis est præfatos contractus quos diximus, purificata conditione valere jure positivo quoad forum conscientiæ, seu quoad obligationem naturalem quam inducunt, sed tantum quoad actionem fori externi. 28. Secundus est modalis. 20. Contractus proprie modalis non suspenditur quousque impleatur modus, sed statim obligat, neque revocatur si non servetur modus. 23, 24. Tertius est causalis. 20. Contractus causalis nullus est, si causa primaria et principalis ob quam initur non subsistit; validus est, si causa secundaria et minus principalis non subsistit subsistente primaria. 24. Quartus est demonstrativus. 20. Si error in demonstratione versetur circa rei substantiam, irritat contractum; si versetur tantum circa accidentia, non irritat. 24. Quintus est ad diem. 20. Contractus ad diem certum, hoc est, certo futurum, sive certum sit quando sit futurus, ut Pascha, sive incertum sit quando sit futurus, ut dies mortis, modo sit certo futurus, parit obligationem statim, sed non pro statim. 25. Contractus de re vel actione pretio æstimabili, debita ex alia virtute, distincta a justitia, est validus, sed illicitus. Est communior et probabilior. 32, 33. Conctractus de re vel actione alteri debita ex justitia, est nullus, ita ut pretium promissum vel datum sit obnoxium restitutioni. Est communis. *Ibid.* — Legislator, sive civilis, sive ecclesiasticus, potest, ob justam causam bonum commune spectantem, irritare contractus qui alioquin, spectato solo jure naturæ, essent validi. 33. Lex potest variis modis improbare contractum aliquem seu actum : 1° negative, si nempe neque prohibeat neque irritet, sed tantum non assistat aut probet. *Ibid.* 2° si prohibeat tantum et non irritet. *Ibid.* Jus novum Gallicum quid statuit circa contractum in genere. *Vide appendicem.* Circa contractum conditionalem. 10. In hoc jure error metusque irritant-ne contractus? 5.

CONTRITIO et ATTRITIO per metaphoram translata sunt a corporibus ad spiritualia. IX, 290. Contritio ut sic, prout abstrahit a statu veteris et novæ legis, a perfecta et imperfecta, est animi dolor et detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. *Ibid.* Auctoris definitio : Dolor pro peccatis assumptus, cum proposito confitendi et satisfaciendi. *Ibid.* Dolor et odium peccati, atque propositum non peccandi, requiruntur-ne necessario ad contritionem? 291. Dolor debet esse de peccatis, non de defectu doloris. 331. Propositum in contritione debet-ne esse explicitum? 290. Sufficit-ne aliquando implicitum? *Ibid.* Propositum formale non est de essentia contritionis. 291. Essentia contritionis non consistit formaliter in istis tribus, sed formaliter in solo dolore, præsuppositive in odio, et consecutive in proposito. *Ibid.* Quo sensu contritio est displicentia peccati. 292. — Quantitas contritionis potest distingui tripliciter : appretiativa, quæ spectat objectum; intensiva, quæ spectat subjectum; extensiva, quæ spectat multitudinem peccatorum. 292. Contritio est duplex; perfecta, et imperfecta. Perfecta, quæ a charitate perficitur, justificat ante susceptionem sacramenti. 302.

Contritio differt-ne essentialiter ab attritione, vel accidentaliter? IX, 262. Contritio perfecta extra sacramentum semper importat justificationem, non tamen sine voto sacramenti in ea incluso. 258. — Contritio debet esse supernaturalis. 292. Contritio est sensibilis, non per se, sed per accidens. 248. Contritio debet esse vera et sincera, ita ut si quis conteratur ficte, aut se credat vere contritum et non sit, sicque accedat ad sacramentum, neque effectum sacramenti neque

ipsum sacramentum recipiat. *Ibid.* Dolor de peccatis, qui est essentialiter contritio, debet esse omnium dolorum maximus appretiative; hoc est, peccator debet sic detestare peccata, ut pro nulla re mundi velit illa committere. 292. Dolor ac detestatio voluntatis de peccatis non debet necessario esse maximus omnium dolorum intensive. 293. Dolor de peccatis qui est in parte sensitiva non debet necessario esse maximus qui in ea esse potest. 294. Contritio debet esse de omnibus et singulis peccatis. 296. — Contritio est necessaria, non solum necessitate medii, sed et præcepti, tum naturalis, tum divini positivi, tum ecclesiastici. 296. Quamvis sit omnibus suadendum, tanquam salutare consilium, statim post peccatum conteri, attamen præceptum contritionis non obligat per se statim ac peccatum commissum est, neque statim ac memoria occurrit, neque singulis diebus dominicis et festis. 297. Præceptum contritionis est affirmativum. *Ibid.* Præceptum contritionis per se obligat in morali periculo mortis aut perpetuæ amentiæ. Extra illud vero sic obligat, ut peccator non possit diu sine novo peccato differre illius adimpletionem. 298. Dilatio contritionis ultra tempus rationabile inducit periculum peccandi. 301. Quandiu differi debet contritio ut peccator censeatur ejus præceptum transgredi et peccare mortaliter? 298. Quo tempore præceptum contritionis obligat? 297. Præceptum contritionis obligare singulis diebus dominicis et festis nulla ratione probatur. 298. Præceptum contritionis obligat per accidens : 1° toties quoties requiritur status gratiæ ad aliquod aliud præceptum adimplendum : unde obligat quando homo tenetur recipere aliquod sacramentum vivorum, quoties sunt administranda sacramenta; 2° per accidens obligat quando urget gravis tentatio quam sine contritione homo moraliter superare non potest; 3° in casu publicæ necessitatis, quando creditur Deum punire populum propter peccata particularia : quidam addunt casum, dum est periculum ne peccata oblivioni tradantur; sed non videtur admittendum, quia peccata oblita possunt esse objectum contritionis. 299. Actus contritionis est a charitate imperative. 260. Non idem est contritio charitate perfecta et contritio seu charitas intensa. 313. Votum implicitum sacramentorum et præceptorum includitur-ne in contritione? 258. Contritio est dispositio ad sacramentum cum fructu suscipiendum. Quo sensu? IX. 247. Requiritur in pœnitentia ut pars. 249, Contritio requiritur in baptismo ut dispositio. *Ibid.* Potest-ne dari contritio quæ sit pars tantum sacramenti pœnitentiæ et non dispositio sufficiens ad gratiam? 422. Si contritio præcedens nullo modo referatur ad confessionem, debet iterari. 330. Actus contritionis necessario debet aliquo modo jungi confessioni sacramentali, non quidem physice, sed moraliter. 329. Non videtur necessarium quod actus contritionis præcedat confessionem licet sit consultum. *Ib.* Quando contritio præcedit confessionem, non requiritur quod immediate ante confessionem eliciatur; sed requiritur et sufficit quod non fuerit revocata vel formaliter, vel virtualiter. *Ibid.* Qui immediate post confessionem accusat peccatum oblitum, probabilius non tenetur ad novam contritionem. 331.

Contumelia est dehonoratio qua aliquis id quod est contra honorem alicujus deducit in notitiam alius et aliorum; seu brevius, est injusta dehonoratio personæ præsentis. VI, 349 et IX, 385. Contumelia reipsa non est idem quod convicium et improperium. VI, 350. Contumelia est ex genere suo peccatum mortale; potest tamen multis modis fieri veniale. 331. Debemus illatas contumelias sustinere in præparatione animi, non semper actu. *Ibid.* Contumelia frequentius oritur ex ira, licet quandoque oriatur ex superbia, odio et stultitia. *Ibid.* Idem dicendum est de tolerantia seu repulsu detractionis ac de tolerantia vel repulsu contumeliæ. *Ibid.* Contumelia quæ infertur coram aliis, inducit obligationem restituendi, quatenus minuit seu tollit apud alios opinionem de excellentia patientis contumeliam ipsumque exhibet vilem et contemptibilem, sicque privat honore ab aliis recipiendo; quod est damnum grave restitutioni obnoxium. 332. Qui privatim intra quatuor oculos alteri contumeliam infert, tenetur ad satisfactionem. *Ibid.* An hæc satisfactio debeat dici restitutio non omnes conveniunt. *Ibid.* Satisfactio pra contumelia illata, seu honoris læsi restitutio, fieri debet per exhibitionem honoris et reverentiæ. 333. Verba contumeliosa possunt excusari ab omni peccato. 331.

Conversio. Duplex ad Deum conversio distinguitur : alia explicita et formalis; alia virtualis et implicita. IV, 439. Homo in primo instanti morali usus perfecti rationis tenetur sub mortali se convertere ad Deum, vel explicite, vel implicite. *Ibid.* Tenetur-ne homo etiam in primo instanti usus rationis se convertere ad Deum ut auctorem supernaturalem? 440. Ad conversionem veram et strictam quatuor requiruntur conditiones : prima, quod terminus *a quo* et *ad quem* sint quid positivum; secunda quod terminus *a quo* desinat esse, et terminus *ad quem*, incipiat esse; tertia quod non sit mera concomitantia, sed quædam connexio inter desitionem unius et inceptionem alterius; quarta, ut sit aliquid commune utrique termino *a quo* et *ad quem*. IX, 88. Conversio ad creaturam tanquam ad finem ultimum, est tota peccati malitia et inordinatio. 316. Simplex propositum servandi mandata tollit-ne conversionem peccatoris ad creaturam tanquam ad finem ultimum? *Ibid.*

Conviciantis audacia potest moderate reprimi propter officium charitatis, non propter

cupidatem privati honoris, neque propter vindictam. VI, 351.

Cooperans damno alterius ad quid tenetur? VI, 152. Modi quibus aliquis potest cooperari injustæ damnificationi in tantum obligant ad restitutionem in quantum influunt efficaciter in damnum. *Ibid.* Si non ad substantiam damni influant, sed in modum tantum, puta ut fiat citius, atrocius, etc. dubium est an teneantur ad restitutionem. *Ibid.* Ut cooperans sit causa efficax damni et inde obnoxius restitutioni, requiritur-ne quod sit causa sine qua damnum non fuisset? 153.

Cooperatio materialis peccato alterius per actiones secundum se indifferentes, si fiat metu mortis aut gravis damni, non est peccatum scandali. V, 384.

Copula. Non est sacrilegium exercere copulam sive conjugalem sive fornicariam, cum reliquiis aut similibus rebus sacris ad collum aut alibi appensis, nisi id fiat in contemptum hujus rei sacræ, aut adhibeatur ad ipsum actum venereum. VIII, 166. Copula conjugalis potest-ne licite et absque sacrilegio exerceri in loco sacro? 165. Quid censendum de copula cum alterius sponsa de futuro, an sit simplex fornicatio, an adulterium? 140. Peccat-ne sponsa vel vidua, de copula carnali futura aut præterita oblectans? 143. Licet abrumpere copulam fornicariam. 140. Conditio non exercendi copulam reddit-ne matrimonium in validum? X, 131, 132. Copula carnalis non pertinet ad essentiam matrimonii. X, 90. Copula potest esse illicita vel ex parte petentis, vel ex parte actus. 152. Modus essentialis copulæ, quæ est principaliter ordinata ad generationem prolis, est ut fiat cum immissione et retentione seminis intra vas naturale. 148. Usus copulæ inter conjuges in quo non servantur tria substantialia assignata, aut periculum morale subsit ne non serventur, est peccatum contra naturam, gravius inter conjuges quam inter solutos. *Ibid.* Si vas debitum, immissio et retentio seminis in eo serventur, accidat inordinatio circa accidentalia tantum copulæ in modo et situ, non est plus quam veniale. *Ibid.* Quando copula est mortaliter illicita ex parte petentis, si debitum possit commode negari, non licet reddere; si vero ex denegatione prævideantur gravia incommoda, iræ, dissensiones, etc. potest et debet reddi. 152. Quando copula est mortaliter illicita ex parte actus, ut si petatur in loco sacro vel publico, etc. non licet reddere petenti debitum. *Ibid.* Convenientissimum et decentissimum est abstinere a carnali copula diebus festivis, præsertim die quo SS. Eucharistia recipienda vel recepta est: ita tamen quod non sit plus quam veniale in petente, in reddente autem sæpe nullum. 149. Exigere copulam tempore menstrui seu puerperii, multi cum S. Bonaventura accusant peccati mortalis reddere, venialis, propter periculum prolis vitiosæ et monstrosæ, quod ex tali copula imminet. *Ibid.* Videtur tantum veniale et quibusdam nullum.

Cornelius, antequam S. Petrus ad eum accederet, habebat fidem implicitam, quæ ut explicita evaderet, S. Petrus ad eum missus est. III, 358 et V, 28. Fuit-ne justificatus sine fide incarnationis? V, 32.

Cornelius papa dubitavit una cum synodo Romana de baptismo per infusionem collato Novatiano in lecto decumbenti. VIII, 390.

Cornet (D.) Facultatis Parisiensis syndicus, examini facultatis subjecit septem propositiones ex Jansenii libro desumptas: duabus ultimis rescissis remanserunt quinque famosæ. III, 271.

Corona et præmium dicunt-ne ordinem necessario ad merita? I, 432. Deus intendit prædestinatis gloriam ut coronam et præmium. *Ibid.* Quod intenditur ut corona et præmium, intenditur ut debitum justitiæ exercendæ in ordine executionis. 433. Coronæ spineæ quam S. Ludovicus magno pretio ex manibus barbarorum emit, et quæ Parisiis asservatur, historia narratur. III, 209.

Corporalia a quo sunt benedicenda? IX, 224.

Corpus. Corpus a quibusdam antiquis, præsertim a Tertulliano, dupliciter usurpatur: 1° improprie pro omni eo quod est reale ac subsistit, et opponitur nihilo, inani et vacuo; 2° proprie pro mole materiali extensa et prout opponitur substantiæ immateriali. Quando igitur Tertullianus dicit Deum corpus esse, intelligit de corpore improprie prout est aliquid subsistens et opponitur nihilo. I, 69 et II, 155. Res corporeæ possunt-ne agere in puros spiritus virtute propria? 156. Angeli aliquando assumunt corpora, ita ut apparitiones illorum non semper contingant secundum imaginationem, sed quandoque secundum assumpta corpora. *Ibid.* Angeli in assumptis corporibus non exercent vere opera vitæ sensitivæ, sed similitudinarie tantum. 158. *Vide* Angelus. Corpora cœlestia sunt-ne animata? 255. Anima individuatur a corpore quoad perseitatem existentiæ. 259. Dissoluta corporis et animæ unione, corpus non annihilatur, sed solvitur in partes, quarum nulla perit aut annihilatur. 261. Corpus humanum fuit a Deo constitutum in optima dispositione, non simpliciter, sed secundum quod congruit animæ rationali et ejus operationibus. 275 et 276. Sanguis erit in corporibus gloriosis, secundum theologos. 427. Corporis gloriosi quatuor qualitates numerantur, claritas, impassibilitas seu incorruptibilitas, subtilitas et agilitas. III, 230. Corpus Christi resurrexit integrum et gloriosum. *Ibid.* Non sunt culpandi, sed potius laudandi qui per moderatas austeritates corpus domant. VI, 288.

Secundum ea quæ ad naturam corporis spectant, homo homini obedire non tenetur. 336. Cultus corporis ad quatuor potest ordinari : 1° ad fovendum corpus contra injurias aëris ; 2° ad tegenda verecunda naturæ ; 3° ad servandam decentiam status juxta consuetudinem patriæ ; 4° ad fovendam et augendam pulchritudinem. VIII, 210. Quo sensu corpora nostra dicuntur metiri corpore Christi? IX, 280. Ex dolore sensibili intenso, potest ita debilitari corpus ut sit insufficiens ad ea quæ sunt agenda. 295. Respublica habet-ne dominium in corpora civium? X, 124. Potest ex causa eos vita privare seu in servitutem redigere. *Ibid.*

Correptio est effectus exterior charitatis. V, 337. Est ad emendationem fratris reprehensio. Correptio et ipsa emendatio confunduntur tamen a theologis. 347. Correptio fraterna est actus charitatis et misericordiæ, quo per convenientem sermonem, vel aliquid æquivalens, proximum a malo peccati ad bonum virtutis convertere nitimur. 347. Correptio delinquentis duplex est : fraterna, et judicialis. *Ibid.* Requiritur ad correptionem fraternam spes probabilis emendationis, 350 ; modo tamen non agatur de correptione quæ assumeretur ad alium aliquem finem. 351. Ad hoc ut quis teneatur corripere proximum, debet habere notitiam moraliter certam peccati commissi vel committendi ; non sufficit dubium. *Ibid.* Requiritur insuper necessitas correptionis ad emendationem fratris. *Ibid.* Varii casus expenduntur. 352. Correptio fraterna est in præcepto naturali et divino positivo, ita ut omni tempore, etiam ante Legem, obligaverit. 347. Christus loquitur de Christianis ita tamen ut non excludat alios. *Ibid.* Præceptum correptionis fraternæ, utpote affirmativum, non obligat pro semper. Ut autem obliget, quatuor requiruntur : 1° materia sufficiens ; 2° certa peccati notitia ; 3° spes emendationis ; 4° necessitas correptionis. 349. Solum peccatum mortale et non veniale est per se materia sufficiens et propria correptionis fraternæ. *Ibid.* Omnes tenentur generaliter ad correptionem fraternam. 352. Prælati strictius tenentur quam cæteri ad corripiendos suos subditos. *Ibid.* Tenentur etiam inquirere in vitam subditorum ad finem correptionis fraternæ. *Ibid.* Cavere tamen debent nimiam suspicionem et nimiam incuriam. *Ibid.* Videtur quod non teneantur ex stricta justitia, sed ex misericordia et fidelitate qua tenentur adimplere suum munus. *Ibid.* Parentes tenentur ad correptionem fraternam, secundum cujusque disciplinam judices sicut prælati, reges. *Ibid.* Subditi possunt et aliquando tenentur corripere fraterne suos superiores. 353. Sed modo congruenti hæc correptio debet fieri. *Ibid.* Peccatores cogniti ut tales ab iis qui corripiuntur, non eximuntur a præcepto correptionis fraternæ faciendæ. *Ibid.* Non obstant SS. Patres. *Ibid.* Peccator ad corripiendum alium tenetur ad emendationem sui, si sit superior, *Ibid ;* si aliis scandalo est ; *Ibid ;* si proximus sit in peccato mortali moriturus nisi ipse emendatus corripiat. *Ibid.* Extra hos casus, probabilius est peccatorem non teneri ex præcepto se emendare ut alium corripiat. 354. Christus tradidit ordinem correptionis fraternæ. 355. Sunt tres gradus in ordine correptionis fraternæ : 1° corripere secreto ; 2° corripere coram uno vel duobus ; 3° dicere Ecclesiæ seu prælato. *Ibid.* Ordo correptionis fraternæ est non solum juris divini positivi, sed etiam naturalis. 338. Si peccatum sit publicum, id est, majori parti communitatis notum, admonitio secreta non debet necessario præcedere denuntiationem, sed est publice arguendum. 335. Si peccatum sit occultum, sed vergens in nocumentum aliorum, sive corporale, sive spirituale, oportet statim procedere ad denuntiationem, non præmissa admonitione secreta. 336. Si peccatum sit occultum, et solo peccanti ac ei in quem peccatur noxium, per se loquendo, necessario est præmittenda secreta monitio denuntiationi. *Ibid.* Per accidens in quibusdam casibus non videtur præmittenda secreta monitio denuntiationi. *Ibid.* Si post pluries adhibitam infructuose admonitionem secretam, sit spes quod ulterius procedendo frater emendabitur, debemus ulterius procedere, adhibendo testes, deinde denuntiando prælato, ut patri, quantumvis peccatum sit occultum. Si vero non sit spes quod ulterius procedendo frater emendabitur, non est ultra ad privatam admonitionem procedendum. 357. Peccatum præteritum nullo relicto complacentiæ vestigio, nec damni aut relapsus periculo, an sit corripiendum dubium est. 351. Peccat modo mortaliter, modo venialiter, qui non adhibet correptionem fraternam statim moraliter quando adsunt conditiones ad eam requisitæ. *Ibid.* Raro tenentur privati ad correptionem fraternam sub mortali. 352. An liceat differre correptionem fraternam spe majoris utilitatis, affirmant quidam. *Ibid.* Duplex est necessitas spiritualis proximi : gravis, et extrema. *Ibid.* Quando peccator est in extrema necessitate spirituali, quilibet tenetur cum periculo vitæ adhibere correptionem. *Ibid.* In gravi necessitate quilibet tenetur cum aliquo damno suorum temporalium. *Ibid.* Quibus cura animarum incumbit, ex officio tenentur cum periculo vitæ. *Ibid.* Peccatum veniale per accidens potest esse materia necessaria correptionis fraternæ. 349. Peccata commissa ex ignorantia vincibili juris aut facti eadunt sub præcepto correptionis fraternæ, *Ibid.;* non autem ordinarie peccata commissa ex ignorantia invincibili. *Ibid.* Peccata committenda ex ignorantia invincibili juris naturæ et divini positivi, aut forte contra ista jura si sit spes emendationis et non sit periculum majoris mali, cadunt sub præcepto correptionis aut mo-

nitionis. 330. Prælatis præcipientibus, vel generaliter omnibus, ut in visitationibus; vel alicui specialiter, ut si quid sit corrigendum eis dicatur, est-ne obediendum? 356. Correptio fraterna est juris naturalis, et tamen est omittenda, si corripiendus inde scandalizetur et fiat deterior. 382. Regula generalis : nemo tenetur sub peccato saltem gravi corripere male loquentem de proximo, nisi certo moraliter noverit illum injuste et mortaliter detrahere, possitque efficaciter et sine gravi suo incommodo impedire; ex quo patet æquales raro, inferiores rarissime peccare moraliter, non impediendo detractiones. VI, 364. Tenetur-ne quilibet statim corripere fratrem delinquentem? IX, 203.

Corrumpi. Duplici modo potest aliquid corrumpi, per se, et per accidens. II, 260. Generationes et corruptiones sunt ex contrariis, et in contraria. *Ibid.* Non est corruptio ubi non est contrarietas. *Ibid.* Licet-ne reo corrumpere custodes ut possit evadere? V, 344, 345.

Crapula potest committi in cibo et potu. VIII, 110.

Creare. Denominatio Creatoris Deo accidit in tempore absque mutatione sui. I, 266. Deus res in esse produxit ex nihilo, hoc est, creavit. II, 239 et 240. Deus non omnia, stricte loquendo, creavit seu produxit ex nihilo, sed tantum aliqua proprie creavit et creat, ut cœlum et terram, angelos et animas rationales. 240. Attamen aliquo sensu, non omnino improprio, posset dici creasse seu fecisse omnia ex nihilo, quatenus ea vel secundum se tota, vel secundum eorum partem intrinsecam et essentialem, nempe materiam, facit ex nihilo. *Ibid.* Si vero creare sumatur generaliter, prout idem est ac facere seu producere, constat Deum hoc sensu omnia creasse. *Ibid.* Dogma fidei est solum Deum de facto creasse universum. *Ibid.* Sic solius Dei est creare, ut nulla creatura possit esse causa principalis creandi. *Ibid.* Creare non est proprium alicui personæ divinæ sed toti Trinitati commune. 241. Attamen quia potentia accommode tribuitur Patri, sapientia Filio, amor Spiritui sancto, ideo in sensu accommodatitio tres personæ dicuntur diversimode creare : Pater dicitur creator, Filius per quem creatur, Spiritus sanctus ex quo creatur. *Ibid.* Deus mundum creavit libere : *Operatur enim omnia secundum consilium voluntatis suæ.* 243. Deus omnia creata creavit-ne simul, id est, eodem momento. 248, 251.

Creatio potest sumi tripliciter : 1° late pro qualibet cujuscumque rei reproductione; 2° æquivoce pro elevatione ad superiorem gradum, quo sensu quis dicitur creari episcopus : 3° stricte pro productione totius entis ex nihilo, id est, a non aliquo. II, 239. Creatio est emanatio totius entis a causa universali. *Ibid.* Deus res in esse produxit ex nihilo, hoc est, creavit. *Ibid.* Creatio est actio instantanea, non successiva. 240. Creatio proprie non est transitus de non esse ad esse; sed est totius rei productio ex nullo præsupposito subjecto: unde illa creationis notio, dum dicitur transitus de non esse ad esse, soli creationi temporali convenit. 244. Creatio non in hoc differt a conservatione, quod creatio sit prima rei productio, sed in hoc quod quamvis utraquesit eadem actio, attamen illa unica actio prout dat esse dicitur creatio. 245. Creatio sicut et productio habet duplicem terminum, unum primarium qui est essentia, alium secundarium qui est existentia. 375. Creatio est productio entis ex nihilo seu ex nullo præsupposito subjecto. Eductio vero est productio formæ dependenter a subjecta. III, 421. Creatura nulla potest esse instrumentum creationis. VIII, 257.

Creatura quæ in creatis realiter distinguuntur, identificantur in Deo salvis suis naturis. I, 59. Omnis creatura est aliquo modo, hoc est imperfecte, similis Deo. 73. Nullum creatum est infinitum actu secundum quantitatem, aliudve accidens. 78. Duplex esse creaturarum distinguitur : unum in Deo quod est eminentiale, et illud est ipse Deus prout eminenter continet creaturas; aliud proprium et formale quod habent creaturæ in se ipsis si existant, vel habere possunt si sint possibiles. 147. Creaturæ in statu possibilitatis sunt bonæ possibiliter, non actualiter. 392. Dari non potest creatura quæ sit ex natura sua impeccabilis simpliciter et ex omni parte. II, 200. Probabile est posse produci a Deo creaturam quæ sit ex natura sua impeccabilis contra legem naturalem directe et immediate. 201. Cur nulla creatura est impeccabilis in ordine supernaturali? 202. Probabilius est creaturam non posse assumi ut causam etiam instrumentalem physicam creationis. 241. Operatio Dei quæ dicitur transiens et recipitur in creaturis, cum sit aliquid creatum, habet sicut cætera creata pro fine ultimo Deum, sive divinam bonitatem. 238. Creaturæ irrationales, proprie loquendo, non sunt factæ ad imaginem Dei. 267. Creatura rationalis, de lege ordinaria et secluso speciali privilegio, non confirmatur in justitia, nisi per claram Dei visionem. 292. Creaturæ omnes conveniunt-ne in vero fine materiali hominis? IV, 12. Creatura est finis ultimus peccantis mortaliter : est communis. 452. Creaturam diligere intensius quam Deum, inordinatio est. V, 292. Creatura rationalis appetit Deum explicite. 328. Creatura nulla potest esse instrumentum creationis. VIII, 257.

Credere. Cum Ecclesia omnibus proponat revelata, quare ergo unus credit et alter non credit? V, 5. Credere dicitur tripliciter : 1° credere Deo; 2° credere Deum; 3° credere in Deum. 26. Fuit omni tempore omnibus adultis necessitate medii ad salutem credere fide supernaturali aliquid supra rationem naturalem. *Ibid.* Fuit omni tempore necessarium necessitate medii ad salutem, credere fide supernaturali determinate et explicite hæc

duo, scilicet Deum esse auctorem gratiæ et remuneratorem gloriæ. 27. Quid est credere aliquid explicite et implicite? 28. Omnes fideles in hoc statu legis Evangelicæ tenentur ex præcepto obligante sub peccato mortali credere explicite, saltem quoad substantiam et præcipuas circumstantias : 1° omnes articulos contentos in Symbolo Apostolorum; 2° omnia præcipta Decalogi et Ecclesiæ; 3° orationem Dominicam; 4° sacramenta necessario suscipienda, quæ sunt tria, baptismus, eucharistia et pœnitentia. 33. Quod creditur non videtur ea parte qua creditur. 102.

CREDIBILIA convenienter distinguuntur per articulos. V, 13.

CREDIBILITAS petitur a testimoniis et motivis extrinsecis. V, 11. Ut aliquis credat debet-ne necessario esse ipsi evidens mysteria fidei esse credibilia? 12. Lumen interius suadens dictorum credibilitatem non idem est ac spiritus privatus hæreticorum. *Ibid.*

CREDITOR. Si creditor ex dilatione restitutione causata per impotentiam moralem patiatur damnum emergens aut lucrum cessans, tenetur-ne illud restituere debitor si postea melior fortuna ipsi arrideat? VI, 191. Probabilius creditor pauper non est præferendus diviti per se loquendo, quia posset præferri aliquando ex lege charitatis. 187. Qui inter creditores non privilegiatos nec hypothecarios primus petit, est-ne præferendus? *Ibid.* Si creditori non prius petenti debitor totum solvat, et inde fiat impotens aliis æqualibus creditoribus satisfacere, peccat contra justitiam. *Ibid.* Creditor potest tuta conscientia accipere et retinere quod ipsi vi contractus in casu conclusionis initi solvit aut donat pupillus donec ab illo repetatur ex beneficio legis civilis hanc repetitionem concedentis. VII, 14. Si creditor occulte novit suum debitorem non esse solvendo parem, aut esse difficilis solutionis, potest-ne iis qui nesciunt vendere suum debitum secundum totum quod continet? 75.

CRETARIÆ cujusnam sunt? VI, 70.

CRIMEN aliquod potest esse tripliciter notorium : jure, facto, et fama seu rumore. VI, 360. Aliquod crimen potest esse notorium vel respective tantum, puta respectu familiæ; vel absolute, respectu omnium qui eamdem regionem vel civitatem incolunt. *Ibid.* Qui crimen occultum refert non nominata persona, peccat si ex ejus narratione possit dignosci persona; secus non peccat. *Ibid.* Crimen est impedimentum matrimonii. X, 19 et 20. *Vide etiam appendicem ad matrimonium.* Quot sunt modi quibus judex potest procedere adversus crimina? X, 120. Vide JUDEX *et* JUDICIUM. Impedimentum criminis dirimit matrimonium contrahendum inter ipsos criminosos tantum, non cum aliis. 220.

CRUDELITAS. Virtuti vindicationis opponitur per excessum, peccatum crudelitatis vel sævitiæ quæ excedit mensuram in puniendo. VIII, 21. Nomen crudelitatis a cruditate sumptum esse videtur. Est crudelitas atrocitas animi in exigendis pœnis. Crudelitas directe opponitur clementiæ. 203. Crudelitas distinguitur a sævitia, seu feritate, quia crudelitas attendit pœnam in eo qui punitur, sed excedit modum in puniendo. *Ibid.*

CRUX Christi, sive ea in qua pependit, sive aliæ quæ ad ejus similitudinem effinguntur, item cæteræ reliquiæ illius ac sanctorum, sunt veneratione et cultu dignæ. II, 148. Crux in qua Christus pependit duplici ratione colitur : uno modo in quantum repræsentat nobis figuram Christi extensi in ea; alio modo ex contactu ad membra Christi, et ex hoc quod ejus sanguine est perfusa. *Ibid.* Præter veram crucem aliæ cruces possunt adorari. 149. Veneramur crucem, clavos, lanceam, quatenus fuerunt instrumenta triumphi Christi et nostræ liberationis. *Ibid.* Cruces non debent erigi in plateis et locis indecentibus. *Ibid.* Magnitudinem, longitudinem et formam depingere difficile est. 210. Salutare crucem non est actus superstitiosus. IX, 250.

CULPA duplex distinguitur : altera theologica, altera juridica. Culpa theologica est peccatum formale coram Deo, sive mortale sive veniale. Culpa juridica est omissio alicujus diligentiæ ex qua alteri sequitur damnum. VI, 119. — Culpa juridica dividitur in latissimam, latiorem et latam, levem et levissimam. *Ibid.* Contractus potest iniri vel in solam dantis utilitatem, vel in solam utilitatem recipientis, vel in utilitatem utriusque. 125. Quando contractus cedit in solam utilitatem dantis, ut communiter contingit in deposito, recipiens non tenetur de damno, nisi ex culpa lata. 126. In jure sunt tamen quædam exceptiones. *Ibid.* Quando contractus cedit in utilitatem utriusque contrahentis, ut in locato, deposito non gratuito, pignore quod datur in assecurationem mutui, tenetur ex culpa levi. *Ibid.*

CULTUS alius est interior et alius exterior : uterque est necessarius. VII, 184. *Vide* RELIGIO. Cultum interiorem videntur abominari sectarii. *Ibid.*—Cultus superfluus non dicitur talis secundum absolutam quantitatem, sed secundum quantitatem proportionis, quia scilicet non est fini religionis proportionatus. 370. — Cultus falsus, qui dicitur a S. Thoma perniciosus, fit dupliciter : 1° ratione falsæ significationis, ut si quis doctrinam fidei vellet confirmare falsis miraculis, 2° ex parte colentis, ut si quis colat Deum ut publicus Ecclesiæ minister, qui tamen non sit. *Ibid.* Divinus cultus dupliciter idolis a Gentibus exhibebatur. 1° Quidam per quamdam artem nefariam certas construebant imagines quæ virtute dæmonis aliquos certos effectus habebant. XIV, 371. 2° Alii non exhibebant cultum divinitatis ipsis imaginibus, sed creaturis quarum erant imagines. Horum triplex fuit opinio. 198. *Vide* IDOLOLATRIA. Nulla est idololatria in cultu sanctorum et sacrarum imaginum. 372. Cultus debetur parentibus. VIII, 2.

CULTUS DISPARITAS non est qua unus est

fidelis et alter hæreticus, sed qua unus est baptizatus, alter non. X, 217. Disparitas cultus præcedens irritat matrimonium, non jure naturali aut divino, sed ecclesiastico consuetudinario. 218. Quo tempore incœpit consuetudo qua irritatur matrimonium disparitate cultus præcedente? *Ibid.*

Curatores et tutores debent pupillis et minoribus curam in temporalibus et spiritualibus, sic nimirum ut eorum bona fideliter administrent et eorum educationem spiritualem procurent, non secus ac ipsi parentes. VIII, 16.

Curatus presbyter non est in statu perfectionis. VI, 359.

Curiositas generatim significat curam superfluam circa res inutiles. Specialiter definiri potest : *Appetitus idordinatus cognoscendi.* VIII, 209. Vitium curiositatis versatur tam circa cognitionem intellectivam quam sensitivam multiplici modo. *Ibid.* Curiositas est ex se peccatum veniale; potest multipliciter fieri mortale ex circumstantiis : 1° ratione materiæ; 2° ratione finis; 3° ratione medii. *Ibid.*

Cusanus (Nicolaüs) falso contendit in capite sexto Joannis non agi de Eucharistiæ promissione. IX, 62.

Custodes qui se abscondunt ne videantur a damnificantibus, ut sic eos in actuali damnificatione deprehendant, non tenentur ad aliquam restitutionem. VI, 168.

Cyprianus (S.) de Unitate Dei c. IV ait : « De Patre et Filio et Spiritui sancto scriptum est : *Hi tres unum sunt.* » II, 18. S. Cyprianus quædam erronea docuit-ne circa episcoporum et summi Pontificis potestatem? V, 163. S. Cyprianus conqueritur de appellatione Fortunati. 167. S. Cyprianus Agrippini, prædecessoris sui, sententiam de rebaptizandis hæreticis propugnavit. VIII, 339, 340. S. Cyprianus quo sensu vocat sententiam S. Stephani errorem? 341. S. Cyprianus cum collegis sibi consentientibus non existimavit controversiam de baptismo hæreticorum pertinere ad fidem, sed tantum ad disciplinam. 340. S. Cyprianum errorem deposuisse incertum est, potest tamen præsumi. 343. Cyprianus et Firmilianus peccarunt, durius excipiendo decretum S. Stephani, ipsumque injuriis et dicteriis afficiendo. 346. Error S. Cypriani et aliorum Rebaptizantium ex multis capitibus est excusabilis; non videtur tamen ab omni prorsus culpa immunis, maxime post S. Stephani decretum. *Ibid.* Ecclesia cultu præstantiore prosequitur S. Cyprianum quam S. Stephanum; cuid est inde inferendum? 350. S. Cyprianus qum pluribus aliis rebaptizabat baptizatos ab hæreticis. 409. S. Cyprianus falso existimabat S. Stephanum per manuum impositionem conferre confirmationem redeuntibus ab hæresi. IX, 7. S. Cyprianus rejiciebat ne confirmationem hæreticorum? 36. Quo sensu *Exomologesis* sumitur apud S. Cyprianum, ut impositio manuum, denique ut pax. 123. S. Cyprianus non dat diaconis confessiones audiendi potestatem. *Ibid.* concedit-ne ipsis ut faciant ea omnia quæ episcopus aut sacerdos fecisset si affuisset? 224.

Cyrillus (S.) Alexandrinus quo sensu comparat naturam divinam quoad unitatem naturæ humanæ pluribus communem? II, 32. S. Cyrillus patriarcha Alexandrinus, qui et Cœlestinum I, summum pontificem monuit de hæresibus Nestorii, hunc hæresiarcham scriptis maxime insectatus est. Cœlestinus acceptis tum Nestorii, tum Cyrilli litteris, coëgit Romæ synodum anno 430. 378. Insuper summus pontifex litteris datis mandavit Cyrillo ut in causa Nestorii Sedis apostolicæ vice fungeretur. *Ibid.* Cyrillus his acceptis litteris, synodum habuit Alexandriæ ex universa diœcesi Ægypti eodem anno 430 tertio Novembris, ex qua per legatos synodica missa est ad Nestorium, ut mandatis Cœlestini obtemperaret : huic autem synodicæ subjuncti sunt duodecim anathematismi a Cyrillo editi. *Ibid.* His morem non gessit Nestorius, imo duodecim anathematismos blasphemos duodecim anathematismis Cyrilli opposuit. 379. Celebratur S. synodus Ephesina anno 431, cui initio præfuit solus Cyrillus, tum jure suæ sedis a Romana secundæ, tum ut Sedis apostolicæ legatus. *Ibid.* Joannes Antiochenus quid egit contra S. Cyrillum dum haberetur hoc concilium Ephesinum. *Ibid.* Anno 432, Sixto summo pontifice, Theodosius tentavit concordiam inter S. Cyrillum et Joannem Antiochenum. *Ibid.* Ex inita pace subierunt invidiam aliquorum Cyrillus et Joannes Antiochenus. Quidam Cyrillum nimiæ œconomiæ, ignaviæ et levitatis insimularunt. 380. Concilio Ephesino sub ejus initium præfuit S. Cyrillus Alexand. nomine Cœlestini pontificis. 383. Probabilius videtur S. Cyrillum, advenientibus legatis, cum illis etiam præfuisse concilio Ephesino, saltem in iis quæ propriam suam causam non spectabant. 384. Epistolæ et anathematismi S. Cyrilli sunt ab omni labe erroris puri; est contra Orientales, qui illa scripta acriter aliquando impugnarunt, ut Apollinaristarum errore conspurcata. 384-386. S. Cyrillus Alexandrinus dicit hominum felicitatem esse in summæ contemplationis possessione. IV, 22. Quid de epistola Cyrilli ad Nestorium quam approbaverat Cœlestinus? fuit-ne deducta ad synodi examen et judicium? V, 184.

Cyrillus (S.) Jerosolymitanus favebat erroribus Basilii Ancyrani, Macedonii Constantinopolitani, et Meletii Antiocheni hæreticorum. II, 3. S. Cyrillus Jerosolymitanus inter Rebaptizantes a quibusdam numeratur, sed ab aliis vindicatur ab isto errore. VIII, 354.

D

Dæmon. Non est absolute concedendum quod Deus sit in dæmonibus, in quantum sunt res quædam. 1, 81. Dæmones in assumptis corporibus non possunt vere generare, quia generare est actio vitalis. 11, 158. Secundum reatum culpæ omnia peccata in dæmonibus esse contingit, quia dum homines ad omnia peccata inducunt, omnium peccatorum reatum quood culpam et maculam incurrunt. 205. Secundum affectum vero illa solum peccata in malis esse possunt, ad quæ contingit affici spiritualem naturam. *Ibid.* Ira potest-ne esse in dæmonibus? 206. Dæmones peccant-ne quotidie contra legem et finem naturalem, mentiendo, blasphemando, homines ad furta, adulteria, homicidia, etc., excitando? 202. Inter pœnas dæmonum, primo loco Auctor recenset eorum obcæcationem, deinde obstinationem in malo. 210. Obcæcatio est privatio cognitionis veritatis: obstinatio est firmitas in peccato. *Ibid.* Cognitio naturalis speculativa dæmonum non est ablata, nec minuta. *Ibid.* Cognitio supernaturalis speculativa non est in eis totaliter ablata, sed diminuta. *Ibid.* Cognitione vero supernaturali affectiva et effectiva, producent te amorem Dei, sunt totaliter privati, sicut et charitate. *Ibid.* Dæmones ita sunt obstinati in malo ut ad bonum reverti non possint, nec a sua malitia converti. Est contra Origenem. *Ibid.* Duplex obstinationis dæmonum potest assignari causa: una extrinseca, ex parte Dei denegantis gratiam: alia intrinseca, ex parte voluntatis creatæ immobiliter adhærentis peccato. 211. Dæmones sunt ita obfirmati in malo, ut non possint ullum bonum opus morale facere. 214. Omnis dolor in dæmonibus non pertinet ad pœnam quæ dicitur sensus. 215. Potest-ne esse gaudium in dæmonibus? *Ibid.* Duplex locus pœnalis pro tempore assignatus est dæmonibus: unus ratione culpæ, et hic est infernus; alius ratione exercitationis humanæ, et iste est caliginosus aër. 216. Post diem judicii omnes mali, tam homines quam angeli, in inferno erunt; boni vero in cœlo. *Ibid.* Dæmones non torquentur sola apprehensione ignis ut cruciantis qui tamen non cruciet, ut quidam volunt. *Ibid.* Ignis inferni torquet dæmones, quatenus, ut instrumentum divinæ virtutis, alligat potentias eorum ne operentur, sive interne sive externe, secundum quod volunt et ubi volunt, et consequenter quoad locum ne sint ubi volunt et sint ubi nolunt. 117. Ignis inferni liget-ne dæmones, an per aliquid pure extrinsecum, an per aliquam formam intrinsecam ab ipso productam, et in quo hæc forma subjectetur? 218. Dæmones, præter hanc alligationem, nullum-ne aliud acerbius supplicium patiuntur ab igne? *Ibid.* Dæmones superiores illuminant-ne dæmones inferiores? 226. Dæmones sunt-ne alii aliis superiores, seu, in dæmoniis est-ne hierarchia et prælatio? 228. Observandam quod concordia seu subordinatio dæmonum qua quidam aliis obediunt, non sit ex amicitia, sed ex communi nequitia. *Ibid.* Utrum dæmones impugnant et tentant homines? 234. Utrum est cuique suus molus angelus ad exercitium, ut est cuique suus bonus ad custodiam? *Ibid.* Dæmones potuissent-ne cognoscere mysterium incarnationis esse peractum? 314. Dæmones credunt fide naturali, non divina. V, 36. Quibus signis dignosci potest hominem a dæmone possideri? VII, 334. Dæmones quomodo hominibus se colendos exhibuerunt? 376. Dæmones, licet non possint certo cognoscere supra quæ pendent a libero arbitrio, longe tamen plura quam homines cognoscunt de futuris aliisque occultis. 376. Quibusnam modis id possunt? *Ibid.* Divinatio est species superstitionis qua cultus divinus impenditur dæmoni. *Ibid.* Dæmones possunt scire quid ipsi vel alii dæmones, Deo permittente, sint facturi. *Ibid.*

Daibertus. Quidam dicunt Urbanum II iterasse ordinationem Daiberti factam a Nezelone, quia qui Nezelonem ordinaverant non erant episcopi, sed chorepiscopi. VIII, 290.

Dallæus unctionem baptismalem et confirmatoriam, apud veteres unam et eamdem esse falso contendit. IX, 3. Dallæus errorem Calvini circa confessionem defendit. 331.

Damasus papa causam Maximi Constantinopolitani episcopi cognovit et diremit. V, 167. Pontificale quod Damaso ascribitur, est-ne opus ejus genuinum? IX, 26.

Damnati in statu damnationis et obstinationis peccant, quia illum ex libera voluntate incurrerunt; sic tamen quod per hujusmodi peccatum non demereantur. II, 211. Damnati necessario sunt determinati ad malum, ita ut nullo modo possint oppositum. IV, 86. Fides non remanet in damnatis. V, 260. In damnatis non remanet spes, bene tamen in animabus quæ in purgatorio mundantur. *Ibid.* Damnati satisfaciunt in pœna, seu satispatiuntur pro pœna. IX, 467.

Damnatio. Damnationem æternam non licet optare cuique adhuc in hoc sæculo viventi. V, 293. Qui se injicit ex propria malitia in periculum damnationis, non censetur in extrema necessitate. 305. Damnatio invasoris non sequitur ex defensione invasi, sed ex ejus peccato ac propria malitia. VI, 255.

Damnatus ad mortem potest-ne non solum, sed etiam tenetur-ne fugere? VI, 343. Juste damnatus ad mortem, quamvis licite possit fugere, non tamen tenetur. *Ibid.* Juste damnato ad mortem non licet se defendere. 341. Reus, etiam si juste damnatus, sive ad mortem, sive ad mutilationem, sive ad trire-

mes, potest fugere e carcere. 342. Reus juste damnatus ad mortem potest rumpere vincula et carceres, ut fugiat. Est communio cum Cajetano, Soto, Banne, Sylvio, Serra et aliis. 343. Nulla fuit unquam lex generalis ab Ecclesia universali lata, prohibens dari Eucharistiam damnatis ad extremum supplicium, sive quibusdam moribundis. IX, 156. Praxis denegandi Eucharistiam damnatis ad extremum supplicium olim viguit in Hispania, ut refert Soto, sed eam nunc exolevisse scribit Sylvius, cui contrarium falso affingit Gaspar Juenin. Viget adhuc nunc in Gallia. At magis probanda videtur praxis contraria. 172.

Damnum. Quando plures immediate concurrunt ad damnum, v. g. spoliant vineam, domum, ærarium, etc. tenentur-ne ad restitutionem totius in solidum? 164. Qui reddit rem domino repetenti in damnum alterius, v. g. gladium depositum volenti occidere inimicum, peccat non solum contra charitatem, sed etiam contra justitiam, teneturque ad restitutionem si sequatur damnum : est communis, 172. Novem modi communiter recensentur quibus injustæ damnificationi quis potest cooperari, his versibus comprehensi :

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Sex priores concurrunt ad damnum positive et directe ; tres ultimi, negative et indirecte. 152. Qui dubitat an aliquem injuste damnificaverit debet-ne illi aliquid restituere? 145. Duplex distinguitur : unum personale, quod est privatio vitæ aut membri, seu etiam corporis læsio ac deformatio ; alterum reale in bonis fortunæ, sequens ex occisione, mutilatione, aut læsione. VI, 268. An pro damno personali facienda sit restitutio aut saltem aliqua compensatio, affirmant multi, negant alii. *Ibid.* Quamvis pro damno personali non possit nec debeat fieri restitutio stricte dicta quæ æquale importet, probabilius est tamen quod debeat fieri aliqua recompensatio qualis possibilis est, sive in pecunia, sive in aliquo honore, sive etiam in bonis spiritualibus, puta, eleemosynis, precibus, sacrificiis, considerata conditione utriusque personæ læsæ vel lædentis, secundum arbitrium boni viri. 268 *et seqq.* Damna causata ex vulnere lethali, quædam antecedunt mortem, ut impensa in chirurgos, medicamina, etc. ; quædam sequuntur mortem, et ea sunt quæ non occiso, sed parentibus occisi inferuntur, ut uxori, filiis, etc. 271. Indubium est omnia damna realia quæ ex injusta occisione aut læsione obveniunt, sive mortem antecedant sive sequantur, esse ab occidente aut lædente restituenda, imo, ipso deficiente, ab hæredibus, si possint. *Ibid.* Idem dicendum de damno spirituali satisfactionum quas occisus erat verisimiliter facturus, si vixisset. *Ibid.* Omnia damna realia mortem antecedentia sunt restituenda ad æqualitatem, vel ipsi læso morituro, vel cuivis ejus hæredi sive necessario sive non necessario, sive ab intestato sive ex testamento. *Ibid.* Omnia damna realia mortem subsequentia sunt restituenda non secundum æqualitatem, sed secundum moralem æstimationem, solis hæredibus necessariis, scilicet filiis, parentibus et uxori, non hæredibus voluntariis, quales sunt fratres aut alii consanguinei. 272. Qui ratione stipendii vel officii etiam gratis assumpti, tenetur docere aliquam scientiam vel artem, ut sunt professores scientiarum humanarum, repetitores, artifices, magistri, si male vel negligenter doceant, tenentur resarcire damna inde provenientia. 278. Si ex sola benevolentia vel charitate doceant, non tenentur ex negligentia ; tenentur tamen si falsa pro veris scienter doceant, etc. 279. Nemo tenetur-ne procurare bonum alterius aut impedire ejus damnum cum æquali suo damno? VI, 148.

Damnum emergens. Licet ratione damni emergentis vel lucri cessantis ex venditione seu emptione, vendere supra et emere infra pretium commune. VII, 71. Damnum emergens est titulus legitimus accipiendi aliquid ultra sortem in mutuo, servatis certis conditionibus. Est communis cum D. Thoma. 120. Damnum emergens causa mutui, est jactura in rebus actu habitis ; ut si defectu pecuniæ quam dedisti mutuo, non possis reparare domum quæ ruinæ patescit, tenearis vendere res tuas viliori pretio, aut emere credito annonam chariori pretio, et similia. *Ibid.*

Daniel. Probatur adventus Messiæ ex septuaginta hebdomadibus Danielis. II, 320. Anno ultimo captivitatis Babylonicæ, regnante Dario, cui eodem anno successit Cyrus, ante Christum natum 536, Danielem prophetam orantem, et peccata populi sui plangentem affatus est angelus Gabriel. 321. Referuntur verba angeli. *Ibid.* Hoc vaticinio Messias venturus aperte designatur, non autem Cyrus rex Persarum, nec Zorobabel, nec Jesus filius Josedech, nec Nehemias, duces Israëlitarum in reditu a captivitate, nec etiam Agrippa junior qui fuit occisus in excidio Jerosolymitano. *Ibid.* Hæ septuaginta hebdomades conficiunt annos quadringentos et triginta. 322. Hoc Danielis vaticinium significat Messiam venturum non post septuaginta hebdomadas completos, sed intra illas, et in medio ultimæ esse occidendum. *Ibid.* Illæ septuaginta hebdomades ab angelo in tres partes distribuuntur, et unicuique suus eventus assignatur. Primus est ædificatio urbis ; secundus, vita publica Christi ; tertius ejus occisio. *Ibid.* Daniel non annumeratur inter Prophetas quoad modum vivendi, sed annumeratur inter Prophetas quantum ad opus. *Ibid.* Omnia quæ a prophetia Danielis prænuntiata sunt, ut cessatio prophetiarum, cessatio hostiæ et sacrificii, abominatio desolationis, dissipatio Jerusalem, apprime Jesu Nazareno conveniunt, et manifeste in eo sunt impleta simul

cum Messiæ venturi circumstantiis in Daniele notatis. 323 et 324.

Dans est unum e sex sacramentalibus. IX, 146.

Dataria est tribunal Romæ existens in quo dispensationes conceduntur. X, 180.

David. Erat-ne corpus Davidis in sepulcro post ascensionem Christi? III, 229. David duello contra Goliath pugnavit instinctu divino, ut multis placet. V, 375. Peccavit-ne David auferendo oves et boves, et in Gessur et Gersi et dando Sibæ omnia bona Miphiboseth. VI, 116.

David de Dinando stultissime posuit Deum esse materiam primam. 1, 66. Errori Davidis de Dinando affine est impium ac insanum systema Benedicti Spinosæ. David enim posuit materiam primam esse Deum; Spinosa ponit unicam esse mundi substantiam eamque esse Deum. 67.

Debboram inter judices Israël numerandam esse probabilius judicant multi. VI, 322.

Debilitas et languor ad actus virtutum sunt reliquiæ peccatorum. X, 15.

Debita certa esse prius solvenda quam incerta, utroque modo communior est sententia theologorum. VI, 148, 149, 150. Quid dicendum de debitis privilegiatis et hypothecatis? 183. An existat aliquis ordo inter debita ex delicto ex una parte, et debita ex contractu oneroso ex altera, triplex est sententia : communior est nullum esse ordinem; censet ea æque primo esse restituenda pro rata. 148, 149. Res debita ex contractu, si sit eadem numero reddenda, ut in commodato, locato, deposito, adhibita sufficienti diligentia ex parte debitoris, perit domino. Si sit alia numero reddenda, ut in mutuo, perit debitori, etiamsi adhibuerit sufficientem diligentiam. 181. — Duplici sensu debita dicuntur incerta : 1° quia dubium est an revera debeantur; 2° quia, licet sit certum quod debeantur, ignoratur tamen creditor. 149. Debita dubia solvenda sunt pro rata dubii. 217. Probabilius est hujusmodi debita non posse emi minori pretio quam secundum se valeant. Ita multi communius. VII, 73, 74. Qui debitum difficilis solutionis minoris emit quam secundum se valeat, quamvis ipse noscat privatim modum obtinendi facile integram solutionem, non videtur peccare contra justitiam : est probabilior et communior, quidquid dicat Daelman. 75. Debitum quod respiciunt religio, pietas et observantia, est legale. VIII, 18. Debitum quod respicit gratitudo, est morale tantum et honestatis. *Ibid.* *Vide* Gratitudo. Qui petit debita, petit non semper usum rei suæ, sed ut res fiat sua. X, 150.

Debitor per aliquid æquivalens gratuito collatum, non potest compensare seu extinguere suum debitum. VI, 197. Sed quid tamen si per hoc interius intendebat satisfacere suo debito? *Ibid.* Si debitor cedens bonis componat cum creditoribus unicuique partem, v. g. viginti pro centum solvens, tenetur adhuc totum residuum solvere si ad pinguiorem fortunam redeat. 193, 194. Quid censendum de formulis a debitoribus adhibitis in Belgio frequenter? VII, 147.

Debitum. Uxor tenetur-ne reddere debitum marito petenti in ebrietate? VIII, 114. Debitum conjugale differt-ne ab aliis debitis? X, 150. Qui petit debitum conjugale petit usum rei suæ. *Ibid.* Non peccat qui denegat in morali periculo mortis aut gravis morbi. 151. Quid si sit periculum morale abortus, aut prolem non esse edendam vivam? *Ibid.* Est-ne licitum per se negare petenti debitum ob multiplicationem prolis? 152. Quandonam petitio debiti est injusta? *Ibid.* quando autem illicita? *Ibid.* Conjux non peccat negando debitum petenti in amentia, in furore, vel absoluta ebrietate. 150. Conjugi serio et rationabiliter petenti expresse vel tacite debitum conjugale, compars reddere tenetur sub mortali. 152. Conjux consentiens concubitui incestuoso suæ compartis contrahit-ne inde impedimentum petendi debitum? 153. Contrahunt-ne impedimentum petendi debitum qui ignorant legem? *Ibid.* Si mulier violenter opprimatur a consanguineo viri sui, impeditur-ne petere debitum? *Ibid.* Quid in dubio de valore matrimonii, quantum ad petitionem vel redditionem debiti? *Ibid.* Votum non petendi debitum ab uno conjuge emissum potest-ne irritari ab altero? *Ibid.*

Decalogi præcepta sunt præcepta justitiæ; tria prima præscribunt quæ debemus Deo; quartum, quæ debemus parentibus et superioribus; sex ultima, quæ debemus æqualibus seu indiscriminatim omnibus. VIII, 27, 28. Decem præcepta Decalogi convenienter ordinata sunt; informant enim hominem ad virtutem. 28, 29. Quantum ad divisionem et distinctionem præceptorum Decalogi non una semper fuit inter catholicos sententia. *Ibid.* Prima sententia est Esichii; secunda, Origenis; tertia S. Augustini, quæ communis est. *Ibid.*

Decentia status non consistit in aliquo indivisibili. V, 338. Multa addi possunt vel detrahi sine læsione decentiæ status. *Ibid.* Pendet ex arbitrio prudentiæ et discretionis. *Ibid.* Luxus summus magnatum necessarius non est ad decentiam status. *Ibid.*

Decimæ duplici sensu sumi possunt : 1° stricte, pro decima portione fructuum; 2° late, pro eo quod a fidelibus traditur in sustentationem ministrorum Dei. VII, 240. Circa decimas duo sunt consideranda : 1° jus ipsum accipiendi decimas; 2° res quæ nomine decimæ dantur. 244. Decimæ aliæ sunt prædiales, quæ proveniunt ex fructibus agrorum; aliæ personales, quæ proveniunt ex lucro per industriam acquisito; aliæ mixtæ. 240. Ecclesia habet-ne dominium decima-

rum ante separationem? 244. Ecclesia potuit-ne quotam seu decimam determinare? 242. Quota est determinatio decimæ? 240. Decimæ quæ immediate offeruntur ministris non sunt dicendæ oblationes. 239. — Decimæ secundum substantiam debentur jure naturæ. 240. Solutio decimarum secundum quotam non est juris naturalis : in veteri lege erat juris divini; in nova lege est juris ecclesiastici tantum, non divini. 241. Stando juri communi, homines tenentur solvere decimas ex omnibus suis bonis, nedum ex agris, prædiis, arboribus, molendinis, etc., sed etiam ex negotiatione, opificio, militia. 243. Ministri Ecclesiæ laudabiliter decimas non requirunt, ubi sine scandalo requiri non possunt. 242. Decimæ personales debentur ecclesiæ in cujus parochia homo habitat; decimæ vero prædiales rationabiliter magis videntur pertinere ad ecclesiam in cujus terminis prædia sita sunt. 245. Quoad mixtas decimas quid dicendum? *Ibid.* Licet solis clericis curam animarum ex officio habentibus competat jus decimarum ex justitia, attamen competit etiam aliis clericis divina officia obeuntibus. 244. Jus percipiendi decimas solis clericis competere potest; res vero quæ nomine decimarum dantur, possunt competere laïcis. *Ibid.* — Jus percipiendi decimas duplex est : primarium et spirituale, quod ad laïcos transire non potest; secundarium, ortum ex primario, mediante contractu humano. *Ibid.* Omnes laïci quicumque sint, sive christiani, sive Judæi aut pagani, qui possident prælia alicui ecclesiæ subjecta quoad decimas, eas jure communi tenentur solvere. 245. Clerici in quantum clerici decimas solvere non tenentur : quoad bona vero quæ possident proprio jure, sunt ad decimas solvendas obligati. 246. Attentis subsequentibus Constitutionibus Apostolicis, de nullis omnino bonis decimas solvere tenentur regulares. *Ibid.* Qui solvit decimas juxta consuetudinem receptam in suo loco satisfacit suæ obligationi. 243. Quo loco et tempore solvi debeant decimæ, standum est consuetudini. *Ibid.* Qui decimas defraudant duplici peccato peccant, nempe irreligionis et injustitiæ, ideoque tenentur ad restitutionem. 242. Tenerentur clerici summo Pontifici dare decimam, si exigeret. 245.

Declarationes et interpretationes congregationis cardinalium habent-ne vim legis? IV, 471. Quem sensum aut quam vim habent hæc verba : *ipso jure*, *ipso facto*, absque alia declaratione? VI, 505.

Decrepitudo est morbus. X, 22.

Decretales priorum Pontificum a multis habentur ut apocryphæ. V, 272. Plerique eruditi illas habent ut supposititias. VI, 13. Quis fuerit iste Isidorus qui harum decretalium dicitur artifex incertum est. 16.

Decretum. Per decretum determinans nihil aliud intelligimus quam decretum divinæ voluntatis efficaciter et infallibiliter determinans rei futuritionem, suaviter tamen, quia modum ejus liberum etiam determinat. I, 191. Duplici titulo dicitur prædeterminans : 1° quia causat futurum; 2° quia certo et infallibiliter, libere tamen causat. *Ibid.* Theologi non refugiunt admittere decretum generale in Deo concurrendi cum causis liberis, si velint aut quando voluerint se determinare ad agendum. 199. Decretum in Deo, quod dicitur etiam prædefinitio et prædestinatio, sumendo prædestinationem lato sensu, nihil aliud est quam libera divinæ voluntatis volitio seu determinatio efficax et infallibilis, suavis tamen, circa eventus futuros. 244. Duplex est decretum, absolutum et conditionatum; absolutum, quod a nulla conditione pendet, sive ex parte subjecti, sive ex parte objecti; conditionatum quod pendet ab aliqua conditione et sub illa exprimitur, et hoc iterum est duplex, conditionatum ex parte subjecti, et ex parte objecti. *Ibid.* Dari in Deo decreta absoluta circa eventus futuros, nullus negat. Sed quoad actus nostros liberos, est disparitas inter nos et Molinistas. 245. Admittenda sunt in Deo decreta subjective absoluta et objective conditionata, futuritionem conditionatam rerum determinantia. *Ibid.* Certo constat non dari in Deo decreta conditionata ex parte subjecti. *Ibid.* Decreta subjective absoluta et objective conditionata sensu Thomistico, sunt-ne : 1° nova? 2° sunt-ne inutilia? 3° sunt-ne illusoria? 4° sunt-ne implicatoria? 247. Unde repetenda sit infallibilis efficacia divinorum decretorum circa actus nostros liberos? 334. Decreta indifferentia videntur Vaticano fulmine contrita. 338. Duplex decretum intentivum et executivum, est-ne gratis fictum? 420. Quisnam ordo statuendus est inter decreta divina, valde inter se dissentiunt theologi. 444.

Defensio est propulsatio damni vel injuriæ quam aggressor conatur inferre. VI, 235. Unicuique licitum est defendere propriam vitam cum occisione injusti invasoris, servato moderamine inculpatæ tutelæ : est multorum contra paucos. 251 *et seqq.* Conclusio nostra, nempe licitum esse unicuique defendere vitam suam, intelligenda est generaliter de quocumque invaso contra quemcumque injustum invasorem vitæ, excepto forte uno vel altero casu. 244. Filius potest defensione occisiva se defendere contra parentem, subditus contra dominum seu principes, nisi vita invasoris esset summe necessaria reipublicæ; laïcus contra clericum, clericus contra laïcum. 239 *et seqq.* Ut servetur in defensione sui moderamen inculpatæ tutelæ plura requiruntur : 1° ut adhibeatur defensio non ad sumendam vindictam, sed ad propulsandam injuriam; 2° ut invasus non utatur majori violentia quam sit opus ad vis actu inferatur, alias non erit defensio, sed agressio : id est intelligendum moraliter; 4° ut malum quod avertere volumus prævа-

avertendam mortem intentatam; 3° ut vera vis actu inferatur, alias non erit defensio, sed aggressio : id est intelligendum moraliter; 4° ut malum quod avertere volumus prævaleat aut saltem adæquet malum quod ex defensione sui sequitur; 5° quod invasus non intendat mortem invasoris, sed suam defensionem. 236. In praxi raro contingit quod invasus apprehendat defensionem suam esse necessario et infallibiliter occisivam. *Ibid.* Invasus potest-ne non solum licite, sed etiam tenetur-ne defendere vitam suam cum occisione invasoris? 245. Etiam licet-ne invaso se defendere cum occisione invasoris mutilare tantum volentis, non occidere? *Ibid.* Utrum invasus possit se defendere contra injustum vitæ invasorem cum occisione innocentis, si non possit aliter evadere? *Ibid.* Casus dubii. Primus : uxor deprehendit maritum habere sub cervicali latentem pugionem ut ipsam dormientem trucidet, nec ulla est via evadendi. Secundus : aliquis est in oppidulo vel in aliqua domo unde nullum patet effugium, sed necesse est ut incidat in manus inimici illum expectantis ad necem. Tertius : dominus vocat famulos ad te occidendum. Dubium est an in his et similibus casibus liceat prævenire. 236. Potest quis pro defensione vitæ proximi quod potest pro defensione vitæ propriæ, nisi forte invasor proximi sit pater suus vel mater, filius vel conjux. 246. Ad id tenetur-ne, dum potest? *Ibid.* Qui defendit vitam suam cum occisione injusti invasoris, id facit ex legitima auctoritate. 233. — Licitum est defendere aliqua violentia infra occisionem bona fortunæ et pudicitiam. 247. Non est licitum defendere bona fortunæ cum occisione invasoris. *Ibid.* Si ex defensione moderata bonorum fortunæ aut pudicitiæ, invasor irritatus impetat vitam invasi, potest tunc invasus se defendere cum occisione invasoris. *Ibid.*

Definitionibus (in) duo distinguenda sunt : intenta definitio seu conclusio, et rationes conclusionis. V, 176.

Definitive aliquid potest esse in loco. IX, 71.

Defraudatio tributi inducit obligationem restituendi. IX, 17. *Vide* Tributa.

Defuncti. Non est superfluum pro defunctis orare. IV, 35. Defuncti ultima voluntas præsertim quoad legata pia, potest-ne ab episcopo vel executore mutari in alium pium usum? VII, 65.

Degradatio est ablatio honoris et loci dignitati convenientis. IX, 189.

Dehonoratio est injuria qua honor læditur vel aufertur. VI, 349.

Delectabile est quies in re desiderata. I, 76. Inordinatio circa delectabile tripliciter contingit; 1° in interioribus motibus animi; 2° in motibus exterioribus; 3° in rebus exterioribus. VIII, 56. Delectabilia plus movent in communi. IX, 292.

Delectatio. Delectatio potest sumi dupliciter : 1° stricte, et est quies appetitus in bono possesso; si sit appetitus rationalis, est delectatio spiritualis; si appetitus sensitivi, est delectatio sensibilis; 2° sumitur delectatio latiori sensu pro affectu seu inclinatione voluntatis in bonum ut conveniens et naturæ ac rationi consentaneum. III, 410. Item gratiam per se efficacem consistere in delectatione, potest intelligi, vel in sensu formali, ut videlicet gratia efficax sit ipsa delectatio victrix, vel in sensu causali, ut gratia efficax sit hujus delectationis causa. *Ibid.* Falsum est et maxime falsum delectationem sensibilem in ulla operatione a natura, seu ab auctore naturæ intentam tanquam finem creaturæ rationalis. IV, 165. Delectatio est quies appetitus in bono possesso : si sit appetitus rationalis, est delectatio spiritualis : si sit appetitus sensitivi, est delectatio sensibilis, quæ sola est passio. 257. Causæ delectationis sunt plures, sicut ipsius effectus. 258. Delectationes spirituales sunt majores secundum se quam delectationes corporales; attamen quoad nos delectationes sensuales sunt majores spiritualibus. *Ibid.* Delectationes sensuum respective ad hominem possunt considerari dupliciter; 1° quatenus ad sensibilia referuntur ad delectationes tactus in his quæ spectant conservationem vitæ, sive in individuo, sive in specie; 2° quatenus eorum sensibilia sunt secundum se delectabilia propter sui perfectionem et convenientiam ad sensum. VIII, 54. Delectatio, ea est corporalis quæ consequitur ex sensibus corporalibus, maxime ex tactu corporeo : animalis, ea est quæ consequitur ad apprehensionem animæ sensitivæ et etiam intellectivæ, ex quo dici potest spiritualis. 31. Delectatio sensuum non est secundum se mala, ut docebant Manichæi, sed bona. 55. Nullum est peccatum si abstineatur a delectatione sensuum, ob honestum finem. *Ibid.* Materia sensualitatis est delectatio orta ex proportione subjecti sensibilis ad sensum. 132. Materia venerea est delectatio orta ex commotione spirituum generationi deservientium. *Ibid.* In delectatione sensualitatis est admittenda levitas materiæ. *Ibid.* Hæc delectatio, propter se quæsita, non excedit culpam venialem. Est tamen cavenda. *Ibid.* Delectatio venerea potest esse vel directe in se, vel indirecte in causa tantum. *Ibid.* Quænam regulæ assignantur ad resolvendum dubium an fuerit consensus in delectationem, aut an fuerit plene deliberatus. 158. Delectatio voluntaria de cogitatione aut cognitione rei venereæ, non est de genere peccati mortalis, sed quandoque est peccatum veniale, quandoque nullum. 182. Delectatio morosa, sive consensus directus et plene deliberatus in delectationem ipsius rei venereæ realiter aut per apprehensionem præsentis, est semper peccatum mortale. *Ibid.* Delectatio morosa idem est a voluntaria. 180. Delectatio morosa per omnia peccatorum genera vagatur.

Ibid. Unde noscitur an delectatio fuerit de cogitatione ipsa, vel de re cogitata. 182. Delectatio ut sic est actus appetitus sive rationalis, sive sensitivi quiescentis, seu sibi complacentis atque oblectantis circa rem vel operationem aliquam sibi convenientem. 180. Delectatio venerea est illa quæ oritur ex commotione spirituum generationi deservientium. *Ibid.* Delectatio sequitur naturam objecti. 189. Quid censendum est de delectatione morosa inter conjuges ab invicem absentes? 190, 191. Omnis delectatio non est mortaliter mala. 192. Triplex distingui potest delectatio : prima honesta et amicabilis; secunda sensualis et organica ; tertia venerea. *Ibid.* Qui vellet fornicari aut morose delectari, tangi vel tangere impudice, si liceret, non est reus lethalis luxuriæ. 191. Delectatio morosa prohibetur præcepto, *Non concupisces.* 185. Delectationem morosam sine desiderio operis faciendi, tot malitias contrahere quot habet objecta si ab illis præscindat, seu eas non apprehendat, quamvis aliunde noverit inesse : plures negant, plures affirmant et æque probabiliter. 187. Delectatio morosa conjuncta voluntati aut desiderio operis perficiendi, contrahit omnes malitias sui objecti. 402. Delectatio venerea in actu matrimoniali potest considerari dupliciter. X, 148. Delectationem natura actui matrimonii adjunxit propter conservandæ speciei necessitatem. 147. Utrum eam delectationem admittere et ei consentire ut medio tantum ad actum propter generationem prolis vel redditionem debiti exercitum, sit venialis culpa? *Ibid.* Quid censendum de delectatione morosa inter conjuges ab invicem absentes? 151. Delectatio morosa, sive consensus directus et plene deliberatus in delectationem ipsius rei venereæ realiter aut per apprehensionem præsentis, est semper peccatum mortale. 191 et seqq. Delectatio venerea de copula in conjuge absente, probabilius est peccatum mortale, propter commotionem carnis quæ in casu non ordinatur ex se ad copulam, sed ad pollutionem. 150.

Delegati non possunt subdelegare, nisi id expresse eis concedatur, IX, 358. Parochus nec licite nec valide, a tempore concilii Tridentini, potest delegare quemlibet sacerdotem ad ministerium sacramenti pœnitentiæ, in sua parochia. *Ibid.*

Delegatio. Generalis delegatio a Christo facta S. Petro patet eam esse intelligendam intra terminos delegationis cujus est capax potestas humana, et quam esse Petro factam agnoscit traditio. IV, 466. Ad delegationem ab homine sufficit-ne ratihabitio sperata, seu præsumptio consensus futuri illius qui delegare potest? IX, 359. Voluntas interior delegantis nullo signo externo manifestata non sufficit. *Ibid.*

Deliberatio. Quid est perfecta et quid imperfecta deliberatio? IV, 429.

Delicta. Quo sensu, *Ubi abundavit delictum superabundavit et gratia*, est intelligendum? IX, 287. Delicta olim severius puniebantur quam nunc. 481.

Demeritum Meritum vel demeritum involuntarium esse non potest. IV, 178.

Democritus Deo providentiam denegabat. I, 397.

Denominatio venit non ab actu, sed ab effectu et habitu. IV, 304.

Denuntiatio. Quo fine et quo fructu adhibentur testes in denuntiatione? V, 358. Inquisitores possunt-ne præcipere suis edictis ut peccata quæ in eis continentur statim ipsis denuntientur ante communicationem cum aliquo? 337. Denuntiatio est duplex : una evangelica seu charitativa, quæ fit superiori ut patri in bonum et emendationem delinquentis; altera fit superiori ut judici in vindictam criminis et bonum commune. VI, 315. Denuntiatio juridica differt-ne ab accusatione? *Ibid.*

Depositum formaliter sumptum, est contractus quo sola rei custodia alterius fidei committitur ut integra reddatur. VII, 169. Regulariter fieri non potest nisi inter personas ad contrahendum habiles. *Vide append. ad calcem* VII.

Depositarius non tenetur servare depositum cum majori aut æquali suo damno. VI, 134. Si ex non redditione depositi immineat depositario grave damnum, licet-ne reddere repetenti in sui vel alterius perniciem? 172. Ad quid tenetur depositarius juxta jus novum Gallicum? *Vide append. ad calcem* VII.

Depositio est privatio executionis ministerii sine spe restitutionis in illud. IX, 189.

Derelictæ res, vel amissæ, vel vacantes, juxta jus novum Gallicum ad rempublicam pertinent : hæc tamen dispositio quamdam ex usu limitationem accepit. *Vide append.* VI. Id pro derelicto habetur quod dominus ea mente abjecit ut id in numero rerum suarum esse nolit, ideoque statim ejus dominus esse desinit. VI, 65. Jure Romano si rem pro derelicta a domino habitam occupaverit quis, statim ejus dominus efficitur. *Ibid.*

Derisio est vitium quo quis jocando objicit alteri aliquid vitiosum ut erubescat. VI, 372. Diversis modis potest fieri. *Ibid.* Quale peccatum est derisio inordinata? 373. Potest esse derisio ordinata absque peccato. *Ibid.* Si quis de levi malo derisus graviter erubescat et turbetur, erit-ne peccatum mortale deridenti? *Ibid.*

Deschamps (Stephanus) Thomistas a Calvinismo vindicat. I, 366.

Desiderare multa possumus ut fiant, quæ tamen facere non possumus. VI, 227. Licet orare hoc quod licet desiderare efficaciter. VIII, 179.

Desiderium est affectus appetitus tendens in bonum absens. IV, 257. Omne deside-

rium non est spes, licet spes importet desiderium. V, 161. Desiderium : *vide* AMOR COMPLACENTIÆ.

DESPERATIO est motus recedens a bono arduo adeptu impossibili saltem moraliter. IV, 238. Desperatio est motus voluntatis quo quis refugit adipisci beatitudinem per media ordinaria. V, 266. Desperatio positiva et plene deliberata beatitudinis adipiscendæ est peccatum mortale, gravius secundum se peccatis quæ opponuntur virtutibus moralibus, sed minus odio Dei et infidelitate. *Ibid.* Desperatio specialiter oritur ex luxuria et acedia, specialius tamen acedia. 237. Desperatio potest esse sine infidelitate. *Ibid.* Spes et desperatio versantur diverso modo circa idem objectum. 238.

DESTINARE vi nominis significat aliquando mente statuere et decernere aliquid faciendum : aliquando significat dirigere, deputare, ordinare unum ad aliud, vel ad aliquem locum. I, 401.

DETENTIO. Qui injuste detinet alienum continuo peccat. IV, 302. Detentio injusta, puta, rei furtivæ, quæ est possessio facti, potest-ne esse aut dici aliquo sensu etiam possessio juris? VI, 22. Detinens injuste alienum peccat-ne dum dormit, dum orat, dum facit eleemosynam? 176.

DETESTATIO. Dolor et detestatio voluntatis de peccatis, non debet necessario esse maximus omnium dolorum intensive. IX, 292.

DETRACTIO est injusta denigratio famæ alienæ per occulta verba. VI, 353. Duplex est detractio : una formalis, quando quis per verba quæ profert intendit formaliter et explicite denigrare famam proximi ; altera materialis, quando quis per verba quæ profert non intendit formaliter et explicite denigrare famam proximi, sed aliquid aliud non necessarium, aut ea profert ex loquacitate seu animi levitate, et tamen ex his sequitur aut nata est sequi famæ proximi denigratio, quæ proinde censetur implicite intendi. *Ibid.* Detractio, sive formalis sive materialis, fit dupliciter : directe, et indirecte : directe quadrupliciter ; indirecte fit tripliciter. 354. Directe : 1° falsum imponendo ; 2° peccatum augendo ; 3° occultum crimen revelando ; 4° id quod bonum est mala intentione factum dicendo. *Ibid.* Indirecte : 1° negando bonum alterius ; 2° reticendo ; 3° minuendo. *Ibid.* Detractio, licet non raro conjungatur cum contumelia, differt tamen dupliciter ab ea. 353. Quidam affirmant, alii negant omnes detractiones esse ejusdem speciei. 354. Detractio est ex genere suo peccatum mortale contra justitiam, levius quidem homicidio et adulterio, gravius tamen furto. 355. Ex quo æstimanda est gravitas vel levitas materiæ quando agitur de detractione? *Ibid.* Detractio potest fieri levis ex imperfectione actus ; et ex levitate materiæ. *Ibid.* Nunquam licet detrahere. 356. Narrare crimen alicujus non assertive, sed tanquam dictum ab aliis, est-ne peccatum mortale? 359. Casus frequens : *Fertur* seu *audivi hoc vel illud de tali : non affirmo tamen sic esse. Ibid.* Crimen occultum potest-ne aliquando revelari sine detractione? 356. Non licet detrahere defuncto. 359. Revelare crimen occultum alterius propter aliquod bonum consequendum aut malum vitandum, sive revelantis, sive audientis, sive delinquentis, sive communitatis, aut etiam alicujus alterius particularis, debitis circumstantiis observatis, non est peccatum, nec dici potest detractio. 360. Inferenda. *Ibid.* Peccat regulariter loquendo peccato detractionis, qui narrando crimen occultum alicujus, narrat simul ejus pœnitentiam. *Ibid.* Est-ne gravis detractio loqui de defectibus naturalibus? *Ibid.* Audiens detractionem peccat quatenus consentit detractioni ; quod dupliciter fieri potest : directe, et indirecte. 363. Qui consentit directe detractioni, sive quia inducit detractorem ad detrahendum, sive quia ei placet detractio propter odium ejus cui detrahitur, non minus peccat quam detrahens, et quandoque magis : si enim inducat, peccat contra charitatem peccato scandali erga detrahentem quem inducit ad peccatum, et contra justitiam erga diffamatum, cum sit causa movens ad ejus diffamationem. *Ibid.* Qui consentit tantum indirecte detractioni, quatenus scilicet eam non impedit dum potest, peccat minus quam detrahens ; peccat tamen, et quidem mortaliter ex genere suo. *Ibid.* Plerumque tamen contingit quod sic non impediens detractionem, peccet tantum venialiter ; aut etiam nullo modo peccet. 364. Superior non impediens detractionem dum potest, tenetur-ne ex justitia ad restitutionem? 365, 366.

DETRACTOR tenetur ex justitia restituere famam apud omnes apud quos detraxit ; alioquin fama non sufficienter repararetur : est communis et certa. VI, 368, 369. Sed etiamne apud illos quibus primi auditores narraverunt? *Ibid. Vide* FAMA. Item tenetur detractor restituere omnia damna ex detractione secuta, quia per detractionem est causa illorum efficax ; est etiam communis et certa contra Soto, qui existimat damna secuta ex revelatione criminis veri, sed occulti, non esse ex integro restituenda, sed partim tantum. 364. Qui per suas detractiones causa est cur aliquis ab officio aut beneficio, sive adepto sive adipiscendo, repellatur, damna inde secuta restituere tenetur. 365. Qui injuste detrahit, sed materialiter tantum et ex errore, tenetur-ne ad restitutionem ex justitia, ubi errorem advertit? *Ibid.*

DEUS est substantia intelligens, creatis omnibus superior, omnium opifex et directrix, independens, immutabilis, æterna, infinita, immensa, purissime actualis, uno verbo summe et infinite in omni genere perfecta. I, 27. Deus etiam apud atheos, signi-

ficat Ens quo majus et melius excogitari non potest. *Ibid.* Deum esse est demonstrabile non a priori seu per causas, sed a priori seu per effectus. 23, 24. Quinque potissimum rationibus probatur contra atheos Deum existere. 27. 1° Datur primus motor omnino immobilis : atqui ille est Deus : ergo et existit Deus. 2° Datur prima causa omnium efficiens, omnino infecta ; atqui hæc est Deus : ergo datur Deus. 2° Datur ens necessarium, hoc est, cui necessario et ex natura sua competit existere : atqui tale ens est Deus : ergo datur Deus. 4° Datur aliquod ens summe perfectum, summe nobile, summe ens, quod est causa omnis perfectionis aliorum : atqui illud est Deus : ergo datur Deus. 5° Datur summus provisor et gubernator : atqui talis est Deus : ergo datur Deus. 27 ad 33. Additur adhuc sexta ratio desumpta a contemplatione mundi, qui necessario requirit summam intelligentiam opificem et directricem. 33. Existentia Dei est fidei respectu illorum qui per demonstrationem naturalem illam non sciunt, non vero respectu eorum qui illam sciunt. *Ibid.* Quidam quærunt an notio Dei sit nobis ingenita seu innata, quod coincidit cum hac quæstione : an hæc propositio, *Deus est*, sit per se nota quoad nos. 23. Hæc propositio, *Deus est*, est per se nota quoad se, non quoad nos : consequenter non est nobis innata Dei notio. *Ibid.* Actus sunt-ne proportionati Deo? 34. Quid dicendum de monstris, de malis, tam moralibus quam naturalibus, quid de oppressione bonorum et prosperitate malorum? *Ibid.* Non potest dari ignorantia invincibilis sive positiva sive negativa, de existentia Dei ut auctoris naturalis. Est communior sententia. Etenim existentiam Dei ut auctoris supernaturalis posse invincibiliter ignorari, extra controversiam est ; datur enim infidelitas negativa. 38. Ii omnes qui admittunt posse dari ignorantiam invincibilem de Dei existentia ad breve tempus, impingunt-ne necessario in propositionem damnatam de peccato philosophico? 41. De Deo perfecte scire non possumus quid sit. *Ibid.* Constitutio physica naturæ divinæ sensum humanum superat. *Ibid.* Quæstio de naturâ seu essentia Dei stricte sumpta prout est radix attributorum divinorum adeoque ab illis virtualiter distincta, variorum systematum fuit origo. *Ibid.* Prima sententia distinguit inter naturam et essentiam, in eo quod essentia sit principium essendi et natura principium operandi ; vultque essentiam constitui per aseitatem, et naturam per intellectionem. 42. Hoc negant alii qui sumunt essentiam et naturam pro eodem. *Ibid.* Secunda sententia constituit naturam divinam in collectione omnium perfectionum : undè juxta illam poterit definiri Deus, *Ens summe perfectum.* 43. Tertia sententia reponit naturam divinam in infinitate, et juxta illam Deus definitur, *Ens omnimode infinitum.* Ita Scotus cum suis. *Ibid.* Difficultas vertitur circa duas celebriores sententias, quarum prima reponit essentiam divinam in aseitate, seu in existentia a se et per se. *Ibid.* Altera, quæ est communior inter Thomistas, censet essentiam divinam constitui per gradum intellectivum. *Ibid.* Patroni hujus sententiæ inter se iterum dividuntur, aliis opinantibus pro intelligere radicali, aliis pro intelligere actuali. *Ibid.* Natura seu essentia Dei constituitur metaphysice per aseitatem. 42 ad 47. Intelligere divinum non radicale sed actuale sub ratione ultimæ actualitatis per se subsistentis constituit metaphysice divinam naturam : unde Dei descriptio erit hæc, *Ens summe et actualissime intelligens.* 45, 46. Attributum proprie sumptum, communiter definitur : Perfectio absoluta simpliciter simplex, necessario et formaliter in Deo existens, et ad essentiam constitutam modo nostro concipiendi consequens. 50. Deus est actus purissimus. 50. Eminentia attributorum divinorum, et infirmitas intellectus nostri causa sunt cur attributa divina distinguamus. 57, 58. Deus non componitur ex genere et differentia. 58. Omnia attributa in Deo sunt-ne æqualia? 62. Attributa quæ virtualiter plura multifariam dividuntur. Quædam pertinent ad esse divinum, ut simplicitas, immensitas, aseitas, etc. : hæc dicuntur etiam absoluta. Quædam pertinent ad operationes, ut scientia, providentia : hæc dicuntur respectiva. Item quædam sunt negativa, quæ removent a Deo imperfectiones ; alia sunt affirmativa, quæ de Deo enuntiantur affirmative. 51. Divina attributa non distinguuntur a se invicem et ab essentia, neque relationes ab essentia distinctione actuali formali, vulgo Scotistica. 54. Neque attributa a se invicem et ab essentia, neque relationes ab essentia in Deo distinguuntur realiter entitative : est contra Gualterum, abbatem Joachim, Palamitas et Gilbertum. *Ibid.* Hæc præfata distinguuntur plusquam distinctione rationis ratiocinantis : est contra Aetianos et Nominales. *Ibid.* Attributa divina a se invicem et ab essentia, item relationes ab essentia distinguuntur distinctione virtuali, seu rationis ratiocinatæ, non quidem majori quæ sit per modum excludentis et exclusi, sed minori quæ est per modum impliciti et expliciti. 57 ad 60. Deus et beati faciunt-ne etiam distinctionem rationis inter essentiam et attributa? 62. Attributa, relationes et essentia in Deo non omnino eodem modo differunt quo differunt gradus metaphysici, puta animalitas et rationalitas. 57. Quænam sunt attributa quæ pertinent ad divinum esse? 63.

Deus est perfectus. I, 71. Rerum omnium perfectiones sunt in Deo. 72, 73. Deus et omnes creaturæ simul, non sunt aliquid perfectius et melius quam Deus solus. 74. Omnes perfectiones creaturarum simpliciter simplices sunt in Deo formaliter eminenter. 73. Perfectiones secundum quid, quæ sunt tales

ratione imperfectionis, non sunt in Deo formaliter, sed tantum eminenter virtualiter. *Ibid.* Aliæ sunt in Deo formaliter. *Ibid.* Deus non potest dici similis creaturæ. 74.

Deus non est corpus : est de fide. I, 62 ad 65. In Deo non est compositio materiæ et formæ. *Ibid.* Item est Deus quod sua essentia vel natura; id est, Deus caret compositione substantiali ex natura et supposito. 66. In Deo est idem essentia et esse; id est, Deus est ita simplex ut careat compositione substantiali ex essentia et existentia. *Ibid.* Deus est ita simplex, ut nullam omnino admittat in se compositionem : est de fide decisa in conc. Lateran. *Ibid.* In Deo non potest admitti compositio rationis. *Ibid.* Deus in compositionem aliorum non venit tanquam pars vel formalis vel materialis, seu alio quovis modo. *Ibid.* Est contra Varronem, Almarianos, et Davidem de Dinando. Deo nomina in Scripturis tribuuntur sensu improprio et metaphorico. I, 64. Esse bonum per essentiam est proprium Dei. 76, 77. Esse bonum præcipue Deo convenit. *Ibid.* Deus est summum bonum. *Ibid.* Deus dicitur ascendere, descendere sensu metaphorico. 80. Metaphorice Deus dicitur pœnitere et irasci. 90. Beati vident Deum sicuti est, et totum quod est in Deo est unum. 142. Deus est solus et unicus Deus. I, 96. Deus est unus. 97, 98. Non potest imponi aliquod nomen Deo quod ipsum ut est significet. 151, 152. Tria sunt præcipua Dei nomina. 153. Omnia nomina dicta de Deo non sunt synonyma. *Ibid.*

Datur in Deo scientia proprie dicta. Est communis contra Vasquem. I, 156. Scientia in Deo est ejus attributum. 157. Scientia Dei, cum sit perfectissima, debet esse invariabilis. 181. Rerum præsentia realis in æternitate est-ne necessaria ad certitudinem et infallibilitatem divinæ scientiæ, sicut est necessaria ad ejus invariabilitatem? 182. Quodnam sit objectum formale et primarium scientiæ divinæ non consentiunt theologi. Durandus tenet esse ens ut sic, ut commune analogice creato et increato. Cæteri tenent quod sit quid increatum, scilicet ipse Deus. Sed scinduntur : quidam ponunt essentiam divinam ut præcisam ab attributis et relationibus; alii essentiam divinam cum attributis et relationibus. 160. Quamvis scientia divina ex parte Dei sit unica, simplex et illimitata, omnia unico actu perfectissime comprehendens; ex parte objectorum, et secundum modum nostrum concipiendi, varie dividitur : 1° in intelligere primarium et intelligere attributale, seu scientificum; 2° in scientiam speculativam et practicam : prima res solum contemplatur, non efficit; secunda non solum cognoscit, sed efficit suum objectum; 3° in scientiam necessariam et liberam; 4° in scientiam simplicis intelligentiæ et visionis : hæc divisio est omnium celeberrima. Scientia simplicis intelligentiæ versatur circa ea quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erunt. 161. Scientia visionis est ea quæ fertur ad ea quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt : hæc subdividitur in scientiam approbationis, quæ versatur circa bona; et scientiam improbationis, quæ versatur circa peccata. 162. Prima supponit decretum approbativum divinæ voluntatis circa ea; secunda, decretum permissivum tantum : unde fit quod Deus dicatur aliquando in Scriptura scire et nescire mala seu peccata; scire scientia approbationis, nescire scientia improbationis. *Ibid.* Est in Deo perfectissima cognitio intellectiva. Est de fide tradita in Scripturis. 153. Intellectio et intellectus in Deo sunt unum et idem absque virtuali distinctione. 154, 155. Est plurium Thomistarum. *Ibid.* Deus se per seipsum cognoscit, imo et comprehendit. 157. Deum seipsum non alio quam seipso cognoscere certum est. 170. Objectum formale et primarium cognitionis divinæ non est ens creatum, neque ens ut sic, abstrahens a creato et increato; sed ens duntaxat increatum, scilicet ipse Deus. 160. Si vero attendatur modus quo Deus seipsum revera cognoscit, objectum formale et primarium divinæ cognitionis est Ens divinum, complectens essentiam, attributa et relationes : et sic forte conciliantur oppositæ Thomistarum sententiæ. 161. Deus cognoscit-ne veritates creatas omni modo quo sunt cognoscibiles? 174. Sed de medio in quo Deus alia a se cognoscit controvertitur. Tres sunt præcipuæ sententiæ. Prima, quæ communis est inter patres Societatis, tenet Deum alia a se utroque modo cognoscere, et mediate in se ut in causa, et immediate in seipsis. Secunda, quæ est Vasquesii, stat pro sola cognitione immediata. Tertia, quæ est Thomistarum, e contra negat cognitionem immediatam, et solam mediatam admittit. 170. Est alia sententia antiquata quæ tribuitur Scoto, secundum quam Deus cognoscit creaturas in aliquo esse diminuto et objectivo quod ab æterno produxit : videtur minus consona rationi et fidei. *Ibid.* Deus cognoscit omnia alia a se, sive possibilia, sive præsentia, siye præterita, sive futura etiam minima, non solum secundum communem rationem entis, sed etiam quoad esse proprium et singulare usque ad ultimas differentias. Est contra Epicureos. Est de fide. 157, 158. Deus alia a se cognoscit mediate in se ut in causa præcognita, non immediate in seipsis. 171, 172, 173, 174. Datur-ne in Deo potentia executiva virtualiter distincta ab intellectu et voluntate? 169. Potentia executiva in Deo potest dupliciter intelligi. 170. Potentia executiva in Deo non distinguitur virtualiter ab intellectu et voluntate tanquam potentia diversa seu tanquam attributum adæquate distinctum ab illis, sed est eadem potentia cum illis sub aliqua tamen distinctione. *Ibid.* Deus cognoscit-ne entia rationis, privationes, peccata? 159. Realis rerum præsentia in æter-

nitate est necessaria, ut earum cognitio sit intuitiva. 182. Ita communiter Thomistæ.

Futura esse Deo præsentia in æternitate dupliciter potest intelligi : objective, seu intentionaliter; et physice, seu realiter. I, 179. Futura esse Deo in æternitate præsentia objective et intentionaliter, non est dubium. *Ibid.* Quomodo Deus videt futura ut præsentia in sua æternitate. 181. Deus certo et infallibiliter cognoscit omnia futura absoluta, contingentia et libera, illæsa libertate. Est de fide. 177. Sociniani tenent futura libera a Deo cognosci conjecturaliter tantum, arbitrantes ea non habere veritatem objectivam, et ita non esse in genere scibilium. *Ibid.* In quo medio Deus cognoscit futura absoluta contingentia et libera. 183. Variæ sententiæ afferuntur. 1° Molina assignat causarum secundarum supercomprehensionem; 2° Suares, decretum futurum; 3° Theophilus Raynaudus, causam secundam sibi relictam; 4° inter recentiores, quidam veritatem formalem propositionum, alii objectivam; 5° Tournely, essentiam divinam, tanquam speciem intelligibilem in repræsentando infinitam; 6° Ægidius Romanus dicit quod Deus futura cognoscit in suis ideis; 7° tandem Auctoris sententia. 183 et 184. Deus non cognoscit futura contingentia in supercomprehensione causarum secundarum ante decretum. Est contra Molinam. *Ibid.* Deus non cognoscit futura contingentia in suo decreto præviso ut futuro. Est contra Suarem. 185. Deus non cognoscit certo futura contingentia et libera ante decretum in eorum veritate, sive formali, sive objectiva. Est contra recentiores professores Societatis. 185 et 186. Deus non cognoscit futura contingentia in causa secunda sibi relicta, in his vel illis circumstantiis. Est contra Theophilum Raynaudum. 184. Deus non cognoscit futura absoluta libera, in essentia sua ut habet rationem ideæ aut speciei intelligibilis ante decretum. Prima pars est contra Ægidium Romanum, si tamen intellexerit de ideis secluso decreto, quod non constat; secunda contra Tournely. 183. Vera sententia, seu Auctoris : Deus cognoscit futura absoluta contingentia et libera in suo decreto eorum futuritionem determinante, sive in essentia sua hujusmodi decreto determinata. 188. Expanditur mens D. Thomæ circa Dei præscientiam. S. Th. statuit duo principia ex quibus conficitur conclusio, primum quod Deus extra se nihil videat, sed omnia in essentia sua tanquam in causa; secundum, quod sit causa rerum per suam voluntatem ex quibus conficitur quod Deus futura quæcumque, etiam contingentia et libera, cognoscat in sua voluntate; quod est conclusio citata. *Ibid.* Deus facit-ne futura ea prædestinando? 185. Deum certo cognoscere futura sensu illativo accepta per scientiam simplicis intelligentiæ, haud dubium est. 194. Deus cognoscit-ne futura conditionata per scientiam visionis, aut per scientiam simplicis intelligentiæ? 198. Scinduntur Thomistæ. Quantum ad futura conditionata sensu enuntiativo accepta, controvertitur : distinguuntur futura hujusmodi triplicis generis. 194. Antiquiores Thomistæ denegarunt-ne Deo hujusmodi futurorum conditionatorum certam cognitionem, et concesserunt-ne tantum conjecturalem? *Ibid.* Deus certo cognoscit futura conditionata contingentia et disparata. Est contra Cornejo, Curiel, Tiphanio, etc. qui admittunt tantum in Deo circa hæc cognitionem conjecturalem. 195 et seqq. Deus certo cognoscit-ne omnia omnino futura conditionata? 198. Deus certo cognoscit futura conditionata libera. 199. In quo medio ea cognoscat controvertitur. Thomistæ ea dicunt a Deo cognosci in suo decreto subjective absoluto et objective conditionato. 199. Id patres societatis Jesu tanquam libertatis eversivum et sanitati divinæ injuriosum abhorrent. *Ibid.* Patres Societatis a temporibus Ludovici Molinæ unanimiter conveniunt Deum non cognoscere futura conditionata libera in aliquo decreto absoluto actuali, sed ante illud; eamque scientiam vocant mediam. 199, 200. Possibilia non sunt Deo in æternitate præsentia; non sunt termini actionis æternæ. 182.

Deus est infinitus secundum essentiam et rationem entis. I, 78. Deus, et ipse solus, est æternus. 93. Deus est sua æternitas. *Ibid.* Quomodo sunt accipienda verba temporis præteriti, præsentis et futuri, quando de Deo dicuntur. *Ibid.* Immensitas, Dei attributum, est capacitas existendi in omnibus rebus, in omnibus locis etiam infinitis, si darentur. 79. Diversa est omnipotentiæ et immensitatis divinæ ratio. 86. Immensum dicitur quasi sine mensura : si spectetur quantum ad divinum esse, est infinitas; si quoad durationem, est æternitas; si quoad locum, est incircumscriptibilitas. 79. Ubiquitas est actualis existentia in omnibus rebus et locis qui sunt : non est Dei attributum. *Ibid.* Immensitas et ubiquitas differunt inter se. *Ibid.* Triplici modo generali Deus dicitur communiter esse in omnibus, scilicet, per potentiam, per præsentiam, et per essentiam, ad modum quo aliquid dicitur esse in rebus humanis. *Ibid.* Speciali modo, præter communes et generales modos, Deus existit in omnibus rebus : sic dicitur existere per gratiam in justis et sanctis qui diligunt eum actu vel habitu; sic est in cœlo per gloriæ manifestationem, et in Christo per unionem hypostaticam, etc. 80. Existentia Dei secundum substantiam in omnibus rebus probatur efficaciter, ex ejus operatione in illis. 168-172. Deus est causa creaturarum quatenus omnipotens radicaliter. 173. Deus est-ne causa adæquata possibilitatis rerum? *Ibid.* Est-ne causa entium rationis, privationum? *Ibid.* Deus est causa adæquata actuum vitalium. *Ibid.* Aliquid esse actu in spatio potest

dupliciter intelligi : uno modo comparative ad terminum cui coexistit et præsens est ; alio modo absolute in ordine ad se. 87. Deum non existere primo modo actu in spatiis imaginariis manifestum est. *Ibid.* De secundo modo est difficultas. *Ibid.* Deus non est actu positive in spatiis imaginariis, sed virtute tantum et potentia. 87-90. Deus non est in aliquo genere seu prædicamento. Esse primo per se ubique est proprium Dei. 86. Deus secundum substantiam est intime in omnibus rebus. 65. Operatio Dei virtualiter transiens, est ratio formalis per quam existit intime in rebus. 85-87. Deus est-ne non solum in omnibus rebus, sed etiam in omnibus locis, ut sunt loca formaliter? 87.

Deus est omnino immutabilis. 1, 90. Esse immutabile est proprium Dei. 92. Deus more hominum utitur quandoque metaphoris in Scripturis. 197. Est-ne in Deo unica simplex libera determinatio circa totam collectionem creaturarum, quæ nomine providentiæ intelligitur, cujus virtute aliud ordinatur ad esse absolute, aliud ad esse conditionate, aliud ad non esse. 248. Dantur ideæ in mente divina? 250. Quid sunt ideæ in Deo. *Ibid.* Sunt-ne plures ideæ in Deo. *Ibid.* Pluralitas idearum non officit simplicitati Dei. 252. Quarum rerum Deus habet ideas. 253. Deus habet propriam ideam omnium quæ actione propria fiunt ab ipso aut fieri possunt, diverso tamen modo. *Ibid.* Deus est primaria et summa veritas. 253. In Deo triplex distingui potest veritas, scilicet : in essendo, in cognoscendo et in dicendo. *Ibid.* Veritas in essendo est proprietas entis secundum quam habet esse ratum, fixum et tale quod sit conforme intellectui divino res cognoscenti prout debent esse. Veritas in cognoscendo, est conformitas cognitionis cum re cognita. Veritas in dicendo quæ dicitur veracitas, est conformitas dictionis cum cognitione. *Ibid.* Omnis perfectio simpliciter simplex, quæ est in creaturis, est essentialiter et necessario in Deo. 258. Quidquid scit Deus, scit-ne ex necessitate? 260. Est ipse finis respectu omnium quæ ab ipso fiunt. 255. Vult-ne Deus creaturas in quantum vult suam bonitatem? 259. Deo sufficit-ne sua bonitas? 256. Deus est summe sui communicativum. 360. Deus est summe liber, eaque libertate fertur in creaturas. Est de fide contra quosdam antiquos. 258-261. Libertas divina non est, sicut humana, indifferentia potentiæ ad diversos actus volendi et nolendi, sed est indifferentia unius simplicissimi et purissimi actus ad diversa objecta. 261. Per quid formaliter constituatur actus liber Dei : est nodus theologiæ intricatissimus. Quis concipere potest quomodo stet libertas Dei cum ejus immutabilitate salvis utriusque juribus? *Ibid.* Ad constitutivum actus liberi in Deo quid requiritur? 262. Actus Dei liber potest-ne constitui per respectum rationis ad creaturas? *Ibid.* Actus Dei liber potest-ne constitui per aliquam realitatem intrinsecam Deo defectibilem. *Ibid.* Superadditam actui necessario, quantumvis diminutam? 265. Actus Dei liber potest-ne formaliter constitui per aliquid pure extrinsecum, nempe per creaturas productas seu realem ad extra earum productionem? *Ibid.* Actus Dei liber nihil est aliud quam ejus actus necessarius, quatenus dicit habitudinem seu terminationem non necessariam ad creaturas. Est D. Thomæ et aliorum. 264. — Voluntas est formaliter et proprie in Deo. Conclusio salva fide negari non potest. 254, 255. Voluntas divina est formaliter ipsa sua volitio absque virtuali distinctione : ita ut voluntas respectu volitionis non habeat rationem potentiæ nisi secundum modum nostrum concipiendi res divinas per analogiam ad res creatas : habet tamen rationem potentiæ respectu effectus seu termini ipsam præcedentis aut producti. 255. Voluntas divina est de constitutione physica divinæ naturæ. 256. Objectum formale tam motivum quam terminativum divinæ voluntatis est sola bonitas divina ; creaturæ autem sunt ejus objectum materiale tantum. 257. 258. Quidquid Deus vult, vult-ne necessario, an libere? Deus vult-ne necessario tam quoad specificationem quam quoad exercitium suam bonitatem? *Ibid.* Voluntas Dei libera potest manere suspensa ab omni actu circa objectum creatum, juxta quosdam : negant communius alii. 266. Omnis voluntas quæ est formaliter in Deo est-ne efficax? 281. Voluntas Dei impletur-ne semper? 266. Voluntas dividitur in voluntatem beneplaciti et voluntatem signi. *Ibid.* Voluntas beneplaciti est ipse actus divinæ voluntatis : unde est proprie et formaliter in Deo. Voluntas signi est aliquid exterius quod solet inter nos esse signum quod volumus aliquid ; non est in Deo, cum sit effectus voluntatis. *Ibid.* Voluntas signi tribus modis se habet ad voluntatem beneplaciti. 267. Duplex in Deo voluntas distinguitur : una antecedens, cui resistitur ; altera consequens, cui non resistitur. 340. Voluntas Dei absoluta et consequens est universalis causa omnium rerum. 269. Voluntas antecedens potest esse efficax et adimpleri respectu alicujus adjuncti seu medii. 270. Voluntas Dei consequens semper impletur ; voluntas antecedens non semper impletur, saltem quoad principale volitum. 269, 270. De voluntate Dei circa salutem omnium. *Ibid.* Vult-ne omnes homines salvos fieri? Christus est-ne mortuus pro omnibus? Deus confert-ne aut offert-ne omnibus media sufficientia ad salutem? *Ibid.* *Vide* PRÆDESTINATIO, REPROBATIO, SALUS, AUXILIUM, CHRISTUS. Sicut Deus sine intrinseca sui mutatione potuit velle quod voluit, et velle quod non voluit, ita nunc potest incipere velle quod non voluit, et non velle quod voluit, sicque fieri in tempore ex nolente volens, et e contra. Negat S. Thomas ; affirmare videntur aliqui. 266. Deus non solum se vult, sed etiam alia a se. 256. Deus

non potest etiam de potentia absoluta per se vel per alium mentiri aut dicere falsum. 258 et 260.

Tribuendæ sunt Deo virtutes quæ nullam in sua ratione formali involvunt imperfectionem; removendæ vero sunt quæ aliquam involvunt imperfectionem. I, 392. Justitia distributiva est formaliter in Deo. 393. Justitia commutativa non est proprie et formaliter in Deo. *Ibid.* Misericordia est proprie in Deo. *Ibid.* Spes et desiderium non sunt proprie in Deo. 390. Gaudium et delectatio est proprie in Deo. *Ibid.* Neque timor, neque tristitia, neque pœnitentia, neque ira, sunt proprie in Deo. *Ibid.* Deus cognoscit-ne peccata futura in duplici decreto permissivo et effectivo? 388. Est in Deo perfectissima providentia. 397. Omnia etiam minima et vilissima subjiciuntur divinæ providentiæ. 398. Deus omnibus immediate providit. 399. Defectus naturales nedum impugnent, commendant contra providentiam. *Ibid.* Deus vult bonum rebus omnibus existentibus et futuris. 390, 391. Deus amat omnia existentia et futura, non æqualiter et ex parte boni voliti, sed magis meliora. *Ibid.* Deus producendo creaturas non habet relationem realem ad eas. II, 75. In Deo quædam sunt absoluta et quædam relativa ad se et ad aliud. 76. Sunt in Deo quatuor proprietates simpliciter, tres proprietates personales et quatuor relationes 111. Deus non est necessario connexus cum creaturis per dependentiam sui ab illis sed per dependentiam creaturarum a se. 119, 120. In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. 127. Deus est causa finalis omnium rerum. 238 et IV, 172. Deus seu divina bonitas non est proprie et stricte causa finalis divinæ operationis immanentis. II, 238. Recte tamen dicitur quod divina bonitas sit ratio divinæ operationis, seu sit Deo ratio volendi et agendi. *Ibid.* Deus est prima causa exemplaris omnium rerum. *Ibid.* Deus et natura non deficiunt in necessariis, nec abundant in superfluis. 11, 241. Deus non semper facit nec debet facere id quod est melius, perfectius et convenientius ex parte operis. 356. Quamvis in Deo non sint plures actus, quorum alii sunt priores, alii posteriores, ut in nobis, sed ipse unico simplicissimo actu omnia simul intelligat, velit, ordinet ac decernat, nihilominus propter imbecillitatem nostram distingui solent in Deo diversa instantia seu signa rationis, quæ quidem non diversificantur ex parte Dei, sed ex parte objectorum, idque juxta nostrum concipiendi modum et prout alia ab aliis aliquam habent dependentiam. 353. Quomodo illa signa in Deo disponuntur. 354. Deus disponit omnia suaviter. 11, 356. Convenit summo bono qualis est Deus se summo bono communicare. 343. In Deo est perfecta libertas, seu liberum arbitrium, licet non possit velle malum. III, 340, 341, 346..

Triplex distinguitur in Deo dilectio : prima mere naturalis, qua diligit omnes creaturas in ordine naturali; secunda, supernaturalis sed imperfecta, qua hominem diligit inchoative ad beatitudinem æternam : tertia, supernaturalis perfecta, qua simpliciter et perfecte diligit hominem in ordine ad æternam beatitudinem et per eam ipsi communicat gratiam habitualem qua fit Dei amicus. 369. Deus non excedit naturam creaturam et creabilem præcise in esse, vivere et intelligere, sed in modo eas habendi sine admixtione potentialitatis et imperfectionis. 372. Excedit omnem naturam creatam et creabilem ratione actus puri, entis a se infiniti, et in ratione principii radicalis divinarum operationum quæ ipsum Deum habent pro objecto specificativo et connaturali, utque ultimo fine. 372. Deus est causa efficiens immediata et universalis omnis entis et omnium ejus modorum. 419. Deus non minus providet naturæ in ordine supernaturali quam in ordine naturali. 374. Deus solus est omne et universale bonum. IV, 12. Deus est necessario invariabiliter, absolute et totaliter determinatus ad se amandum. 86. Voluntas Dei non supponit bonitatem in rebus, sed facit eas bonas eligendo et diligendo. 129. Deus eligit minus bonum ex parte rei electæ, non autem ex parte motivi eligendi. *Ibid.* De Dei existentia dari non potest ignorantia invincibilis. 281. Deus permittit ut peccata fiant, seu sinit facere. 361. Est causa omnis mali pœnæ, non culpæ. *Ibid.* Deus simpliciter et absolute non necessitatur ad aliquid extra se, bene tamen hypothetice. 465. Deus est charitas increata. V, 270. Deus est primum principium et ultimus finis. 337. Deus habet dominium universale, absolutum, independens et principale in omnes res creatas; illud dominium Deus non potest abdicare, neque ullæ creaturæ communicare, neque ullam creaturam ab illo eximere potest. VI, 25. Deus solus cognoscit res in se ipsis. VII, 376.

Devotio magis abundat in mulieribus et simplicibus quam in aliis. I, 8. Devotio dicitur a devovendo; unde devoti dicuntur qui seipsos quodammodo Deo devovent ut ei se totaliter subdant. VII, 185. Devotio proprie significat actum internum sine quo quod exterius paret nonnisi improprie potest dici devotio. 226. Devotio est quædam actualis voluntas prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. 185. Devotio est actus religionis. *Ibid.* Devotio sumitur aliquando pro fervore delectante qui sentitur interdum in oratione. *Ibid.* Causa extrinseca et principalis devotionis est ipse Deus qui auxilio gratiæ suæ voluntatem promptam illi serviendi inspirat. Causa intrinseca est contemplatio seu meditatio partim divinæ bonitatis et beneficiorum ejus, partim nostræ infirmitatis. 283. Effectus primarius et per se devotionis est lætitia; secundarius et per accidens, est tristitia. *Ibid.* Devotio habetur ne proprie ad homines sanc-

tos. *Ibid.* Quinam apud Gentiles devoti dicebantur? *Ibid.*

Dextra. Prima sedes in dextro ordine non fuit semper honoratior, sed aliquando prima in sinistro ordine, ut fuit adhibitus in synodo Nicæna, Chalcedonensi, etc. II, 44. Dextra non est semper locus honoratior in Ecclesia. V, 154.

Diabolus vocatur draco et serpens in variis Scripturæ locis, cujus est verborum sensus? II, 299. An et quomodo diabolus est causa peccatorum hominum? IV, 365. Certum est diabolum aliquo modo esse causam peccatorum hominum. *Ibid.* Adversarius enim noster diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret. *Ibid.* Diabolus non potest esse causa peccati directe et sufficienter. *Ibid.* Potest duntaxat diabolus esse hominibus causa moralis et indirecta peccandi. *Ibid.* Principium exterius ad malum inclinans est diabolus. 444.

Diaconatus genaraliter est *ministerium.* X, 45. Diaconatus est sacramentum. 53. Diaconatus potest-ne conferri ex commissione a simplici presbytero? 50. Probabilius est diaconatus in Ecclesia latina duplicem esse materiam et formam, scilicet : impositionem manuum episcopi cum his verbis : *Accipe Spiritum sanctum*, etc.; et traditionem libri Evangeliorum cum his verbis : *Accipe potestatem legendi Evangelium*, etc. 45, 46. In diaconatu confertur duplex character, sicut probabiliter confertur in presbyteratu. *Ibid.* Quando confertur character diaconatus? *Ibid.*

Diaconissæ, quarum apud veteres est frequens mentio, quid erant? X, 68. Aliquo ritu diaconissæ consecrabantur; hic ritus non erat tamen ordinatio propria et sacramentalis. 69. Quæ erant diaconissarum ministeria? *Ibid.* Quæ mulieres assumebantur ad munus diaconissæ? *Ibid.*

Diaconus. Probabilius est diaconum solemniter exercentem suum officium in peccato mortali, peccare mortaliter. VIII, 296. De subdiacono quamvis minus certum, est tamen probabile. *Ibid.* Diaconus est *minister*, vel qui proximus ministrat sacerdoti sacrificanti. X, 45 et 74. Quæ sint officia diaconi. 46. Septem primi diaconi non instituti sunt per se primo ad ministrandum mensis, sed per accidens. X, 33, 34. Diaconus habet vi suæ ordinationis ut possit ei committi dispensatio eucharistiæ. IX, 191. Diaconi nunquam consecrarunt. 188. Diaconi primis sæculis passim ex commissione episcoporum vel presbyterorum eucharistiam ministrabant. 191. Hæc commissio erat sive generalis sive specialis. 177. Hic usus apud nos diu exolevit. 191. Possunt-ne in periculo mortis sine commissione speciali et expressa sibi vel aliis ministrare eucharistiam? *Ibid.* Licuit olim diacono ex licentia episcopi ultimam reconciliationem facere. 480. Diaconi quamvis possent sponte suscipere pœnitentiam solemnem, nunquam tamen ad eam subeundam lege lata fuerunt obnoxii. 481.

Diagoras Atheus quidam. I, 40.

Dicere. Vox illa *dicere* sumi potest dupliciter : uno modo proprie, secundum quod dicere, idem est quod intelligendo verbum formare seu concipere : alio modo improprie, prout nihil aliud est quam simpliciter intelligere. II, 114.

Dies. Distinguendus est duplex dies : naturalis unus, complectens viginti quatuor horas æquales a media nocte ad mediam noctem; alter artificialis, complectens duodecim horas ab ortu ad occasum solis. VII, 219. Dies artificialis dividebatur in quatuor partes æquales, seu in quatuor quadrantes : tres horæ profanæ primi quadrantis dicebantur *prima sacra;* tres horæ secundi quadrantis, *tertia sacra;* tres horæ tertii quadrantis, *sexta;* tres horæ quarti quadrantis, *nona. Ibid.* Pars diei artificialis et noctis, seu quadrans, tres horas complectebatur. *Ibid.* Dies artificialis apud Judæos distribuebatur in quatuor partes seu horas quarum quælibet complectebatur tres ex nostris. IX. 103. Initium diei naturalis sumitur in Ecclesia Romana a media nocte.

Dies creationis. Moyses narrat Deum sex dierum spatio mundum creasse. Quæritur quomodo isti dies sint intelligendi; an realiter pro spatio viginti quatuor horarum, an figurate pro diversis cognitionibus angelorum. II, 248. Varii varie explicant; ad summam, Sex dies creationis mundi sunt reales viginti quatuor horarum. 249. Probatur et confirmatur a Scripturis et patribus. *Ibid* et seqq. Ex narratione Moysis sequitur Deum creasse prima die cœlum, terram, aquas et lucem, 251 et 252. Secunda die, Deus creavit firmamentum in medio aquarum, et divisit aquas ab aquis. 252. Verosimilius marmora et metalla seu mineralia in visceribus terræ latentia fuerunt producta die tertia. 253. Eadem die tertia germinaverunt spinæ et tribuli, et herbæ venenosæ. 254. Die quarta, sol, luna et stellæ fiunt in signa, et tempora, et dies et annos. *Ibid.* Sol et sidera, nomine lucis, creata sunt prima die quoad substantiam; quarta autem die complementum et perfectionem acceperunt. *Ibid.* Quinta die pisces et aves creati sunt. 255. Sexta die, primo producta sunt tria genera animalium, jumenta, bestiæ et reptilia : per jumenta intelliguntur animalia domestica; per bestias, animalia sylvestria; per reptilia, quæ carent pedibus, aut tam breves habent ut vix eleventur a terra. 256. Ultimo die creatus est homo, quia est totius creaturæ corporeæ finis et Dominus. 257.

Dies dominica. Licet-ne applicare amentes perpetuos et infideles operibus servilibus diebus dominicis et festis? IV, 512. Si quis proficiscatur mane a loco in quo servatur festum, tenetur-ne audire missam vel ibidem vel alibi? 515. Dies dominica apud christianos non sanctificatur, iisdem fere subjicitur regulis.

Convenienter traditum est præceptum de observatione sabbati. VII, 339. Præceptum de observatione sabbati convenienter reponitur inter præcepta moralia Decalogi. *Ibid.* Præceptum de observatione sabbati est partim morale ; partim cæremoniale. 340. Observatio diei dominicæ in nova lege non est juris naturalis aut divini positivi, sed ex constitutione Ecclesiæ et consuetudine populi christiani ab ipsis Apostolis derivata. 340, 346. Rationabiliter Ecclesia loco sabbati instituit diem dominicam, nimirum in memoriam resurrectionis Christi et nostræ redemptionis completæ : similiter varia alia festa per anni decursum celebrantur ad recolenda plura alia beneficia circa idem opus nostræ redemptionis, vel sanctorum merita et exempla. VII, 341. Solemnitas diei dominicæ et festorum quando incipit. 342. Conveniens diei dominicæ et festorum sanctificatio postulat ut fideles, præter Missam et cessationem ab operibus servilibus, verbum Dei audiant, vespertinis officiis intersint, actibus fidei, spei et charitatis, compunctioni cordis et contritioni vacent, atque in piorum librorum lectione aliisque religionis operibus sacros illos dies transigant ; ita ut merito sint reprehensibiles qui, cessatione ab operibus servilibus et sola Missa contenti, reliquum diem agunt in nugis, in deambulationibus, colloquiis profanis, negotiis sæcularibus, lusibus, spectaculis, choræis, venationibus, et, quod pejus est, in compotationibus, comessationibus, ebrietatibus, impudicitiis, contentionibus et dissolutionibus. 364. Quilibet fidelis adultus ratione compos tenetur diebus dominicis et festis adesse moraliter et religiose integræ Missæ, seclusa justa causa excusante. Est communis quoad omnes partes. 352. Consultum est Christi fideles diebus dominicis et festis saltem solemnioribus audire Missam eamque solemnem in ecclesia sua parochiali. 358. Optandus est status gratiæ in audiente Missam, sed nullum hujus dispositionis extat præceptum. 357. Obligantur fideles sub peccato veniali adesse Vesperis diebus dominicis et festis. 365. Audiendo Missam in oratoriis privatis diebus quibus per indultum prohibetur, satisfit-ne præcepto? 363 Qui absque justa causa omittit sacrum die festo incidente in dominicam, non committit duplex peccatum in confessione aperiendum. 357. Qui legitime excusantur a Missa, tenentur-ne ad aliquem alium actum religionis indeterminate, saltem diebus dominicis? 357. Is qui tenetur ad tres Missas, unam ex lege ecclesiastica, alteram ex voto, tertiam ex præcepto confessarii, non satisfacit si eas audit a tribus simul celebrantibus. 355. Antequam præceptum obliget, non licet absque justa causa ponere impedimentum observationi illius, puta iter, venationem non necessariam suscipere, unde prævides fore ut non possis audire sacrum die dominica vel festo sequenti. 357. Itinerantes excusantur-ne ab auditione Missæ? *Ibid.* Qui diebus dominicis et festis abstinet ab operibus servilibus et audit Missam neglectis aliis religionis operibus, quamvis sit reprehensibilis, satisfacit tamen præcepto de observatione festorum, sic ut non peccet mortaliter. 365. Cessatio ab opere servili diebus dominicis et festis incipit a media nocte ad mediam noctem. 342. Opus servile quod pertinet ad Dei servitium, non prohibetur diebus dominicis et festis. *Ibid.* Præter assignata opera, nulla alia, sive spiritualia sive corporalia, servis et liberis communia, leguntur ullibi prohibitia diebus dominicis et festis. 346-350. Restat ergo inter opera servilia, sola servilia proprie dicta prohiberi diebus dominicis et festis. 345. — Causæ excusantes ab observatione hujus præcepti sicut et aliorum præceptorum ecclesiasticorum, generaliter sunt dispensatio, consuetudo legitima, et impotentia physica vel moralis. 353. Quidam his addunt charitatem et officium. 356. Altera causa excusans operantes serviliter diebus dominicis et festis, est necessitas sive privata sive publica, sive propria, sive aliena. 350. Levitas materiæ excusat a toto vel a tanto : a toto, si ita sit levis ut nullatenus contrarietur fini legis et quasi pro nihilo reputetur, ut unum aut alterum punctum sumere, unam aut alteram herbam in horto colligere. A tanto, hoc est a mortali excusat, quando avertit quidem a fine præcepti, cultu divino scilicet, sed leviter : v. g. laborare una hora circiter, non excedit culpam venialem, imo duabus horis juxta non paucos. 351. Præter opera servilia, specialiter ab Ecclesia prohibentur diebus dominicis et festis quatuor quæ non sunt servilia, scilicet mercatus, placitum, judicium ad mortem vel ad pœnam, et juramentum judiciale. 346. Quis dispensare potest a labore diebus dominicis et festis? 349. Peccatum commissum in die festo non inducit novam speciei malitiam contra religionem, necessario aperiendam in confessione. 342, 343. Inter dies dominicas præcipua est dominica Resurrectionis. *Ibid.* Quid dicendum tam de potantibus quam de ministrantibus potum tempore divini Officii diebus dominicis et festis? VIII, 117.

Diffamatio *et* diffamare. Quid est diffamatio formalis? V, 358. An non sit saltem peccatum diffamare se, seu negligere famam suam absque causa rationali? VI, 26. Diffamatum in uno loco per sententiam publice latam, licet diffamare ubivis locorum absque læsione justitiæ : est communis ; non tamen absque læsione charitatis, si diffamatio fiat sine justa causa. VI, 362. Qui diffamatum publicitate facti aut rumoris diffamat apud nescientes ejusdem loci, aut in iis locis ad quæ verisimiliter diffamatio brevi est ventura, sive propter locorum viciniam sive propter mutua incolarum commercia, aut propter alias rationes, non peccat contra justitiam, nec saltem graviter contra charitatem : est communior. 362. Qui in uno loco diffamatum facto

aut rumore, diffamat in aliis locis ad quæ verisimiliter non est brevi perventura diffamatio, graviter peccat contra charitatem, imo et probabilius contra justitiam cum onere restituendi. 363. Qui diffamatum uno tempore diffamat alio quo prius ejus crimen oblivione aut bona vita est oblitteratum, peccat non solum contra charitatem, sed etiam probabilius contra justitiam cum obligatione restituendi. *Ibid.* Excipiendum videtur crimen quod fuit notorium per sententiam publicam. *Ibid.* Qui alterum diffamavit falsum dicendo, debet retractare quod dixit, asserere se falsum dixisse, et si opus est ad fidem faciendam, juramentum et testes adhibere, quamvis diffamando non adhibuerit. 366. Potest-ne quis aperire crimen volentis se occidere corporaliter ut impediatur, etiamsi diffametur? VIII, 365. Potest-ne manifestari fur ut restituat ablatum, etiamsi inde diffametur? *Ibid.* Sacerdos potest-ne dare hostiam non consecratum? profanatio sacramenti est-ne majus malum quam diffamatio indigne accedentis? *Ibid.* Diffamare proximum est contra jus naturale : violare religionem secreti est mentiri. IX, 443. Qui injuste alterum diffamavit, revelando crimen verum sed occultum, tenetur restituere famam in quantum potest, sine mendacio tamen, utpote quod dicat se male dixisse, vel quod injuste eum diffamaverit, quod allucinatus fuerit, quod erraverit, aut quid simile. 367. Secundus modus reparandi famam est tacere de priori dicto, et laudare sæpe cum veritate eum cui detraxisti. *Ibid.* Quando fama restitui non potest modis assignatis, debet aliter compensari, nimirum per pecuniam aut aliquid pecunia æstimabile, per preces, eleemosynas, aut per alium aliquem convenientem modum secundum arbitrium boni viri, considerata conditione utriusque personæ. *Ibid.* Hæredes diffamatoris defuncti tenentur-ne loco ipsius ad restitutionem? 365.

Differentia, *Vide* Distinctio.

Differre diutius quam par est plures missas est peccatum mortale obnoxium restitutioni. IX, 215.

Dignatio. Dignationi et gratiæ operi nihil penitus est subtrahendum. III, 325.

Dignitas alicujus potest attendi dupliciter : 1° simpliciter et secundum se ; 2° per comparationem ad bonum commune. VI, 201.

Dilectio, qui diligit aliquid, diligit-ne id quod est connexum cum illo? I, 392. Dilectio est electio unius boni præ alio. V, 269. Unum potest plus altero diligi tripliciter : 1° objective; 2° appretiative; 3° intensive. 297. Diligimus-ne intensius id quod est nobis magis conjunctum ? 299. Præceptum dilectionis Dei, cum sit affirmativum, non obligat semper ad actus continuos; obligat-ne tamen ad semper virtute? 317. Præceptum dilectionis Dei per se obligat : 1° initio usus rationis ad hoc sufficientis. 314; 2° in fine vitæ; 3° sæpius in vita. *Ibid.* Non sufficit semel in vita, nec semel in quinquennio. *Ibid.* Non obligat etiam quotidie, ut quidam putant colligere ex oratione Dominica. *Ibid.* Per accidens obligat præceptum dilectionis Dei quoties urget aliud præceptum quod non potest impleri sine dilectione, quia qui tenetur ad finem tenetur ad media. 315. Dari præceptum speciale a cæteris distinctum diligendi Deum actu interno explicito, negarunt non pauci. 312. Præceptum dilectionis Dei sic intelligi debet, ut nihil supra Deum, aut contra Deum, aut æqualiter ei diligatur. 324. Homo in tantum diligit seipsum in quantum diligit se secundum naturam spiritualem. 301. Homo magis diligere debet proximum quam corpus. 303. Qui hominem diligit propter se constituendo in eo suum finem, eo fruitur. 332. Aliquis ordo est servandus in dilectione proximorum ; unus diligendus est magis quam alius. 306. Sanctitas est præferenda cognationi carnali in dignitate et æstimatione. 309. Meliores sunt magis objective diligendi quam nobis conjunctiores, minus boni. 306. Nobis secundum carnem conjunctiores sunt magis intensive diligendi quam meliores extranei. *Ibid.* Per se loquendo. 307. Inter varie conjunctos, carnaliter conjuncti per se loquendo sunt magis diligendi in his quæ pertinent ad naturam quam aliter conjuncti. 308. Pater plus diligendus est objective quam filius, filius plus intensive quam pater. 309. Pater plus diligendus est quam mater. *Ibid.* Cæteris paribus; aliter non. *Ibid.* Pater plus est diligendus objective et appretiative quam uxor, uxor autem plus intensive quam pater et filius. *Ibid.* Potest tamen hic ordo immutari sine gravi peccato. *Ibid.* Præceptum dilectionis proximi in quibus obligat casibus? 315. Est actus virtutis conservare vitam proximi. 306. Dilectio inimici potest considerari dupliciter : 1° in universali; 2° in speciali. In veteri Lege erat necessarium diligere inimicos. 293, 294. Dilectio inimicorum est necessaria perfectioni cujusque christiani. *Ibid.* Intentio interna et significatio externa offensiva inimici, sunt considerandæ ut dignoscatur quando et quantum peccatur in exhibitione signorum charitatis erga inimicos. 295. Signa communia charitatis sunt ea quæ communiter omnibus exhibentur. 294. Signa specialia charitatis sunt ea quæ determinatis personis aut amicis aut familiaribus exhibentur. *Ibid.* Signa et opera communia charitatis sunt exhibenda inimicis, non specialia. *Ibid.* Per se loquendo. 296. Per accidens possunt denegari sine peccato signa communia charitatis inimicis. 295. Per accidens præceptum est dare inimicis signa specialia charitatis. 296. Præceptum diligendi inimicos et ipsis benefaciendi est affirmativum; non obligat pro semper et in omni casu. VI, 240. Præceptum diligendi Deum ex toto corde non intelligitur de totalitate intentionis. IX, 293.

Diluvium. Mensis quo incœpit diluvium dicitur secundus; alii, ut Josephus, contendunt inccepisse diluvium in autumno; alii ut S. Ambrosius, collocant in verno tempore et dicunt mensem secondum fuisse qui Maio nostro respondet. Varii varie. II, 248.

Dimissoriæ Litteræ quid sunt? X, 50.

Dionysius (S.) Areopagita, alter sancti Pauli discipulus, auctor libri de Divinis nominibus. II, 16.

Dionysius (S.) Alexandrinus contra Sabellium scripsit ad Dionysium Romanum pontificem. II, 1. Damnata primum fuit hæresis Sabellii ab eodem S. Dionysio Alexandrino in synodo Alexandriæ coacta anno 319. *Ibid.* S. Dionysius Alexandrinus dum Sabellium impugnaret, Arianum dogma propugnavit. 30. Dionysius Alexand. errorem millenariorum oppugnavit. IV. 33. S. Dionysium Rebaptizantibus adhæsisse testatur S. Hieronymus. VIII, 350. Ab illo tamen errore alienum fuisse multi contendunt theologi, quorum citantur auctoritates. *Ibid.*

Dionysius. Pontifex Romanus ad quem scripsit S. Dionysius Alexandrinus. II, 1. *Vide* precedent.

Dioscorus. Legimus in epistolis S. Augustini quemdam Dioscorum architheatrum, nugaciter ludentem in theatro, et mysteria religionis nostræ subsannantem, recepisse baptismum, qui probatus fuit. VIII, 303. Erat-ne validum hoc baptisma? *Ibid.*

Dioscorus in concilio Chalcedonensi, act. I. prohibitus est sedere inter episcopos. II, 589 et V, 229.

Disciplina. Ecclesiæ non colligitur ex legibus imperatorum, sed Ecclesiæ. V, 170. Qui violat solum Ecclesiæ disciplinam potest jure plecti pœna depositionis. VIII, 392.

Discordia generatim est dissentio voluntatum aut judiciorum. V, 314. Prout opponitur charitati discordia est dissentio voluntatum circa bonum divinum vel proximi, in quo tenemur ex charitate consentire. *Ibid.* Discordia contingit dupliciter: per se, et per accidens; per se est peccatum mortale; per accidens, non est peccatum, nec repugnat charitati. *Ibid.* Discordia filia est inanis gloriæ. VIII, 46.

Discretio est-ne ascribenda causæ nobiliori et principali? I, 204. Quo tempore infantes perveniant ad annos discretionis non potest certo definiri. IX, 347.

Discursus est-ne essentialis scientiæ. I, 16. Ad discursum intellectualem proprium et formalem requiritur quod unum cognoscatur ex alio, id est, quod ex alio prius noto deveniatur in cognitionem alterius posterius noti quod erat prius ignotum. II, 186.

Dispensatio. Dispensatio duplex est, proprie et improprie dicta. Dispensatio proprie dicta, est relaxatio legis seu ejus obligationis in aliquo particulari facta ab habente potestatem, manente materia legis sic immutata, ut ejus obligatio remaneret, si non accederet auctoritas dispensantis. Dispensatio improprie dicta est quando legislator vel alter sic mutat materiam legis, ut desinat comprehendi sub lege. IV, 460. Dispensatio propria spectat legislatorem seu superiorem; dispensatio autem impropria spectat dominum materiæ, sive sit legislator et superior, sive non. *Ibid.* Quidam opinati sunt Deum posse absolute dispensare in omnibus præceptis legis naturæ, imò totam illam legem abrogare, ita ut etiam odium Dei non esset peccatum. Sed hæc opinio merito rejicitur et nunc inolevit. *Ibid. et seqq.* Potestas humana non potest proprie dispensare in lege naturæ. 465. Dispensatio est relaxatio obligationis legis. Differt ab abrogatione et derogatione, ab interpretatione, licentia, absolutione et privilegio. 521. Dispensatio, cum sit contra jus commune, est odiosa. 522. Potestate ordinaria dispensare potest in suis legibus ipse legislator, ejus successor et superior, cui legislator aut successor est subordinatus. *Ibid.* Et superior dispensat illicite sine causa legitima in sua vel inferioris lege. 523. Superior valide dispensat sine causa legitima in sua et sui inferioris lege. 524. Inferior non potest dispensare nisi potestate delegata et quantum illi concessum est, vel a jure, vel a consuetudine, vel a superiore. *Ibid.* Inferior nec licite nec valide dispensat sine causa legitima in lege superioris. 525. Petens dispensationem sine legitima causa peccatne? 523. Generaliter loquendo assignantur communiter tres causæ legitimæ dispensandi, pietas, utilitas præsertim boni communis, et necessitas. 525. Cessante causa dispensationis, cessat-ne dispensatio? *Ibid.* Quid certum est et quid incertum. 526. Dispensatio data subsistente legitima causa, si causa cesset antequam dispensatio sortiatur suum effectum, non ideo cessat dispensatio, nisi sit restricta expresse vel tacite ad tempus quo durabit causa. 526. Distinguenda duplex causa dispensationis, una principalis et finalis; altera minus principalis seu impulsiva tantum. 527. Subreptio seu reticentia veri ad rem per se et intrinsece pertinentis, seu error circa moralem substantiam rei, reddit dispensationem nullam. 528. Quando Romani apponunt in dispensatione alias causas quam eas quas exposuit orator, illæ non debent esse veræ ut sit valida dispensatio. 529. Quando dispensatio petitur in curia Romana, subreptio seu reticentia illius quod jus seu stylus hujus curiæ requirit, vitiant dispensationem. 528. Dispensatio petitur a sacra Dataria in triplici forma; in forma nobilium, honestorum et pauperum. 528 et 529. Defuncto dispensatore non cessat dispensatio. 529. Dispensationi renuntians incurrit denuo obligationem legis. *Ibid.* Si prælatus præcipiat aliquid contra regulam, inferior non tenetur obedire, nisi prælatus possit dispensare et adsit justa causa dispensandi. VI, 387, 388. Hi qui possunt cum

aliis dispensare jure ordinario, quales sunt, Papa, episcopi, prælati regulares exempti, possunt etiam indirecte secum dispensare, et probabiliter directe. VII, 383, 384. Duplex est facultas generalis dispensandi : prima, quæ dicitur talis, quia est vaga et indeterminata, ut dispensandi in rotis, absolvendi a peccatis, eligendi sibi confessorem. 287. Secunda, quæ dicitur talis, quia determinate et explicite includit omnes casus, licet in genere tantum, ut dispensandi in omnibus rotis, absolvendi ab omnibus casibus. *Ibid.* Qui dispensat sine causa, peccat graviter vel leviter pro conditione materiæ; item qui utitur tali dispensatione. 288. Quænam sunt causæ sufficientes ad licitam et validam dispensationem? 289. Ecclesia non potest dispensare in iis quæ sunt juris divini primo modo; potest dispensare in iis quæ sunt juris divini secundo modo. IX, 330. Episcopus ex consensu tacito summi Pontificis dispensat, in iis quæ non patiuntur moram. Si sine causa dispenset, nec valida, nec licita est hæc dispensatio. X, 178. Dispensatio est obreptitia quando allegatur falsum pro ea obtinenda; est subreptitia quando reticetur verum. 179. Quisnam censetur pauper quando agitur de petitione dispensationis impedimenti dirimentis matrimonium. 179. Dispensationes Romæ conceduntur in duplici forma; in forma commissoria, et in forma gratiosa. *Ibid.* Error circa substantiam moralem rei, reddit dispensationem nullam. *Ibid.* Si abreptio aut subreptio cadit super causam principalem dispensationis, dispensatio est nulla. 178. Duplex est Romæ tribunal ad quod recurritur pro dispensationibus obtinendis, scilicet : sacra Pœnitentiaria, et Dataria. Quænam sunt differentiæ inter utramque? 132.

Dispositio duplex est, directa et indirecta; dispositio indirecta est per modum removentis prohibens; dispositio directa est ad formam ejusdem speciei aut per se ei subordinatur. 426.

Distinctio. Quamvis hæ voces, distinctio, pluralitas, divisio, diversitas, differentia, quandoque promiscue pro eodem usurpentur, non tamen sub eadem formalitate significant. I, 51. Distinctio nihil aliud est quam carentia identitatis : dividitur in distinctionem realem et distinctionem rationis. *Ibid.* Distinctio realis est identitatis carentia quæ datur a parte rei independenter ab intellectu. Est duplex; una realis simpliciter, quæ dicitur major; altera realis modalis, quæ dicitur minor. *Ibid.* Realis major est inter entia perfecta quæ ab invicem separantur, vel separari possunt. Realis minor est inter rem et ejus modum. *Ibid.* Distinctio rationis est identitatis carentia sub conceptu tantum inter ea quæ a parte rei non sunt distincta, sed unum et idem; est etiam duplex : una rationis ratiocinantis; altera rationis ratiocinatæ. *Ibid.* Scotus cum suis hanc distinctionem rationis ratiocinatæ seu virtualem rejicit, aliamque astruit quam dicit actualem formalem ex natura rei. *Ibid.*

Distractiones involuntariæ in recitatione Horarum eximunt-ne scrupulosos ab hac recitatione? IV, 492.

Divina Officia dicuntur sacræ functiones quæ ab Ecclesia solemniter fiunt, ut Missæ sacrificium, publica recitatio Horarum canonicarum, quævis alia oratio publica, processio, benedictio, consecratio. IX, 301.

Divinatio juxta nominis etymologiam est quam *divina actio*. VII, 376. Divini dicuntur *quasi Deo pleni*. *Ibid.* Sola futurorum prænuntiatio dicitur proprie divinatio. 381, 382. Vox *divinatio* extenditur tamen ad aliarum rerum prænuntiationem. *Ibid.* Divinatio proprie dicta, est prænotio seu prædictio futurorum modo indebito. VII, 376. Divinatio est species superstitionis qua cultus divinus impenditur dæmoni, non directe et ex intentione honoris vel adorationis, ut in idololatria, sed indirecte et ex consequenti. 377. Duplex est genus divinationis : primum quod est per expressam dæmonis invocationem; secundum per tacitam; et hoc est iterum duplex : unum quod fit per considerationem vel motum alterius rei; aliud per considerationem alicujus operis necessarii : unde universaliter est triplex genus divinationis sub quorum singulis continentur variæ species. *Ibid.* Sub primo genere divinationis continentur : 1° præstigium; 2° divinatio somniorum; 3° necromantia; 4° divinatio per pythones; 5° vocatur vel *geomantia*, vel *hydromantia*, vel *acromantia*, vel *pyromantia*, vel *haruspicium*, vel *oraculum*. 378. Omnis secundi generis divinatio, si extendatur ultra illud ad quod potest pertingere secundum ordinem naturæ vel divinæ providentiæ, est superstitiosa et illicita. 381, 382. Sors divinatoria, qua res vel futura, vel alioquin occulta exquiritur, citra specialem Dei inspirationem aut mandatum, ut in detectione Achan Josuë, VII, est illicita et superstitiosa. 383. Sors divisoria ubi expectatur tantum casus fortuitus, nec divina oracula ad terrena negotia adhibentur, utendo, v. g. libro Evangeliorum ad sortiendum, non videtur habere nisi forte vitium vanitatis et otiositatis, dum fit absque necessitate aut utilitate; si fiat autem cum necessitate aut utilitate, est licita. *Ibid.* Si quis utatur somniis ad præcognoscenda futura, secundum quod somnia procedunt ex revelatione divina, vel ex causa naturali, quantum potest se virtus talis causæ extendere, non erit illicita divinatio : si autem hujusmodi divinatio fiat per somnia a dæmone excitata vel a causa naturali, sed ultra quam ejus virtus extendi potest, erit illicita et superstitiosa. 380. Omnes divinationis species recensitæ non sunt ita distinctæ, ut necesse sit eas exprimere in confessione. 378. Omnis divinatio est-ne peccatum mortale? *Ibid.* Gene-

raliter loquendo, in quo consistit peccatum divinationis. 376.

Divisio. Materia particularum divisionem in infinitum non capit mens humana. II, 238. Divisio rerum facta est, non jure naturæ, non jure divino positivo, sed jure gentium. VI, 58. Apparet ante diluvium fuisse aliquam bonorum divisionem; longe major facta est rerum divisio post diluvium. *Ibid.*

Divites qui norunt extremam vel gravem necessitatem proximi tenentur in solidum ad eleemosynam faciendam. V, 348. Non tenentur inquirere de necessitate, nisi ipsis incumbat cura pauperum, vel habeant rationem suspicandi. *Ibid.* Divites sunt-ne honorandi præ cæteris. VI, 212. Dives potest in spiritu humilitatis et pœnitentiæ, sive sponte, sive ex injunctione Ecclesiæ, suscipere peregrinationem mendicando. 402.

Divortium dicitur a divertendo. X, 170. Divortium est separatio conjugum. *Ibid.* Qua auctoritate possit et debeat fieri divortium? 171, 172. Matrimonii vinculum dissolvi non potest propter adulterium alterius conjugis. 156. Exceptis quibusdam casibus divortium propter adulterium alterius conjugis potest fieri. 170. Licet-ne non solum, sed etiam debet-ne ex præcepto fieri divortium propter adulterium alterius conjugis? *Ibid.* Præter adulterium sunt aliæ causæ divortii. 171. Crimen quod est vel adulterium tantum, vel homicidium tantum, vel utrumque simul, positis certis conditionibus jam assignandis, dirimit matrimonium jure positivo. 170, 171. Sævitia conjugis tanta ut alter sine periculo cohabitare non possit, est causa divortii. *Ibid.* Hæresis seu infidelitas compartis est causa divortii. *Ibid.* Si pars compartem pertrahat aut sollicitet ad peccatum mortale, est causa divortii. *Ibid.*

Divulgatio legis est declaratio ipsius promulgationis facta per privatos fide dignos iis qui promulgationi non interfuerunt. IV, 471.

Doctrina. Tripliciter alicujus doctrina potest tradi in occulto : uno modo ex intentione docentis, qui intendit doctrinam suam non manifestare multis : secundo modo doctrina alicujus dicitur tradi in occulto, quia paucis proponitur : tertio modo aliqua doctrina dicitur esse in occulto quantum ad modum docendi, quatenus obscure proponitur. III, 201.

Dogmata. Substantia dogmatis pertinet ad fidem, non vero modi quos excogitarunt theologi ad illud explicandum. III, 393. Dubius de revelatione alicujus dogmatis non tenetur credere propter periculum erroris. IV. 241. Qui deliberate dubitat dubio positivo de aliquo articulo fidei sufficienter proposito ab ecclesia, est formaliter hæreticus. V, 56. 57. Dogma proponendum fidelibus est inseparabile a facto. 123. Dogmata præcipua tradita sunt verbis propriis et claris. IX, 46.

Dolens de peccato mere ob ejus turpitudinem, sine ullo ad Deum offensum respectu, non peccat. V. 321. Dolens de peccato, quia repugnat rationi vel convictui humano, sive quia ex illo sequitur dispendium famæ vel bonorum temporalium, etc. insufficienter et infructuose conteritur. IX, 291. Dolens de amissione parentum, amicorum, bonorum, etc. intensius etiam dolore voluntatis quam de peccato, non statim est culpandus. 193. Vulgares qui amarius et intensius sensibiliter deflent mortem parentum, aut amicorum, etc. quam Dei offensam et amissionem, sunt excusandi et consolandi. *Ibid.*

Dolor. Dolor secundum quod est passio in dæmonibus esse non potest. 11, 215. Dolor vero secundum quod est actus voluntatis, est in eis : quia dolor sic sumptus nihil est aliud quam renisus voluntatis ad id quod est vel non est. *Ibid.* Ad dolorem duo requiruntur, nempe conjunctio alicujus mali et perceptio hujus modi conjunctionis. *Ibid.* Utrum omnis dolor in dæmonibus pertinet ad pœnam quæ dicitur sensus? *Ibid.* Ad pœnam sensus pertinet dolor qui provenit ex cruciatu ignis, vel aliorum. *Ibid.* Dolor qui requiritur in pœnitente, debet esse rationalis, seu appetitus rationalis, non necessario sensitivi. IX, 264. Dolor rationis de peccato non potest esse nimius; bene tamen dolor sensibilis. 295. Dolor rationis debet esse major appretiative de uno peccato quam de alio; quia in peccato graviori est major ratio doloris quam in leviori, cum sit major Dei offensa. 296. Dolor peccandi est-ne involuntarius? 305. Dolor ex amissa beatitudine est-ne pœna sensus, vel damni? 378.

Dolus est executio astutiæ ordinarie per verba. Dolus et fraus nemini patrocinantur; regula juris. VIII, 94.

Domicilium. Non solum qui habent domicilium aut quasi-domicilium in territorio alieno, sed etiam qui sunt in illo transeunter, ut itinerantes, peregrini et vagi, probabilius tenentur legibus particularibus hujus territorii, si illic trahant moram observationi legis proportionatam. IV, 514. Domicilium est fixa et perpetua habitatio inter limites diœcesis vel parochiæ. IX, 356. Quasi-domicilium habet qui per magnam partem anni habitat in diœcesi vel parochia. *Ibid.*

Dominari, inquit sanctus Gregorius nihil aliud est quam subditum quemquam possidere. IV, 93.

Dominationes computantur inter angelos ministrantes, non sicut exequentes ministerium, sed sicut disponentes generaliter et mandantes quid per alios fieri dubeat. II, 231.

Dominicani. Pacis initæ inter Dominicanos et Jesuitas, ope Philippi III regis Hispaniæ, secunda conditio fuit, ut ambæ partes, conjunctis votis pro controversiæ auxiliorum definitione, summo pontifici supplicarent. 1, 225. Dominicani seu religiosi ordinis S. Dominici, tenentur privatim Officio B. Ma-

riæ virginis, Defunctorum, Psalmis graduabilus quando præscribuntur in choro. VII, 214, 215. Secundum communem opinionem tenentur ad Officium Defunctorum die secunda Novembris, et ad Litanias in festo. S. Marci et in triduo Rogationum. *Ibid.*

Dominicus (S.) affuit concilio Lateranensi IV, ut plures testantur auctores. V, 246. S. Dominicus exposuit propriam vitam. Contra Albigenses et Lollardos dimicavit armis, prædicatione et miraculis. IX, 44.

Dominium est potestas libera et sui juris, quæ se movet prout vult. IV, 133. Dominium ut movens pertinet ad voluntatem. *Ibid.* Dominium non solum importat vim movendi, sed etiam intimandi et dirigendi, quia non est dominium mere impulsivum, sed rationabile et ordinatum. *Ibid.* Dominium est duplex : 1° jurisdictionis, quod est potestas gubernandi suos subditos; 2° proprietatis, quod est facultas disponendi de aliqua re ut sua in proprium commodum. VI, 16. Dominium proprietatis est duplex : unum plenum et perfectum; alium non plenum et imperfectum : primum dicitur directum; secundum, utile. *Ibid.* Dominium proprietatis plenum et perfectum, prout directum et utile complectitur, recte definitur : Jus in re, seu facultas legitima disponendi de re tanquam sua, ad quemlibet usum lege non prohibitum, in proprium commodum. *Ibid.* Ad perfectum dominium eædem conditiones requiruntur ac pro jure in re. 17. Res respective ad dominium sunt duplicis generis : quædam sunt appropriate, id est, habent proprium et determinatum dominium; quædam sunt communes aut quasi-communes, quæ scilicet nullum ex se censentur habere dominium : unde diversi sunt modi acquirendi dominii. 56. Rerum quæ sunt appropriatæ alicui acquiritur dominium voluntate domini vel auctoritate legis. *Ibid.* Illarum quæ nullius sunt acquiritur dominium prima occupatione. *Ibid.* Dominia rerum quæ sunt alicujus, duplici modo acquiruntur, volente et nolente domino : volente domino, ut donatione, testamento, etc.; nolente domino, tripliciter : 1° jure gentium; 2° sententia judicis; 3° auctoritate legis. 71. — Dominium omni et soli naturæ intellectuali, nempe Deo, Angelo et homini competit. 23. Angeli, sive boni sive mali, non habent proprie dominium nisi suarum operationum. *Ibid.* Soli homini inter omnes creaturas competit proprie dominium, maxime in res sublunares. 23. Omnes res sublunares cadere possunt sub dominio hominis, quatenus potest eas sibi comparare, et de comparatis pro nutu disponere : earum vero de facto est dominus quas legitimo titulo possidet. Est dominus operationum quæ libere exercentur per intellectum et voluntatem, per sensus exteriores, et per potentiam locomotivam : potest dici dominus actuum supernaturalium. 25. Homo non est absolute et directe dominus vitæ suæ et membrorum, sed custos tantum et usuarius : solus vero Deus est dominus. *Ibid.* Homo potest cadere sub dominium proprietatis alterius hominis. 18. Amissa possessione non semper amittitur dominium. 50. Nec principes nec respublica habent dominium directum in vitam et membra civium, quasi pro libitu cives possint occidere aut mutilare; sed indirectum tantum, in quantum quorumdum vita est bono publico noxia. 17. Principes seu respublica habent-ne dominium officiorum sæcularium? VI, 205. Homo est capax dominii, et licite res exteriores ut proprias possidet, posita earum divisione. 286. Dominium ut sic, ex una parte importat auctoritatem et potentiam in rem vel personam; ex altera parte, subjectionem rei vel personæ, talem, ut ipsa dicatur alterius. VIII, 16.

Dominus. Nemo potest absolute duobus dominis servire. IV, 159. Inter servum et dominum potest-ne dari perfecta amicitia? V, 272. Dominus alius est directus, alius utilis. 64.

Donatio. Quomodo fideles donarunt bona sua Ecclesiæ et ecclesiasticis. VI, 34. Quanam conditione Ecclesia illa recepit. 35. Donatio, quasi doni datio, communiter definitur: Datio liberalis; ita ut in quantum deficit a liberalitate, in tantum deficiat a perfectione et ratione donationis : id enim donari videtur, inquiunt jura, quod nullo jure cogente conceditur. Donatio stricte sumpta debet excludere ex parte donantis omne debitum non solum justitiæ, sed etiam gratitudinis seu aliud quodcumque. VII, 41. Dividitur donatio 1° in completam seu realem, et in incompletam seu verbalem. Completa seu realis est quam comitatur rei donatæ traditio : confert dominium seu jus in re .Incompleta seu verbalis est quam non comitatur rei donatæ traditio. Dividitur 2° in donationem inter vivos et in donationem causa mortis. 42. Debent hæ donationes acceptari a donatario. Donatio inter vivos est irrevocabilis, exceptis quibusdam casibus. *Ibid.* Probabilius si donatio non excedat beneficium acceptum, debet censeri mere liberalis et prohibita quoad excessum. *Ibid.* Quantum ad quantitatem rei donatæ irritatur donatio inter vivos omnium bonorum præsentium et futurorum : potest tamen valere hujusmodi donatio in certis casibus. 46. Quod si promissor aut donator ante acceptationem moriatur, res est dubia. 38. Sed quid si promissor aut donator promissionem vel donationem revocaverit ante acceptationem? *Ibid.* Promissio aut donatio facta absenti, et sic acceptata ab eo qui potest acceptare, etiamsi promissor aut promissarius moriatur ante ratificationem, valida est. *Ibid.* Donatio causa mortis est ea quæ fit intuitu et sub conditione mortis. 48. — Quando in jure donatio declaratur revocabilis propter ingratitudinem donatarii, non est intelligendum de donatione remuneratoria. 42. Quando in jure prohibentur aut irri-

tantur donationes, ut sunt donationes inter conjuges, intelliguntur donationes mere liberales et non remuneratoriæ. *Ibid.* Donatio dividitur in donationem puram, quæ caret modificatione, et in donationem non puram seu qualificatam, quæ fit cum aliqua modificatione. 43. Per se loquendo et abstrahendo a dispositionibus legum particularium, is et solus donare potest qui habet dominium liberum et administrationem liberam suorum bonorum. *Ibid.* Prælati regulares possunt de bonis communibus qualescumque donationes prudenter et discrete facere in utilitatem monasterii juxta tamen constitutionem et consuetudinem sui ordinis vel monasterii. 44. Religiosi officiales, ut sunt procuratores, œconomi, possunt ex tacito consensu superiorum facere aliquas eleemosynas aut donationes ex bonis communibus, juxta limites suæ administrationis et consuetudinem. *Ibid.* Jure communi simplex donatio mere liberalis, facta inter vivos marito ab uxore vel uxori a marito, est invalida et revocari potest a donante. 45. Defectu dominii liberi vel administrationis liberæ, dare valide non potest communitas religiosa bona immobilia aut mobilia pretiosa quæ servando servari possunt, nisi accedente licentia summi Pontificis. *Ibid.* Pater non potest dare filio non emancipato. *Ibid.* Filius tamen etiam non emancipatus potest dare patri de bonis castrensibus aut quasi-castrensibus. 46. Item mater potest dare filio. *Ibid.* Defectu administrationis valide donare non possunt qui carent usu rationis, ut sunt infantes, amentes. 43; item neque prodigi quibus a magistratu constitutus est curator. *Ibid.*; item neque pupilli, neque minorennes, neque filiifamilias, nisi de bonis castrensibus aut quasi-castrensibus; neque uxores, nisi de bonis paraphernalibus. *Ibid.* Uxores etiam possunt in variis casibus donare de bonis communibus aut dotalibus, sive ex consensu saltem tacito et præsumpto mariti. 44. Defectu dominii religiosi dicuntur vulgo donare non posse. *Ibid.* Religiosi privati nullam prorsus donationem, etsi remuneratoriam aut eleemosynariam, facere possunt, nisi de licentia expressa vel tacita aut præsumpta sui superioris. 45. Jus novum Gallicum quasnam regulas statuit circa donationes? *Vide append.* Donatio facta latroni est-ne invalida? X, 128.

Donatistæ dixerunt sacramenta collata ab hæreticis extra Ecclesiam, aut improbis intra Ecclesiam, esse nulla. VIII, 286. Donatistæ baptismum a catholicis collatum iterabant. 390. Donatistæ victi fuerunt in concilio Arelatensi. 356, 357.

Donum potest sumi essentialiter, notionaliter et personaliter : essentialiter, quatenus solum consideratur ut res quæ gratuito dari potest; notionaliter, prout dicit originem passivam a donante, convenitque tantum aliquibus personis et non omnibus; personaliter, prout convenit tantum uni personæ. 11, 138. Donum personaliter sumptum, est nomen proprium Spiritus sancti. *Ibid.* Dona Spiritus sancti sunt quædam dispositiones quibus anima redditur bene et facile mobilis a Spiritu sancto. VI, 6. Septem numerantur dona Spiritus sancti. *Ibid.* Donum Dei est efficacius quam peccatum. IX, 272, 273.

Dos beatorum. IV, 44. *Vide* Beati, Dos uxorum. *Vide appendicem ad jus novum Gallicum.*

Dubitare non est judicare seu assentiri, sed suspendere omne judicium seu assensum, et hærere fluctuans inter utramque partem contradictionis. IV, 293 et 204. Qui dubitat de aliqua re non eam ignorat invincibiliter. 237.

Dubium *subst.* et Dubius *adject.* Triplex distinguitur dubium, speculativum, speculativo-practicum et practice-practicum. Dubium mere speculativum est illud quod versatur circa naturam, substantiam, valorem, qualitatem, conditiones rerum sive speculabilium sive moralium : dubium speculativo-practicum est illud quod versatur circa bonitatem vel malitiam, licitatem vel illicitatem actus secundum se et in communi : Dubium practice-practicum est illud quod versatur circa bonitatem vel malitiam, licitatem vel illicitatem actus hic et nunc ponendi, attentis omnibus circumstantiis. IV, 204. Dubium distinguitur iterum in negativum et positivum. *Ibid.* Dubium est negativum, cum nullæ sunt aut admodum leves rationes pro et contra, et est improprie dubium. Dubium positivum est quando, propter rationes contrarias, utrinque æque vel fere æque probabiles, fluctuat inter utramque partem suspensus animus neutri assentiens. *Ibid.* Item aliud est dubium juris; aliud dubium facti. Ex dubio facti sequitur aliquando dubium juris. *Ibid.* Dubium negativum, non est proprie dubium, sed potius nescientia aut ignorantia. 206 et 207. Dubium negativum de honestate alicujus actionis prudens et rationabile deponendum est et contemnendum tanquam scrupulus. 207. Qui dubitat positive dubio speculativo-practico propter æqualem aut fere æqualem momentorum vim, de honestate objectiva sui actus, si non possit prudenter dubium deponere, debet eligere quod est tutius. *Ibid.* Qui negative dubitat dubio speculativo practico de honestate vel malitia objectiva suæ actionis, si post diligentem inquisitionem, nullam aut valde levem habeat rationem quod sit mala, potest, hoc dubio deposito et contempto tanquam scrupulo, formare sibi conscientiam moraliter certam quod liceat, et agere. 206. Quænam sunt adhibenda media ad deponendum dubium? 207. Quid censet S. Thomas de dubitatione orta immediate ex contrarietate opinionum. 212. Afferuntur multæ opiniones testimoniaque antiquorum doctorum et theologorum qui partem tutiorem esse eligendam stabiliunt, relicta minus tuta. 214. et seqq. Summi pontifices hanc regulam statuunt celebrem, *in dubiis tutiorem partem*

esse eligendam. 216 et 231. Ille est dubius qui versatur inter duas opiniones æque probabiles. 231. Regula quæ statuit partem tutiorem esse eligendam non est nova, est universalis. 234. Indicat præceptum, non consilium. *Ibid.* Fundatur in jure naturali quo peccati periculum vitare jubemur. *Ibid.* Tenenda est in dubio facti et juris. 235. Valet in dubiis positivis et in dubiis speculativo-praticis. *Ibid.* Valet etiam pro foro interno. 236. Dubium circa existentiam legis et circa certitudinem non est quid idem, 237. In dubio existentiæ legis aut nulla aut dubia saltem est possessio libertatis. 238. Opinio benignior est præferenda in quibusdam casibus. 240. Quando in dubio non constat quæ sit pars tutior, et urget necessitas agendi, agendum est juxta communes alias juris regulas. 241. Monitum ad probabilistas. *Ibid.* Duplex distinguendum est dubium : unum negativum, alterum positivum; negativum, quod quidam vocant in actu exercito, est quando quis apprehensa utraque parte opposita, an hoc sit verum vel falsum, neutri assentiens, absque ullo actu positivo suspensus manet : positivum, quod alii vocant in actu signato, est quando quis similiter apprehensa utraque parte opposita neutri assentiens, actu positivo judicat rem esse dubiam et incertam. V. 56. In dubio præsumendum est in favorem proximi. 350. Dubium sequens non facit quod judicium præcedens, si vere fuerit ex prudentia, sit falsum. VI, 3. In pari dubio melior est conditio possidentis. 76, 77 et 145. Quando agitur de cautela seu remedio adhibendo malis nostris vel alienis, licitum est interpretari dubium in pejorem partem, supponendo quod pejus est, aut etiam judicando quod posset esse tale. 113. Dubium potest esse vel de rebus, vel de personis. 111. Dubia de rebus non sunt in meliorem partem interpretanda, sed suis æstimanda momentis. *Ibid.* Dubia circa personas possunt dupliciter interpretari in meliorem partem : 1° negative, non declinando in pejorem; 2° positive, declinando in meliorem partem. 112. Dubia circa personas non sunt semper in meliorem partem interpretanda positive, sed in certis tantum casibus. Communiter cum Cajetano contra Soto. *Ibid.* Dubia circa personas sunt in meliorem partem interpretanda, saltem negative. *Ibid.* Dubium aliud est juris, aliud facti. Dubium juris, est si quis dubitet an hoc peccatum quod certo commisit, sit revera reservatum. IX, 376. Dubium facti est, si quis dubitet an peccatum quod certo scitur esse reservatum, commiserit. *Ibid.* Dubia de proximo non sunt interpretanda in pejorem partem. 407.

Duces exercitus tenentur ex officio curare, in quantum possunt, disciplinæ militaris observationem. V, 370. Providere debent justa stipendia militibus. *Ibid.* Et restituere debent damna quæ milites inferunt defectu stipendii. *Ibid.* Duces subordinati non debent exponere sine necessitate milites certæ internecioni. *Ibid.* Peccant mortaliter et tenentur ad restitutionem si partem stipendii militum recipiant, 371; si minorem numerum militum habeant et pro majori stipendium recipiant, nisi id fiat ex consensu expresso vel tacito principis. *Ibid.* Commissarii qui id scienter admittunt implicantur hoc peccato. *Ibid.* Tenentur ad restitutionem qui dum ducunt copias per provinciam, ob accepta munera a certis pagis vel civibus, alios sive pagos sive cives numero militum aggravant. *Ibid.*

Duellum est pugna unius contra unum. V, 373. Quatenus censuris ecclesiasticis subjicitur, est : Periculosa duorum pugna ex composito seu condicto inita, cum designatione temporis et loci. *Ibid.* Duplex distinguitur duellum : unum solemne et publicum; aliud simplex. *Ibid.* Semper est peccatum grave. 374. Duellum auctoritate publica est raro licitum. 373. 1° Non est licitum spectaculi aut ostentationis virium causa. 2° Est illicitum ad detegendum crimen vel innocentiam, ut olim frequentabatur. 3° Est illicitum ad finiendam litem vel controversiam inter privatos. *Ibid.* Per se loquendo non est licitum duellum ad finiendam litem vel controversiam, seu ad evitandum aut terminandum bellum inter principes. 376. Describuntur casus in quibus duellum auctoritate publica licitum esse videtur. *Ibid.* Duellum privata auctoritate non est licitum. 374. Defensio honoris aut bonorum fortunæ non reddit duellum licitum. *Ibid.* Duellum non est medium aptum ad conservandum vel recuperandum honorem. 375. Si provocans minetur mortem hic et nunc inferendam provocato si non acceptat duellum, potest-ne acceptare ut salvet vitam? *Ibid.* Si parato et armato ad duellum, a quo deterrere non possum, commodem arma mea, quia meliora sunt quam ipsius arma, me non incurrere excommunicationem quidam affirmant. 377. — Multiplices sunt pœnæ duellantium, 376; aliæ spirituales, ut excommunicatio latæ sententiæ, suspensio, interdictum; aliæ corporales, ut perpetua infamia, privatio sepulturæ ecclesiasticæ, etc. *Ibid.* Quinam incurrunt excommunicationem, quæ est præcipua pœna duellantium : permittentes? pugnantes? et cooperantes? 375. Spectatores ex industria, non autem transeuntes. *Ibid.* Dubium est an provocantes principales et pro se, pugna non secuta, incurrant excommunicationem. 376. Qui ratam habet pugnam, vel provocationem, aut aliam actionem in bullis Pontificum expressam, suo nomini factam, probabilius non incurrit excommunicationem. 377. Si unus vel ambo se provocant ad duellum, ad servandum honorem, non animo pugnandi, certo scientes impediendum ab amicis, aut aliter non futurum; vel etiam animo pugnandi et aliquos ictus inferendi, sed certi moraliter quod nullum inde damnum sit secuturum

rum, verum potius pax concilianda : probabiliter non incurrunt excommunicationem. *Ibid.* Omnes istæ pœnæ contra duellantes incurruntur-ne ipso facto ante sententiam judicis? 378. Quis potest absolvere a casu duelli? *Ibid.*

Dulcinistæ, seu Fratricelli, sic dicti a Dulcino suo duce, damnati sunt in concilio Viennensi. V, 247.

Dulia. Potest sive latria, sive dulía, dupliciter considerari, vel quod actum quo colimus Deum aut sanctos, vel quoad habitum et est specialis virtus, scilicet religio, quando est de Deo. III, 125. Hæc nomina, *latria* et *dulia*, sunt voces græcæ idem omnino significantes, scilicet servitutem. *Ibid.* Attamen quamvis hæc vocabula, *latria* et *dulia*, secundum privatam eorum institutionem, non sint propria Dei vel sanctorum cultui, usu tamen theologorum effectum est ut *latria* significaretur cultus Dei, *dulia* cultus sanctorum, *hyperdulia* cultus B. V. Mariæ. *Ibid.* Sancti in se *dulia* sunt colendi, propter specialem eorum excellentiam, scilicet sanctitatem inamissibilem et possessionem summi boni. 131. Beata Virgo Maria *hyperdulia* est colenda, propter super-excellentem ejus dignitatem. *Ibid.* Dulia et latria idem omnino significant, nempe servitutem ; sed usu Ecclesiæ, latria significat cultum Dei, et dulia cultum creaturarum, maxime beatorum in patria. VIII, 4. Dulia potest accipi dupliciter : late et communiter, secundum quod exhibetur reverentia cuicumque homini, ratione cujuscumque excellentiæ. *Ibid.*, stricte, prout secundum eam servus exhibet reverentiam domino. *Ibid.* Dulia stricte sumpta quæ honorem et debitam servitutem exhibet homini dominanti, alia est virtus a latria, quæ exibet servitutem divino Domino : hæc pertinet ad religionem, illa ad observantiam. *Ibid.* Honor qui per duliam, sive late sive stricte sumptam, exhibetur, coram Deo potest consistere in solo interiori motu cordis ; coram hominibus autem consistit in signis exterioribus. *Ibid.*

Durandus et cum illo quidam alii contendunt Personas divinas constitui per solam substantiam absolutam, non quidem ut absolutam, sed ut modificatam relationibus ; non vero per subsistentias relativas virtualiter distinctas ab absoluta. II, 103. Dicebat Durandus angelos esse ubique. 163. Durandus erravit circa transsubstantiationem. IX, 74. Durandus infantes esse ordinis incapaces existimabat. X, 55. Non agnovit Durandus matrimonium nisi ut sacramentum late sumptum pro signo rei sacræ. 93, 94.

E

Ebion sub Tito imperatore et Cleto Romano pontifice, anno circiter 72, hæresi Cerinthi addebat Christum hominem esse, non ex virgine, sed ex viro et fœmina natum. II, 308. Nunc nos posse adhuc observare cæremonias legis dicebat. VII, 419.

Ebionitæ, eo quod vinum esse a malo principio crederent, vinum non adhibebant in Eucharistia. IX, 114.

Ebrietas. Gula dividitur in duas species : in gulam stricte sumptam. et in ebrietatem. 99. Ebrietas est appetitus inordinatus solius potus inebriantis, et opponitur sobrietati. *Ibid.* Ebrietas dupliciter accipi potest : uno modo, prout significat ipsum defectum rationis qui accidit ex multo vino potato (per vinum hic intelligi debet omnis potus inebrians ;) et secundum hoc ebrietas non nominat culpam, sed defectum pœnalem consequentem ex culpa. 110. Alio modo ebrietas nominat actum quo quis in hunc defectum incidit. III. Qui actus potest causare ebrietatem dupliciter ; uno modo, ex nimia vini fortitudine præter opinionem bibentis, et sic etiam ebrietas potest accidere sine peccato, præcipue si non ex negligentia hominis contingat : et sic creditur Noë inebriatus esse. *Ibid.* Alio modo, ex inordinata concupiscentia et usu vini ; et sic ebrietas ponitur esse peccatum. *Ibid.* Ebrietas, ut est peccatum, definiri potest ex S. Thoma : *Voluntarius excessus in potu inebriante usque ad defectum usus rationis. Ibid.* Quidam addunt, definitioni, *voluptatis causa*, verum id non videtur absolute necessarium. *Ibid.* Ebrietas plane voluntaria, etiamsi semel tantum admissa, est secundum se peccatum mortale. *Ibid.* Contra quosdam qui contendunt solam assuetudinem se inebriandi esse peccatum mortale. *Ibid.* Ebrietas exponit ebrium periculo plura et gravia mala perpetrandi. 112. Ut ebrietas sit peccatum mortale, non requiritur totalis privatio usus rationis. 113. Certiora ebrietatis mortalis quænam et quot sunt ? *Ibid.* Hi qui excedunt in potu inebriativo, absque tamen defectu rationis, quia vel a natura vel assuetudine facti sunt potentes ad bibendum, aut quia norunt aliquo pharmaco impedire ne deficiat ratio, non peccant peccato ebrietatis proprie dictæ, sed peccato gulæ, quandoque venialiter, quandoque mortaliter, pro ratione excessus. *Ibid.* Teneturne uxor reddere debitum marito petenti in ebrietate ? 114. Licet-ne se vel alium inebriare causa mortis vitandæ aut sanitatis recuperandæ? Id non licere causa vitandæ mortis ab aliquo intentatæ, est communior sententia ; id licere causa sanitatis recuperandæ ex consilio medici, est plurium et gravium auctorum sententia. 114 et 115. Hunc autem ultimum casum esse metaphysicum plures existimant, quia non credunt dari talem morbum qui non nisi ebrietate sanari possit. *Ibid.* Cæterum in hypothesi quod detur, probabilius est non licere se inebriare, neque causa vitandæ mortis ab alio intentatæ, ne-

que causa sanitatis recuperandæ. *Ibid.* Non est licitum alterum inebriare aut inducere ad ebrietatem jussu vel suasione, propter quodcumque malum vitandum, sive mortem, sive defiorationem, sive proditionem civitatis aut patriæ. 116. Est-ne licitum cooperari ad hoc ut proditor aut alius graviter peccaturus se inebriet præter intentionem, v. g. provocando ipsum ad potum generosum cujus vim ignorat, aut clam infundendo in potu aliquid inebrians? 117. Ebrietas non est gravissimum peccatorum, est tamen grave et maxime fugiendum. *Ibid.* Ultra quod ebrietas tollit ab homine bonum ejus præstantissimum, nempe usum rationis et assimilatur bruto, est insuper ipsi fons et radix plurium et gravissimorum malorum tam spiritualium quam temporalium. 118. Ebrietas involuntaria excusat a peccato mala quæ ex ea fiunt, quia non sunt voluntaria neque in se neque in causa. *Ibid.* Si ebrietas fuerit plene voluntaria et culpabilis non excusat a peccato mala quæ prævisa sunt aut debuerunt ac potuerunt humano modo prævideri ex ea secutura; quia tunc sunt sufficienter voluntaria in causa; excusat autem si nec prævisa sunt nec potuerunt humano modo prævideri ex ea secutura; quia tunc non sunt voluntaria neque in se neque in causa. *Ibid.* Quid dicendum de illo qui pro prima vice se inebriat, respective ad effectus sequentes ex ebrietate? 120. Quandonam peccata ex ebrietate commissa imputantur ebrio, an quando se inebriat an quando ea committit? *Ibid.*

Ebrius. Quando ebrius de facto omittit sacrum, non potest illam omissionem vitare, sed potuit et debuit. IV, 301. Quibus indiciis dignosci potest an homo ita sit ebrius, ut peccet mortaliter? VIII, 113.

Ecclesia die Parasceves orat pro omnibus nullo excepto. I, 272. Si Ecclesia sciret certo quinam sint reprobi, oraret-ne pro illis? 288. Sicut Ecclesia dicitur unum corpus mysticum per similitudinem ad corpus naturale hominis; ita Christus dicitur caput Ecclesiæ mystice seu moraliter. II, 446. Ecclesia est sancta ratione puritatis fidei, sacramentorum, etc. 449. Ecclesia incœpit-ne in terris cum primi parentes cœperunt esse sancti? 454. Ecclesia orat Deum non tantam ut volentes et conantes adjuvet, sed etiam ut ex nolentibus volentes fiant. III, 334. Credimus Ecclesiam esse sanctam, quia habet Sponsum sanctum, dogmata sancta, leges sanctas, multos filios sanctos, et extra illam, nullus est sanctus; sed scimus ex S. Scriptura Ecclesiam esse aream in qua sunt paleæ cum tritico, etc. 439. Ecclesia exigit a catechumenis fidem hujus articuli symboli *Credo remissionem peccatorum*, quo sensu? *Ibid.* Per aream, agrum et sagenam intelligitur Ecclesia. IV, 413. Datur in Ecclesia potestas legislativa, eaque residet in SS. Pontifice et conciliis generalibus legitime congregatis pro tota Ecclesia, in legatis pro provinciis suæ legationis, in episcopis pro suis diœcesibus, in conciliis nationalibus seu provincialibus pro natione vel provincia, in comitiis generalibus ordinum religiosorum pro toto ordine. 449. Ecclesia Christi est republica bene ordinata. *Ibid.* Christus sufficienter providit suæ Ecclesiæ condendo quasdam leges tunc necessarias, et relinquendo Ecclesiæ potestatem alias condendi prout judicaret bono communi expedire pro circumstantiarum emergentium, personarum et locorum exigentia. 450. Duplex est in Ecclesia potestas, una fori interni seu conscientiæ, altera fori externi. 486. Ecclesia novos articulos fidei non condit, sed declarat tantum et proponit quid sit fide tenendum. *Ibid.* Ecclesiæ prohibitio aliter credere vel sentire quam sit definitum, sub anathemate vel censuris, intelligi-ne debet de actu priore interno fidei vel exterius manifestato. 487. Ecclesia obligando subdiaconum ad votum castitatis, prohibendo voluntatem internam non audiendi missam, excrcet-ne potestatem in actus mere internos? *Ibid.* Regula discernendi revelata non est S. Scriptura, neque spiritus privatus, sed sola Ecclesia. V, 4, 5. Ecclesia errare non potest in acceptanda fidei regula, est de fide. 53. Ecclesia habet jus prohibendi et condemnandi libros hæreticorum et alios perversam doctrinam continentes. 61.

Ecclesia, vox græca, latine *evocatio*, sive quia omnes ad se vocat, sive quia Deus præveniente sua gratia omnes ad eam vocat. 93. Quantum ad ejus significationem, Ecclesia generalissime sumpta significat quemcumque cœtum, seu congregationem, sive civilem, sive malam, sive bonam. Communi vero Scripturarum et SS. Patrum Ecclesia sumitur in bonam partem pro Ecclesia Christi. *Ibid.* Ecclesia Christi generaliter sumpta secundum omnem statum, locum et tempus, *Est congregatio fidelium in vero Dei cultu adunatorum sub Christo capite. Ibid.* Ecclesia Christi militans est *Societas fidelium baptizatorum ejusdem fidei professione, eorumdem sacramentorum participatione, eodem cultu inter se adunatorum, sub uno capite Christo in cœlis, et sub ejus in terris vicario summo Pontifice. Ibid.* Ecclesia significat etiam locum in quo fideles conveniunt. 94. Ecclesia dicitur hortus conclusus. 95. Nec omnes, nec soli prædestinati sunt in Ecclesia; est contra quosdam hæreticos. *Ibid.* Ecclesia stetit-ne aliquando solis traditionibus sine Scriptura? 88. Propositio Ecclesiæ non est absolute necessaria ad veram fidem saltem privatam; aliter enim Deus potest illam infundere. 47. Non soli justi, sed peccatores manifesti sunt in Ecclesia. 95. Vasa aurea et argentea, lignea et fictilia quæ sunt in magna domo juxta Apostolum, quid significat? 98. Schismatici et excommunicati excommunicatione majori, non sunt in Ecclesia. *Ibid.* Duo in Ecclesia attendi possunt:

unum interius, quod quidam vocant animam Ecclesiæ ; et aliud exterius, quod vocant corpus Ecclesiæ. 99. Quo sensu Ecclesia est domus spiritualis. 100. Notæ Ecclesiæ videri et credi possunt. 101. Notæ veræ Ecclesiæ sunt illi propriæ et non communes. 102. Quatuor sunt notæ Ecclesiæ veræ, nempe quod sit una, sancta, catholica et apostolica. *Ibid.* Quatuor notæ veræ Ecclesiæ assignatæ fuerunt in concilio Constantinopolitano. 105. Notæ reddunt Ecclesiam evidenter credibilem. 102. Mons significat Ecclesiam triumphantem. 101. Christus est primum fundamentum Ecclesiæ. 104. Quatuor notæ, de quibus supra, soli Ecclesiæ Romanæ conveniunt, non sectis hæreticorum. *Ibid.* Sectæ hæreticorum non habent unitatem consensionis in una fide. 105. Non habent sanctitatem. *Ibid.* Non habent catholicitatem. 105. Non habent apostolicitatem. *Ibid.* Ecclesia quoad aliqua lunæ comparatur. 111. Ecclesia comparatur regno, exercitui ordinato, navi, ovili. 147. Ecclesia duobus modis potest considerari : 1° ut est congregatio omnium fidelium ; 2° ut est congregatio prælatorum et doctorum. 106. Ecclesia militans ex triumphante derivatur per similitudinem. 147. Ecclesia Romana est una, est sancta, est catholica, est apostolica. 104, 105, 106. Vera Ecclesia est una. 102. Non tantum unitate numerali, sed etiam unitate concordiæ seu consensionis, et unitate ordinis seu dispositionis. 103. Ad unitatem Ecclesiæ requiritur ut fideles in fide conveniant. 147. Vera Ecclesia est sancta. 103. Est catholica, *Ibid.* : ratione loci, conditionis personarum, *Ibid.* ; ratione durationis ; ratione doctrinæ. *Ibid.* Universalitas loci dupliciter accipi potest : vel pro diffusione simultanea et permanenti, vel pro diffusione successiva tantum. *Ibid.* Universalitas personarum non est intelligenda de omnibus personis, sed de omni gente et genere personarum. *Ibid.* Vera Ecclesia est apostolica ratione originis et successionis non interruptæ. 104. — Ecclesia dicitur visibilis per suum exterius. 100. Ecclesia Christi est perpetuo visibilis. *Ibid.* Quo sensu Ecclesia spiritualis est. 101. Duplex est Ecclesiæ conspicuitas : essentialis, et accidentalis. 111. Ecclesia visibilis non potest deficere aut errare in rebus fidei et morum credendis. 106. Ut aliquid sit visibile non requiritur quod ex omni parte videri possit. 101. Visibilitas competit-ne sectis hæreticorum ? 102. Hæretici distinguunt inter Ecclesiam invisibilem prædestinatorum, et visibilem, compositam ex prædestinatis et reprobis : dicunt primam indefectibilem, non secundam : alii dicunt visibilem esse indefectibilem, sed pene posse extingui. 106. — Judex supremus et infallibilis in rebus fidei necessarius est. 113. Supremus et infallibilis controversiarum fidei judex non est Scriptura sacra, neque spiritus privatus. 114. Neque principes sæculares. *Ibid.* Ecclesia dispersa est infallibilis. 136. Promissiones infallibilitatis cui factæ sunt ? 112. Infallibilitas Ecclesiæ nititur assistentiæ Spiritus sancti ipsi promissæ. 138. Ecclesia in suis pastoribus repræsentata, sive per orbem diffusa, sive in unum congregata, errare non potest in rebus fidei et morum proponendis et definiendis. 107. Ecclesia judicat de sensu legitimo Scripturæ. Ecclesia non dominatur fidei nostræ. 118. Ecclesia est infallibilis in definiendo quis sit sensus Scripturæ et traditionis. 122. Et auctorum qui interpretantur Scripturam. 123. Veracitas infallibilis Ecclesiæ quibus rationibus probatur. 116. Quod tenet major pars Ecclesiæ potest aliquando non esse de fide. 141. — Infallibilitas Ecclesiæ circa facta dogmatica est-ne de fide ? 131. Judicium Ecclesiæ de sensu librorum, seu de factis dogmaticis, est infallibile. 121, 124. Potuerunt-ne ad examen revocari absque læsione infallibilitatis Ecclesiæ in his factis ? 134. Ecclesia retractavit-ne in pluribus casibus suum judicium de factis dogmaticis ? 130. Quænam fuit praxis Ecclesiæ ab origine sua in damnandis libris hæreticorum ? 191. Ecclesia habet-ne aliquam infallibilitatem grammaticalem ? 129. — Christus instituit Ecclesiam infallibilem circa mores. 112. Ecclesia est-ne infallibilis in approbatione ordinum religiosorum ? 109. Scripturæ testantur-ne Ecclesiam aliquando defecturam esse ? 110. Ecclesia defecit-ne aliquando ante Christum ? 109. Ecclesia novi Testamenti interiit-ne tempore passionis Christi ? 110. Ecclesia multa proponit fidelibus quæ non sunt revelata. 113. Ecclesia est fallibilis in factis personalibus, non in factis doctrinalibus. 130. Ecclesia errare potest circa facta personalia. 120. Ecclesia de internis non judicat. *Ibid.* Ecclesia mutat leges suas in iis quæ spectant disciplinam et quosdam ritus. 113. Regimen Ecclesiæ monarchicum est-ne aliquo sensu temperatum ? 147. Ecclesia non deficit vacante sede Romana per mortem capitis. 112. Extra Ecclesiam non est salus. 107. Ecclesia prohibet ne fideles vi compellantur ad fidem 52, 53. Sectæ orientales sunt-ne omnes extra Ecclesiam ? 206. Ecclesiæ particulares sunt partes unius Ecclesiæ universalis. 103. Quid intelligendum est per sedem et cathedram Petri seu Ecclesiam Romanam ? 195. Moriente Pontifice potest-ne periclitare fides Ecclesiæ ? 196. An Ecclesia Romana acceperit a Constantino Magno supremum dominium sive in urbem Romam, sive in alias civitates et provincias, dissentiunt auctores, alii negantes, alii affirmantes ; quidam referunt Pippino, alii Carolo Magno et eorum successoribus usque ad Carolum Calvum. VI, 86. Ecclesia potest saltem indirecte præcipere actus mere internos. VII, 227. Ecclesia ædificatur et administratur per fidem et sacramenta. VIII, 281. Ecclesia habet potestatem instituendi

novas voces quando eas judicat necessarias ad melius exprimendum dogma catholicum. 288. Expulsus ab Ecclesia non potest exercere munia Ecclesiæ licite, nisi in casu necessitatis. 293. Ecclesia non offert preces et sacrificia pro adultis qui martyrium subiere ante baptisma, sed eorum opem apud Deum implorat. 413, 414. Ecclesia Hispana improbavit regem Sisebutum, qui Judæos ad baptismum cogebat. 444. Præceptum Ecclesiæ quoad tempus est determinatio juris divini humana, non divina. IX, 332. In Ecclesia Orientali numerantur-ne septem ordines? X, 31, 32. Duplex est conjunctio Christi cum Ecclesia : una naturalis per incarnationem; altera moralis, seu spiritualis per charitatem et amorem. 90. Nomine Ecclesiæ intelligitur Papa et concilium generale. 178.

Ecclesia Gallicana declarationem dedit anno 1682, circa potestatem ecclesiasticam et summi Pontificis. V, 175. Faustum exitium habuit-ne hæc declaratio? 131 et 194. Est-ne contraria avitæ Ecclesiæ Gallicanæ doctrinæ? 211. Ecclesia Gallicana differt-ne ab aliis ecclesiis per hanc declarationem? 162 et 175. Hæc declaratio fuit-ne improbata et cassata ab Innocentio XI? 194. Ecclesia Gallicana accepit constitutiones summorum Pontificum contra Jansenium. 151. Ecclesiæ ubi deferbuit persecutio erectæ sunt. IX, 219. Ecclesiæ convenienter et laudabiliter dedicantur et consecrantur. *Ibid.* Ecclesiæ, vestes sacræ, si non sunt consecratæ, probabilius per ipsum usum sacra non fiunt. 224, 223. Quodnam est discrimen inter pollutionem Ecclesiæ et execrationem? 221. Quot modis polluitur Ecclesia? *Ibid.* Quot modis execratur? Ut Ecclesia censeatur polluta, debent-ne omnes causæ pollutionis Ecclesiæ esse publicæ? 221. A quo et quomodo Ecclesia polluta debet reconciliari? 222. Quælibet pars Ecclesiæ est-ne locus sacer, respective ad sacrilegium carnale quod in ea committi potest? VII, 164.

Ecclesiastici (libri) auctor de stylo minus polito veniam petit. V, 70.

Eduardus VI, Angliæ rex, edidit Rituale Anglicanum. X, 52.

Educatio. Generaliter loquendo, parentes debent filiis amorem et educationem tam temporalem, quam spiritualem. Quantum ad amorem et educationem temporalem, id ipsa natura dictat et clamat, ut patet in ipsis brutis. Et quia homo est ad finem supernaturalem elevatus, ipsi etiam incumbit educatio spiritualis. 14. Educatio corporalis importat providentiam vitæ, victus et status; educatio spiritualis importat instructionem, exemplum et correptionem. *Ibid.* Ad hæc tenentur parentes erga proles ex justitia. *Ibid.* Peccant parentes qui filios suos aut filias odio, malevolentia, quovis pravo affectu prosequuntur et *cætera alia multa. Ibid.* Peccant parentes contra educationem spiritualem filiorum, 1° quando illos non instruunt, vel per se vel per alios, in omnibus necessariis ad salutem : 2° quando male agunt coram illis; 3° quando illos nullo modo, vel raro, vel insipienter, vel durius reprehendunt. 14 et 15. Superiores spirituales, quales sunt episcopi et pastores debent suis subditis educationem spiritualem. 16. Patrini filiis spiritualibus, heri famulis et ancillis, præceptores discipulis debent etiam ex officio educationem spiritualem, nimirum instructionem, bonum exemplum et correptionem. *Ibid.* Ad ducationem hominis requiritur non solum cura matris a qua nutritur ad tempus, sed multo magis cura patris a quo instruendus est, defendendus, corrigendus, et in bonis tam interioribus quam exterioribus promovendus. 138. Proindeque necessum est ut in specie humana sit natura vinculum seu societas maris ad determinatam fœminam, non ad breve tempus, sed diu et per totam vitam; sic enim exigit secundum se debita prolis educatio. *Ibid.*

Effectus. Ad effectum supernaturalem requiritur quod causa sit supernaturalis, quia causa naturalis non potest dare supernaturalem quam non habet. I, 14. Item et maxime requiritur quod causa hæc supernaturalis sit proxima, non remota. *Ibid.* Effectus actualis petit-ne causam actualem? 60. Effectus quantumvis perfecte cognitus, non ducit in cognitionem causæ, nisi sub ea ratione qua ab illa procedit et connexionem per se habet cum illa. II, 36. Effectus consequens seu concomitans omissionem non est voluntarius absque obligatione illum impediendi, nisi forte omissio per modum medii ad hunc effectum ordinaretur. IV, 58. Omissio differt ab effectu illam sequente aut comitante respectu ad voluntatem. 60. Effectus distinguitur a causa in univocis. 182. Ut effectus sequens addat ad malitiam, non est necesse quod directe intendatur, sed sufficit quod sit indirecte et interpretative intentus. 183. Effectus creati sunt extrinseci Deo formaliter. V, 10. Effectus alicui causæ proprius potest ab alia produci in causis ex libera institutione. VIII, 264. Effectus inferior non semper superiori ad nutum obedit. IX, 295.

Electio duplex distinguitur; una proprie dicta, scilicet electio mediorum; altera minus proprie dicta, scilicet electio personarum ad finem. I, 430. Prima respicit executionem; secunda intentionem. *Ibid.* Electio definitur ab Aristotele : *Appetitus præconciliati.* Ex qua definitione sequitur hæc altera : *acceptatio discretiva unius medii præ alio ad finem consequendum.* IV, 126. Est substantialiter actus voluntatis includens et præsupponens actum intellectus. *Ibid.* Electio non est de fine ut finis est, sed tantum de mediis. *Ibid.* Electio non convenit brutis, quia electio regitur judicio et collatione unius præ alio. 127. Neque est de medio impossibili, quia electio est de medio in ordine ad finem consequendum. *Ibid.* Quo sensu verum est

quod semper electio sit de meliori. *Ibid.* Electio conjungit voluntatem cum volito affectivo tantum et in ordine intentionis. 150. Usus activus est actus distinctus ab electione, unde dixit S. Thomas : *Usus sequitur electionem*, et iterum : *medius* est usus *inter electionem et exercitium. Ibid.* Bona intentio, ut movens ad malam electionem, ex ea vitiatur; et electio mala ex bona intentione non cohonestatur, ejus tamen malitia minuitur secundum quid. 151. Electio bona, ut electio, sordescit ex mala intentione, et intentio mala non rectificatur ex bona electione. 153. Pravus finis potest non esse causa totalis et adæquata cur eligatur bonum opus, sed propria ipsius operis honestas potest etiam movere et propter se appeti. 154.

Electuaria frangunt-ne jejunium? VIII, 76.

Eleemosyna pro peccatis non solum appetitur ratione pœnitentiæ, sed ratione sui. IV, 154 et 155. Eleemosyna propter pravum finem erogata est medium ad malum. 157. Eleemosyna est virtus, seu actus virtutis; definiri potest : *Opus quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum.* V, 337. Est actus charitatis mediante misericordia. *Ibid.* Eleemosynæ sunt duplicis generis : corporales, et spirituales. *Ibid.* Septem sunt ejusmodi eleemosynæ. *Ibid.* Eleemosynam dare est in præcepto naturali, et divino positivo. 340. Præceptum eleemosynæ est affirmativum; ejus obligatio metienda est a necessitate aliena et a facultate propria. 346. Eleemosynæ spirituales simpliciter loquendo sunt potiores corporalibus. 338. Qui eleemosynam non erogat, non peccat contra justitiam sed contra charitatem. 341. Eleemosynæ debent fieri de superfluis status et quandoque de necessariis. 338 et seqq. Ex parte dantis, bona quæ possidet possunt esse illi dupliciter necessaria et superflua, scilicet quantum ad vitam, et quantum ad statum. 338. In judicando necessario status non est tantum habenda ratio præsentis, sed futuri. *Ibid.* Sed cavendum est ne ex avaritia vel ambitione exaggerantur necessitates futuræ. *Ibid.* Sub mortali tenetur quis bonis, tam naturæ quam superfluis, patienti extremam necessitatem eleemosynam facere. 341. De superfluis naturæ, etsi necessariis statui, tenemur sub mortali facere eleemosynam patienti extremam necessitatem. Est communis. In gravi necessitate proximi tenemur sub mortali illi subvenire de necessariis aliquo modo statui. *Ibid.* Eleemosyna fieri-ne potest de rebus illiciter acquisitis? 346. Non satisfacit præcepto eleemosynæ subveniendo illi qui simpliciter est pauper, mutuando, commodando, aut vendendo credito. 345. Sed satisfit ita subveniendo illi qui pauper est secundum quid. *Ibid.* Per se loquendo, ille solus potest facere eleemosynam qui habet liberam administrationem suorum bonorum. 346. Fictus pauper peccat petendo et accipiendo eleemosynas, teneturque illas restituere. *Ibid.* Qui præficit distributioni eleemosynarum, potest sibi retinere partem, si vere sit pauper. *Ibid.* Magistratus possuntne impedire ne in suis locis pauperes extranei mendicent? *Ibid.* Eleemosyna est-ne facienda voluntarie pauperibus qui, si vellent, non egerent? *Ibid.* Ea quæ Ecclesiæ ministris a populo conferuntur, non sunt puræ eleemosynæ, sed stipendia sanctis laboribus ex justitia debita, sicut debentur ei qui alterius negotia utiliter gerit. VII, 442. Eleemosyna datur simpliciter intuitu paupertatis. *Ibid.*

Elias. Probabile est Enoch et Eliam in Paradiso terrestri etiam nunc habitare. II, 294. Henoch et Elias translati sunt in aliquem locum amœnum a consortio hominum segregatum in quo vitam tranquillam agunt donec occurrant Antichristo; atqui non potest illis assignari locus amœnior et congruentior quam Paradisus terrestris, præsertim cum Vulgata Eccli. 44 habeat : *Henoch placuit Deo, et translatus est in Paradisum, ut det gentibus pœnitentiam.* 297. Henoch et Elias non sunt translati in cœlestem patriam, sed in locum amœnum mortalibus impervium, donec veniat Antichristus contra quem pugnabunt, et quo devicto morientur, ac tum demum æternam beatitudinem obtinebunt. III, 242.

Elipandus archiepiscopus Toletanus, una cum Felice episcopo Urgelitano circa finem sæculi VIII, propugnaverunt Christum non esse filium Dei naturalem, sed adoptivum tantum : unde consequens erat ipsum non esse Deum : hic error proscriptus fuit in concilio Forojuliensi, anno 791, Ratisbonensi 792 et et Francofordiensi 794. II, 307. Quo sensu Felix et Elipandus filiationem adoptivam in Christo propugnaverint : an sensu Nestoriano, ponendo duplex suppositum : an tertio sensu ratione humanitatis, servata unitate suppositi? disputant eruditi. III, 106 et seqq. Felix et Elipandus filiationem adoptivam in Christo sensu Nestoriano propugnaverunt. Est contra Vasquem. 113. Elipandum, diu veritati obstinate resistentem, cessisse tandem, et in communione Ecclesiæ mortuum narrant. *Ibid.* Hanc hæresim primi impugnaverunt in Hispania contra Elipandum, Etherius Uxamensis episcopus, et Beatus presbyter. *Ibid.*

Embrio hominis ante infusionem animæ rationalis quid est? II, 265.

Emphiteusis, vox Græca, Latine redditur, insitio seu implantatio. VII, 168. Emphiteusis definitur : Contractus quo rei immobilis dominium utile ad longum tempus transfertur, retento directo, sub onere pensionis annuæ solvendæ dominio directo. *Ibid.*

Emptio et venditio sunt duo contractus partiales correlativi unum integrum conficientes, qui dicitur emptio-venditio, et definiri potest : Contractus onerosus, mutuo consensu constitutus dandi mercem p

pretio determinato, et pretium determinatum pro merce. VII, 64. Contractus venditionis et emptionis originem ducit a commutationibus. *Ibid.* Materia emptionis vocatur numisma, pretium et pecunia. *Ibid.* *Vide* EMPTOR, VENDITIO, VENDITOR. Emptor malæ fidei tenetur rem vero domino reddere, etiam cum periculo amittendi suum pretium. V, 133. Si dominus rem suam repetat, emptor tenetur illi reddere : in hoc conveniunt omnes. *Ibid.* Si fur non compareat, aut si emptor bonæ fidei pretium suum recuperare non valeat, ipse emptor non potest rem alteri vendere aut in suos usus convertere ut se servet indemnem. *Ibid.* Si pretium non sit solutum, sed tamen assecuratum per pignus aut fidejussorem, tum non est reddenda res empta et tradita venditori potius quam aliis creditoribus : cum pignus aut fidejussor teneat locum pretii, transit absolute in dominium emptoris. 182. Qui palam in publicis nundinis emunt bona fide res furtivas, possunt-ne illas conservare, etiamsi deprehendant esse furtivas? 136. Is qui rem furtivam bona fide emit, et eadem bona fide durante alteri vendidit, debet rescindere contractum cum secundo emptore, cum dispendio sui, et reddére rem illam domino. 137. Sed si secundus emptor non comparcat ad rescindendum contractum, aut si res est consumpta, tenetur-ne nihilominus primus emptor refundere pretium domino rei? Alii negant, alii affirmant. *Ibid.* *Vide* VENDITIO, VENDITOR. Qui bona fide emit rem furtivam, ubi novit esse furtivam, tenetur-ne eam reddere domino, vel potest-ne eam reddere furi, pretium suum recuperaturus? VI, 332. Emptor potest adhibere dolum positive et negative : positive, verbis et factis; negative, silendo errores. VII, 80. *Vide* CONTRACTUS. Singularis affectus emptoris ad rem emendam, vel singularis ejus utilitas aut necessitas, non est titulus legitimus eam vendendi pluris quam secundum se valet. 72. Qui bona fide emit rem pretiosam tanquam vilem, quia omnium, etiam peritorum in arte, judicio reputabatur vilis, puta, gemmam pro vitro, vas aureum pro æneo, sed post emptionem deprehenditur pretiosa, tenetur-ne illam restituere venditori? 86. Res absolute vendita etiam non tradita, si sit determinata in individuo et ad corpus vendita, perit emptori; modo tamen non intercesserit culpa aut mora venditoris, seu aliter non sit conventum. Idem dicendum a fortiori de re tradita sed non soluta, cujus dominium manet penes venditorem. 87. Res indeterminata, vel etiam determinata, sed vendita ad mensuram, pondus aut numerum, perit venditori, si pereat antequam tradatur, vel mensuretur, vel ponderetur aut numeretur, nisi emptor fuerit in mora. Ita communiter. 89. Probabilius et æquitati naturali conformius videtur, fructus subsequentes, seu incrementa secuta rei determinate venditæ ad corpus, cujus periculum est penes emptorem, etiam ad ipsum pertinere quamvis pretium non solverit. Ita communius. *Ibid.* — Omne pactum emptori onerosum, venditioni-emptioni adjectum, debet compensari diminutione pretii vel aliter; sicut si sit onerosum venditori, debet compensari auctione pretii, quia est onus pretio æstimabile seorsim a justo rei pretio. 91. Qui inter se conveniunt non vendere nisi pretio supra summum, aut non emere nisi infra infimum vulgare, peccant contra justitiam, et tenentur ad restitutionem. 95. Res quam quis aliena pecunia emit, est-ne mentis, an illius cujus est pecunia? 96. — Charius vendere vel vilius emere rem quam valeat, etiam seclusa fraude, est secundum se illicitum et injustum, proindeque restitutioni obnoxium. 68. Si neque venditor neque emptor sciat justum rei pretium, et contrahant certo pretio, valet quantum valet, est licitus et validus contractus. 72. Regulariter, is cui commissum est aliquid vendere aut emere certo pretio, et vendit supra aut emit infra taxatum pretium, non potest sibi retinere id quod est supra vel infra. 96. Personalis obligatio non transit ad emptorem, sed ad hæredem. 136. Peccat-ne semper qui scienter emit alienum? 85.

ENCRATITÆ vinum non adhibebant in Eucharistia. IX, 115. A principio malo illud provenire asserebant. *Ibid.*

ENERGUMENIS, dum sunt sui compotes, exhibenda est communio, non solum in articulo mortis et in Paschate, sed etiam aliis temporibus, juxta judicium prudentis confessarii. IX, 172.

ENS. Ens est prius secundum rationem quam bonum, quia prius concipimus ens quam proprietatem ex eo sequentem; bonum autem se habet ad ens ut proprietatem ab eo virtualiter distinctam et ex eo sequentem. I, 75. Omne ens in quantum ens, est bonum, quia omne ens in quantum ens est in actu et consequenter quodam modo perfectum, quia omnis actus perfectio quædam est. *Ibid.* Dicitur ens simpliciter secundum primum esse quod est substantiale; dicitur bonum simpliciter secundum ultimum esse. *Ibid.* Ad intelligentiam unitatis Dei, S. Thomas expendit unitatem entis in communi; quid est unitas in communi? 96. Illud quod consequitur omne ens, convenit enti in quantum est ens, atqui cuilibet enti competit appetere suam perfectionem et conservationem sui esse. 254. Omne ens aliud a Deo quod est quomodocumque, est effective a Deo causatum. Est de fide. II, 235. Præter materiam et motum sunt innumera alia entia in mundo. 236. Objectum proportionatum et connaturale intellectus humani est ens intelligibile per species haustas a sensibus. III, 331. Entia inanimata et non cognoscentia appetunt Deum implicite. V, 328.

ENTITAS termini producti est entitas relationis. II, 101.

Ephesinum concilium. Quo sensu synodus Ephesina prohibuit alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a SS. Patribus qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt. II, 134 et 135. Ob quem finem curaverunt legati in epistola Leonis in synodo probaretur? 386. Ephesinum concilium in causa Nestorii convocatum fuit auctoritate Cœlestini, Romani pontificis. 378 et seqq. et V, 231. Concilium Ephesinum, generale II, acta sua misit Cœlestino ab ipso confirmanda. V, 237. De prædatoria synodo seu latrocinio Ephesino in causa Eutychetis. De causa ejus congregationis; quinam ibi præfuerunt? quid egit Dioscorus contra Flavianum et legatos sedis apostolicæ? et *ibi alia multa*. II, 388 et 389.

Epiikia definitur ab Aristotele : *Legis emendatio, ubi deficit propter universale*. IV, 467. Petitur utrum interpretatio et epiikia habeant locum in lege naturali. *Ibid.* Interpretatio legum duplex est : una verbalis..... altera quæ dicitur epiikia, et est explicatio mentis, non quam habuit legislator condendo legem, sed quam habuisset si ad præsentem casum attendisset, et quam haberet si hic et nunc consuleretur. 529. Epiikiam in multis casibus locum habere in legibus humanis certum est. 530. Quando dubium est an observantia litteralis legis sit nociva aut iniqua, quid agere debet subditus? *Ibid.* Licetne uti epiikia in legibus infirmantibus contractum? *Ibid.* Epiikia seu equitas, est virtus directiva legis ubi deficit propter universale. VIII, 27. Epiikia seu equitas, est pars subjectiva justitiæ legalis communiter dictæ. *Ibid.* Objectum epiikiæ est bonum commune, quærendum præter communes regulas est præter verba legis in casibus particularibus in quibus ipsa lex obligaret seu in malum vergeret propter suam universalitatem. *Ibid.*

Epiphanius (S.) dixit serpentem qui Evam tentavit, fuisse Dei sapientiam. II, 299. S. Epiphanius quo jure in aliena diœcesi ordines contulit. V, 170. S. Epiphanius recusavit hospitari in ædibus S. Chrysostomi licet invitatus. VIII, 344.

Episcopatus et religio sunt status perfectionis. VI, 377. Episcopatus differt in materia, forma et effectu a presbyteratu. IX, 242. Quidam episcopi vel sacerdotes fuerunt-ne reordinati sacramentaliter? X, 54. Episcopatus potest dupliciter considerari : adæquate et inadæquate. 79. Episcopatus inadæquate sumptus pro eo quod addit simplici sacerdotio, probabilius non est ordo stricte sumptus seu sacramentum ordinis, nec consequenter ordo distinctus a sacerdotio; sed est ejus extensio et perfectissimum complementum. 79, 80. Adæquate sumptus vere est et dici potest ordo stricte sumptus, seu sacramentum ordinis. 78. Certum est tres episcopos requiri ex præcepto saltem ecclesiastico ad unius episcopi ordinationem licitam; ita ut aliter ordinans et ordinatus peccent mortaliter. 82. Ordinatio episcopalis facta ab uno tantum ex dispensatione Pontificis, est licita et valida. *Ibid.* Tres episcopi non requiruntur jure divino ad validam ordinationem episcopalem, sed unus sufficit. 83.

Episcopus. Spiritus sanctus quomodo instituit episcopos? V, 169. Episcopi universalis Ecclesiæ curam gerere dicuntur ratione charitatis, non auctoritatis. 170. Episcopi nominati vel electi nullam habent jurisdictionem nisi a Romano Pontifice confirmentur. *Ibid.* Episcopi sunt vicarii Christi minori jure ac Romanus Pontifex. *Ibid.* Quo sensu episcopi sunt successores Apostolorum et S. Petri. 169. Episcopus non potest in aliena diœcesi uti sua auctoritate. *Ibid.* Episcoporum auctoritas est immediate a Deo quoad ordinem, mediate tantum quoad jurisdictionem. *Ibid.* Episcopi et archiepiscopi quo jure concilia diœcesana vel provincialia celebrare possunt? 230. Status episcoporum est perfectior quam religiosorum. VI, 378. Episcopus non potest nec licite nec valide admitti ad religionem sine licentia Papæ. 365. Triplex est episcopus proprius : 1° originis; 2° beneficii ecclesiastici; 3° domicilii. 207. Residentia episcoporum non est jure naturæ. 414. Episcopi sunt-ne mediatores intercessionis? VII. 191. Superiores spirituales quales sunt episcopi et pastores, debent suis subditis educationem spiritualem, scilicet instructionem, bonum exemplum et correptionem. VIII, 16. Episcopus potest-ne in sua diœcesi quod potest Papa in tota Ecclesia? IX, 32. Episcopus in sua diœcesi est simpliciter et absolute ordinarius. 336. Episcopus est principaliter rector omnium suorum diœcesanorum. 304. Episcopus non est dominus, sed dispensator ministeriorum spiritualium. 374. Episcopus est princeps Ecclesiæ. X, 48, 49. Potestas collata episcopo in sua consecratione nullo crimine deletur. 53. Episcopus græce idem est ac latine, *inspector, explorator, superintendens*. 74. Episcopi sunt ex institutione divina superiores presbyteris potestate ordinis et jurisdictionis. 75. Duplex in episcopo distinguitur potestas; ordinis et jurisdictionis. *Ibid.* Posterior potest dupliciter considerari. *Ibid.* Episcopi sunt instituti a Christo ad regendam Ecclesiam. 76. Episcopus ac presbyter idem sunt quoad nomen, non quoad gradum et potestatem. *Ibid.* Episcopus dicitur sacerdos primus, sacerdos princeps. 80. Episcopus accipit-ne a Papa suam jurisdictionem? *Ibid.*

Epistolæ decretales veterum pontificum Romanorum. VI, 14. *Vide* Decretales.

Equites Melitenses aut Teutonici ad Horarum recitationem non tenentur. VII, 214.

Equus commodatus remittendus est illuc ubi fuit commodatus, expensis commodatarii. VI, 180.

Erasmus quid docet de baptismo infantium? VIII, 434.

Error seu deceptio est malum. II, 270. Error speculativus non obstat intentioni practicæ. IX, 152. Error alius est communis, alius particularis; item vel est cum titulo colorato, vel sine titulo. 369. Quadruplex error circa matrimonium contingere potest, scilicet : error personæ; error conditionis; error qualitatis; error fortunæ. X, 180. Error conditionis, seu servitus, ignorata ab altero contrahente libero, dirimit matrimonium jure positivo, non naturali. 182, 183. Error personæ jure naturæ dirimit matrimonium. 180. Error qualitatis aut fortunæ non dirimit matrimonium, nisi involvat errorem personæ aut limitet consensum contrahentis. 181, 182. Error circa contractum : *vide* Contractus.

Esau falsam egit pœnitentiam, de illo enim dicitur : *Non invenit pœnitentiæ locum quanquam cum lacrymis inquisisset eam.* I, 319. Esaü peccavit et merito reprehenditur ab Apostolo ut profanus et carnalis vendendo singulare privilegium primogenituræ. VII, 453 et IX, 273.

Esse a se potest tripliciter sumi : 1° pro negatione essendi ab alio tanquam a causa reali cum dependentia; 2° pro negatione essendi ab alio tanquam a principio formali sine dependentia; 3° pro negatione essendi ab alio tanquam a causa virtuali, seu radice. I, 43.

Essentia. Termini limitativi essentiæ sunt vel extrinseci, vel intrinseci. I, 78. Terminus limitativus extrinsecus est causa efficiens : termini limitativi intrinseci sunt vel metaphysici, nempe genus et differentia; vel physici, scilicet materia et forma, sive subjectum respectivum se habens per modum materiæ. *Ibid.* Essentiæ rerum sunt-ne æternæ et a Deo independentes? II, 286. Essentia divina non generat, sed Pater ratione essentiæ. III, 32.

Est, non semper in Scriptura usurpatur pro *significat*. IX, 62.

Ethnici. Cum Ethnicis procedere oportet per rationem. V, 107. Ethnici ut defenderent cultum suorum idolorum objiciebant christianis adorationem Verbi incarnati; sed quam immensa disparitas! IX, 97.

Eubulia juxta nomen significat bonum consilium. V, 179. Est virtus distincta a prudentia. *Ibid.*

Eucharistia. Species sacramentales, in Eucharistia, transacta consecratione, sunt sacramentum. VIII, 225. In sacramento Eucharistiæ requiritur physica simultas materiæ et formæ. 226. Peccatum veniale impedit-ne effectum receptionis sacramenti Eucharistiæ? 267. Sacerdos ministrans Eucharistiam in peccato mortali, peccat mortaliter. 296. Non tamen existimamus eum tot peccata committere quot sunt personæ quibus absque interruptione morali Eucharistiam ministrat. *Ibid.* Excusantur a mortali qui in malo statu Eucharistiam in vase vel vitro inclusum de loco in locum transportant, aut cum illa dant benedictionem; cum enim mediate tantum tangant Eucharistiam, videtur levitas materiæ. *Ibid.* Sacramentum Eucharistiæ est inter cætera excellentius et dignius. 370. In sacramento Eucharistiæ continetur ipse Christus substantialiter; in aliis autem sacramentis continetur tantum quædam virtus instrumentalis, participata a Christo. 371. Omnia sacramenta ordinantur ad Eucharistiam tanquam ad finem. *Ibid.* Prioribus Ecclesiæ sæculis infantes admissi sunt ad Eucharistiam, sed cum id pertineat ad disciplinam, Ecclesia propter graves rationes eos amplius non admittit. 455. Eucharistia est cibus ad reparandas vires spirituales quæ per quotidiana peccata deperduntur. *Ibid.* De Eucharistia referuntur decreta concilii Florentini pro instructione Armenorum; canones concilii Tridentini de sacrosancto Eucharistiæ sacramento; canones ejusdem concilii Tridentini de communione sub utraque specie et parvulorum : canones ejusdem concilii Tridentini de sacrificio Missæ. IX, 39-41. Eucharistia dupliciter considerari potest : 1° Respective ad homines quos sanctificat, sub qua ratione est sacramentum; 2° respective ad Deum quem colit et placat, sub qua ratione est sacrificium. 41. Eucharistia variis nominibus insignitur, secundum varias ejus significationes : primam habet significationem respectu præteriti, in quantum est rememorativum Dominicæ passionis quæ fuit verum sacrificium; et secundum hoc nominatur *Sacrificium*. Aliam habet significationem respectu rei præsentis; et secundum hoc nominatur *Communio* et *Synaxis*. Tertiam habet significationem respectu futuri, et secundum hoc dicitur *Viaticum* et *Eucharistia*, id est, bona gratia, tum quia gratia Dei vita æterna, tum quia continet Christum qui est fons gratiæ. 41. Quidam intelligunt etiam per Eucharistiam gratiarum actionem, quia Christus in ejus institutione gratias egit, et offertur in gratiarum actionem. *Ibid.* Sunt et alia hujus sacramenti nomina, sive ratione materiæ, sive ratione effectus, sive ratione rei contentæ. 42. Eucharistia physice considerata, prout constat ex materia et forma, definiri potest : « Species panis et vini » consecratæ sub præscripta verborum forma, continentes verum corpus et sanguinem Christi, ad causandam gratiam ci» bantem animam. » Metaphysice sumpta, prout constat genere et differentia, definitur : « Sacramentum corporis et sanguinis » Christi ad spiritualem animæ refectionem. » Vel, « Signum sensibile corporis et sangui» nis Domini, realiter sub ipso contenti, ad » producendam gratiam spiritualiter nutrien» tem » Hæ definitiones patebunt ex dicendis. *Ibid.* Tria in sacramento Eucharistiæ considerare possumus : primum, id quod est sacramentum tantum; secundum, id quod

est res et sacramentum; tertium, quod est res tantum; scilicet effectus hujus sacramenti; et hæc tria possunt considerari vel singula seorsim et divisive, vel omnia simul collective. Si considerantur divisive, et seorsim : quantum ad id quod est sacramentum tantum, potissima figura hujus sacramenti fuit oblatio Melchisedech, qui obtulit panem et vinum : quantum ad id quod est res et sacramentum, scilicet Christum passum qui continetur in hoc sacramento, figuræ ejus fuerunt omnia sacrificia Veteris Testamenti : quantum ad effectum, manna fuit præcipua ejus figura. *Ibid.* Si vero hæc tria simul collective considerentur, figura hujus sacramenti fuit agnus paschalis. *Ibid.* In almo Eucharistiæ sacramento, post panis et vini consecrationem, Dominus noster Jesus Christus, verus Deus atque homo, vere, realiter ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium continetur. 44. Fides realitatis nata est cum Ecclesia et semper in illa viguit. 55. Eucharistia est maximum miraculum omnipotentiæ Dei, intellectu difficile, quod proponitur in transmutatione panis et vini in corpus et sanguinem Christi. *Ibid.* Eucharistia in ratione sacramenti est præstantior manna et agno paschali; hæc enim erant umbræ futurorum. 59. Corpus Christi frangitur-ne in Eucharistia aliquo sensu? 65. Quando SS. Patres vocant Eucharistiam figuram, similitudinem, imaginem, typum, antitypum, speciem, repræsentationem, mysterium, sacramentum, signum corporis Christi, hæc multiplici et vero sensu intelliguntur absque detrimento realis præsentiæ. *Ibid.* Eucharistia vocatur panis tam in Scriptura quam in Patribus, duplici ratione : 1° ratione accidentium panis; 2° ratione materiæ. 66. Corpus Christi in Eucharistia non est idem quoad statum et affectiones, sed idem est quoad substantiam quam corpus terrenum. *Ibid.* Christus existit in Eucharistia sacramentaliter. 71. Implicat-ne idem corpus esse simul in pluribus locis? *Ibid.* et seqq. Corpus Christi est-ne in Eucharistia sine quantitate? 72. Dogma præsentiæ realis nihil indignum continet contra Christum. 73. In Eucharistia non remanet substantia panis et vini, sed vi verborum consecrationis fit vera transsubstantiatio, seu conversio totius substantiæ panis in corpus, et totius substantiæ vini in sanguinem Christi. 74. Ex Eucharistia fit generatio, quam difficile est explicare. 84. Substantia panis convertitur in corpus Christi. 88. Tandem in Eucharistia sunt; 1° actiones transeuntes; 2° res permanentes : nempe 1° consecratio et sumptio; 2° species panis et vini, corpus et sanguis Christi. 92. Eucharistia est sacramentum a Christo permanenter institutum. *Ibid.* Sacramentum Eucharistiæ consistit in re permanente, et non in usu vel sumptione; est de fide decisa in concil. Lateran. *Ibid.* Eucharistia est instituta ut cibus spiritualis. 94. Corpus Christi est præsens sub speciebus panis et vini ante usum. 92. Substantia panis et vini post consecrationem non annihilatur. 88. Corpus Christi dicitur improprie manducari, teritur tantum mediate ratione specierum quibus involvitur. 73. Fideles in cryptis latitantes asportabant secum Eucharistiam tempore persecutionis, et premente periculo sumebant. 93. Eucharistia asservabatur olim sive domi, sive in templis; adorabatur, et ad infirmos et alios absentes deferebatur. *Ibid.* Corpus Christi servabatur olim in columbis et turribus aureis et argenteis quæ in templis suspendebantur. 94. Possunt-ne impugnari testimonia quibus probatur olim Eucharistiam sive in domibus, sive in templis asservatam esse. *Ibid.*

Eucharistia potest palam a fidelibus adoranda exponi. 96. Hunc morem et praxim antiquam Ecclesiæ testantur SS. Patres. *Ibid.* Non requiritur speciale præceptum adorandi Eucharistiam. *Ibid.* Species consecratæ, ut continentes corpus et sanguinem Christi, constituunt totam essentiam sacramenti Eucharistiæ, est communior inter Thomistas, quibus adhærent plures extranei. 98. Consecratio non constituit intrinsece essentiam sacramenti. *Ibid.* Corpus Christi non constituit essentialiter sacramentum. *Ibid.* Sumptio non constituit sacramentum. 99. Restat igitur solas species ut consecratas constituere essentiam sacramenti. *Ibid.* Eucharistia est unum specie sacramentum. Est communior et certa, tradita a Catechismo Trid. 100. Sacramentum Eucharistiæ est plura materialiter, unum autem formaliter. 101. Sacramentum Eucharistiæ, specie unum, est multiplex numero. *Ibid.* Unitas specifica Eucharistiæ non est repetenda neque ex unitate corporis Christi, neque ex institutione. *Ibid.* Unitas vel pluralitas numerica sacramenti Eucharistiæ non desumitur ab unitate vel pluralitate specierum, neque ab una vel multiplici consecratione, sed ab ordine ad unam vel plures refectiones. 102. Christum Eucharistiam instituisse in ultima cœna, pridie quam paterctur, de fide est certum. 103. Christus celebravit ultimum Pascha, consequenter Eucharistiam instituit, die seu luna decima quarta exeunte, hoc est, feria quinta ad vesperam. 104 et seqq. Panis et vinum sunt materia sacramenti Eucharistiæ. 114. Est de fide decisa in concil. Lat. et concinit unanimis traditio utriusque Ecclesiæ Græcæ et Latinæ. *Ibid.* Christus in instituenda Eucharistia adhibuit panem et vinum. *Ibid.* Solus panis triticeus est materia legitima sacramenti Eucharistiæ. *Ibid.* Materia Eucharistiæ colligitur ex usu qui vigebat tempore Christi. 115. Panis debet esse usualis : unde rejici debet si conficitur aqua rosacea, lacte, etc., vel si massa farinæ sit cruda, etc. *Ibid.* Modica admixtio non solvit speciem, secus, magna. *Ibid.* Quis panis rejiciendus est

in conficiendia Eucharistia? 115. Si panis tam corrumpitur ut solvatur ejus species, illo non potest confici corpus Christi. *Ibid.* Quando in eo adest tantum aliqua dispositio ad corruptionem, potest adhiberi, sed irreverenter id fiet. 116. Siligo seu secale, et spelta, sunt materia dubia in Eucharistia; adhiberi nefas est. *Ibid.* Panis ex amylo confectus non potest fieri corpus Christi, licet quidam illud, contendant. *Ibid.* Si fiat modica admixtio alterius frumenti cum tritico, aut liquoris, remanet materia sacramenti; secus, non remanet. *Ibid.* Solum vinum de vite est materia idonea calicis. 116. Quodvis vinum de vite, sive album sive rubrum, sive Gallicum, sive Hispanicum, est materia Eucharistiæ. *Ibid.* Mustum seu vinum recens expressum est materia valida; juxta quosdam, vinum congelatum non est materia apta consecrationi. 117. Alii contendunt esse materiam aptam. *Ibid.* In praxi prima sententia est sequenda. *Ibid.* In azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter conficitur; sunt verba concil. Florent. in decreto unionis. 118. In azymo vel fermentato sacerdotes ipsum Domini corpus conficere debent, unusquisque juxta Ecclesiæ suæ, sive Occidentalis, sive Orientalis, consuetudinem : sunt iterum verba concilii Florent. *Ibid.* Consuetudo Ecclesiæ Orientalis celebrantis in fermentato aliquibus rationibus innititur : attamen est rationabilior consuetudo Ecclesiæ Occidentalis in azymo celebrantis. 119. Congruit ut sacramentum Eucharistiæ conficiatur in vino aqua permixto. 120. Christum Eucharistiam in vino aqua permixto instituisse probabile est, secundum morem illius terræ. *Ibid.* Mixtio aquæ cum vino convenit repræsentationi Dominicæ passionis. *Ibid.* Significat unionem populi christiani ad Christum. *Ibid.* Confirmatur hæc Ecclesiæ Romanæ praxis Patrum traditione. *Ibid.* Permixtio aquæ non est de necessitate hujus sacramenti, neque de jure divino, sed tantum ecclesiastico. Ita communiter. *Ibid.* A qua modicissima vino consecrando miscenda est. 121. Hoc præceptum mixtionis aquæ cum vino in Eucharistia obligat sub peccato mortali. 122. Porro hæc mixtio debet fieri circa celebrationem sacramenti, non ante. *Ibid.* Probabilius est aquam non verti in sanguinem Christi, nisi prius conversa sit in vinum. 122. Est-ne in Eucharistia duplex materia : libera nempe et necessaria; libera quæ esset aqua; necessaria quæ esset vinum? 123. Aqua potest-ne converti naturaliter in vinum? 126. Aqua calici infusa convertitur-ne in sanguinem? Circa conversionem aquæ infusæ in calice triplex est sententia : prima docet aquam converti in aquam quæ fluxit ex latere Christi; secunda, eam converti in sanguinem; tertia, eam remanere aquam circumfusam accidentibus vini : secunda certior, etsi non de fide. 122 ad 127. Aqua quo sensu non est in Eucharistiæ materia principalis? 127. Una species valide consecratur sine altera. *Ibid.* Jure divino licitum est consecrare unam speciem sine altera. *Ibid.* Sacerdos debet habere intentionem consecrandi totam materiam licite consecrabilem ibi præsentem. *Ibid.* Instante morte alicujus infirmi non potest consecrari solus panis etiamsi vinum deficiat. *Ibid.* Summus pontifex dispensare non potest ut in aliquo casu sacerdos licite consecret unam tantum speciem. 128. Materia consecranda debet esse moraliter præsens consecranti; quia forma utens pronomine demonstrativo *hoc* et *hic* id necessario exigit, alias foret falsa. 131. Qualis autem præsentia requiratur ut materia censeatur moraliter præsens vix certo definiri potest. Cæterum pro regula generali dicimus illam materiam censeri moraliter præsentem, quæ more et usu hominum, seu judicio prudentis viri, taliter est exposita ut pronomine demonstrativo *hoc* et *hic* designari possit. *Ibid.* Materia in suo tegente vel continente ordinario etiam clauso, valide, licet illicite, consecrari potest. *Ibid.* Nulla erit consecratio si interponatur corpus per modum dividentis aut separantis. *Ibid.* Quantitas materiæ hujus sacramenti non est determinata ex institutione Christi : unde sacerdos potest valide consecrare materiam cujuslibet magnitudinis vel parvitatis, modo sit moraliter præsens, et in parva salvetur substantia panis aut vini, sitque sensu perceptibilis a consecrante. 131. Materia consecranda debet esse determinata in individuo per intentionem consecrantis. 132. Panis consecrandus debet esse exilis et figura rotundus juxta antiquam Ecclesiæ consuetudinem et praxim. 131. Dubium est an si materia non consecrata ita misceatur cum consecrata ut non possit discerni a materia consecrata, valide consecretur. 132. Per totum Christum intelligitur ejus corpus integrum, sanguis, anima, divinitas et substantia seu persona Verbi. 133. Totus Christus realiter continetur in sacramento Eucharistiæ sub qualibet specie seorsim. Est de fide. 133. Totus Christus est sub qualibet parte specierum, sive sint divisæ, sive continuæ. *Ibid.* Partes post separationem non desinunt esse consecratæ. *Ibid.* Aliquid potest esse in Eucharistia dupliciter : 1° Vi sacramenti, seu vi verborum; 2° vi naturalis concomitantiæ aut connexionis quam habet cum eo quod inest vi verborum. 134. Corpus Christi est sub specie panis, et sanguis sub specie vini ex vi verborum; ipsum autem corpus est sub specie vini, et sanguis sub specie panis, animaque ipsius sub utraque specie, ex vi naturalis connexionis et concomitantiæ qua partes Christi Domini inter se copulantur, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus; divinitas vero propter admirabilem illam ejus cum corpore et anima hypostaticam unionem. *Ibid.* Patrem et Spiritum sanctum esse in sacramento Eucharistiæ per concomitantiam quidam negant, qui-

dam vero affirmant. 135. Quantitas dimensiva corporis Christi est-ne in sacramento Eucharistiæ? 136. Corpus Christi in Eucharistia est coloratum, figuratum, etc., in ordine ad se, non in ordine ad locum. *Ibid.* Corpus Christi in Eucharistia est sicut in loco late sumpto pro esse realiter præsens alicui spatio. Non est tamen in loco proprie, neque circumscriptive, neque definitive. *Ibid.* Corpus Christi est in Eucharistia ad modum substantiæ. seu, ut communiter dicitur, sacramentaliter. *Ibid.* Christus in Eucharistia non potest moveri localiter per se, bene tamen per accidens. *Ibid.* Corpus Christi in sacramento Eucharistiæ non potest agere aut pati actione corporea. 137. Corpus Christi non desinit per se in Eucharistia, quia de se est indeficiens et incorruptibile, sed desinit esse sub speciebus per accidens ad desitionem specierum. *Ibid.* Utrum corpus Christi in Eucharistia possit videri oculo? *Ibid.* Christus potuit solo imperio, sine verbis, convertere panem et vinum in corpus et sanguinem suum, extra dubium est; sed an ita fecerit, quæritur. Christus consecrando non sola benedictione, sed his verbis. *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus;* vel, *Hic est calix sanguinis mei*, usus est. 139. Expenditur quinam fuit ordo rei gestæ in institutione Eucharistiæ a Christo observatus. 140. Solis verbis dominicis, non precibus quæ præcedunt aut sequuntur, consecratio perficitur. 141. Hæc sola verbà, *Hoc est corpus meum*, sunt essentialia formæ consecrationis panis, est communis. 144. Apud Latinos proferuntur in consecratione calicis hæc verba : *Hic est calix sanguinis mei, novi et æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Ibid.* Probabilius videtur hæc sola verba. *Hic est calix sanguinis mei*, vel, *Hic est sanguis meus*, esse formæ calicis essentialia. 145. Sumptio realis Eucharistiæ non est necessaria neque parvulis, neque adultis, necessitate medii ad salutem. 151. Sacramentum Eucharistiæ duplici modo potest considerari : 1° ut sacramentum particulare ab aliis sacramentis distinctum, specialem producens effectum. 2° Potest considerari sub ratione communi omnibus sacramentis, quæ est unio cum Christo et corpori ejus mystico virtute illius passionis. 152.

Votum Eucharistiæ consideratæ ut est particulare sacramentum, non est necessarium necessitate medii ad salutem; secus si consideretur ut spiritualis manducatio sub ratione unionis substantialis cum Christo redemptore, et ejus passione mystice exhibita. *Ibid.* Eucharistia est aliquo modo consummatio et perfectio aliorum sacramentorum, consequenter eorum finis. *Ibid.* Adulti tenentur præcepto divino ad sacramentalem communionem. 153. Christus hoc instituit sacramentum, per modum cibi, ad conservandam vitam spiritualem necessarii. *Ibid.* Eucharistia instituta est ut viaticum confortans adversus hostes salutis. *Ibid.* Instituta est Eucharistia ad reparandas animæ vires quæ debilitantur tentationibus. 156. Fideles obligantur præcepto divino simpliciter et immediate ad sumendam Eucharistiam; infideles vero mediate, scilicet ut convertantur et sic communicent. 155. Præceptum divinum Eucharistiæ sumendæ obligat : primo in articulo seu proximo mortis periculo : est communis contra paucos. *Ibid.* Id innuit praxis Ecclesiæ. Obligat etiam pluries in vita, ex præcepto divino. 155 et 156. Triplex est modus manducandi corpus Christi : primus sacramentalis; secundus spiritualis; tertius sacramentalis simul et spiritualis. 150. Neque divino neque ecclesiastico præcepto communicandi satisfit per communionem sacrilegam. 159. Circa usum Eucharistiæ duo possunt considerari : unum ex parte ipsius sacramenti, cujus virtus est hominibus salutaris : et ideo est utile quotidie ipsum sumere, ut homo quotidie ejus fructum percipiat : alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur ut cum magna devotione et reverentia ad hoc sacramentum accedat. 161. Fideles laïci aut sacerdotes non consecrantes. Nullo præcepto divino tenentur communicando sumere utramque speciem. 164. Totus Christus sub una specie continetur. 166. Ratio sacramenti Eucharistiæ consistit in significando Christum præsentem, passionem ejus. refectionem spiritualem animæ per gratiam, et unionem fidelium inter se et cum Christo capite; et in efficiendo seu causando gratiam cibantem et nutritivam. 166. Ecclesia justis de causis prohibuit laïcis usum calicis. *Ibid.* Per se loquendo, major gratiam non confertur communicanti sub utraque specie quam sub una. 169 et 170. Non est exhibenda communio sacramentalis non baptizatis, peccatoribus publicis extra mortis periculum, Infantibus, amentibus qui nunquam habuerunt usum rationis, energumenis dum non sunt sui compotes ? dum autem sunt sui compotes, illis exhibenda est communio, non solum in articulo mortis et in Paschate sed etiam aliis temporibus, juxta judicium prudentis confessarii. 171 et seqq. Quoad proxim denegandi Eucharistiam damnatis ad mortem lege rationes pro et contra. 172. Peccatoribus in ultimo exitu tantum pœnitentibus non est deneganda communio. 173. Abusum dandi Eucharistiam mortuis reprobavit concil. Carthag. anno 397 et alia concilia. *Ibid.* Cum Eucharistia sit sacramentum vivorum, supponit in recipiente statum gratiæ saltem prudenter existimatum. Unde qui cum conscientia peccati mortalis illud recipit, grave peccatum sacrilegii committit. 173. Nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis se contritum existimet, debet absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere, nisi desit illi co-

pia confessarii et urgeat necessitas communicandi. *Ibid.* Christus instituit et distribuit Eucharistiam post cœnam. 177. Nullum est nunc præceptum manere aliquandiu jejunus post sumptionem Eucharistiæ : convenit tamen ex decentia. 178. Christus sumpsit corpus et sanguinem suum. 181. Christus dedit Judæ traditori corpus et sanguinem suum. *Ibid.* Christus sumpsit et dedit Discipulis suum corpus passibile. 182. Primus effectus Eucharistiæ est gratia, cui secundario adjungitur, refectio spiritualis dulcedinis. 182 et 183. Sacramentum Eucharistiæ non causat per se primario primam gratiam remissivam peccati mortalis, sed secundam tantum. Per accidens tamen et secundario potest causare primam gratiam peccati mortalis. 183. Eucharistiæ secundus effectus est adeptio gloriæ. *Ibid.* Tertius effectus est remissio peccatorum venialium, quam dupliciter operatur : immediate et directe, mediate et indirecte. *Ibid.* Quartus effectus Eucharistiæ, est remissio pœnæ peccato debitæ, sed diversimode. *Ibid.* Quintus effectus Eucharistiæ est præservatio a futuris peccatis, quod fit dupliciter. *Ibid.* Eucharistia causat gratiam in instanti extrinseco manducationis, in quo verum est primo dicere, *Comestum est.* 184. In ratione sacramenti non prodest aliis quam sumentibus *ex opere operato.* Potest tamen aliis vivis et defunctis prodesse *ex opere operantis. Ibid.* Duplex est minister Eucharistiæ, unus consecrationis, alter dispensationis. 186. Soli sacerdotes sunt ministri consecrationis Eucharistiæ, sic, ut præter illos nullus possit valide consecrare. *Ibid.* Quid opinandum de historiis qnæ referunt quosdam laïcos consecrasse. 188. Plures possunt consecrare eamdem materiam. 189. Eucharistia cum consistat in re permanenti, non est dubium quin valide a quoquam dispensetur. 190. Minister ordinarius et ex officio dispensationis Eucharistiæ est sacerdos. *Ibid.* Diaconus habet vi suæ ordinationis ut possit ei committi dispensatio Eucharistiæ. *Ibid.* Hoc erat discrimen inter viros et mulieres, quod viri hostiam reciperent nuda manu, mulieres vero in linteolo mundo, quod ideo vocabatur *Dominicale.* 192. Fideles olim tempore persecutionis domum deferebant Eucharistiam tempore opportuno sumendam. 191. Usus antiqui de receptione Eucharistiæ paulatim desiverunt in Ecclesia, et nunc prohibitum est Eucharistiam in manus laïcorum tradere. 192. Jure ordinario solus parochus aut illi superior potest Eucharistiam dispensare. *Ibid.* Quo tempore potest et debet administrari Eucharistia? 193. Eucharistia dari potest in missa pro defunctis. *Ibid.* Parochus tenetur administrare Eucharistiam suis parochianis non solum in Paschate et morte, sed etiam quoties rationabiliter petunt, seclusis tamen legitimis impedimentis. *Ibid.* Pastor tenetur-ne suis parochianis peste infectis administrare Eucharistiam cum gravi vitæ suæ periculo? *Ibid.* Ritus quo sacerdos debet Eucharistiam ministrare sive laïcis, sive infirmis, traditur in Rubricis. 194. Eucharistia potest-ne esse sacramentum et testamentum? 199. Eucharistia non est commemoratio et repræsentatio vacua sacrificii crucis. *Ibid.* Eucharistia est signum novi fœderis et pars hæreditatis a Christo nobis relictæ. *Ibid.* Est tantum unum sacramentum in Eucharistia, quamvis diversa sit materia et forma in consecratione panis et vini. IX, 243.

Eucologia seu ritualia Græcorum referunt-ne tantum formam deprecativam pro sacramento pœnitentæ? IX, 256. Quænam est illorum auctoritas? 257.

Eugenius IV approbavit-ne decretum sessionis secundæ concilii Basileensis? V, 218. Egit-ne recte non aperiendo subito mentem suam circa decreta concilii Basileensis statim ac peracta sunt? vel transferendo concilium alio? 219, 220. Eugenius IV edidit decretum pro instructione Armenorum in concilio Florentino. 251.

Eunomiani Arianorum germen fuere. VIII, 392. Eunomiani, utpote Ariani, in odium Trinitatis baptizabant una immersione. 393.

Eunomius discipulus Arii, erat *Anomœus,* id est, dissimilis, *vide* Arius et Anomæi. II, 3. Eunomius dogmatizavit solam fidem, qua credimus omnes articulos fidei, sufficere ad justificationem, quem errorem suscitarunt Calvinistæ et Lutherani. III, 440.

Eunuchi spadones sunt-ne incapaces matrimonii? X, 214.

Eusebius Nicomediensis et alter Cæsariensis, partes Arii susceperunt. II, 2.

Eustachiani, quarto sæculo negarunt jejunium esse in præcepto; illos secuti sunt Calvinistæ et Lutherani. VIII, 61.

Eustachius Sebastenus, episcopus depositus in conciliabulo Constantinopolitano, cum magna multitudine populi hæresim Macedonii sectatus est. II, 3.

Eustathius Antiochenus quo sensu dictus est primus Patrum Nicænorum? II, 43.

Euthychianismi et Eutyches. Ad errorem Valentini pertinet error Eutychetis, qui circa annum 441, ut unitatem personæ contra Nestorium propugnaret, in oppositam hæresim incidit negando duas in Christo naturas, et asserendo carnem in ipso incarnationis articulo in divinitatem fuisse commutatam, et ex utraque natura divina et humana unam coaluisse substantiam, sicque Christum ut Deum fuisse passum. II, 309. Hic error fuit damnatus sub Leone I, in concilio œcumenico Chalcedonensi. *Ibid.* Euthyches ardentiori zelo adversus, Nestorium in extremum errorem ex imperitia impegit; ut enim unitatem personæ in Christo propugnaret contra Nestorium, unitatem etiam naturæ astruxit. 363. Synopsis historica Eutychianismi. 388. Eutyches presby-

ter erat et archymandrita, seu abbas, celeberrimi monasterii Constantinopolitani. Ardentissimo zelo contra Nestorium pugnavit, sed non secundum scientiam; ex imperitia enim in extremum errorem abreptus est; utque unitatem personæ contra Nestorium defenderet, unitatem naturæ astruxit, sive mixtione, sive confusione, sive conversione. *Ibid.* Nata est hæc hæresis anno 448. In concilio Constantinopolitano a Flaviano convocato, hæreseos accusatus est Eutyches ab Eusebio Dorylæi in Phrygia episcopo. *Ibid.* Citatus Eutyches ut compareret, ter abnuit. *Ibid.* Tandem cum monachis pluribus et militibus stipatus comparuit. *Ibid.* Damnatus Eutyches ad Romanum pontificem appellavit, nihil autem obtinere potuit a Leone pontifice. *Ibid. et alia plura ibi.* In quo situs fuit error Eutychetis? 392. Varie varia referunt, *Vide ibi.* 392. Videtur Euthychem intellexisse ex duabus naturis factam esse unam in Christo, mixtione seu confusione, aut etiam conversione unius in aliam, nunc uno, nunc alio modo, secundum quod varie urgebatura catholicis. *Nesciens ignorans archimandrita,* inquit S. Flavianus ad S. Leonem, *quod dicit, neque de quibus affirmat.* 393.

Eva. Corpus Evæ fuit a Deo immediate productum secundum convenientem dispositionem, in magnitudine et ætate idonea ad operationes corporis et animæ. II, 276. Formationis Evæ narratio intelligenda est in sensu proprio et litterali, non metaphorico. Est communis et certa. 277 et seqq. Materia quæ addita est costæ ad formationem Evæ fuit-ne addita per novam creationem vel per materiæ præjacentis conversionem. 278. Eva adducta est ad Adam. *Ibid.* Eva non fuit producta simul et eodem instanti ac Adam, sed tamen eadem die, scilicet, sexta creationis. 280. Conveniens fuit mulierem in prima mundi creatione formari ex costa viri. *Ibid.* Quare de dormientis et non de vigilantis costa Deus voluerit formare Evam? 281. Eva tentata fuit a diabolo per serpentem verum et naturalem, quo diabolus usus est ut instrumento ad formandas voces humanis similes. 299. Non turbata est, nec fugit Eva dum serpens eam alloquebatur. 300. Superbia non fuit solum Evæ peccatum, plura fuerunt ei adjuncta : secundum Evæ peccatum fuit infidelitas seu error quo credidit vera esse verba serpentis. 303. Prima pœna mulieri propria est multiplicatio ærumnarum conceptuum. 305. Secunda est pœna dolor partus. 306. Tertia est subjectio dominationi viri. *Ibid.* Pœnitentiam egit Eva de suo peccato et veniam obtinuit. 307. Eva salutem æternam consecuta est. *Ibid.*

Evangelistæ in suis narrationibus non semper servaverunt ordinem quo res gestæ sunt. III, 188. Evangelistæ sunt calami Spiritus sancti, sed calami vivi et liberi. V, 70. Quomodo citant Scripturas? 69. Evangelistæ indicant sæpe sensum metaphoricum. IX, 46, 47. Evangelistas non semper eumdem ordinem in recitando servasse, quo res gestæ sunt, colligitur ex S. Augustino et aliis Patribus. 140.

Evangelium. Res sacræ, ut Evangelia, vasa altaris, imo omnes creaturæ, ex eo quod habent relationem ad Deum possunt-ne adorari cultu latriæ? III, 146. Nullum Evangelium fuit scriptum nisi post ascensionem Christi. 202. Post peccatum, incarnationis aliqua fides, ante promulgationem Evangelii, omni tempore necessaria fuit necessitate medii. V, 28. Ante Evangelium sufficienter promulgatum, fides implicita incarnationis communiter sufficiens fuit. *Ibid.* Post Evangelium sufficienter promulgatum, fides explicita incarnationis est omnibus necessaria necessitate medii ad salutem. 29. Post Evangelium sufficienter promulgatum, fides explicita Trinitatis est omnibus necessaria necessitate medii ad salutem, voluntate Dei, non natura rei. 30. Evangelium est virtus Dei in salutem omni credenti, quatenus est tota lex Evangelica. VIII, 250. Lex Evangelica quid continet? *Ibid.*

Eventuum observantia est species vanæ observantiæ. VII, 383.

Evidentia est ultimum in quo quiescit intellectus noster. I, 17. Evidentia in attestante cum suis adjunctis est compossibilis cum fide. V, 8 et 9. Evidentia in attestante seu revelationis dupliciter considerari potest. *Ibid.*

Eviratio est inutilis ad evitandum peccatum. VI, 257. Parentes qui pueros suos consentientes evirari curant ut servent sonoram vocem, graviter peccant. 258.

Evodius qua ætate scripsit S. Josephum et Deiparam contraxisse matrimonium. III, 160.

Exactores exigentes tributa dubia non peccant. VI, 218.

Examen prævium requiritur ad confessionem; non est idem et unum pro omnibus. IX, 434. *Vide* Art. Confessionis.

Excæcatio. Qui dicuntur in Scripturis obdurati, excæcati, a Deo derelicti, maledicti, odio habiti, rejecti, non privantur auxilio sufficienti ad salutem. I, 309. Excæcatio est effectus reprobationis. 466. Excæcatio et induratio proprie dictæ duo important : primum induratio importat motum animi... etc. Excæcatio importat motum animi sic aversi a divino lumine ut veritatem evidenter manifestatam nolit acceptare. IV, 362. Quænam est gratia cujus privatio dicitur induratio et excæcatio. 265. Ad quid ordinantur induratio et excæcatio? *Ibid.*

Excellentia. Ratio formalis honorandi sanctum est propria ejus excellentia. V, 275. Excellentia triplex est : 1° divina; 2° creata naturalis; 3° creata supernaturalis. VII, 234. Sola excellentia divina est proprie per se excellentia. *Ibid.* Est motivum adorationis et honoris. *Ibid,*

Exceptio est duplex : 1° peremptoria; 2° dilatoria. V, 71.

Excipere in jure quid est? V, 71.

Excommunicatio privat secunda et tertia communione, sed non privat prima directe et per se. V,98. Verosimilius subditi vi excommunicationis præcise non eximantur ab obedientia debita superioribus excommunicatis, sicut non eximitur filius a præstanda obedientia patri excommunicato, nec uxor marito. 198. Quomodo liceat pro excommunicatis orare, siquidem priventur suffragiis Ecclesiæ. VII, 201. Excommunicatio, quasi extra communicationem, generaliter sumpta, est censura ecclesiastica separans ab aliqua communione Ecclesiæ. IX, 491. Ad intelligentiam definitionis datæ observandum est triplicem esse fidelium communionem. *Ibid.* Olim fuere quædam species excommunicationis impropriæ. *Ibid.* Excommunicatio est duplex : minor, et major. Minor est censura ecclesiastica, separans a participatione passiva seu susceptione sacramentorum. 491 et 496. Excommunicatio major est censura ecclesiastica, separans a qualibet licita communione fidelium. 491. — Effectus excommunicationis primus, est privatio susceptionis sacramentorum extra casum necessitatis. *Ibid.* Secundus effectus est privatio suffragiorum communium Ecclesiæ, quæ a publicis ministris pro tota Ecclesia, seu pro fidelibus tanquam pro membris Ecclesiæ fiunt, idem et satisfactionum quæ ab Ecclesia conferuntur fidelibus per indulgentias. 492. Per tertium effectum, excommunicatus prohibetur celebrare divina Officia, aut iis interesse; hoc est enim communicare cum fidelibus. *Ibid.* Quartus effectus est privatio administrationis sacramentorum. *Ibid.* Quintus effectus est inhabilitas ad suscipiendum quodvis beneficium, dignitatem aut munus ecclesiasticum; ita ut præsentatio aut electio excommunicati, item institutio seu confirmatio, ipsio jure sit nulla. *Ibid.* Sextus effectus : excommunicatus non toleratus privatur omni usu jurisdictionis spiritualis. 493. Septimus effectus : rescriptum Papæ, non tamen aliorum prælatorum ab excommunicato impetratum, est ipso jure irritum. *Ibid.* Octavus effectus est privatio sepulturæ ecclesiasticæ et officii ecclesiastici funebris, si excommunicatus non toleratus moriatur in excommunicatione. *Ibid.* Nonus effectus est privatio omnis communicationis civilis cum fidelibus etsi hæreticis. *Ibid.* Excommunicatio inter omnes pœnas ecclesiasticas est gravissima, ideoque non est ferenda, nisi quando aliis pœnis levioribus et præviis monitionibus nihil obtineri potuit, et est spes per illam emendæ in peccatore aut boni communis promovendi. 494.— Omnis autem excommunicatio civilis prohibita continetur hoc versu :

Os, orare, vale, communio, mensa negatur,
493.

Qui sint excommunicati non tolerati et vitandi? 494, 495. Quodnam sit peccatum et quæ pœna communicantis cum excommunicato? 496. Causæ excusantes communicationem fidelium cum excommunicatis non toleratis, et excommunicatorum cum fidelibus, comprehenduntur hoc versu :

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.
V, 198 et IX, 494.

— Non prohibetur autem excommunicatus privatim orare nec audire concionem in ecclesia. 492. Excommunicatus est-ne inhabilis ad pensionem recipiendam? 493. Qui semel est excommunicatus, potest ulterius excommunicari. 497. Excommunicatio est annexa omnibus casibus papalibus. 379.— Pronuntiatio excommunicationis, et ejus absolutio, non possunt esse deprecatoriæ nisi apparenter. 255. Qui est pluribus excommunicationibus ligatus potest absolvi ab una et non ab omnibus. 246. Utrum quis possit valide absolvi a peccatis, priusquam ab excommvnicatione? 436.

Existentia. Duo possunt in existentia considerari : 1° ratio ultimæ actualitatis secundum quam esse seu existentia respondet enti ut ens est : 2° ipsa specificatio, et limitatio existentiæ. 1, 82. Existentia sequiturne ad subsistentiam, non autem subsistentia ad existentiam? III, 46.

Exomologesis sumitur aliquando pro ipsa actione pœnitentiæ publicæ. IX, 334.

Exorcismus. Non habent ex se exorcismi effectum infallibilem. VII, 335. Exorcismi adhibentur tam circa cibos quam circa alias creaturas. VIII, 76. Omnes fideles possuntne exorcismos probatos super energumenos privatim agere? X 47.

Exorcistatus est unus ex quatuor minoribus ordinibus. X, 46. Materia exorcistatus est liber exorcismorum; et forma: Accipe, et commenda memoriæ, et habe potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos. 47.

Exorcistæ possunt imperative et hostiliter sciscitari a dæmone, et circa eum agere quod conducit ad ejus expulsionem. VII, 338.

Expensæ distinguendæ sunt triplicis generis : aliæ sunt necessariæ, sine quibus res periisset aut deterior evasisset; quædam utiles, quæ conducunt ad melioratione rei, et reditum ejus augent; aliæ sunt voluptuariæ, seu voluntariæ, quæ fructum non augent, sed speciem tantum exornant. V, 129. Labor et industria possidentis sunt intelligendi sub ratione expensæ. *Ibid.*

Execratio aut pollutio, est prohibitio vel irregularitas, seu quasi censura jure ecclesiastico introducta, ne divina officia in quodam loco propter indecentiam celebrentur. IX, 220.

Executor testamenti debet exequi voluntatem testatoris. VII, 65. *Vide* Testamentum.

Extrema unctio. X, 2, *Vide* Unctio.

Extremum. Quid est? II, 370.

F

Facienti quod in se est quo sensu Deus non denegat gratiam? III, 333, 337 et 362.

Factum. In quæstionibus facti magis est standum conciliorum, pontificum et auctorum coævorum testimoniis quam levibus conjecturis, ut sunt fere omnia Vasquesii argumenta. III, 114. An Ecclesia sit infallibilis circa facta. *Vide* Ecclesia. Factum triplex communiter distinguitur : personale et particulare; generale; et dogmaticum, seu doctrinale. V, 120. Facta quæ narrant Apostoli vera esse multiplici ratione constat. 22. Facta narrata ab apostolis sunt vera miracula. 23.

Facundus. Testimonium Facundi Hermianensis referentis Zozimi sententiam esse contrariam sententiæ Innocentii I, est-ne grave et admittendum? V, 202. Facundi Hermianensis auctoritas est-ne admittenda? IX, 69.

Falsa sunt quandoque probabiliora veris. II, 313. Falsum est malum intellectus, sicuti verum est bonum ejus. IV, 41.

Falsitas. Omnis falsitas in materia religionis est Deo injuriosa et perniciosa. VII, 379. Falsitas qua quis dicitur falsarius, est immutatio veritatis cum dolo et injuria. IX, 432. Falsitas circa monetas contingit tripliciter : 1° in substantia monetæ; 2° in pondere; 3° in charactere principis. 432. Falsitas circa litteras apostolicas est casus reservatus. *Ibid.*

Fama est instabilis. IV, 13. Homo est dominus propriæ famæ et honoris. VI, 24, 25. Si tamen famam negligit vel prodigit, peccat-ne contra justitiam? *Ibid.* Fama nostra potest tripliciter esse necessaria proximo. XI, 25, 26. Non licet defendere honorem seu famam cum occisione invasoris. VI, 249, 250. Nulla est obligatio restituendi famam, nisi re ipsa et injuste sit ablata. 369. Fama injuste ablata, est statim restituenda. Est communis et certa. 364. Diversimodo fieri debet famæ restitutio. 366. Quando fama sufficienter restitui non potest per duos priores modos, neque pecunia compensatur, adhibenda-ne est petitio veniæ? 368. Nemo regulariter tenetur restituere famam cum detrimentovitæ. 370. Tenetur tamen aliquando cum detrimento bonorum fortunæ. *Ibid.* et cum detrimento propriæ famæ. *Ibid.* Prima causa excusans detractorem a restitutione famæ, est quando fama est aliunde recuperata : tenetur tamen ad reparanda damna illata per detractionem. 369. Secunda causa excusans a restitutione famæ, est remissio expressa vel tacita læsi, nisi hoc vergat in detrimentum aliorum. *Ibid.* Tertia causa est si peccatum occultum quod revelasti fiat aliunde publicum. 370. Quarta causa est impotentia moralis. *Ibid.* Quinta causa est compensatio mutua. *Ibid.* Fama generaliter sumpta, est frequens et vulgaris sermo de re aliqua. 347. Prout spectat laudem vel vituperium alicujus, strictius definitur : Opinio et sermo multorum de vita et moribus alicujus. *Ibid.* Quodnam est discrimen inter bonam famam et honorem? 348, 349. Fama consistit in opinione et laude. VIII, 45. Præceptum servandi famam proximi non est præceptum naturale ubi justa ratio aliud postulat. IX, 427.

Famuli villicorum qui ovibus, jumentis, etc. plus alimenti tribuunt quam taxaverit dominus, tenentur-ne ad restitutionem? VI, 298.

Faustus, ex Lirinensi abbate episcopus Rhegiensis, fuit unus et quidem acerrimus defensorum Semi-Pelagianismi : videtur tamen ab errore formali excusandus. III, 260.

Felix. Urgelitanus episcopus, dicebat Christum esse filium Dei adoptivum. Errorem ejuravit, sed dubium est an constans in fide permanserit. III, 113. *Vide* Elipandus, *simul enim fere nominantur.*

Festum corporis Christi ab Urbano IV, institutum fuit anno 1264. IX, 111. Prima origo et occasio hujus festi fuit visio cujusdam monialis nomine Julianæ. *Ibid.* Leodii primum celebratum fuit hoc festum. *Ibid.* F. Joannes Leodiensis officium composuit. *Ibid.* Tandem bullam direxit Urbanus ad Evam reclusam Martianam in qua hoc festum in orbe christiano celebrandum esse solemniter decrevit. 112. Festum corporis Christi religiose in ecclesia institutum fuit : convenit ut solemniter veluti triumpho publice corpus Christi circumferatur. 98.

Fera laqueo meo capta aut a me vulnerata, est-ne mea, vel capientis? VI, 59, 60. *Vide* Animalia.

Feritas seu sævitia, est bestiale vitium, non humanum. VIII, 203.

Ferrandus diaconus quid egit in concilio Chalcedonensi? V, 134.

Ferri candentis judicium est illicitum. VII, 383, 393.

Festa a quibus possunt institui? VII, 390. Quoad observationem festorum, *vide* Dies Dominica.

Feudum, a fidelitate dictum, accipitur vel pro ipsa re feudali, vel pro contractu. Hoc sensu acceptum definitur : Contractus quo rei immobilis dominium utile transfertur, retento directo, sub onere fidelitatis et obsequii personalis. Qui accipit, dicitur feudatarius seu vassallus. VII, 169. *Vide insuper appendicem circa finem.*

Fictio quæ potest referri ad aliquam veram significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. VII, 395. Neque quando est tantum celatio seu dissimulatio veritatis quam aperire non expedit. *Ibid.*

Fidejussio est alienæ obligationis in se

susceptio, qua quis se obligat ad eam implendam, si debitor principalis eam non impleat. 171. *Et in append. versus calcem.* Si plures pro eodem debito fidejusserint, singuli tenentur in solidum. 172. Fidejussor non obligatur ad plus quam debitor. *Ibid.* In certis casibus fidejussor potest petere solvi a sua fidejussione. *Ibid.*

Fidelitas est virtus qua quis servat promissum. VII, 38.

Fideicommissum est substitutio indirecta. VII, 48. Substituere enim, est in locum unius hæredis vel legatarii alterum statuere; quod fieri potest dupliciter : directe, et indirecte. *Ibid.* Fideicommissum et donatio causa mortis sub appellatione legatorum continentur. 47. Fideicommissarius nihil de fideicommisso donare potest. 46.

Fideles. Ex præcepto Christi, tenetur fidelis aliquando fidem suam exterius profiteri. V, 39. Fideles cognoscere possunt judicium Ecclesiæ circa res fidei. 118. Possunt ne fideles eximi a jurisdictione summi Pontificis? 192. Fideles christiani tenentur obedire sæcularibus potestatibus, quamvis infidelibus. VIII, 7. Filii fidelium quo sensu semen sunt Abrahæ? 430. Quare Apostolus eos vocat sanctos. *Ibid.* Quo sensu tenetur fidelis quilibet esse plene et perfecte Christianus? IX, 34. Fideles in S. Scriptura vocantur late et improprie sacerdotes, et reges. 187.

Fides. Propositio fidei est quæ in verbo Dei scripto vel tradito formaliter et immediate revelatur, et ab Ecclesia catholica ut revelata proponitur; si hæc secunda conditio desit, quamvis prima adsit, erit quidem fidei quoad se, non tamen quoad nos. I, 17 et 18. Deus in origine mundi fidem Redemptoris et veram religionem, per quam homines salvantur, inspiravit Adæ cum præcepto illam propagandi in posteros, posito remedio peccati originalis in adultis per propriam fidem, in parvulis per fidem parentum. Deinde hanc religionem hominum corruptioneoblitteratam, minis, increpationibus, exhortationibus, generali diluvio, et statim inito novo fœdere cum Noë, in magna sua misericordia suscitavit ac innovavit. Postea per Abrahamum eamdem fidem ac religionem instauravit, per Prophetas, tandem per ipsum Christum qui in terris apparuit, mundum verbo et exemplo, sanctissimis legibus et sacramentis, de necessariis ad salutem instruens, et Discipulis in universum mundum missis præcipiens ut ea prædicarent omni creaturæ, et docerent omnes gentes. I, 299. Sine fide salus obtineri nequit, imo concil. Trid. ex Apostolo et perpetuo sensu Ecclesiæ, declarat fidem esse humanæ salutis initium, fundamentum et radicem omnis justificationis. 315. Concil. Trid. dicens fidem esse salutis initium, fundamentum et radicem omnis justificationis, non intelligit de fide explicita et perfecta, sed de fide imperfecta et implicita : imo neque præcise de fide imperfecta formaliter sumpta pro assensu intellectus primis credibilibus, sed de fide sumpta tam pro illo assensu quam pro pio voluntatis motu prærequisito ad illum assensum. 314. Quæ sunt fidei non sunt tentanda probare nisi per auctoritates, his qui auctoritates suscipiunt, apud alios vero sufficit defendere non esse impossibile quod prædicat fides. II, 39. Actus fidei quo assentimur veritatibus supernaturalibus ex motivo divinæ revelationis, est supernaturalis. III, 329. Quodnam est ejus objectum *quod*, et objectum *quo*? *Ibid.* Ad actum fidei qui fit propter malum finem requiritur-ne gratia supernaturalis? 330. Fides humana non est ita certa ac fides divina. *Ibid.* Fides et spes remanent in peccatore secundum nudam entitatem et ut in subjecto præternaturali. 373. Actus fidei elicitus precise ob vanam gloriam est-ne ex objecto bonus? IV, 157. Tenetur unusquisque in materia fidei et morum sincere quærere veritatem, dum latet, et ad eam niti quantum potest. IV, 220. Fides erat pars justitiæ originalis. 332. Carentia fidei est pars peccati originalis. *Ibid.* Fides varie sumitur : 1° pro fidelitate in promissis servandis : 2° pro conscientia; 3° pro fiducia; 4° pro veracitate, seu inclinatione dicendi verum; 5° pro ipsa doctrina et objecto fidei; 6° pro virtute supernaturali, qua credimus veritatibus a Deo revelatis et quæ definitur ab Apostolo, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. V, 1. Objectum formale *quod*, seu objectum attributionis fidei, est prima veritas in essendo. 2. Objectum formale sub *quo* fidei est prima veritas in dicendo, seu divina veracitas revelans, connotans primam veritatem in cognoscendo, seu infinitam Dei sapientiam. 3. Objectum materiale adæquatum fidei est omne revelatum a Deo, primario Deus ipse, cætera secundario. *Ibid.* Motivum credendi et assentiendi revelatis, est auctoritas et veracitas Dei revelantis, non Ecclesiæ testimonium seu propositio. 4. Motivum fidei potest intelligi dupliciter : 1° vel de motivo assentiendi revelatis; 2° vel de regula discernendi quæ sunt revelata. 4. Primum controvertitur inter catholicos; secundum, inter catholicos et hæreticos. *Ibid.* Fidei non potest subesse falsum ex parte Dei revelantis. 6. Fidei non potest subesse falsum ex parte credentis. *Ibid.* Objectum fidei est necessario obscurum et inevidens. 9. Obscuritas non pertinet ad rationem formalem sub qua fidei, sed est conditio sine qua non. *Ibid.* Mysteria fidei nostræ sunt evidenter credibilia. 10. Qui disponuntur ad fidem et nondum habent habitum fidei, quomodo cognoscunt credibilitatem. 11. Habitus fidei in fidelibus concurrit-ne ad cognitionem credibilitatis? *Ibid.* Omnia quæ in Scripturis continentur fide tenenda sunt. 15. Duplex est præceptum fidei, affirmativum et negativum. 34. Præceptum fidei obligat per se, et non solum per accidens ratione alterius. *Ibid.*

Præceptum fidei affirmativum obligat per se adultum rationis compotem statim moraliter ac credenda et credendi motiva ipsi sufficienter proponuntur. *Ibid.* Ratio inductiva ad credendum seu motiva credibilitatis, minuunt-ne meritum fidei? 37. In nullo unquam casu, etiam vitandæ mortis, licet fidem corde retentam ore vel facto negare, falsamve exterius profiteri aut simulare. 38. Quandonam in praxi quis censetur facto simulare aut profiteri exterius falsam religionem. *Ibid.* Ad fidem non requiritur intelligentia, sed assensus. 34. Fides sumitur aliquando pro lege evangelica. 38. Licet-ne aliquando celare fidem, verbi gratia, sumendo vestem turcicam? 39. Interrogatus a potestate publica de sua fide tenetur res et fidem confiteri etiam cum periculo vitæ 39. Non tenetur autem respondere secluso scandalo, si a privato quis interrogetur. *Ibid.* Ad assenssum fidei requiritur pia motio voluntatis. 36. Actus fidei humanæ differt ab actu fidei divinæ. *Ibid.* Duplex distinguitur actus fidei internus, et externus. 26. Actus fidei externus qui dicitur confessio, est actus ab ipsa fide elicitus et non solum imperatus 37. Actus fidei potest esse meritorius. *Ibid.* Quinam ex præcepto Ecclesiastico tenentur fidem confiteri? 41. Quid exigit honor Dei? quid indemnitas fidei? quid salus proximi? *Ibid.* Fides recte definitur ab Apostolo: *Sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Ibid.* Doctrina fidei hominibus videtur potius stulta quam sapiens. 26. Fides explicita utriusque mysterii est necessaria necessitate medii, non solum ad secundam salutem, scilicet ad glorificationem, sed etiam ad primam, nempe justificationem. 31, 32.

Fides est in intellectu tanquam in subjecto. 42. Fides informis est vera virtus, sed imperfecta. *Ibid.* Fides est-ne dicenda virtus intellectualis? 43. Habitus fidei formatæ et informis est idem. *Ibid.* Fides per se, est prima inter virtutes, ordine generationis. *Ibid.* Fides non est discursiva. 44. Quid est certitudo fidei, et unde oritur? 43. Fides est certior quoad se omnibus cognitionibus naturalibus non quoad nos. *Ibid.* Fides remanet in peccatore qui non committit peccatum infidelitatis. *Ibid.* Fides sive habitualis sive actualis, non remanet in hæretico qui vel unum tantum fidei articulum pertinaciter discredit. 46. Tripliciter quis potest reniti fidei. 50. Est-ne licitum disputare de fide cum infidelibus? 51. Illud est de fide quod est revelatum. 52. Aliquid potest, dupliciter revelari: 1° immediate in se; 2° mediate, et in alio. *Ibid.* Veritas revelata mediate non est objectum fidei, sed assensus theologici tantum. *Ibid.* Veritas revelata ut pars in toto est objectum fidei. *Ibid.* Quinque regulæ fidei numerantur: duæ inanimatæ S. Scriptura et traditio; tres vero animatæ, Ecclesia, summus Pontifex, et concilium generale. 67. Fides ecclesiastica quid est? est-ne firma et certa? 125. Non repugnat assensui fidei quod supponat aliquem discursum. 127. Fides in communi de gloria sanctorum est divina. 144. Qui elicit actus fidei, spei, aut etiam operatur bonum solius æternæ mercedis intuitu, absque ulla relatione ad Deum propter se dilectum, non peccat. 321, 322. Sceleratis morientibus non est semper fides adhibenda. VIII, 321. Circa ea quæ sunt fidei non est libertas, sed ea agere et credere omnes tenentur. 340. Homo per fidem inchoate fit membrum Christi. X, 36. Fides in matrimonio idem est ac fidelitas quam conjuges sibi invicem debent. 141, 142.

Fides bona vel mala potest esse in possessore. *Vide Posssessor.*

Filiatio. Duplex est filiatio; naturalis una, adoptiva altera. III, 111. Filiatio naturalis est relatio quæ convenit alicui, quatenus ex vi suæ originis recipit naturam generantis, vel eamdem numero ut in divinis, vel specie ut in creatis; unde fundamentaliter sumpta, dicitur origo viventis a vivente in similitudinem naturæ. *Ibid.* Filiatio adoptiva est imitatio secundum quid filiationis naturalis, in quantum qui adoptatur, cum non habeat ex patre naturam, ipsi confertur quæ dam ejus proprietas: unde communiter definitur: *Gratuita et liberalis assumptio personæ extraneæ ad hæreditatem. Ibid.* et 112. Impugnatur rationibus theologicis filiatio adoptiva Christi secundum humanitatem, et adoptio humanitatis. 113 et seqq. Filiatio convenit-ne naturæ, saltem *ut quo?* 116. Filiatio adoptiva est-ne effectus formalis gratiæ habitualis? 117.

Filii debent parentibus honorem, obsequium, et in necessitate auxilium, tandem amorem. VIII, 11. Peccata quæ erga alios essent levia erga parentes sunt gravia. *Ibid.* Qui peccant contra parentes, peccant contra justitiam et pietatem. 12. Filii peccant graviter contra amorem parentibus debitum, sive interius, dum eos odio prosequuntur, etc.; sive exterius, dum eos verbis duris, etc. molestant. *Ibid.* Filii possunt peccare graviter contra reverentiam parentibus debitam verbis, signis, factis et defectu. 12. Peccant filii contra subventionem debitam parentibus dum non subveniunt ipsis in necessitate spirituali et in necessitate corporali. 13. Filii non obedientes parentibus serio et stricte præcipientibus, in rebus ad curam paternam spectantibus, v. g. in iis quæ spectant bonos mores et salutem, vel disciplinam domesticam, peccant mortaliter vel leviter, pro gravitate vel levitate materiæ, contra obedientiam parentibus debitam. *Ibid.* Quandonam materia censetur gravis respectu obedientiæ? 12. Filii aut filiæ qui faciunt aut omittunt sine justa causa aliquid, licet ex se non malum, ex quo prævident parentes exacerbandos esse, peccant graviter contra pietatem; secus si agunt aut omittunt cum justa causa. *Ibid.*

Qui adhuc est in sæculo constitutus, si habeat parentes qui sine ipso commode sustentari non possunt, non debet eis relictis in religionem ingredi. 2, 3. Peccant contra pietatem qui denegant amorem, reverentiam, et in necessitate subventionem rationabilem, iis omnibus qui secundario in sanguine junguntur. 14. Filii et filiæfamilias per se loquendo sunt omnino liberi in eligendo statu, sive religionis, sive ordinis sacri, sive cœlibatus, sive matrimonii (saltem in communi quoad matrimonium), sic, ut quantum ad hoc nullatenus pendeant a voluntate parentum, nec peccent si iis nolentibus eligant, aut iis volentibus non eligant. 8.

Filii illegitimi sunt illi qui extra matrimonium legitimum sunt nati : alii sunt naturales, alii spurii. VIII, 15. Naturales nascuntur ex personis habilibus ad contrahendum matrimonium. *Ibid.* Spurii ex personis inhabilibus ad contrahendum nascuntur, ut ex incestuosis, adulteris, sacrilegis. *Ibid.* Filius ex illegitimo toro conceptus aut natus, fit-ne legitimus per subsequens matrimonium? 8, 9. Quænam a parentibus debentur filiis illegitimis? *Ibid.*

Filiusfamilias. Bona filiorumfamilias sub patria potestate degentium, quæ dicuntur peculium, sunt quadruplicis generis : castrensia, quasi-castrensia, adventitia, et profectitia. VI, 28. Lucra quæ facit filiusfamilias in domo paterna sunt-ne adventitia, an profectitia. 29. Filiusfamilias sub patria potestate habet dominium plenum bonorum castrensium et quasi-castrens. : adventitiorum habet tantum dominium directum seu proprietatem; pater, dominium utile, seu usumfructum : profectitiorum tandem nec directum nec utile dominium habet filius, sed totum est patris. 28. 29. Quot modis filiusfamilias patria potestate liberatur, suique juris effectus, bonorum adventitiorum usumfructum acquirat? 30. Filiusfamilias pubes aut pubertati proximus, etiam absque consensu patris, obligatur tam civiliter quam naturaliter ex communi contractu qui non cedit in præjudicium patris. 11, 12. Disparitas inter pupillum et filiumfamilias impuberem, est quod pupillus, sive infans sive infantiæ proximus, auctore tutore possit obligari; at filiusfamilias infans aut infantiæ proximus, ne auctore quidem patre obligatur. 11. Filiifamilias habent jus ad necessaria victui et amictui. 293. Filius familias dicitur quandiu sub patris aut avi paterni potestate existit, etiamsi compleverit vigesimum quintum annum. VII, 11, 12.

Filius, secunda persona Trinitatis. Filius Dei non est factus, nec creatus. II, 22. Filio Dei non tribuitur ignorantia, nec impotentia. 23. Est Deus. 24. Filius cur non per generationem accipit intellectum quo possit producere aliud verbum, sicut accipit voluntatem qua cum Patre producit Spiritum sanctum? 68. Processio Verbi est generatio, non processio Spiritus sancti. 70. Exponuntur variæ opiniones scholæ : Prima dicit Verbum esse genitum et non Spiritum sanctum, quia hic a duobus, Patre et filio, procedit, Verbum ab uno tantum. Secunda opinio dicit ideo Filium esse genitum et non Spiritum sanctum, quia, licet uterque vi processionis procedat ut similis in natura, tamen Filius procedit ut imago, non Spiritus sanctus. Tertia opinio dicit processionem Verbi esse generationem, et non processionem Spiritus sancti, quia Verbum recipit naturam fœcundam, potentem producere aliud suppositum, non Spiritus sanctus. Quarta opinio dicit processionem Verbi, non processionem Spiritus sancti, esse generationem, quia prima procedit naturaliter semper secundum modum naturæ, non secunda. 71. His omissis opinionibus et quibusdam aliis, dicimus processionem Verbi esse generationem et non processionem Spiritus sancti, quia processio Verbi est per intellectum qui vi sua est assimilativus, et processio Spiritus sancti est per voluntatem quæ vi sua non est assimilativa. 72. Filius dici potest unus cum Patre, non unus; et e contra dici potest alius a Patre, non aliud. 109. Potest-ne dici Filium esse principiatum? 113. Inter varia nomina quibus insignitur secunda Trinitatis Persona, tria sunt præcipua, scilicet, Filii, Verbi et Imaginis. Quamvis hæc tria nomina sint omnino unum et idem absque virtuali distinctione, distinguuntur tamen penes modum significandi et ordinem ad diversa connotata extrinseca. Filius dicitur respective ad Patrem; Verbum, respective ad intellectum cui manifestat res cognitas : Imago, respective ad principium quod imitatur. Ratio Filii ex ratione Patris consideratur et intelligitur. 113. Nomen Imaginis est proprium Filio. Est cum Patribus latinis contra Græcos. 115. Filius Dei si assumeret plures humanitates, esset unus homo.

Finis. Est commune axioma theologorum et philosophorum, quod finis sit primum in intentione, et ultimum in executione. I, 416. Principium et finis alicujus effectus debent-ne sic proportionari quod sint ejusdem ordinis? III, 353. Finis, relictis variis ejus acceptionibus, sumitur pro illa causarum quæ allicit agens ad operandum, et definitur, *id cujus gratia aliquid fit*, sive, *cujus gratia agens operatur*. IV, 1. Ex quo inferes 1° quod finis sit principium in operabilibus ab homine et omnium causarum prima. *Ibid.* Inferes 2° finem et bonum esse idem materialiter. *Ibid.* Inferes 3° finem, cum sit primus in intentione, esse ultimum in executione; unde dicitur finis, quia ut obtineatur finis in re, debent præcedere media. *Ibid.* Inferes 4° finem non movere nec finalizare, nisi apprehensum. *Ibid.* Finis dividitur 1° in finem *cujus gratia* et finem *cui* : finis *cujus gratia* est res quæ appetitur, finis *cui* est persona seu subjectum cui finis *cujus gratia* appetitur : sic finis *cujus gratia* in medico est sani-

tas, finis *cui* est æger cui appetit sanitatem. Hæc tamen divisio non est in duos fines distinctos, sed in duas res integrantes unum finem totalem. *Ibid.* Finis dividitur 2° in finem objectivum seu finem *qui*, et finem formalem seu finem *quo*. Finis objectivus, seu *qui*, est res seu objectum quod assequi cupimus : finis formalis, seu *quo*, est ejus assecutio et possessio. *Ibid.* Finis dividitur 3° in finem operis et finem operantis. Finis operis est ille ad quem ex natura sua tendit opus ; Finis operantis est quem sibi ad libitum constituit operans. *Ibid.* Finis operis dicitur physicus, proprius, intrinsecus et universalis, finis operantis dicitur moralis, extrinsecus et particularis. *Ibid.* Finis dividitur 4° in finem primarium seu principalem, et secundarium seu minus principalem. *Ibid.* Dividitur 5° in finem effectum et finem obtentum. Finis effectus est qui operatione agentis fit et producitur : finis obtentus est qui operatione agentis acquiritur sed non producitur. 2. Finis tandem dividitur 6° in finem ultimum et non ultimum. Finis ultimus est qui nullius alterius gratia appetitur, sed ejus gratia cætera appetuntur, vel qui sic appetitur gratia sui, ut in nullum alium referatur. Finis non ultimus, seu intermedius, est qui ratione sui quidem appetitur, cum relatione tamen et dependentia ab ulteriori fine. *Ibid.* Finis intermedius vere et proprie habet rationem finis. *Ibid.* Homo in omnibus suis actibus humanis agit propter finem. 3. Finis cognosci potest dupliciter ; materialiter et formaliter. 5. Omnia agentia agunt aliquo sensu propter finem. *Ibid.* Proprium est naturæ rationali agere propter finem formaliter et movendo se. *Ibid.* Deus agit-ne etiam propter finem? 6. Actus humani specificantur a fine. *Ibid.* Finis ultimus potest dupliciter considerari : 1° formaliter et in abstracto; 2° materialiter. *Ibid.* Impossibile est quod idem homo simul appetat diversa tanquam plures ultimos fines totales et adæquatos. *Ibid.* Quæcumque vult homo deliberate, vult actu vel virtute propter ultimum finem. 9. Finis ultimus quem homo intendit in omni actu deliberato, est-ne materialis aut formalis? 10. Finis communis de se non tribuit bonitatem aut malitiam actui. *Ibid.* Omnes homines conveniunt in ultimo fine formali. 12. Omnes aliæ creaturæ conveniunt in vero fine ultimo *qui* hominis, scilicet Deo. *Ibid.* Non autem conveniunt in ultimo fine *quo*, quia Deus non possidetur nisi per actus intellectus et voluntatis, quorum aliæ creaturæ sunt expertes. *Ibid.* Se movere proprie in finem et libere illum velle non idem sunt inter se. 121. Qui vult efficaciter finem, necessitatur ad eligendum unicum medium, eo scilicet tempore quo finis est per illud obtinendus. 130. Hæc necessitas, quia hypothetica est, non officit libertati. *Ibid.* Finis obtineri nequit per media, nisi sint volita. *Ibid.* Distinctio est inter finem operis et finem operantis. 148. Actus humanus desumit bonitatem vel malitiam a fine. *Ibid.* Actus ex objecto bonus ad bonum finem imperatus, desumit bonitatem suam specificam et essentialem ab objecto, accidentalem a fine. 149. Bonus finis licet minuat, non tamen tollit omnem malitiam operis, nec de mortali facit venialem. 152 et 153. Omnis finis non est ultimus, sed datur finis intermedius. 154. Opus ex objecto malum ad malum finem extrinsecum relatum, est pejus et majoris demeriti. 154. Malus finis potest esse ratio totalis et adæquata cur eligitur bonum opus. *Ibid.* Actus alias secundum se bonus, cujus malus finis est totalis et adæquata ratio cur eligatur, ex nulla parte est bonus, sed totus malus. *Ibid.* Actus alias secundum se bonus, cujus finis malus non est totalis et adæquata ratio cur eligatur, potest esse bonus ex objecto, et malus ex fine. 155. Finis est quid extrinsecum objecto in esse entis, non in esse moris. 157. Omne opus bonum electum ut purum medium ad malum finem, est totaliter malum. 159. Opus bonum assecutum ut finis intermedius, etiam propter propriam honestatem in se placentem, non est totaliter malus, sed ex proprio objecto bonitatem habet. *Ibid.* Quotiescumque homo deliberate agit, tenetur actioni suæ præstituere finem bonum et honestum. 163. Homo deliberate agens non potest agere propter bonum delectabile, sensibile, tanquam propter finem. 164. Finis supernaturalis non est assequibilis, nisi per media supernaturalia. 265. Finis ultimus in quem homo tendit est supernaturalis. V, 26. Media quibus ad finem ultimum homo pervenit sunt supernaturalia. 27. Finis ultimus est summum bonum quod propter se appetitur, et omnia propter ipsum. 325. Qui tenentur ad finem non tenentur ad media convenientia ex consilio tantum. 354, 355. Tria sunt quæ nos a fine ultimo prohibent : 1° peccatum ; 2° tentatio; 3° mala spiritualia et temporalia. VII, 199. Duplex distingui debet et solet finis præcepti : unus intrinsecus, qui ab ipsa re præcepta non separatur ; alter extrinsecus, qui ab ipsa re præcepta distinguitur et separari potest. 340. Aliquid nos ordinat ad finem ultimum dupliciter : 1° per se ; 2° per accidens. 199. Deus est noster finis in quem noster affectus tendit dupliciter : 1° secundum quod volumus gloriam Dei ; 2° secundum quod volumus frui gloria Dei. 199. finis præcepti cadit-ne sub præcepto. IX, 160. Finis ultimus super omnia placet. 292.

FIRMAMENTUM. Quod Vulgata dicit *firmamentum*, textus Hebraïcus vocat *expansionem*. II, 252. Secundum probabilem plurium sententiam, firmamentum est cœlum sidereum. Secundum autem communiorem sententiam, firmamentum est totum illud spatium quod a terra extenditur usquequo acies oculorum pertingere potest, compre-

hendens aërem et omnes orbes cœlestes cum cœlo sidereo. 252 et 253.

Firmilianus, episcopus Cæsareensis, censuit rebaptizandos esse hæreticos. VIII, 339. Firmilianus commotus est plus æquo in S. Stephanum. 344. Incertum est an Firmilianus ab errore Rebaptizantium recesserit. 345.

Firmitas fidei hæretici provenit ex sola pertinacia voluntatis. V, 5. Ea quæ pendent a ratione ratiocinata duplicem habent firmitatem : firmitatem sui esse, et firmitatem suæ veritatis. VIII, 213.

Flagella præsentis vitæ, si patienter tolerentur, sunt satisfactoria. IX, 472.

Fletus est gradus pœnitentiæ publicæ. IX, 475. Flentes decurrebant hunc gradum. *Ibid.*

Florentinum concilium generale XVIII, ab Eugenio IV incœptum fuit anno 1438, Ferrariæ ; postea translatum fuit Florentiæ, unde nomen accepit. V, 250. Huic aderant Joannes Paleologus et multi Orientis episcopi. *Ibid.* In hoc concilio actum est de quinque Capitibus inter utramque Ecclesiam controversis. *Ibid.* Synodus Florentina fuit certo et indubitate œcumenica, etiam ante discessum Græcorum. 231. Edidit decretum fidei pro instructione Armenorum. Initio tractatus cujusque sacramenti reperitur doctrina hujus decreti. VIII, 213 : IX, 1 et 231 : X, 25.

Florus, monasterii Adrumetini monachus, detulit epistolam S. Augustini quæ conturbavit nonnullos monachos, credentes ex doctrina S. Augustini extingui liberum arbitrium. III, 258.

Florus, magister et diaconus Ecclesiæ Lugdunensis, scripsit contra Scotum, Originem. I, 293.

Flumen. Unde quatuor flumina Paradisi nunc habent quatuor origines? II, 295. Quid est flumen Sabbaticum? Unde hoc nomen habet? 318.

Foemina est præter intentionem naturæ particularis, non autem naturæ generalis. II, 291. In statu innocentiæ, si perseverasset, natæ fuissent mulieres. *Ibid.*

Foetus. Quandonam animetur anima rationali incertum est. VI, 251.

Fomes, qui alio nomine concupiscentia dicitur, potest considerari dupliciter : in actu primo, et in actu secundo. III, 56. Fomes in actu primo est appetitus sensitivus, ut connotat privationem subjectionis ad rationem. *Ibid.* Fomes in actu secundo est ipse actus seu motus ipsius appetitus in objectum rationi contrarium et illicitum. *Ibid.* Fomes in actu secundo nec fuit, nec absolute potuit esse in Christo. *Ibid.* Fomes in actu primo non fuit in Christo, et probabilius esse non potuit absolute. 57. Quæritur utrum per sanctificationem suam in utero fomes fuerit in B. Virgine totaliter sublatus ; qui fomes dicitur appetitus sensitivus, non secundum se, sed ut habitualiter inclinatus ad actus contrarios rationi. 152. Per hanc sanctificationem primam fomes non fuit totaliter sublatus in B. Virgine, sed per secundam tantum in conceptione Christi. *Ibid.* Fuit tamen in B. Virgine ligatus fomes per primam sanctificationem. *Ibid.*

Forma. Eadem forma potest-ne præstare hunc utrumque effectum, scilicet elevationem ad esse supernaturale et dispositionem ad operandum? III, 374. Forma essentialis sacramenti est illa qua significatur id quod in sacramento efficitur. VIII, 405 et IX, 145. Significatio est forma totalis sacramentorum. VIII, 225. Illud habet rationem formæ, quod est alterius determinativum et perfectivum. 224. Formæ omnium sacramentorum non sunt eodem gradu in Evangelio explicitæ. 232. Circa mutationes quæ fieri possunt in formis sacramentorum duo sunt consideranda : unum ex parte illius qui profert verba ; aliud ex parte significationis verborum. *Ibid.* Et circa hoc ultimum duplex distinguitur mutatio : una substantialis, alia accidentalis. 233. Mutatio, sive substantialis sive etiam accidentalis, formæ vel materiæ sacramentorum, est ex genere suo peccatum mortale ; est enim profanatio rei sacræ, adeoque sacrilegium. 235. Mutatio substantialis seu varians sensum substantialem propositionis intentum a forma sacramentali, etsi esset debita intentio, irritat sacramentum. 233. Secus si sit tantum mutatio accidentalis, seu non tollatur sensus substantialis formæ 234. Si minister per mutationem formæ sacramentalis ex industria factam, sive addendo, sive subtrahendo, sive corrumpendo, sive quocumque alio modo, intendat inducere novum ritum seu novam formam essentialem ab Ecclesia non receptam, quamvis remaneat adhuc sensus legitimus, non videtur perfici sacramentum. 233. Quando ita mutantur verba formæ in sacramentis, ut sensus eorum reddatur ambiguus, ex intentione ministri pendet ut determinetur ad verum et legitimum seu falsum et erroneum sensum, adeoque ut validum sit vel invalidum sacramentum. 234. Octo modis contingit mutari verba formæ in sacramentis pro praxi : 1° ex parte idiomatis : hæc mutatio est accidentalis ; unde valet sacramentum quocumque idiomate proferatur ; 2° si verba usitata mutentur in synonyma : hæc mutatio est accidentalis, modo synonyma sint ejusdem omnino significationis et æque distincta, alias mutatio foret essentialis et nullum sacramentum ; 3° corrumpendo verba formæ : quæ corruptio, si neque proprie neque per accommodationem reduci possint ad verum sensum, erit substantialis et nullum sacramentum ; alias non. Mutatio formæ fit per additionem alicujus termini, quæ si variet sensum debitum, erit essentialis ; alias accidentalis : si additio sit sensus ambigui, consulenda est intentio ministri ; 5° per substractionem : quæ si tollit sensum debitum sacramentalem,

erit substantialis mutatio; alias accidentalis tantum; 6° per transpositionem verborum formæ : quæ pariter si tollat sensum sacramentalem, erit mutatio substantialis; secus accidentalis; 7° per interruptionem verborum formæ : quæ si tanta sit ut non censeatur moraliter loquendo verba in unam orationem convenire, erit mutatio substantialis; secus accidentalis; 8° si verba mutentur in nutus, scripturam, aut alia signa : et hæc est substantialis, nisi in matrimonio. 234, 233. Forma conditionalis dicitur quæ profertur sub conditione, per oppositionem formæ absolutæ quæ profertur sine conditione. 237. Formæ conditionalis septem vel octo primis Ecclesiæ sæculis nullum fuisse usum probant eruditi. *Ibid.* Primæ formæ conditionalis mentio reperitur in Capitularibus Caroli Magni, editis anno 807. *Ibid.* Forma conditionalis ubique obtinuit cum decretum Alexandri III fuit in corpus juris relatum a Gregorio IX. 237 et 238. Ab illo tempore invaluit usus formæ conditionalis in omnibus ecclesiis Latinorum, et merito. *Ibid.* Formæ sacramentorum, licet indicativæ, possunt-ne dici deprecatoriæ? IX, 22. Forma deprecatoria fuit-ne in usu usque ad sæculum duodecimum? 256. Formæ sacramentorum, excepta extrema unctione, sunt-ne aliquo sensu oratio tacita? 254, 255. Dubium est an expressio hujus conditionis, *si sis dispositus*, in verbis formæ sit licita. 414. *Vide* Confessarius.

Formularium Alexandri VII. III, 272. De ejus origine, obligatione et tenore; plura egerunt Jansenistæ circa Formularii subscriptionem. *Ibid. et sepq.*

Formido levis et infundata de peccato prudenter condemnari potest ut scrupulus. IV, 206.

Fornicatio est congressus soluti cum soluta corrupta. VI, 279. Fornicatio spiritualis est quando mens delectabiliter conjungitur rebus quibus non debet conjungi. VIII, 122. Fornicatio contrariatur dilectioni proximi. 139. Fornicatio aliquando sumitur pro quovis illicito concubitu. 137. Fornicatio simplex est intrinsece mala mortaliter; proindeque non solum est mala quia prohibita, sed prohibita quia mala. 137, 138. De fide est fornicationem simplicem esse peccatum mortale. 137. Fornicatio simplex non est majus peccatum quam peccata quæ sunt contra virtutes theologicas et religionem, neque majus quam homicidium; est tamen majus quam furtum. 139, 140. Utrum sit simplex fornicatio, sufficiatque pro tali confiteri si quis cognoscat viduam, si servus suam dominam, si christianus gentilem aut judæam, si tutor aut curator pupillam vel minorem? *Ibid.* Potest dari ignorantia invincibilis de malitia fornicationis. *Ibid.* Vir qui fœminam inducit ad fornicandum tenetur-ne hanc scandali circumstantiam exprimere in confessione? 141. Fornicatio inchoata sine seminatione intra vas in rigore non est fornicatio. IX, 376.

Fortitudo est virtus moderans motus animi circa quæcumque terribilia, præsertim circa pericula mortis sustinendæ vel repellendæ. VIII, 30. Fortitudo sumi potest dupliciter : 1° late et generaliter pro qualibet firmitate in bono honesto; 2° pro speciali firmitate animi in sustinendis et repellendis his in quibus maxime difficile est firmitatem habere. 31. Fortitudo versatur maxime circa pericula quæ imminent in bello justo, sive communi, sive particulari. *Ibid.* Fortitudo proprie sumpta, est virtus specialis. *Ibid.* Fortitudo est virtus cardinalis. 32. Fortitudo non præcellit inter omnes virtutes cardinales, sed est ordine dignitatis tertia. *Ibid.* Fortitudo non habet partes subjectivas. 39. Partes ejus integrales sunt ea quæ requiruntur ad integrum ejus officium. *Ibid.* Partes potentiales sunt quæ cum fortitudine in aliquo conveniunt, et in aliquo disconveniunt, et ideo illi adjunguntur ut secundariæ principali. *Ibid.* Fidentia, magnificentia, patientia et perseverantia sunt partes tam integrales quam potentiales fortitudinis sub diversa ratione. *Ibid.* Macrobius illis adjungit magnanimitatem, securitatem et constantiam. 40. Convenienter in lege divina præcepta fortitudinis traduntur. 51. Dantur magis negative quam affirmative. *Ibid.* — Donum fortitudinis est qualitas infusa qua quis, ex speciali motione Spiritus sancti, et præter connaturalem modum agendi, pervenit ad finem cujuslibet operis inchoati, cum fiducia evadendi omnia pericula, contrarium timorem excludente. *Ibid.*

Fossarii ratione officii, non ordinis, quandoque numerantur inter clericos. X, 30.

Franciscus (S.) Xaverius infantes morti proximos a parentibus derelictos baptizabat. VIII, 444.

Francofordiense concilium anno 794 damnavit-ne filiationem adoptivam in Christo, non solum in sensu Felicis et Elipandi, sed etiam in sensu duplici theologico catholico? III, 114. Reprobavit-ne definitionem synodi primæ de cultu imaginum? 139.

Frater natu major potest-ne licite verberare fratres minores? VI, 260.

Fraus est executio astutiæ per facta. VI, 8.

Fredericus II, adjuvante Innocentio III, imperium adeptus est; at beneficii immemor, Ecclesiæ pacem turbavit : de hæresi vehementer suspectus erat. V, 246. Ad concilium Lugdunense II citatus, non comparuit. *Ibid.* Ob facinora a regno privatus est. *Ibid.*

Fructus. Initio mundi fructus arborum erant maturi. II, 247. Fructus sensibilis duo importat, suavitatem et finem, seu coronam laborum et culturæ. IV, 225 et 226. Fructus est utilitas quæ colligitur ex re, deductis expensis. Quadruplicis generis distinguendi

sunt fructus, scilicet : 1° mere naturales; 2° fructus mere industriales; 3° fructus mixti; 4° fructus civiles. VI, 129.

Fruitio. Nomen fruitionis a sensibilibus fructibus derivatum videtur. IV, 125. Ad fruitionem tres actus concurrunt, scilicet possessio boni, ejus amor, et quies seu delectatio de illo. *Ibid.* Definitur fruitio : *Jucunda quies amantis in re possessa. Ibid.* Fruitio est una perfecta, alia imperfecta. Fruitio perfecta est ultimi finis realiter habiti; imperfecta, finis ultimi habiti in intentione tantum. 126.

Fucatio mulierum est quædam species fictionis quæ fieri non potest sine peccato. VIII, 211.

Fuga est aversio et recessus a malo futuro. IV, 257. Fuga in persecutione non est per se illicita. V, 39.

Fulgentius (S.) Ruspensis episcopus, libros Fausti Semi-Pelagiani confutavit. III, 261.

Furiosi a nativitate sunt baptizandi non secus ac infantes. VIII, 446. *Vide* Amentes.

Furtum, quod dicitur a furvo, dupliciter accipitur : 1° generaliter pro omni injusta acceptione rei alienæ, sive sit occulta sive manifesta, sive sit rei proprie possessæ sive improprie; 2° stricte et proprie. VI, 286. Furtum stricte et simpliciter dictum, est occulta rei alienæ acceptio; plures addunt domino rationabiliter invito. *Ibid.* — Omne furtum est peccatum ratione contrarietatis ad justitiam et ratione doli seu fraudis quam fur committit, rem alienam occulte et quasi ex insidiis usurpando. 289. Furtum, quod est ex genere suo peccatum mortale, potest fieri veniale ex multiplici capite : 1° ex levitate materiæ; 2° ex indeliberatione actus; 3° ex ignorantia, etc. *Ibid.* Furtum leve ratione parvitatis materiæ potest fieri mortale. 290. Multi quantitatem requisitam ad furtum mortale determinant respective ad personas a quibus res auferuntur. *Ibid.* Alii eam determinant absolute, independenter a paupertate vel divitiis illius a quo res auferetur. *Ibid.* Quantitas requisita videtur esse stipendium diurnum boni operarii. 291. Qui ex intentione ditescendi, seu notabilem quantitatem surripiendi, sæpe quid leve furatur, singulis furtis peccat mortaliter ratione mortalis intentionis. 292. Qui sine intentione notabilem quantitatem surripiendi, sæpe quid leve furatur, non peccat mortaliter singulis furtis, sed ultimo quo sciens et reflectens saltem confuse ad præcedentia furta, complet materiam sufficientem ad peccatum mortale. 291, 292. Utraque conclusio præcedens vera est, etiamsi quis a diversis minuta furetur; major tamen tunc requiritur quantitas ad peccatum mortale quam si furaretur ab uno tantum. 293. Qui furatur partem levem non peccat mortaliter, nec tenetur sub mortali hanc levem partem restituere, si sciat damnum grave aliunde ab aliis esse inferendum aut illatum : imo etsi tum nesciat, sed postea resciat, non tenetur similiter suam partem levem restituere sub mortali. 164, 165. Furtum committit qui non restituit, cum potest et debet, mutuum, commodatum, depositum. 286. Pœnitens tenetur explicare in confessione, an a paupere vel a divite furatus fuerit. 190.

Futurum recte definitur, *quod est determinatum in suis causis ad habendum existentiam in tempore sequenti;* hanc definitionem non admittunt, quin potius totis viribus impugnant defensores scientiæ mediæ, quod videant ea everti suum systema. I, 176. Futurum aliud est necessarium, aliud contingens; necessarium est, quod ex natura sua petit aliquando esse, nec est naturaliter impedibile, ut crastinus ortus solis. Contingens, si late sumatur, est quidem quod ex natura sua petit aliquando esse, sed ex concursu aliarum causarum est naturaliter impedibile, ut vita longæva ex temperamento longævo. Contingens proprie et stricte sumptum est, quod ex natura sua est indifferens ad esse et non esse, ut sunt quæ pendent ex libero arbitrio. 177. Futurum proprie contingens, aliud absolutum, aliud conditionatum. Absolutum est, quod non dependet ab aliqua conditione, nisi forte a conditione ponenda. *Ibid.* Futurum conditionatum, aliud pertinens, aliud impertinens, seu disparatum. Pertinens est quod connexionem quamdam sive moralem sive physicam habet cum conditione. Impertinens seu disparatum est quod nullam habet connexionem cum conditione. *Ibid.* Deus certo et infallibiliter cognoscit omnia futura absoluta, contingentia et libera, illæsa libertate. 178. *Vide* Deus. Futurum conditionatum, est quod reipsa non erit, esset tamen si aliquid aliud poneretur. Potest accipi dupliciter : 1° in sensu illativo; 2° in sensu enuntiativo. 194. Causæ futurorum tripliciter se habent : 1° quædam producunt ex necessitate et semper suos effectus; 2° quædam non ex necessitate nec semper, sed ut in pluribus; 3° quædam sunt indeterminatæ et ad utrumlibet, quales sunt potentiæ rationis. VII, 376. Futura dupliciter prænosci possunt, in suis causis, et in seipsis. *Ibid.*

G

Gabriel Angelus, missus ad Mariam, non est supremæ hierarchiæ, sed infimæ, primus ex secundo ordine qui est archangelorum. III, 161.

Garrulitas, seu multiloquium, id est sermo superfluus, est peccatum. VIII, 102.

Gaudium spirituale est quædam de Deo delectatio. V, 337. Oritur ex amore. *Ibid.* Est effectus internus charitatis. *Ibid.*

Gaufredus, S. Bernardi monachus, fuse scripsit de conversione aquæ infusæ in calice. IX, 122.

Gaufredus (Ludovicus) fuit-ne parochus Massiliensis? Baptizavit-ne infantes illos devovendo Diabolo? VIII, 319.

Gehennæ metus inducens peccatorem ut se ad Deum convertat, non solum et bonus, sed etiam supernaturalis. IX, 506, 507.

Gelasius papa, anno 494, in synodo Romana, Fausti et Cassiani libros damnavit, sanctorum vero Augustini et Prosperi opera commendavit. III, 261.

Genealogia. De genealogia Christi. Difficultas est in conciliandis tum inter se tum cum veteri Testamento binis Christi genealogiis a SS. Matthæo et Luca descriptis. Ad conciliandas has apparentes dissonantias, duæ sunt viæ. Prima est Julii Africani tertio sæculo, dicendo Matthæum descripsisse genealogiam carnalem Josephi; Lucam vero, legalem. III, 166. Alter conciliationis modus qui pluribus et etiam nobis arridet, est, ut dicamus Matthæum texere genealogiam Christi per progenitores Joseph, Lucam vero per progenitores naturales B. Virginis. 167 et 168.

Generale aliquid dupliciter dicitur : 1° per prædicationem, sicut animal est generale ad hominem et equum, etc. 2° secundum virtutem, sicut causa universalis est generalis ad omnes suos effectus. VI, 82.

Generatio prout convenit etiam non viventibus, est mutatio de non esse ad esse in aliquo subjecto. Prout autem convenit solis viventibus, definitur : *Origo viventis a vivente conjuncto in similitudinem naturæ specificæ.* II, 69. Processio verbi est generatio, non processio Spiritus sancti. 70. In generatione hominis duplex est actio et duplex terminus. Prima actio est creatio quam facit solus Deus : altera actio est generatio quam facit Deus et homo. 265. Generatio terminatur ad suppositum seu personam. 368. Spiritualis generatio est majus beneficium quam carnalis. V, 308.

Generare, producere, spirare possunt purificatis imperfectionibus verificari in mysterio SS. Trinitatis. IV, 88.

Genesius (S.) martyr an susceperit revera baptismum mimice collatum quidam dubitant. VIII, 303, 304.

Gentiles. Errantibus contra Trinitatem adjungi possunt Gentiles, Judæi, Mahumetani qui, cum Deum agnoscant, trinum in personis negant. II, 4. Quidam gentiles steterunt pro virtute contra gravissimas tentationes, et has superarunt tentationes. III, 348. Scriptura nusquam-ne excusat gentiles olim peccantes contra legem naturæ, sed e contra eos sine distinctione damnat? IV, 338. Gentiles quædam legis opera propriis viribus facere possunt, non autem omnia. V, 26. Qui vacabant rebus divinis apud Gentiles, liberi erant a tributis. VI, 221.

Genus intellectivum et nobilius genere appetitivo. V, 278. Genus pertinet ad essentiam speciei, et cadit in ejus definitione. VI, 91.

Gerson erravit circa differentiam peccati mortalis et venialis. IV, 420. Gerson quid de Romani pontificis statu dicit? V, 161. Primus videtur esse qui docuit concilium generale esse superius summo Pontifici. 213, Gerson arbitratus est ad salutem parvulorum sufficere votum baptismi a parentibus seu aliis conceptum. VIII, 471, 472.

Gibellinorum factio favebat Imperatori. V, 246.

Gilbertus Poretanus, episcopus pictaviensis sæculo duodecimo dicebat *divinitatem non esse Deum, sed formam qua Deus est*, sicut humanitas non est homo, sed forma qua homo est. Et cum in concilio Parisiensi anno 1147, contra ipsum coacto, primum negasset se unquam dixisse divinitatem non esse Deum, postea tamen variis interrogationibus pulsatus subjunxit : *audaciter confiteor Patrem alio esse Patrem, alio Deum, nec tamen esse hoc et hoc;* plura insuper obscura et subtilia protulit. I, 52. Quamobrem Eugenius III, summus pontifex, tunc in Galliis degens, ejus causam accuratius discutiendam remisit ad concilium Remense, quod anno sequenti 1148 fuit coactum ex episcopis decem provinciarum, pluribus theologis et abbatibus, inter quos fuit S. Bernardus. *Ibid.* Condemnatus fuit Gilbertus eamdem suam doctrinam proferens. *Ibid.* Gilbertus subscripsit definitioni concilii Remensis, et errorem suum revocavit. 53. Gilbertus distinguebat inter abstracta et concreta, ita quod divinitus non esset Deus, sed forma qua Deus est. *Ibid.*

Gilbertus Maguinus in curia monetarum præses dixit Gotteschalcum non errasse et sensum S. Augustini catholice defendisse. I, 321.

Gladius non potest reddi volenti se vel alium occidere. VIII, 365.

Gloria sumpta pro radice beatitudinis formalis, quæ est visio Dei, est gratia consummata. III, 378. Gloria excedit opera sanctorum ut sunt a gratia, excessu perfectionis actualis. 457. In alio quam in Domino gloriari

et perverso fine agere, peccatum est. V, 347. Omnia opera nostra sint talia, ut de se tendant in gloriam Dei. 324, 325. Gloria claritatem quamdam significat; definitur post S. Ambrosium, *Clara cum laude notitia de bono alicujus*. VIII, 45. Post Tullium vero definitur, *Frequens de aliquo fama cum laude. Ibid.* Gloria dicitur vana tripliciter : 1° ex parte rei de qua quis gloriam quærit ; 2° ex parte ejus a quo quis gloriam quærit ; 3° ex parte ipsius qui gloriam quærit. 45, 46. Inanis gloria si sumatur pro ipso appetitu inanis gloriæ, est peccatum. *Ibid.* Ipsa est tantum objectum peccati. *Ibid.* Inanis gloria seu appetitus inanis et vanæ gloriæ, est peccatum oppositum magnanimitati. *Ibid.* Est vitium capitale. 46 Convenienter cum D. Greg. assignantur septem filiæ inanis gloriæ, scilicet : jactantia, præsumptio novitatum, hypocrisis, pertinacia, discordia, contentio, et inobedientia. *Ibid.*

Gnome est virtus distincta a synesi. Judicat secundum altiora principia in iis in quibus aliquando recedendum est a lege communi, licet non a mente legislatoris. VI, 6.

Gnostici negarunt mundum esse a Deo conditum. II, 235. Gnostici negaverunt sacramenta sensibilia. VIII, 384. Erraverunt circa formam baptismi. 393. Corpus Christi in pane semine humano consperso conficiebant. IX, 114.

Gonetus. Sententia Goneti circa observationem mandatorum ad salutem obtinendam quænam est? I, 304.

Gotteschalcus, genere Germanus, professione monachus, Benedictinus cœnobii Orbacensis, circa medium noni sæculi Romam se contulit, deinde diu divagatus prætextu Evangelii prædicandi, Prædestinatianorum errores spargere quibusdam visus est. I, 292. Gotteschalcus a pluribus episcopis et abbatibus congregatis damnatus est ad pœnam depositionis, verberum et carceris. *Ibid.* Incarceratus in cella cœnobii Altivillarensis duas edidit fidei confessiones quæ insufficientes habitæ sunt, multaque in suos judices scriptis effutiit. *Ibid.* Capitula Carisiaca quatuor celeberrima contra Gotteschalcum. 296. Obiit in carcere nedum hæreticus, sed et demens. 296. Utrum Gotteschalcus errores sibi imputatos revera docuerit dubitant quidam, affirmant alii. 321. Probabilius est Gotteschalcum errores sibi imputatos revera docuisse. *Ibid.* et seqq.

Graduati possunt petere beneficium. VII, 440.

Gradus est formaliter mensura distantiæ consanguineorum, seu habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quantum ipsæ distant a se invicem. X, 180. Materialiter est una generationis alicujus progressio in linea recta. *Ibid.*

Græci diu pertinaciter contra Latinos negarunt et quam plurimi etiam nunc pernegant, Spiritum sanctum a Filio procedere. II. 121. Acris et diuturna fuit per multas sessiones concilii Florentini disputatio inter Græcos et Latinos circa hanc particulam *Filioque*. Græci contendebant hanc additionem fieri non potuisse, jure Symbolo Nicæno-Constantinopolitano, id vetante lege concilii Ephesini et aliorum : Latinis e contra propugnantibus hanc additionem jure potuisse fieri, nusquam violata lege conciliorum, ipsosque Græcos immerito inde sumpsisse occasionem discedendi ab Ecclesia Latina. 133. Non negabant tamen Græci posse explicari Symbolum, sed negabant explicationem posse inseri Symbolo. *Ibid.* Græci erraverunt circa tempus creationis Angelorum. 151. Græci quoties baptismus est ministrandus aquam consecrant. VIII, 387. Forma Græcorum exprimit personam baptizantem in actu exercito. 396. Græci nullam aliam manum impositionem adhibent quam ea quæ chrismationi est annexa. IX, 10. Græci quidam schismatici tenent realem susceptionem Eucharistiæ esse necessariam necessitate medii ad salutem. 151. Græci fundunt præces post verba consecratoria ut fiat corpus Christi moraliter, non autem physice et absolute. 142. Infundunt aquam fervidam immediate ante communionem. 122. Græci sæpe in quadragesima Missam præsanctificatorum celebrant. 166. Græcus potest apud Latinos consecrare in azymo. 118. Formæ Græcorum quæ videntur mere deprecativæ, æquivalent formæ indicativæ Latinorum? 257. Græci advocant septem sacerdotes aut saltem tres ad administrandam extremam unctionem. X, 19. Græci sanos passim ungunt, abusive tamen. 20. Græci recentiores tenent matrimonium posse dissolvi propter adulterium alterius conjugis. 167.

Gratia. Dari gratias sufficientes quæ homini lapso completam et expeditam conferant potentiam ad bene agendum, dogma est catholicum ; sed quo sensu explicando sit hæc gratiæ sufficientia, nondum est ab Ecclesia aperte definitum. I, 297. Gratia sufficiens longe abest quod sit causa peccati, quin e contra a peccato removet et inducit ad bonum. 313. Gratia moralis proprie loquendo non determinat voluntatem, sed eam allicit duntaxat ut ipsa se determinet, ita ut posita quacumque gratia morali, voluntas remaneat semper indifferens et indeterminata. 336. Duplex distinguitur gratia, una sufficiens quæ a voluntate antecedente procedit, cui resistitur ; altera per se efficax quæ a voluntate consequente procedit, cui non resistitur. 340. Quinque rationibus probat S. Thomas actum inordinatum præcedere privationem gratiæ et esse causam illius, consequenter hominem non ideo peccare quia privatur gratia, sed e contra ideo privari gratia quia peccat. 364. Subtractio gratiæ est pœna. *Ibid.* Ideo supponit culpam. *Ibid.* Dogma gratiæ per se efficacis est-ne Ecclesiæ coævum ab Apostolo per S. Augustinum ad S. Thomam

transmissum? 368. Perfectio gratiæ attenditur penes ejus plenitudinem et infinitatem. 441. Plenitudo gratiæ est duplex : altera intensiva quæ sumitur ex ejus perfectione seu radice in anima : altera extensiva quæ sumitur ex ordine ad varios effectus quos producere potest. *Ibid.* Utraque plenitudo est, vel absoluta, vel respectiva tantum : absoluta est, quando tanta habetur quanta haberi potest de potentia Dei ordinaria, respectiva est, quando talis ac tanta est quantam exigit status et officium subjecti cui tribuitur; prima dicitur plenitudo formalis se tenens ex parte gratiæ; secunda subjectiva. *Ibid.* In Christo fuit omnis plenitudo gratiæ. *Ibid.* Plenitudo absoluta gratiæ, non respectiva, est propria Christo. 442. Gratia habitualis Christi non est infinita physice et in ratione entis. *Ibid.* Grat a habitualis Christi potest dici infinita moraliter in ratione gratiæ. *Ibid.* Gratia habitualis Christi potest augeri intensive de potentia Dei absoluta. 443. Duplex est unis gratiæ : unus intrinsecus, qui est unio ipsa accidentalis et participativa Dei : alter extrinsecus, ut visio beatifica et ipsa unio personalis ad Deum. 444. Gratia sufficiens quæ dat posse, apud catholicos admittit latitudinem : alia dat posse remotum, alia proximum et expeditum : alia sufficiens est in suo genere, alia sufficiens in omni genere possibilitatis. 255. Gratia potest considerari dupliciter : 1° ut oblata; 2° ut collata voluntati. Item gratia actualis, qualiscumque sit, non potest recipi in voluntate, nisi in ea aliquem motum seu affectum causet; est enim gratia actualis, motio; non est autem motio moventis sine motu mobilis. III, 263. In primo statu gratia per se efficax erat gratia sanitatis, in secundo, gratia medicinalis, seu, ut dicit S. Augustinus, illa est lætior, ista potentior. 301. Relictis variis gratiæ acceptionibus, sumitur generaliter pro quocumque dono seu beneficio gratis, hoc est, ex mera Dei benignitate, non ex justitia aut ex meritis nostris concesso. 323. Gratia proprie et communi S. Scripturæ atque Ecclesiæ sensu, accipitur pro dono gratuito sive habituali sive actuali naturæ superaddito. *Ibid.* Nullum præceptum supernaturale in quovis statu potest impleri etiam quoad substantiam sine gratia supernaturalis tam quoad actus externos quam internos. 343. Homo lapsus potest sine gratia speciali aliquod legis naturalis præceptum implere, sed non omnia. *Ibid.* Nullum præceptum, sive supernaturale sive naturale potest impleri quoad modum sine gratia supernaturali. *Ibid.* In omni statu ad observantiam alicujus præcepti, opus est auxilio generali Dei moventis. *Ibid.* Præter hoc auxilium requiritur-ne in hoc statu aliqua alia gratia specialis superaddita, ad impletionem totius legis naturalis. *Ibid.* Homo lapsus non potest sine gratia sanante adimplere totam legem naturalem quoad substantiam. *Ibid.* Quæ gratia requiritur in homine lapso ad observationem totius legis, an naturalis, an supernaturalis? 347. Homo lapsus et in peccato mortali existens, sine speciali Dei gratia superaddita, non potest diu vitare omnia peccata mortalia contra legem naturalem, et omnes tentationes vincere. 348. Gratia est ergo necessaria ad vitanda peccata et vincendas tentationes. *Ibid.* Ut homo diu vitet omnia peccata mortalia et vincat omnes tentationes, requiritur præter gratiam actualem gratia habitualis sanans. *Ibid.* Homo justus cum ordinariis gratiæ auxiliis sine speciali privilegio potest evitare singula peccata venialia, non potest tamen diu vitare omnia. 349. Justus cum auxiliis communibus gratiæ sanctificanti annexis potest saltem aliquo parvo tempore esse sine peccato veniali. 352. Conclusio debet intelligi de omnibus peccatis venialibus, non solum quæ sunt ex imperfecta deliberatione, ut sunt motus secundo-primi, sed etiam quæ perfecte deliberata sunt venialia ex genere suo, ut mendacium jocosum deliberate dictum. 351. Non est de fide justos sine speciali privilegio non posse esse diu sine peccato veniali. 352. An et cui concessum sit quæritur istud speciale privilegium. *Ibid.* Certo concessum fuit B. M. Virgini, probabilius nulli alteri. *Ibid.* Hominem posse sine gratia se præparare ad gratiam contendunt quidam theologi. 353. Ut homo se præparet ad gratiam habitualem, non indiget alia gratia habituali. *Ibid.* Homo lapsus nihil prorsus facere potest quod ipsum quovis modo disponat ad gratiam sive actualem, sive habitualem, nisi auxilio gratiæ actualis præveniatur. *Ibid.* Minima præparatio ad gratiam est bona cogitatio, quam homo habere non potest sine gratia præveniente. 355. S. Thomas docet hominem posse se præparare ad gratiam sine gratia gratis data. 359. Homo lapsus quomodo potest sine gratia non impedire receptionem gratiæ? 362. Homo non potest resurgere a peccato sine gratia : est de fide definita in Arausicano II concilio. 363. Homini justificato, præter gratiam habitualem et virtutes infusas ei annexas, necessaria est ad singulos pietatis actus generalis motio Dei ut auctoris supernaturalis, eaque sufficit ad aliquos, quæ tamen debet dici aliquo sensu specialis et gratuita : ut autem diu homo justificatus in illis perseveret, requiritur gratia specialis supperaddita. *Ibid.* Homo in gratia constitutus indiget-ne speciali auxilio gratiæ ad finaliter perseverandum? 365. Ad perseverantiam finalem sive diuturnam sive brevem et brevissimam, requiritur speciale auxilium. *Ibid.* Gratia actualis non est qualitas, sed quidam motus animæ : possest dici qualitas incompleta habens se per modum passionis transeuntis. 369. Gratia actualis qua Deus movet ad agendum est aliquid a Deo distinctum et ab ipso causatum, est etiam aliquid distinctum ab operatione hominis. *Ibid.* Gratia est a solo Deo, operatio

autem est a Deo et homine. *Ibid.* Gratia sanctificans est quædam animæ qualitas seu donum habituale permanens in anima. *Ibid.* Gratia habitualis gratum faciens est donum Dei animæ intrinsecum; est de fide decisa in concil. Trid. 37. Non est de fide gratiam sanctificantem esse rigorose et philosophice qualitatem seu habitum; ita tamen esse certo tenendum est. *Ibid.* Gratia est formalis et physica participatio divinæ naturæ. 371. Gratia habitualis est entitative supernaturalis. 372. Supernaturalitas gratiæ consistit in participatione principii radicalis divinarum operationum. 373. Gratia est nobilior omni alio ente creato. *Ibid.* Gratia probabilius distinguitur a charitate. *Ibid.* Sex sunt effectus gratiæ sanctificantis : 1° gratia sanctificans nos filios Dei efficit; 2° gratia nos Deo gratos et acceptos reddit; 3° Gratia vitam spiritualem nobis confert : 4° gratia nos Deo conjungit : 5° gratia est radix omnium bonorum operum : 6° denique, gratia est semen vitæ æternæ ac salutis nostræ causa. 375. Gratia est in essentia animæ tanquam in subjecto, et non in aliqua potentia. 377. Gratia ut sic theologice sumpta, est *donum supernaturale, gratis a Deo concessum creaturæ rationali, intuitu meritorum Christi, in ordine ad salutem æternam.* 378. Gratia sic descripta dividitur in externam quæ hominem non afficit intrinsece sed extrinsece tantum, ut sunt lex divina, prædicatio Evangelii, miracula, etc. et in internam, quæ hominem intrinsece afficit, sive hærendo, ut gratia habitualis et virtutes infusæ, sive interius movendo, ut sunt gratiæ actuales intellectus et voluntatis. 378. Gratia interna dividitur in gratium gratis datam, quæ per se primo ordinatur ad salutem aliorum, et definitur, donum Dei gratis collatum ad procurandam salutem aliorum; et gratiam gratum faciens quæ per se primo ordinatur ad salutem recipientis, et definiri potest, donum gratuitum quo nemo justus et acceptus Deo constituitur. *Ibid.* Gratiæ gratis datæ enumerantur novem ab Apostolo, nempe : sermo sapientiæ, sermo scientiæ, fides, gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetiæ donum, discretio spirituum, genera linguarum, interpretatio sermonum. 379. Gratia gratum faciens est excellentior gratia gratis data. 380. Gratia gratum faciens dividitur in habitualem et actualem. Habitualis est duplex : una formaliter sanctificans, et est gratia habitualis residens in essentia animæ : altera est sanctificans complete, ut sunt virtutes infusæ. *Ibid.* Sunt quinque effectus gratiæ in nobis : 1° anima sanatur; 2° vult bonum; 3° bonum quod vult efficaciter operatur; 4° in bono perseverat; 5° ad gloriam pervenit. 381. Gratia dividitur in prævenientem et subsequentem. *Ibid.* Omnis gratia posset dici prævéniens. *Ibid.* Gratia dividitur a quibusdam in excitantem et adjuvantem. 382. Tandem dividitur gratia in sufficientem et efficacem. *Ibid.* Sufficiens dat bonum posse si velimus; efficax facit ut velimus; sufficiens est gratia possibilitatis; efficax, gratia actionis. *Ibid.* Juxta S. August. Gratia sufficiens est auxilium *sine quo non;* Gratia efficax, auxilium *quo. Ibid.* Per gratiam sufficientem hic intelligitur ea quæ in genere suo, hoc est, in ratione potentiæ agendi sufficit. *Ibid.* Varia sunt systemata circa gratiam sufficientem et efficacem, Jansenii nempe, Thomistarum et Jesuitarum, ad quæ cætera cæterorum reduci possunt. *Ibid.* Gratia duplici sensu dicitur sufficiens : 1° quia sufficit in omni genere et modo, ita ut ad agendum actualiter præter illam nihil aliud requiratur ex parte Dei. 383. 2° sufficiens, quæ sufficit in suo genere, hoc est, quæ dat posse sufficiens et expeditum, sed ultra quam ad actu agendum requiritur altera ex parte Dei. *Ibid.* Quid censendum de parvis gratiis quæ dantur homini in hoc statu naturæ lapsæ? 384. Sunt-ne sufficientes? *Ibid.* Quomodo Deus eos confert? *Ibid.* Theologi qui non admittunt systema vel Molinæ vel congruistarum, vel scientiam mediam, stant pro systemate gratiæ efficacis quoad substantiam; dissentiunt quoad modum explicandi hanc efficaciam. 390. Præter gratiam efficacem datur in statu naturæ lapsæ gratia sufficiens; est contra Jansenium, nec videtur salva fide posse negari. *Ibid.* Gratia sufficiens habet quemdam effectum. 392. Admittenda est gratia sufficiens sensu Thomistico, non alio. 393. Non potest admitti gratia sufficiens sensu Molinæ vel congruistarum. *Ibid.* Gratia sufficiens sensu Thomistico non est facultas ex se sterilis. 396. Non est prorsus inutilis. *Ibid.* Neque est perniciosa. *Ibid.* Sufficiens dat posse; efficax dat agere. 398. Gratia efficax potest sumi dupliciter : 1° vulgari sensu, pro ea quæ habet insignem virtutem producendi effectum quem tamen ob quædam impedimenta non producit. 398. 2° sumitur gratia efficax pro ea quæ reipsa habet effectum ut cui non resistitur, ita ut quanta vi polleat si non sortiatur effectum, non sit efficax. *Ibid.* Unde gratia habet quod sit efficax? *Ibid.* Puri Molinistæ efficaciam gratiæ reponunt ab eventu. *Ibid.* Congruistæ repetunt ex directione scientiæ mediæ, et quia datur in iis circumstantiis in quibus prævisa est habere effectum. *Ibid.* Thomistæ repetunt gratiæ efficaciam ex intrinsecis, sive ex omnipotentissima Dei voluntate et supremo dominio quod habet super voluntates hominum sicut in cætera creata. 399. Efficacia gratiæ est-ne repetenda ex eventu, vel ex directione scientiæ mediæ, aut congruitate circumstantiarum, vel ex omnipotentissima Dei voluntate atque ejus supremo dominio in voluntates nostras; sicque est-ne per se infallibiliter efficax, non infallibilitate scientiæ tantum, sed et causalitatis? 399 et seqq. Qui admittunt gratiam per se efficacem, non uno modo ejus efficaciam et causalitatem explicant; quinque mo-

di circumferuntur; quidam explicant 1° per multitudinem auxiliorum; 2° per causalitatem moralem; 3° alii per actus indeliberatos; 4° alii per delectationem victricem; 5° alii per præmotionem physicam. 408 et seqq. Expenduntur omnes isti modi. *Ibid.* Gratia non semper operatur in nobis delectationem stricte sumptam, neque ea sola ad bonum inclinamur et pertrahimur, sed variis aliis modis, 410. Causa finalis gratiæ proxima est salus æterna habentis illam, ulterior Christus, ultima Deus. 420. Causa materialis est ipsa essentia animæ; formalis nulla est; instrumentalis est humanitas Christi et Ecclesiæ sacramenta; ministerialis, angeli et homines; meritoria principalis, homo justus. *Ibid.* Solus Deus potest esse causa principalis efficiens gratiæ. *Ibid.* Ad gratiam actualem nulla præparatio requiritur ex parte hominis quasi præveniens divinum auxilium. 425. Convenit requiri ad gratiam habitualem, sed quidam volunt hanc præparationem esse tantum moralem et ex institutione divina, non physicam. *Ibid.* Juxta communem Providentiæ cursum, requiritur ex parte hominis adulti sui compotis quædam dispositio ad gratiam; quæ dispositio est actus et motus liberi arbitrii in Deum. Utraque pars videtur de fide decisa in concil. Trid. *Ibid.* Gratia est major in uno quam in alio. 425. Homo ex speciali privilegio et revelatione potest habere omnimodam certitudinem se esse in gratia; talem habuit B. Virgo; item paralyticus et mulier peccatrix. *Ibid.* Nemo seclusa speciali revelatione, potest esse certus se esse in gratia certitudine absoluta, cui non possit subesse falsum, aut saltem quæ excludat omnem formidinem; sed solum certitudine secundum quid, morali et conjecturali. 426. Peccatum et gratia non possunt etiam de potentia Dei absoluta esse simul in eodem subjecto. Hæc conclusio intelligenda est tam de peccato actuali quam habituali. Est communior inter theologos contra Scotistas et Suarem quoad utramque partem, et contra Lorcam quoad peccatum actuale. 456. Opera justorum ex gratia inhabitante et movente facta, sunt proprie et intrinsece meritoria de condigno vitæ æternæ. 457. Gratia dicitur pignus hæreditatis nostræ. *Ibid.* Nemo potest sibi mereri primam gratiam habitualem, neque de condigno, neque de congruo proprio, sed improprio tantum; de actuali nullus catholicus dubitat; ita definitum est contra Pelagianos, quam definitionem innovavit concil. Trid. 461. Gratia non creatur nec concreatur, sed educitur de potentia obedientiali animæ. Est D. Thomæ. VIII, 258. Gratia communiter dicta est gratia donorum et virtutum. 267. Prima gratia est ea quæ nullam aliam supponit in subjecto cui infunditur. 261. Secunda gratia supponit aliam præexistentem, et illam auget. *Ibid.* Gratiæ *gratis datæ* initio nascentis Ecclesiæ non raro fuerunt collatæ in confirmatione. XI, 5. Gratia potest sumi dupliciter : 1° physice pro qualitate qua participes efficimur divinæ naturæ; 2° moraliter pro jure morali ad gloriam mediis bonis operibus, vel præteritis, vel præsentibus quidem, sed remanentibus in Dei acceptatione. IX, 285. Datur-ne speciale præceptum recuperandi gratiam? 296.

Gratianus non negavit necessitatem confessionis. IX, 342. Auctoritas ejus non est magni ponderis. 143.

Gratitudo. Evidens est gratitudinem non habere locum in Deo, cum nihil recipiat ab homine quod non sit suum, ipsique repugnet respicere hominem ut benefactorem et superiorem, quod proprium est gratitudinis. III, 452. Gratitudo generatim sumpta, est virtus respiciens debitum ex beneficio, ad illud aliquo modo compensandum, vel agnitione beneficii accepti, vel gratiarum actione, vel altero beneficio. VIII, 18. Gratitudo specialiter sumpta, est virtus distincta a religione, pietate et observantia, respiciens tantum benefactores particulares. 19. — Gratitudo debet magis attendere affectum beneficiantis, quam beneficium. *Ibid.* Triplex est officium seu triplex gradus gratitudinis : primus est in animo; secundus in verbis; tertius in factis. *Ibid.* Recompensatio gratitudinis debet fieri statim quoad affectum; quantum ad donum, debet expectari tempus quo recompensatio sit benefactori grata et opportuna. *Ibid.* Debitum gratitudinis postulat ut compensatio non solum æquet beneficium, sed etiam superet, saltem secundum affectum, si non possit secundum effectum. *Ibid.*

Gregorius (S.) Thomaturgus, in confessione fidei Personarum consubstantialitatem astruit. II, 18. Gregorius (S.) Nissenus contra Macedonium scripsit. II, 3.

Gregorius (S.) Nazianzenus nunquam negavit infallibilitatem concilii generalis. V, 234.

Gregorius (S.) agnovit-ne auctoritatem infallibilem v. concilii in causa Trium Capitulorum? V, 135. Scripsit ad episcopos Hiberniæ de hoc concilio. 128. Commentitia videtur Trajani imperatoris ab inferis liberatio precibus S. Gregorii. VII, 231, 232. S. Gregorium orasse ut quicumque in circuitu ecclesiæ S. Andreæ apostoli in clivo Scauri sepulturam elegisset, modo Christi fidem teneret, ad æternæ vitæ gaudia sublimaretur ineptum est credere. 233.

Gregorius II diris devovit imperatorem Leonem frustra monitum. VII, 128.

Gregorius III respondit Bonifacio Moguntino in causa uxoris infirmitate laborantis, et in causa baptizati a Paganis. V, 203. Gregorius III iterum damnavit Leonem in concilio Romano. VII, 128.

Gregorius VII Henricum IV anathemate confixit ob investituras. V, 245.

Gregorius XII cessit pontificatui in concilio Constantiensi per legatos. V, 249.

Grotius (Hugo) erravit circa ministrum consecrationis Eucharistiæ. IX, 186. Contendebat facultatem consecrandi datam esse ex æquo omnibus christianis, ea tamen laïcos et fœminas uti non debere, nisi ubi desunt sacerdotes et in necessitate. *Ibid.*

Gualterus posuit distinctionem absolute et simpliciter realem attributorum a se invicem et ab essentia, nec tamen negavit simplicitatem in Deo, quia ad veram compositionem existimabat requiri partes totius per modum actus et potentiæ. 1, 52.

Gubernare est movere aliquos in debitum finem. VIII, 3. Gubernari per instinctum interiorem non est perfectius quam gubernari per signa sensibilia. 244.

Guelfi summo Pontifici adhærebant. V, 246,

Guillelmus de Sancto-Amore scripsit librum contra religiosos Mendicantes, cui titulus : Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum. VI, 400. Hic liber fuit damnatus ab Alexandro IV, *Ibid.*

Guitmundus tribuit errorem Consubstantiatorum quibusdam Berengarii discipulis. IX, 74.

Gula, generatim sumpta, est appetitus inordinatus cibi et potus. VIII, 99. Dividitur in duas species : in stricte sumptam, quæ dicitur etiam crapula et comessatio; et in ebrietatem. *Ibid.* Gula stricte sumpta, est appetitus inordinatus cibi et potus qua delectabilis præcise. Opponitur abstinentiæ. *Ibid.* Gula est peccatum, 99, 100, quandoque mortale, quandoque veniale. *Ibid.* Est vitium capitale. 201. Sunt quinque species gulæ, seu quinque modis peccatur peccato gulæ, hoc versu comprehensis :

Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose.
Ibid.

Convenienter assignantur gulæ quinque filiæ, scilicet, *hebetudo mentis, inepta lætitia, multiloquium, scurrilitas, et immunditia.* 201, 202.

Gulosi ita dicuntur a gula. VIII, 99.

H

Habertus (Isaacus) doctor Sorbonicus dimicabat in Gallia contra Jansenium. III, 271.

Habitus. In quo differunt habitus supernaturales a naturalibus? I, 134. Habitus religionis. *Vide* Novitiatus. Traducuntur-ne tam boni quam mali habitus? III, 297. Habitus sive boni sive mali conducunt ad rationem voluntarii et liberi. IV, 69. Peccantes ex habitu peccant ex malitia. 71. Habitus acquiruntur per actus in individuo. 161. Omnis habitus, sive bonus, sive malus, dicit triplicem ordinem; scilicet ad subjectum quod disponit, ad rationem cui conformis est de deformi, et ad actum, sive bonum sive malum, cujus est principium. 274. Peccatum est simpliciter pejus habitu malo; habitus tamen est secundum quid pejus peccato. 277. Unus actus contrarius habitui non illum destruit. V, 48. Triplex distinguitur objectum potentiæ aut habitus. 256. Quomodo destruitur habitus? 258.

Hæreditas est successio juridica in jus defuncti, ratione propinquitatis vel legitimæ institutionis. VII, 57. Duplex est hæreditas : ab intestato, et ex testamento. *Ibid.* Renuntiatio hæreditatis futuræ est-ne valida? 62, 63.

Hæres mediatus, item qui a possessore malæ fidei immediate quidem accepit, sed alio titulo quam hæditatis, puta legato, etiamsi res mobilis sit furtiva et immobilis vi possessa potest præscribere. VI, 81. Hæres alius est a testamento, alius ab intestato. 57. Sive jure novo Gallico, alius est a lege, et alius a testamento. *In append.* Hæres ex testamento is est qui ultima voluntate morientis instituitur ad succedendum in suis bonis. VII, 58. Hæres ex testamento alius est universalis, alius particularis; alius necessarius, alius non necessarius. VII, 57. Hæres universalis sive ex asse, et qui instituitur ad succedendum omnibus bonis et juribus defuncti, et consequenter ad subeunda omnia ejus onera et debita realia. 61. Hæres particularis est qui instituitur ad succedendum hæreditatis parti aliquotæ, seu indeterminatæ, puta ad tertiam, quartam partem; et illi incumbunt etiam onera defuncti pro rata partis. *Ibid.* Hæres necessarius est quem testator tenetur instituere in portione legitima, nisi justam exhæredandi causam habeat, qualis est ingratitudo enormis et injuria atrox in testatorem. *Ibid.* Hæres non necessarius est, quem testator non cogitur instituere, etiam in portione legitima, ut sunt omnes collaterales, etiam fratres et sorores. 62. Hæres ab intestato dicitur qui ratione propinquitatis succedit in bonis illius qui nihil au invalide disposuit. 57. Omnis hæres, sive ab intestato sive ex testamento, sive necessarius sive non necessarius, potest acceptare vel repudiare hæreditatem. Item potest acceptare vel pure et simpliciter, vel sub beneficio inventarii. 62. Quando hæres nimium gravatur legatis aut fideicommissis, quid potest detrahere? 48. Hæredes tenentur-ne in solidum restituere seu solvere debita defuncti? 136. Certum est hæredes usurariorum teneri ad restitutionem usurarum secundum vires hæreditatis, sive exstent ad hoc usuræ, sive non. 156. Jus novum Gallicum quid statuit circa hæredes? *Vide Appendicem.* Hæredes tenentur ex justitia ratione hæreditatis ad omnia vota defuncti realia et mixta, qua parte sunt realia, si reale non sit accessorium personalis; non vero ad personalia. VII, 264.

Hæresiarchæ aut alii qui falsam doctrinam in materia fidei vel morum tradiderunt, tenentur ex justitia falsitatem detegere et veritatem aperire deceptis. VI, 276.

Hæresis, vox Græca electionem importans. V, 54. In malam partem sumitur. *Ibid.* Hæresis est error pertinax fidei manifeste contrarius in eo qui fidem Christi in veritate professus est. 54 et 55. Ad pertinaciam et hæresim formalem non est necesse quod quis agnoscat dogma quod tenet esse falsum, et oppositum esse verum et revelatum. *Ibid.* Pertinacia hæresis non est directe contra veritatem revelatam et veracitatem Dei revelantis, sed contra auctoritatem infallibilem Ecclesiæ proponentis veritates revelatas. *Ib.* Hæresis dividitur in materialem et formalem. 57. In internam tantum, in externam tantum, et in internam et externam simul. *Ib.* Hæresis externa dividitur in occultam et manifestam. *Ibid.* Est ex genere peccatum mortale ex duplici capite ex parte objecti, scilicet veritatis quæ impugnatur, et ex parte modi. V, 356. Opponitur fidei : falsa dogmata introducit. *Ibid.*

Hæretici. Contingit quandoque in hæreticis ut firmius adhæreant suis erroribus quam catholici veritatibus fidei. I, 17. Christus non est actu caput hæreticorum etiam occultorum, quia hæretici etiam occulti non sunt actu membra Ecclesiæ. II, 450. Hæretici tenentur legibus ecclesiasticis, quia per baptismum fiunt Ecclesiæ subditi. IV, 513. Qui affectu est pertinax contra auctoritatem Ecclesiæ est formaliter hæreticus. V, 56. Qui de aliquo articulo fidei sufficienter ab Ecclesia proposito dubitat dubio negativo tantum, non est formaliter hæreticus. 57. Qui ex ignorantia etiam culpabili crassa et supina repugnat fidei, paratus tamen assentiri si esset instructus, non est hæreticus formalis. 54. Secus si ignorantia esset affectata. *Ibid.* Qui negat conclusionem theologicam est-ne hæreticus? 56. Hæretici multa credunt quæ non continentur in Scriptura, sed in traditione tantum. 88. Hæretici qui Scripturam admittunt sunt revincendi per Scripturam. 102. Pœnæ hæreticorum aliæ sunt spirituales, et aliæ corporales. 56, 57. Neque hæreticus materialis, neque mere internus, neque mere externus, incurrit excommunicationem et alias pœnas hæreticorum. *Ibid.* Hæreticus internus, hoc ipso quo suam hæresim exterius distincte et assertive manifestat, etiamsi nullo audiente aut vidente, incurrit excommunicationem soli Papæ reservatam. *Ibid.* Quid de aliis pœnis spiritualibus hæreticorum manifestorum dicendum est? 58. Hæretici occulti retinent jurisdictionem. *Ibid.* Hæretici etiam manifesti, nisi sint nominatim denuntiati, aut nisi ipsi recedant ab Ecclesia, retinent jurisdictionem et valide absolvunt. *Ibid.* Qui propositionem a summo pontifice damnatam defenderet, esset-ne hæreticus? V, 196. Hæretici non possunt esse martyres. VIII, 35. Hæretici non habent sacramenta ut sua, sed ut sacramenta Ecclesiæ. 293. Hæretici non possunt conferre sacramenta salutariter sibi; at vero possunt salutariter conferre suscipientibus qui non consentiunt eorum hæresi et in necessitate recipiunt. 293. Hæretici non habent jus in sacramenta Christi, id est, illa illicite et illegitime habent atque administrant. *Ibid.*

Hebdomadum duplex invenitur in S. Scriptura acceptio : una dierum, altera annorum. II, 321. A quo incipiunt septuaginta hebdomades Danielis? *Ibid.* *Vide* Daniel.

Hebetudo mentis est pœna peccati, et fit peccatum si sit voluntaria. VII, 201.

Hebræi ducebant initium anni ab autumno. II, 247. Hebræi non furati sunt vasa Ægyptiorum. VI, 290. Quo die Hebræi egressi sunt de Ægypto? 109.

Hebraïcus textus et Græcus prout nunc extant, non sunt authentici nec irrefragabilis auctoritatis, sunt tamen ad plura utiles. V, 74, 75.

Helvidius dixit Matrem Christi post partum a Joseph fuisse carnaliter cognitam et alios genuisse filios. III, 155.

Hemerobaptistæ, secta orta inter Judæos, quotidie se lavantes, quovis tempore, etiam hyemali. VIII, 376.

Hemor et Sichem non erant Amorrhæi. V, 385.

Henno Agnoscit decretum in Deo, quod nec infert præmotionem physicam, nec supponit scientiam mediam. I, 326, 327. Intellexit-ne systema S. Thomæ? IV, 79. Henno contendit principia Scoti favere Jansenio. 104.

Henoticon Zenonis est-ne rejiciendum ut hæreticum, vel ut hæresi tantum favens? II, 391 et seqq.

Henricus, a quo Henriciani, hæresim Petri de Bruis circa Eucharistiam renovavit. IX, 44.

Heri debent ex contractu domesticis suis compensationem pro laboribus. VIII, 17.

Hermaphroditi. Non sunt absolute impotentes. X, 214.

Hermas, S. Pauli discipulus, est-ne auctor libri qui vocatur Pastoris? II, 16. Dixit-ne Hermas abnegationem Dei esse irremissibilem. IX, 240.

Hermenigildus (S.) recusavit communionem ab episcopo Ariano. VIII, 301.

Herminiani et Seleuciani dixerunt materiam non fuisse a Deo productam, sed ipsi cœternam, ex qua mundum visibilem produxit. II, 235. Herminiani et Seleuciani somniavere ignem esse baptismo adhibendum. VIII, 384.

Hermogenes dixit materiam non fuisse a Deo productam, sed ipsi cœternam, ex eaque mundum visibilem produxisse. II, 235.

Herodiani, vilissima inter Judæos secta,

ex adulatione Herodem ut Messiam colebant. II, 329.

Herodes Ascalonita obtinuit precario regnum Judææ a Romanis, invitis Judæis; exauctoravit Sanhedrim omnibus senatoribus, uno excepto, occisis, eisque plebeios substituit. II, 324. Utrum Herodes reipsa fuerit alienigena controvertitur. 328. Herodes, etsi religione Judæus, genere tamen fuit alienigena. *Ibid.* Alii dicunt ipsum fuisse genere Idumæum, alii Ascalonitam seu Philistæum. *Ibid.* et seqq. Herodes omnes pueros a bimatu et infra occidi jussit. III, 189. Herodes cædem infantium edixit, non biennio post nativitatem Christi, sed statim post purificationem et fugam in Ægyptum. 192.

Hesychius emendavit versionem septuaginta interpretum. V, 74.

Hierarchia est sacer principatus. Tres sunt hierarchiæ angelorum. Ita communiter theologi post S. Dionys. cap. 6 Cœlestis Hierarch. II, 227. In qualibet hierarchia sunt tres ordines, ita ut sint novem ordines seu chori Angelorum. *Ibid.* In suprema hierarchia sunt Seraphim, Cherubim et Throni; in secunda, Dominationes, Virtutes et Potestates; in tertia, Principatus, Archangeli et Angeli. 228. Insuper vide Angeli et alios nominatim ordines angelorum.

Hieronymus (S.) primus contra Pelagianos scripsit. III, 249. Agnovit-ne actus indifferentes in individuo? IV, 166. Connexionem virtutum admisit. 271. S. Hieronymus novam Scripturæ sanctæ versionem adorsus est. V, 74. S. Hieronymi epistola ad Damasum papam scribitur. 161. Præcepta veteris legis dicuntur ab Hieronymo non bona, quia imperfecta erant. 165. Docet auctoritatem consuetudinis urbis Romæ minorem esse ac auctoritatem Ecclesiæ universalis. 170. Docet Objurgationem S. Pauli fuisse simulatam, nihilominus licitam. VII, 391. Quo sensu comparat sacerdotes evangelicos legalibus. IX, 255.

Hieronymus de Praga fuit damnatus a concilio Constantiensi. V, 122. In ejus salvo conductu erat hæc clausula, *justitia semper salva*. 250.

Hierosolymitanum concilium ab Apostolis convocatum fuit. V, 231. Quinam convenerunt in concilio Hierosolymitano? *Ibid.* Laïci non aderant in concilio Hierosolymitano, multo minus cum jure suffragii. 232.

Hilarius (S.) mortuo S. Augustino profectus est ad Cœlestinum papam, ut Semi-Pelagianos reprimeret. III, 260.

Hincmarus scripsit Nicolao I omnes ecclesias subditas esse Romanæ Ecclesiæ. V, 211, 212.

Hispani. Apud Hispanos primum legitur additio *Filioque* facta symbolo Nicæno. II, 139. Hispani recusarent-ne acceptare concilium? V, 134.

Histriones. Officium histrionum quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum, non est secundum se illicitum; nec dicti sunt histriones in statu peccati, dummodo moderate utantur ludo, id est, non utendo aliquibus illicitis verbis vel factis ad ludum, et illum non adhibendo negotiis, locis et temporibus indebitis. Unde illi qui moderate histrionibus subveniunt, non peccant sed juste faciunt, mercedem ministerii eorum eis tribuendo. Si qui autem superflue sua in tales consumunt, vel etiam sustentant illos histriones qui illicitis ludis utuntur, peccant quasi eos in peccato foventes. VII, 174.

Homicidium. Si aliquis det operam rei licitæ, debitam diligentiam adhibens, et ex hoc homicidium sequatur, non incurrit homicidii reatum; quia tale homicidium nullatenus est ipsi voluntarium utpote omnino casuale. Si autem det operam rei licitæ, non adhibens diligentiam debitam, non evadit homicidii reatum si ex ejus opere mors hominis sequatur, sed plus minusve peccabit, quo gravior vel levior fuerit negligentia in adhibenda cautela; quia cum non sit ista mors voluntaria nisi indirecte in causa, est plus minusve voluntaria, quo negligentia, quæ est causa, fuerit major vel minor. VI, 254. Qui vacando rei illicitæ et prohibitæ, non quia est periculosa et inductiva mortis, sed ob alias rationes, si adhibita sufficienti diligentia, occidat hominem, non est reus homicidii, ita nunc communiter. *Ibid.* Qui vacando rei illicitæ et prohibitæ, quia periculosa est et inductiva mortis, occidit hominem, reus est homicidii, si non obstante diligentia adhibita, remaneat periculosa; quia tunc homicidium est ipsi voluntarium indirecte in causa, siquidem non obstante diligentia remaneat periculosa et inductiva mortis, in quo proinde potuit et debuit prævidere mortem, et a qua ideo debuit abstinere. *Ibid.* Si autem talem diligentiam adhibeat quæ periculum omnino abstergat, non videtur esse reus homicidii saltem in foro conscientiæ. *Ibid.* Qui intendit gladio amputare auriculam, aut punctim explodere in brachium, qualemcumque adhibeat diligentiam ut non occidat, si tamen occidat, incurrit-ne reatum homicidii et irregularitatem. 155. Homicidium aliudve damnum per servum aut animal causatum debet-ne imputari domino? 157. Homicidium aliudve damnum causatum a filio, non sic imputatur patri ut de damno teneatur, modo absque ejus culpa factum sit. *Ibid.* Ex omni homicidio illicito plene voluntario, sive directe sive indirecte, incurritur irregularitas non solum ab eo qui occidit per se, sed etiam ab omnibus qui positive concurrunt ad homicidium injustum, quales sunt jubens, consulens et alii, etc. 265. Concurrentes negative ad homicidium, ut non obstantes, non manifestantes, etc. Quandò impedire tenentur, incurrunt-ne irregularitatem? *Ibid.* Duplex est homicidium; casuale et voluntarium. 266. Certum est

1° quod homicidium simpliciter et absolute casuale non inducat irregularitatem, quia nullo modo est voluntarium. *Ibid.* Certum est 2° homicidium casuale mixtum inducere irregularitatem, quia est aliquo modo voluntarium, indirecte scilicet et in causa. *Ibid.* qui dat operum rei licitæ ex qua præter intentionem formalem sequitur homicidium, si adhibeat diligentiam debitam, non incurrit irregularitatem; si non adhibeat, incurrit. *Ibid.* Qui dat operam rei illicitæ ex qua præter intentionem formalem sequitur homicidium, si sit illicita, non quia est periculosa et mortis inductiva, sed aliunde adhibita fuerit sufficiens diligentia, non est irregularis; si vero sit illicita qui est periculosa et inductiva mortis, incurrit irregularitatem si non obstante diligentia res remaneat periculosa. Si tamen eam adhiberet diligentiam qua periculum omnino abstergeretur, probabiliter non foret irregularis in foro conscientiæ, licet reputatur talis in foro exteriori, propter præsumptionem negligentiæ. *Ibid.* Si negligentia in adhibenda cautela fuerit tantum venialis, proindeque veniale peccatum homicidii causalis, incurritur-ne irregularitas? *Ibid.* Facta sufficienti restitutione hæredibus necessariis, homicida nihil tenetur restituere creditoribus, sed tenentur bæredes, quia actio occisi adversus homicidam transit immediate in suos hæredes et non in creditores. 272. Si homicida debitorem occidisset ea intentione ut creditor suo debito frustraretur, teneretur ipsi restituere; sed quid seclusa non-intentione? 273. Omnis homicida vel mutilator injustus tenetur ad restitutiones quæ sequuntur ex homicidio vel mutilatione. Quidam tamen excipiuntur casus. 274.

Homo. Hominem esse factum ad imaginem Dei aperte constat ex sacra Scriptura: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam, etc., etc.* Sed quæstio est qua ratione homo sit imago Dei. II, 266. Homo est vera Dei imago ratione naturæ intellectualis, imperfecta tamen. *Ibid.* et seqq. In homine est imago Dei, non solum quantum ad naturam divinam, sed etiam quantum ad trinitatem Personarum. 268. Scriptura et SS. Patres passim docent hominem convenire cum brutis in vita sensitiva et passionibus. 257. Primus homo in statu innocentiæ non vidit Deum per essentiam secundum communem statum illius vitæ; perfectius tamen illum cognovit quam nos illum cognoscimus. 268. Primus homo in statu innocentiæ non vidit angelos per essentiam, perfectius tamen eos cognovit quam nos cognoscimus. *Ibid.* Primus homo habuit cognitionem a Deo infusam omnium rerum quas homines naturaliter cognoscere possunt, supernaturalium vero tantam habuit cognitionem quanta erat necessaria ad gubernationem humanæ vitæ secundum illum statum ordinatum ad finem supernaturalem. *Ibid.* Adam fuit-ne omnium hominum sapientissimus? 270. Homo in statu innocentiæ potuit-ne errare seu decipi? *Ibid.* Primum hominem constitutum fuisse in gratia antequam peccaret, est doctrina fidei, definita in concilio Trid. 171. Primus homo creatus fuit in gratia sanctificante. *Ibid.* Primus homo habuit dominium super omnia animalia non solum quoad jus et potestatem, sed etiam quoad exercitium et usum, ita ut imperaret, et ei obediebatur. 273. Homo in statu innocentiæ habuit dominium non solum super animalia, sed etiam super omnes res creatas se inferiores. *Ibid.* In statu innocentiæ omnes homines non fuissent æquales. 274. Fuerunt plures causæ simul concurrentes ad immortalitatem primi hominis in statu innocentiæ. 282. Sunt in homine duo defectus, ex quibus, si non repararentur aut impedirentur, sequeretur mors: primus est diminutio humidi radicalis per actionem caloris naturalis; secundus, est debilitatio virtutis activæ ex alimento extraneo. *Ibid.* Peccatum primi hominis non fuit omnium peccatorum gravissimum simpliciter et absolute, sed tantum secundum quid. 304. Homo constat duplici appetitu, sensitivo et rationali. III, 291. Facultas intellectiva in homine lapso multis impedimentis irretitur, ne possit omne verum collective sumptum sine errore attingere. 328. Homo potest-ne semper facere totum quod potest? 351. Homo in omnibus suis actionibus agit esse propter finem? IV, 3. Homo differt ab aliis creaturis irrationalibus quoad modum operandi. *Ibid.* Agit libere; est suorum actuum dominus. *Ibid.* A theologia morali consideratur ut agens morale. *Ibid.* Homo in omnibus suis actibus humanis agit propter finem. *Ibid.* Homo imperat sibi ipsi actum voluntatis in quantum est intelligens et volens. 132. Homo agens libere indiget imperio dirigente executionem. *Ibid.* Homo dirigitur per præcepta ad finem sibi proprium. 165. Homo in primo instanti morali usus perfecti rationis, tenetur sub mortali se convertere ad Deum, vel explicite vel implicite, eo modo quo potest et eum cognoscit. 185. In homine duo sunt; natura spiritualis, et natura corporalis. 276 et 277. Homo cum sit ex nihilo, est naturaliter defectibilis et peccabilis. *Ibid.* Homines sequuntur facilius appetitum sensitivum quam rationem. *Ibid.* Natura hominis eadem est ante et post peccatum, et diversus naturæ status. 282. Homo habet inclinationem ad bonum honestum ex hoc quod sit naturæ rationalis. 392. Juxta S. Thomam homo uti debet creaturis, non frui. V, 225. Homo non est neque vitæ, neque membrorum Dominus, sed custos tantum. VI, 257, 258. Homo est usufructuarius vitæ et membrorum. 270. Proprium est homini ut per corporalia et sensibilia in spiritualia et intelligibilia deducatur. VIII, 258.

HONESTAS. Persuasio honestatis formalis objecti necessaria est ad agendum licite. IV, 205. Honestas particularis ex se tendit et refertur ad fontem, auctorem et consummatorem totius honestatis, qui est Deus. V, 318. Honestas est quasi honoris status. VIII, 57. Honestas specialiter sumpta, est pars integralis temperantiæ. *Ibid.* Honestas seu decor potest sumi dupliciter : 1° generaliter, pro conformitate actus cum judicio rectæ rationis ; 2° specialiter pro eo quod opponitur maxime turpi. *Ibid.*

HONESTATIS PUBLICÆ impedimentum oritur ex omnibus sponsalibus *puris* et *certis*, sive validis, sive invalidis, modo non essent invalidæ defectu consensus. X, 207. Justitia publicæ honestatis est propinquitas ex sponsalibus proveniens, robur trahens ex Ecclesiæ institutione, propter ejus honestatem. *Ibid.* Publicæ honestatis impedimentum durat post mortem alterutrius sponsæ aut sponsi. *Ibid.* Durat etiam si sponsalia mutuo consensu, vel ex alia justa causa dissolvantur. *Ibid.* Publicæ honestatis impedimentum non excedit primum gradum, non dirimit nisi in primo gradu. *Ibid.*

HONESTUM est idem quod virtuosum et decorum. VIII, 57. Honestum est idem re cum utili et delectabili, ratione tamen distinctum. *Ibid.*

HONOR. Proprie honor exhibetur personæ seu toti rei subsistenti. III, 126. Multi honorati fuere ut sancti qui non erant. V, 143. Sola virtus est debita causa honoris. VI, 212. Aliquis potest honorari non solum propter virtutem propriam, sed etiam propter virtutem alterius. *Ibid.* Honor est testificatio de excellentia alicujus. 547, et VIII, 4 et 44. Honor potest sumi dupliciter : radicaliter et formaliter. Honor radicalis est excellentia quædam propter quam unus aliis præfertur et honoratur. VI, 249. Honor formalis est bona æstimatio quam homines concipiunt de alio propter excellentiam quamdam, aliquo signo exteriori manifestata. *Ibid.* Dicitur fama. — Ex mera omissione honoris debiti nulla oritur obligatio restituendi honorem omissum. 552. Exhibitio reverentiæ et honoris qua honor restituitur, convenienter fit per petitionem veniæ, quamvis hæc neque semper sufficiat, neque semper sit necessaria. 553. — Signa honoris sunt triplicis generis : 1° verba honorifica ; 2° actiones honorificæ, ut inclinationes, etc. ; 3° res exteriores, puta munerum oblatio, etc. VIII, 4. — Honor non debetur nisi superioribus. 5. Honor tripliciter appetitur inordinate : 1° quando aliquis quærit honorem de excellentia quam non habet ; 2° quando quis sibi honorem cupit, non referendo in Deum ; 3° quando in honore qui defertur appetitus quiescit, non referens illum ad utilitatem aliorum. 44. Appetitio honoris est peccatum secundum se veniale : potest tamen fieri mortale. 45.

HONORIUS Romanus pontifex fuit revera damnatus in sexta synodo generali post mortem suam. Circa hoc factum varii varie sentiunt. II, 63. Honorius non fuit damnatus in sexta synodo ut hæreticus ; sed tantum ut hæreseos fautor. 67. Honorius hortatus-ne est reipsa hæreticos ut saltem tacendo ab errore desisterent? 65. Acta sextæ synodi quæ referunt damnationem Honorii fueruntne a Græcis adulterata? 63. Eadem fere dicuntur de Honorio in volumine V, p. 129, 202, 220.

HORÆ diei artificialis longiores sunt in æstate, breviores in hyeme, et e contra horæ noctis longiores in hyeme, breviores in æstate. VII, 219.

HORÆ CANONICÆ. Publicæ sunt Horæ canonicæ ac statutæ preces, ex sacrorum canonum decreto ab ecclesiasticis personis nomine Ecclesiæ Deo persolvendæ. VII, 204. Dicuntur *Horæ*, quia certis ac distinctis diei horis sunt persolvendæ. Dicuntur canonicæ, quia juxta regulas ab Ecclesia constitutas fiunt. Dicuntur *officium divinum*, quia ad Dei cultum sunt institutæ ; *Ecclesiasticum*, quia nomine Ecclesiæ a personis ecclesiasticis persolvuntur. Dicuntur etiam Breviarium, quia continent lectiones breviores ex Scripturis sacris et homiliis Patrum in singulos anni dies distributas. *Ibid.* Antiquitus varie dicebantur modo *Opus Dei*, nunc *cursus ecclesiasticus*, alias *Officium* simpliciter, aut *Psalterium*. *Ibid.* Horæ constant tribus præcipuis partibus. *Psalmis, hymnis* et *oratione* quæ dicitur *collecta*, quia omnia populi vota in unum colligit et exhibet Deo sacerdotis ministerio. *Ibid.* Septem sunt horæ canonicæ juxta præsentem Ecclesiæ ritum, scilicet Matutinum cum Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ et Completorium, juxta illud Davidicum Psal. 118 : *Septies in die laudem dixi tibi*. *Ibid.* Usus psallendi Deo et orandi secundum aliquam formam et ritum canonicum semper viguit in Ecclesia a temporibus Apostolorum. Est contra quosdam qui volunt id tantum incœpisse tempore S. Hieronymi sub initium quinti sæculi. *Ibid.* Obligatio recitandi singulis diebus Horas canonicas non est juris naturalis aut divini positivi, sed ecclesiastici tantum. 205. Usus recitandi quotidie Horas canonicas videtur fuisse in præcepto sub finem quarti sæculi, non ante. *Ibid.* Communis sententia est obligationem recitandi quotidie Horas canonicas oriri ex triplici titulo eoque seorsim sumpto, nempe ex titulo beneficii, ordinis sacri et professionis religiosæ. 206. Quilibet beneficiatus, sive in sacris constitutus, sive non, tenetur quotidie sub mortali peccato ad recitandas Horas canonicas, tum ex præcepto ecclesiastico, tum ex justitia. *Ibid.* Omnes clerici majorum ordinum tenentur ad Horas canonicas sub mortali, sive in choro, sive extra chorum. 211. Horæ primitus recitatæ fuerunt temporibus quæ ipsi earum termini exprimunt.

219. Nunc vero variæ sunt ecclesiarum consuetudines. *Ibid.* Ordinem Horarum invertere sine causa, culpa est, at juxta communem doctorum sensum nonnisi venialis; subsistente vero aliqua rationabili causa, nulla erit culpa. 220. Eadem lege præcipitur Horarum integritas qua et ipsæ Horæ; Ecclesia enim non præcipit officium mutilum, sed integrum; unde lethalis peccati reus est qui illarum partem notabilem culpabiliter omittit, sive in eadem Hora, sive in diversis Horis ejusdem diei. 221. Pars notabilis inter varias doctorum opiniones, probabilius et communius censetur una parva Hora, vel pars illi æquivalens. *Ibid.* Qui omnes aut plures Horas omittit in die, committit-ne unum tantum peccatum, an e contra tot quot Horas omittit. 222. Qui Sabbato sancto Vesperas omitteret, peccaret mortaliter juxta quosdam : negant probabilius alii. *Ibid.* Quæ cantantur in organis debent-ne in choro recitari? 223. Horam incœptam, excepto Matutino respectu Laudum, absque causa notabiliter interrumpere, culpa est, juxta plures auctores nonnisi venialis. *Ibid.* Divino officio astricti, tenentur illud persolvere cum aliqua intentione orandi et colendi Deum. 224. Habitualis non sufficit, virtualis sufficit in decursu recitationis; requiritur quod præcesserit actualis, saltem implicite. *Ibid.* Ut satisfiat præcepto Horarum, optima est attentio litteralis aut spiritualis, et ad eam omnes conari convenit. Attamen, supposito animo seu intentione orandi et colendi Deum virtualiter saltem perseverante, sufficit superficialis seu quoad verba. 225. Certum nobis videtur non sufficere attentionem externam, sed internam requiri, ut quis satisfaciat præcepto de Horis canonicis. 226. Probabilius qui recitando Horas inadvertenter occupatur alicui rei cum attentione interna incompossibili, ut si inadvertenter picturas aut inscriptiones perlustret, officio satisfacit. 230. Causæ excusantes a recitatione Horarum, sicut ab aliis Ecclesiæ præceptis, generaliter loquendo, tres assignari possunt, nempe impotentia physica, impotentia moralis, et legitima dispensatio. *Ibid.* Impeditus recitare Officium statis Horis, tenetur anticipare intra eamdem diem. 231. Qui non potest recitare Horas, non tenetur aliquid aliud orare, vel alium recitantem audire, vel alium substituere. *Ibid.*

Hormisdas. Nunquam judicio publico ut hæreticam damnavit hanc propositionem : *Unus de Trinitate crucifixus est*, sed eam refecit et cohibuit ut intempestivam, inutilem, etc. V, 129.

Hostia. In veteri lege fuit triplex genus hostiæ seu sacrificii, nempe : hostia pro peccato, spectans statum pœnitentium; hostia pacifica, spectans statum proficientium; holocaustum, spectans statum perfectorum, unde et totum comburebatur; et quidem homo indigno sacrificio ad tria, ad remissionem peccatorum, ad conservationem gratiæ et ad consummationem gloriæ : hæc autem per humanitatem Christi oblatam nobis pervenerunt. Christus in quantum homo non solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, et hostia pacifica et holocaustum. III, 110. *Vide* Missa et Sacrificium. Hostia quæ offertur pro peccati expiatione sumitur aliquando pro peccato. IV, 278.

Hostis si pactum frangit, nulla est obligatio pacti servandi. V, 373.

Humanitas Christi non terminatur creata subsistentia. II, 315. Humanitas Christi formaliter sanctificatur per ipsam gratiam substantialem unionis. 431. Humanitas Christi formaliter substantialiter sanctificatur non per ipsum modum unionis, neque per ipsam personalitatem ratione illius quod addit ad perfectiones absolutas, sed per ipsam divinitatem quam includit personalitas. 434. Ad perfectionem humanitatis requiritur quod actu intelligat intellectione sibi propria et naturali. III, 1. Humanitas Christi non habuit, nec habere potuit omnipotentiam simpliciter. 20. Humanitas Christi ab incarnatione peracta, sive in terris degens, sive modo in cœlo existens, est et fuit causa instrumentalis physica gratiæ et miraculorum. 22. *Vide insuper* Incarnatio, Verbum.

Humilitas dicitur ab humo; metaphorice significat vilem seu tenuem conditionem. VIII, 204. Est virtus, quæ definiri potest : Virtus qua quis considerans suum defectum, tenet se in infimis secundum modum suum. *Ibid.* Homo potest et debet se omnibus per humilitatem subjicere. *Ibid. et seqq.* Humilitas dicitur fundamentum ædificii spiritualis. 205. Quinam sunt actus seu functiones humilitatis? *Ibid.* Omnes actus interiores humilitatis competunt superioribus erga subditos : quantum ad exteriores, opus est discretione. *Ibid.* Humilitas est nobilior inter virtutes morales quæ moderandis passionibus inserviunt. VII, 183 et VIII, 205. Christus commendando humilitatem non evertit hierarchiam ecclesiasticam. VIII, 286.

Hus (Joannes). Hus dicebat omnes actus hominis justi esse bonos, et omnes actus homini speccatoris esse malos. IV, 170. Ejus errores a concilio Constantiense damnati sunt. *Ibid.* Joannes Hus et Hieronymus de Praga, traditi sunt brachio sæculari et combusti tanquam pertinaces in hæresi. Non violata est fides salviconductus ipsis dati, combustus est Joannes Hus. V, 249. Joannes Hus, licet contra Eucharistiam nihil scripserit, deque eo mysterio hæreticorum more dubitanter locutus fuerit, patet tamen ipsum Wicleffi errores secutum fuisse. IX, 44, 45. Usum calicis ut necessarium prædicabat. 163.

Hussitæ suum nomen habent a Joanne Hus. IX, 163. Errabant circa usum calicis quem necessarium prædicabant. *Ibid.* Erra-

bant etiam circa ministrum pœnitentiæ. 233.

Hydroparastatæ, seu aquarii, aquam solam in Eucharistia adhibebant. VIII, 323.

Hypocrisis est simulatio personæ alterius. X, 221. Hypocrisis in Novo Testamento sumitur pro simulatione sanctitatis quam quis non habet. *Ibid.*

Hypostasis magna fuit olim controversia Græcos inter et Latinos de hac voce græca, *hypostasis*. Latini existimabant hypostasim idem significare, ac usiam seu essentiam, et ideo tres hypostases rejiciebant, et Græcos eos admittentes Arianismi insimulabant. Græci vero existimabant per eam vocem significari non substantiam, sed officium seu qualitatem. II, 92. Nunc autem communi sensu hypostasis accepta est pro persona. *Ibid.* Personæ divinæ possunt-ne dici tres substantiæ, sicut dicuntur tres hypostases, seu tres personæ? *Ibid.* Unio hypostatica. *Vide* Incarnatio.

Hypotheca est contractus quo res datur aut assignatur in assecurationem debiti. Si res sit mobilis, dicitur pignus; si sit immobilis dicitur hypotheca. Est duplex : generalis, et particularis, tandem expressa et tacita. VI. 183 et VII, 172. Quæcumque possunt vendi possunt oppignorari vel hypothecari. VI, 183 et VII, 172. E contra quæ non possunt vendi non possunt hypothecari aut oppignorari. *Ibid.* Quisnam est ordo inter creditores hypothecarios, tam ex natura quam ex juris dispositionibus? VI, 183.

I

Ibas Edessenus fuit unus auctorum Trium Capitulorum. V, 155.

Iconoclastarum Synopsis historica. III, 128 et seqq. Concilium Iconoclastarum sub Constantino Copronymo a septima synodo probatum fuit. V, 229. *Vide* Imago.

Idea græce, latine forma dicitur; unde per ideas, intelliguntur formæ aliarum rerum præter ipsas res existentes, et definiri solet idea : *forma in mente existens, ad quam respiciens artifex operatur.* Duplex est ejus officium; primum, quod sit exemplar ad cujus normam fit ideatum; secundum, quod sit ratio illud cognoscendi, per ideam enim in mente cognoscimus ideatum in re. I, 250. Dantur-ne ideæ in mente Divina? *Ibid.* Quid sunt ideæ in Deo? *Ibid.* Plures sunt-ne ideæ in Deo? 251.

Idioma. Radix communicationis idiomatum est identitas suppositi. II, 418. *Idioma* græce idem est ac latine *proprietas*. Unde communicatio idiomatum est communicatio proprietatum. III, 39. Definiri potest communicatio idiomatum : *Naturæ divinæ et humanæ earumque proprietatum de se invicem mutua prædicatio. Ibid.* Idiomata, seu proprietates sunt triplicis generis. Primi generis sunt quæ conveniunt Christo ratione solius divinitatis independenter ab unione hypostatica, ut sunt esse æternus, omnipotens, immensus, etc. secundi generis sunt, quæ ipsi conveniunt ratione solius humanitatis independenter ab unione, ita ut puro homini convenire possint, ut esse possibilis, mortalis, mortuus, etc. tertii generis sunt, quæ Christo conveniunt ratione utriusque naturæ simul, ut esse mediator, redemptor, mereri seu satisfacere ex rigore justitiæ. 39 et 40. Communicatio idiomatum in Christo fundatur tum in unione hypostatica, ratione cujus unum et idem suppositum duplicem habet naturam divinam et humanam; tum in eo quod nomina concreta, licet primario formam significent, eam tamen significant in obliquo, et suppositum in recto pro quo supponunt. 40. In Christo admittenda est idiomatum communicatio. Est de fide. *Ibid.* Regula generalis communicationis idiomatum : Concreta de concretis, tam naturarum quam proprietatum possunt de se invicem prædicari, regulariter loquendo. *Ibid.* Abstracta vero de abstractis, abstracta de concretis et concreta de abstractis, non possunt de se invicem prædicari saltem formaliter. *Ibid.* Quædam attributa excipiuntur ab hac regula. 41.

Idololatria. Princeps christianus potest cogere suos subditos ut deserant idololatriam. V, 52. Idololatria fuit-ne universalis. 103, 104. Idololatria sumpta metaphorice, est omne peccatum mortale quo peccator adhæret creaturæ ut fini ultimo : sumpta in sensu proprio, est cultus divinus alteri quam Deo exhibitus; vel, quod idem est, est cultus exhibitus creaturæ ut Deo. VII, 371. Duplex insuper distinguitur idololatria : interior, qua quis animo et affectu veneratur creaturam ut Deum, et exterior, qua hanc internam reverentiam signis exterioribus protestatur et significat. *Ibid.* Alia est perfecta, et alia imperfecta. *Ibid.* Idololatria ex parte objecti seu ex genere suo est gravissimum peccatum. 375. Duplex est causa idololatriæ : una dispositiva, ex parte hominum; altera consummativa, ex parte dæmonum. *Ibid.* Homines tripliciter disponebantur ad idololatriam : 1° ex inordinatione affectus erga parentes vel amicos suos defunctos; 2° ex delectatione quam homo naturaliter percipit ex repræsentatione, et tanto magis quanto expressiores sunt repræsentationes; 3° ex ignorantia veri Dei. 376. Probabile est quod in prima mundi ætate, scilicet ab Adamo ad diluvium, non fuerit idololatria. *Ibid.* In secunda mundi ætate incœpit idololatria, nempe post diluvium; sed quo præcise tempore, quisve primus auctor fuerit, incertum est. *Ibid.* In sexta mundi ætate per virtutem Christi magna ex parte exclusa est idololatria. *Ibid.*

Idolum est falsa similitudo, seu simulacrum repræsentans vel id quod simpliciter non est, vel quod non est tale quare colitur, juxta illud Apostoli : *Idolum nihil est ;* scilicet quantum ad formam seu naturam quæ ab idololatris creditur ibi inesse. Simulacrum videtur idem significare ac idolum. III, 131, et VII, 371.

Ignatius (S.) martyr, Joannis evangelistæ auditor, scripsit epistolas ad Ephesios et ad Magnesianos de pluralitate et consubstantialitate Personarum. II, 16. Has epistolas esse S. Ignatii genuinum fœtus agnoscunt catholici et ecclesia anglicana et alii. *Ibid.*

Ignatius (S.) a sede Constantinopolitana pulsus est malitia et insidiis Barbæ, et in exilium missus ; sed postea sub Michaële, successore Basilii, in sedem est restitutus. V, 242.

Ignis æternus quo damnatorum corpora cruciabuntur significat vel omnes pœnas inferni, vel quamcumque pœnam in genere et indeterminate. II, 216, et IV, 411 et seqq.

Ignorantia invincibilis dicitur, quæ morali diligentia vinci non potest, et ideo est involuntaria atque inculpabilis. Ignorantia vincibilis est quæ morali diligentia vinci potest ; sicque voluntaria est in causa, estque culpabilis. I, 38. Ignorantia alia est negativa, quæ nihil aliud est quam mera nescientia seu incogitantia : alia positiva, quæ est judicium erroneum quo quis judicat positive esse quod non est, aut non esse quod est, v. g. non esse Deum. *Ibid.* Non potest dari ignorantia invincibilis sive positiva sive negativa de existentia Dei ut auctoris naturalis. Est communior. *Ibid.* Ignorantia est carentia scientiæ in subjecto scire capaci. Si subjectum est incapax scire, hæc vocatur nescientia. III, 71. Ignorantia ex parte intellectus dividitur in ignorantiam privative sumptam, et in ignorantiam contrarie sumptam quæ dicitur pravæ dispositionis et est error. *Ibid.* Ignorantia considerari potest ex parte intellectus, objecti et voluntatis. *Ibid.* Ignorantia triplex est : antecedens, concomitans et consequens. *Ibid.* Ignorantia antecedens præcedit omnem actum voluntatis, causat involuntarium simpliciter, et excusat a peccato ; est enim invincibilis. 72. Concomitans est etiam invincibilis : non facit voluntarium simpliciter, neque facit involuntarium positive et contrarie ; non omnino excusat a peccato. 72. Consequens causat voluntarium secundum quid : accusat peccatum. *Ibid.* Hæc Ignorantia est volita vel directe, vel indirecte ; prima est affectata ; secunda est cum quis negligit addicere. *Ibid.* Pauci negant dari ignorantiam invincibilem. 220. Ignorantia invincibilis excludit quamcumque cognitionem attendendam. 244. Ignorantia potest esse causa peccati, non per se, quia cum sit privatio et non ens, non potest per se influere in actum, sed per accidens tanquam removens prohibens, quatenus removet scientiam, quæ si adesset peccatum non fieret. IV, 328. Ignorantia concomitans non est causa peccati, quia non removet scientiam, quæ si adesset impediret peccatum, sed ea præsente æque fieret. Ignorantia antecedens et consequens sunt causa peccati, quia tollunt scientiam, quæ si adesset prohiberet peccatum ; cum hac tamen differentia, quod antecedens sit tantum causa actus peccati, seu peccati non formaliter, sed materialiter sumpti, quia actus ex illo sequens, quoad circumstantiam peccati, est involuntarius, cum ista circumstantia sit invincibiliter ignorata ; consequens autem sit causa peccati formaliter, quia actus sequens ex illa, etiam quoad rationem peccati formalis, est voluntarius, cum hæc ratio sit voluntarie et vincibiliter ignorata. *Ibid.* Ignorantia invincibilis non est peccatum ; vincibilis eorum quæ quis scire tenetur, est formaliter in se peccatum, non tamen ratione sui, sed ratione negligentiæ addiscendi. Omnes autem scire tenentur communiter 1° ea quæ sunt fidei : 2° universalia juris præcepta : 3° singula quæ ad suum statum et officium pertinent. *Ibid.* Ignorantia culpabilis eorum quæ quis scire tenetur propter opus hic et nunc faciendum vel vitandum, non est peccatum speciale distinctum a peccato quod ex ea sequitur. 329. Ignorantia rerum quas homo propter ipsas tenetur scire est peccatum speciale distinctum a peccato cujus est causa. *Ibid.* Quænam est diligentia sufficiens et moralis ad expellendam ignorantiam ? *Ibid.* Quæ diligentia censeatur sufficiens ut ignorantia dicatur invincibilis et involuntaria ? 330. Invincibiliter ignorari rarissime ea quæ spectant proprium statum, seu officium. *Ibid.* Potest dari ignorantia invincibilis juris positivi divini, non solum apud infideles, quibus non est annuntiatum Evangelium, sed etiam apud fideles, quibus est annuntiatum. 331. Ignorantia legis divinæ positivæ non oritur ex culpa. *Ibid.* Dari potest in adultis perfectum usum rationis habentis ignorantia invincibilis juris naturæ quoad præcepta remotiora et obscuriora quæ dicuntur tertiæ classis. Est nunc communissima inter theologos. 333. Non potest dari ignorantia invincibilis de primis præceptis, neque de secundariis secundum se consideratis. *Ibid.* Communiora media adhibere tenemur ad expellendam ignorantiam ; non semper, sed aliquando, orationem et pœnitentiam. 334 et 335. Ignorantia juris naturæ potest vinci per lumen gratiæ extraordinarium. 341. Ignorantia invincibilis facti et juris positivi, tam divini quam humani, excusat a toto peccato operantem ex ea. 342. Ignorantia vincibilis juris aut facti non excusat saltem a toto peccato operantem ex ea ; sed minuit aliquando. 343. Ignorantia juris naturalis profluens ut pœna ex peccato originali, et voluntaria in Adamo, est-ne ideo culpabilis ? *Ibid.* Ignorantia juris positivi di-

vini est pœna et effectus peccati originalis. 344. Illa regula : Ignorantia facti excusat, non ignorantia juris, valet tantum pro foro interno. 345. Ignorantia invincibilis juris naturæ reddit actum involuntarium. 344. Melior est-ne conditio ignorantis quam scientis? 348. Ignorantia invincibilis juris aut facti quæ excusat ab omni peccato, excusat a pœna. 351. Ignorantia vincibilis juris aut facti, quæ excusat a mortali, etiam excusat a pœna, saltem tanta. 352. Ignorantia vincibilis quæ non est crassa et supina excusat a mortali. *Ibid.* Ignorantia vincibilis etiam crassa et supina legis latæ sub hac aut similibus formulis : *Qui scienter, temerarie, ausu temerario contra fecerit, vel contra facere ausus fuerit, aut præsumpserit*, excusat a culpa. *Ibid.* Qui in hoc casu delinquerent ex ignorantia affectata, incurrerent-ne pœnam? dubium est. Quidam affirmant, alii negant. *Ibid.* Ignorantia etiam invincibilis pœnæ non eximit ab illa eum qui peccat graviter contra legem quam vel novit, vel ignorat ignorantia crassa vel supina, nisi illa pœna sit extraordinaria, aut nisi sit censura ecclesiastica. *Ibid.* Ideo ignorantia invincibilis excusat a peccato, quia tollit cognitionem et consequenter voluntatem. *Ibid.* Ignorantia invincibilis censuræ ecclesiasticæ eximit ab illa peccantem scienter contra legem per quam est decreta. Est communis. 353. Probabilius videtur ignorantiam etiam vincibilem, modo non sit crassa et supina, censuræ ecclesiasticæ eximere ab illa peccantem scienter contra legem per quam est statuta. *Ibid.* Omnia peccata sunt ex ignorantia practica circa particulare hic et nunc eligibile. 354.

Illiberitanum concilium non prohibuit cultum sacrarum imaginum. III, 138.

Illicitum aliquid potest esse et prohibitum : 1° quia est periculosum et inductivum mortis, ut percutere mulierem prægnantem; 2° ob alias causas, v. g. venatio certo tempore quo animalia concipiunt. VI, 274.

Illitteratus quisnam censeri debet penitus. VI, 206.

Illuminare nihil aliud est quam manifestare veritatem, non simpliciter, sed cum magisterio et doctrina. II, 223. Angeli superiores illuminant inferiores. *Ibid.* Illuminatio angelorum non fit per infusionem novi luminis aut speciei, sed per solam objecti prius incogniti propositionem explicatam, et artificiose dispositam ad captum angeli inferioris. 224. Angelus inferior illuminat-ne superiorem. 225.

Imago est similitudo ad repræsentandum expressa ex eo cujus est imago. II, 115. Unde ad veram et proprie dictam imaginem, duæ conditiones requiruntur : prima, ut sit similis, non solum in genere vel in aliquo analogo, aut accidentibus communibus, sed in specie vel in signo speciei : secunda conditio est, quod hæc similitudo originem trahat, seu sit expressa ex eo cujus est imago, idque vi et modo processionis. *Ibid.* Imago potest tripliciter distingui : una artificialis, quæ importat similitudinem, non in natura specifica, sed tantum in signo speciei; et hæc est imperfecta imago : secunda intentionalis, ut species expressa quæ importat similitudinem non tantum in signo naturæ specificæ, sed in ipsa natura specifica, non tamen sub modo essendi naturali, sed intelligibili; et hæc est perfectior prima : tertia naturalis, quæ importat similitudinem in natura et modo essendi naturali, et hæc est imago perfecta. *Ibid.* Nomen Imaginis est proprium Filio Dei. *Ibid.* Homo est vera Dei imago ratione naturæ intellectualis, imperfecta tamen. II, 266. Ad rationem imaginis duo requiruntur : primum quod sit similis illi cujus est imago in ratione specifica et ultima differentia, vel in signo speciei, vel saltem in nobilissima proprietate illius : secundum, ut similitudo sit expressa et deducta ex eo cujus dicitur imago; quia imago dicitur ex eo quod imitatur alterum. *Ibid.* Bellum contra imagines sacras recrudescit in Oriente anno 814 et sequentibus sub pluribus imperatoribus. III, 130. Theodora mulier religiosissima, mortuo Theophilo marito, cum una cum filio annorum quatuor tantum nato proclamatur Augusta, totum animum restituendis sacris imaginibus applicuit. *Ibid.* Inter imaginem et idolum hoc est discrimen, quod imago (sic dicta ab imitando) sit vera rei similitudo, seu, ut alii dicunt, rei vere subsistentis ad eam repræsentandam expressa similitudo : idolum vero est falsa similitudo, seu simulacrum repræsentans, vel in quod simpliciter non est, vel non est tale quare colitur. 131. Differt etiam imago a similitudine tanquam inferius a superiore : licet enim omnis imago sit similitudo, non tamen e contra; quia similitudo significat relationem inter duo ratione alicujus convenientiæ; imago autem significat talem similitudinem quæ ad repræsentandum est expressa. *Ibid.* Cultus sacrarum imaginum Christi et sanctorum est licitus et pius. *Ibid.* et seqq. Duo sunt accurate distinguenda in cultu imaginum : dogma ipsum et ipsius dogmatis casus et praxis. Dogma, nempe licitum esse et pium colere sacras imagines, immutabile est et ab Apostolis ad nos continua traditione derivatur. Hujus autem dogmatis usus seu praxis, hoc est, actu colere imagines, cum disciplinam spectet, mutationi obnoxia est, non secus ac cætera disciplinæ capita. 139. Possunt depingi et coli imagines Dei, Christi et angelorum. 140. Licet Ecclesia definiverit imagines sacras esse colendas, gravis tamen et intricata difficultas restat quomodo et quo genere cultus sint colendæ : circa quam triplex est potissimum theologorum sententia. 141. Imago potest considerari tripliciter : 1° Materialiter ut est res quædam auro, ligno, tela constans,

figura, coloribus, lineamentis aliisque artis ornamentis decorata : sic sumpta imago nulla est veneratione digna. 2° Potest considerari formalissime prout in actu exercito exercet officium imaginis. 3° Imago consideratur a quibusdam prout est res sacra cultui divino deputata et in honorem Dei et sanctorum instituta, habens vim eos significandi seu repræsentandi. 144. Imago in speculo causatur per reflexionem radiorum. IX, 135.

Immaterialitas potest sumi tripliciter : 1° pro exclusione informationis materiæ ; 2° pro independentia a materia : 3° pro excessu supra conditiones materiæ in agendo et recipiendo. I, 154. Immaterialitas est radix intellectionis. II, 172 et IV, 76.

Immersio est modus quo potest administrari baptismus. VIII, 590. *Vide* Baptismum.

Immortalitas. Quod quis sit immortalis dupliciter intelligi potest : 1° quod non possit mori ; sic angeli, sic beati in cœlo sunt immortales ; 2° quod possit non mori. II, 281. Primi parentes fuissent immortales sic, ut si in innocentia perseverassent, nunquam fuissent mortui. 282. Primo homini in statu innocentiæ non proveniebat ex natura seu ab intrinseco hominis. *Ibid.* Fuerunt plures causæ simul concurrentes ad immortalitatem parentum in statu innocentiæ. *Ibid.* Quamvis immortalitas possit dici naturalis primis parentibus, hoc sensu quod fuerit eis collata in prima naturæ institutione, simpliciter tamen loquendo fuit ipsis supernaturalis et indebita. 283. *Vide* Anima.

Immundorum triplex est genus. X, 30.

Impanatores sunt illi qui docent Verbum sibi assumere hypostatice panem et vinum in Eucharistia, sicut assumpsit humanitatem in incarnatione. IX, 74.

Impassibilitas est dos corporis beati. IV, 44.

Impedimenta. Alia dirimunt ingressum religionis ; alia tantum impediunt. VI, 408. Impedimenta matrimonii sunt duplicis generis, scilicet . prohibentia seu impedientia tantum ; et dirimentia. X, 175. Quinque numerantur impedimenta impedientia tantum, nempe : Ecclesiæ vetitum, tempus feriatum, catechismus, sponsalia, et votum simplex. *Ibid.* et seqq. Reduci possunt ad duo. *Ibid.* Impedimenta dirimentia olim numerabantur duodecim ; nunc quatuordecim numerantur a concil. Trid. nempe : error, conditio, votum, cognatio, crimen, cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, affinitas, clandestinitas, impotentia, raptus 176. Ecclesia potest statuere impedimenta dirimentia matrimonium. 177. Per Ecclesiam non sunt intelligendi reges et principes sæculares. *Ibid.* Ecclesia non usurpavit potestatem condendi impedimenta dirimentia matrimonium in præjudicium potestatis regiæ. *Ibid.* Ecclesia potest dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium : quæ sunt juris ecclesiastici. 178. An principes sæculares jus habeant statuendi impedimenta matrimonium in foro conscientiæ dirimentia, non una et eadem est sententia. 177. *In appendice.* Partem affirmantem tenet auctor dissertationis ad calcem positæ. 4. Impedimenta matrimonii in Codice nostro civili inducta, respiciunt-ne ad solos effectus civiles ? vel dirimunt-ne contractum naturalem ? *In appendice* 8. Si impedimenta matrimonii a principibus sæcularibus non statuuntur, non valent nisi quantum ad effectus civiles. X, 178. Principes infideles possunt apponere impedimenta matrimonio. 177. Qui novit impedimentum, tenetur-ne illud revelare ? 121. Si parochus noverit impedimentum ex sola confessione sacramentali, quid agere debet ? *Ibid.* Nullus potest dispensare in impedimentis quæ sunt juris naturalis. 178, et quæ propter defectum consensus dirimunt. *Ibid.* Potestas dispensandi in impedimentis dirimentibus matrimonium residet in summo Pontifice. *Ibid.* Quænam sunt causæ dispensandi in impedimentis dirimentibus matrimonium. *Ibid.* Episcopus potest dispensare in quatuor impedimentis impedientibus, excepto voto simplici castitatis et religionis ingrediendæ. 177. Dissertatio de impedimentis matrimonii jure civili inductis, *in appendice*, 1, 2 et 3. Qui potest apponere impedimentum pro re gravi, non inde sequitur posse pro minori. 116. Qui tollere potest majus impedimentum, potest tollere minus ejusdem ordinis. *Ibid.*

Imperatores quidam christiani habuerunt plures uxores. X, 139. Permiserunt repudium. 163. Adfuerunt conciliis. *Vide* Concilia.

Imperium est substantialiter actus rationis, præsupposito actu voluntatis, in cujus virtute ratio movet per imperium ad exercitium actus. IV, 132. Imperare tria dicit quæ pertinent ad rationem : ordinare ; intimare ; movere. *Ibid.* Imperium a quibusdam vocatur judicium practice-practicum. 134. Diversæ sunt potestates imperandi quas respicit obedientia ; alia est divina, alia humana, hæc alia ecclesiastica, alia, politica seu civilis, sub qua intelligitur domestica. VIII, 5 et 6.

Impoenitentia est-ne speciale peccatum ? IX, 296.

Impositio manuum visibilis facta ab apostolis, erat signum permanens. IX, 5. *Vide* Manus.

Impotentia est defectus impediens copulam conjugalem. X, 172. Impotentia est multiplex : 1° alia provenit ex causa intrinseca et naturali, alia ex causa extrinseca et accidentali ; 2° alia est perpetua, alia temporalis 3° alia est absoluta, alia respectiva. *Ibid.* Omnis impotentia antecedens perpetua, sive naturalis, sive accidentalis, sive absoluta, sive respectiva inter eos inter quos subsistit, impedit et dirimit matrimonium jure naturali et ecclesiastico ; secus si sit temporalis. 219. Laborantes impotentia antecedente perpe-

tua, ubi de ea constat, statim sunt separandi. 215. Quibus signis poterit dignosci esse impotentiam ex maleficio, adeoque adhibendos esse exorcismos? *Ibid.* Quid agendum in dubio utrinque æquali, an impotentia præcesserit vel subsecuta fuerit matrimonium? 216.

Imprecationes quæ in S. Scripturis reperiuntur, contra peccatores possunt tripliciter intelligi : 1° per modum prænuntiationis ; 2° per modum optationis, modo referatur ad justitiam punientis ; 3° per modum desiderii, quod referri debet ad remotionem et destructionem culpæ. V, 293.

Imprudentia per defectum opponitur prudentiæ. VI, 6. Sumi potest tripliciter : negative, pro sola carentia prudentiæ. *Ibid.* privative, pro carentia prudentiæ quam quis natus est et debet habere. *Ibid.* contrarie, quatenus ratio directe movetur et agit contra prudentiam spernendo et repudiando consilium au divina documenta. *Ibid.*

Impubes dicitur qui nondum complevit decimum quartum ætatis annum, si sit mas, et duodecimum, si sit fœmina. VII, 10.

Inadvertentia differt ab ignorantia, quod ignorantia sit privatio scientiæ seu cognitionis habitualis; inadvertentia, privatio cognitionis actualis : unde ubicumque est ignorantia est inadvertentia, sed non e contra ; potest enim ille qui scit habitualiter actu non advertere, ex naturali distractione vel aliunde. IV, 348. Inadvertentia potest esse s mul ad actum et ad malitiam. Potest etiam esse adverteutia ad actum, et inadvertentia ad malitiam. *Ibid.* Sicut datur ignorantia invincibilis et involuntaria facti, juris positivi divini et humani, et etiam naturalis quoad remotiora, ita circa eadem, propter easdem rationes. potest dari inadvertentia invincibilis et involuntaria. *Ibid.* Sicut quæcumque ignorantia invincibilis excusat a peccato, quia facit involuntarium ; ita propter eamdem rationem, quæcumque inavertentia invincibilis excusat a peccato. *Ibid.* Difficultas est quæ et quando sit inadvertentia vincibilis. 349. Ut inadvertentia ad malitiam actus censeatur vincibilis et non excusans a peccato formali, non semper requiritur actualis sive scrupulus, sive dubitatio, aut suspicio de malitia actus. *Ibid.*

Incantatio est magia qua quis solis verbis miranda ope dæmonis operatur. IX, 382.

Incantatores dicuntur qui solis verbis artem magicam exercent. IX, 382.

Incarnatio. Multiplices ac varios errores S. Thomas ad tres classes revocat : prima est errantium circa divinitatem Christi; secunda errantium circa ejus humanitatem; tertia errantium circa utriusque naturæ unionem. II, 308. Incarnatio idem significat ac inhumanatio ; estque *unio* seu *unitio naturæ humanæ cum divina in una Verbi persona*. *Ibid.* Unde Verbum incarnari, est hominem fieri, juxta illud Joan. Verbum caro factum est. *Ibid.* Quamvis autem natura humana constet carne et anima, a carne tamen potius quam ab anima hoc mysterium nomen accepit. *Ibid.* Incarnatio Verbi est possibilis. 310. In mysterio incarnationis ex nulla parte apparet contradictio. *Ibid.* Non potest lumine naturali demonstrari aut evidenter cognosci possibilitas incarnationis. 312. An et quibus revelatum est futurum incarnationis mysterium? 312. Conveniens fuit Deo incarnari. 342. Perfectiones Dei relucent in incarnatione. *Ibid.* Incarnatio fuit maxime conveniens generi humano. 343. Incarnatio fuit conveniens toti universo. *Ibid.* Inconvenienter facta fuisset incarnatio in principio et in fine mundi, sed convenienter peracta est in plenitudine temporis. *Ibid.* Incarnatio non fuit simpliciter necessaria ad reparationem generis humani, sed tantum secundum quid. 344 Unicum motivum incarnationis fuit redemptio generis humani : unde, Adamo non peccante, Verbum non fuisset incarnatum vi præsentis decreti. 352. Christus venit in mundum ad delenda omnia peccata, tam originale quam actualia, principalius tamen ad delendum originale. 261. Utrum-ne non existente peccato Verbum incarnatum fuisset vi alterius decreti? *Ibid.* Existente solo originali peccato sine actualibus, vi præsentis decreti venisset Christus; solis autem peccatis actualibus existentibus sine originali, probabile est quod non venisset vi præsentis decreti. 362. Unio Verbi incarnati non est facta in natura, sicque natura divina et humana non coaluerunt in unam, sed utraque confusa et impermixta mansit integra, uni personæ Verbi unita. Est fidei dogma definitum contra Eutychetem in concilio Chalced. et Constantinop. 363. Unio Verbi divini cum natura humana facta est in persona Verbi, sic ut in Christo sit unica Verbi persona, unusque sit et idem Dei et hominis filius; est iterum fidei dogma definitem contra Nestorium in concil. Ephes. et confirmatum in concilio Chalced. 364. Unio naturæ humanæ cum Verbo nullatenus est accidentalis, sed absolute essentialis. 376. Unio hypostatica, si considcretur ex parte eorum quæ conjunguntur, non est maxima ; si vero consideretur ex parte ejus in quo conjunguntur, est inter creatas uniones maxima. 377. Unio Verbi incarnati est-ne idem quod assumptio? *Ibid.* Christus nec meruit, nec absolute mereri potuit, sive *de condigno*, sive *de congruo*, suam incarnationem. 401. Circumstantiæ incarnationis aliæ sunt præcedentes, aliæ concomitantes, aliæ consequentes. 404. Christus non meruit eas circumstantias suæ incarnationis sive præcedentes, sive concomitantes, quæ vel in aliquo genere sunt causæ seu principia substantiæ incarnationis ut executioni mandatæ, vel eam necessario comitantur. 404 et 405. Meruit tamen Christus eas incarnationis suæ circumstantias quæ nec influunt in ejus esse, nec eam necessario comitantur. 405. Christus meruit circumstantias incarnationis consequentes; quia illæ non prærequiruntur merito

ipsius, nec se tenent ex parte principii merendi sed ad illud consequuntur. *Ibid.* Christus meruit suæ incarnationis continuationem. *Ibid.* SS. Patres veteris Testamenti non meruerunt, nec mereri potuerunt *de condigno* incarnationem, nec circumstantias ejus intrinsecas, est communis et certa. 406. Antiqui Patres meruerunt *de congruo* incarnationem. Est etiam communis. 407. Difficultas est an meruerint *de congruo* stricte vel late sumpto. *Ibid.* Nulla creatura fuit aut esse potuit causa principalis efficiens incarnationis, sed solus Deus. 408. Beata virgo non fuit causa instrumentalis conjunctionis humanitatis cum verbo. Hæc conclusio insinuatur ex auctoritatibus citatis; non enim proprie diceretur incarnatio opus solius Dei, si B Virgo illi cooperata fuisset etiam instrumentaliter. *Ibid.* Tota Trinitas incarnationem operata est. 409. Filius dupliciter se habuit ad incarnationem, effective per potentiam, et terminative per subsistentiam. Pater autem et Spiritus sanctus effective tantum. *Ibid.* Convenientius fuit naturam humanam assumi a Verbo quam aliam quamcumque. 419. Decebat assumi naturam ex stirpe Adæ, licet aliunde natura humana potuisset assumi. 422. Verbum hypostatice assumpsit omnes partes pertinentes ad integritatem et perfectionem humanitatis, sive informentur vita totius, sive non. 424. Verbum hypostatice sumpsit verum corpus, non phantasticum aut umbratile, est de fide. *Ibid.* Verbum assumpsit ex B Virgine corpus terrenum ex carne et sanguine sicut nostrum, est de fide. 425. Verbum assumpsit animam intellectualem, est etiam de fide. 426. Verbum assumpsit hypostatice dentes, ungues et capillos. *Ibid.* Verbum non assumpsit hypostatice lacrymas, sudorem, salivam et alias superfluitates corporis humani. 427. Verbum assumpsit hypostatice sanguinem naturalem. *Ibid.* Anima, corpus et humanitas Christi simul tempore fuerunt assumpta a Verbo. 429. Secundum ordinem intentionis, prius natura fuit assumpta tota humanitas quam partes, secus in ordine executionis. *Ibid.* Secundum ordinem executionis, prius natura fuit assumpta anima, mediante qua assumptum est corpus, ac tandem totum seu tota humanitas ex utraque resultans. *Ibid.* Christum assumpsit veram humanitatem. III, 1. *Vide* CHRISTUS, HUMANITAS, NATURA.

INCESTUS est concubitus cum consanguinea vel affine intra gradus prohibitos. VIII, 157 et IX, 383. Incestus est determinata species luxuriæ. VIII, 157. Omnes incestus carnales sunt ejusdem speciei. 158. Licet incestus cum consanguinea sit incestu cum affine, iste tamen ex jure positivo habet duplicem effectum quem non habet alter : 1° privat incestuosum jure petendi debitum ab uxore cujus consanguineam in primo vel secundo gradu cognovit; 2° mortua conjuge, non potest aliam ducere. 158. Certum est incestus legales aut spirituales, ratione nempe cognationis legalis vel spiritualis, specie differre tum ab incestibus proprie dictis, tum inter se. *Ibid.*

INCLINATIO naturalis ad bonum non potest ita infirmari et minui per peccatum ut tandem omnino destruatur. IV, 314.

INCOMMODUM qui sentit, debet sentire commodum. IX, 338, 339.

INCONSIDERATIO est cum quis contemnit vel negligit attendere ea ex quibus rectum judicium procedit. V, 7. Pertinet ad imprudentiam. *Ibid.*

INCONSTANTIA importat recessum quemdam a bono proposito definito. V, 7. Per sui consummationem pertinet ad imprudentiam. *Ibid.* Oritur ex luxuria. *Ibid* et VIII, 135.

INCONVENIENS aliud ex inconvenienti libere posito sequi potest. III, 194.

INCREDULI omnes tempore Noë deleti ne sunt in aquis diluvii. III, 224. Increduli seu deistæ dicuntur qui Ens supremum agnoscunt, sed negant eum quidquam revelasse hominibus, ideoque religionem christianam ut figmentum rejiciunt : solam rationem ut judicem veritatis agnoscunt; in varias abeunt adinventiones. V, 17, 18.

INDICIA sunt circumstantiæ aut signa ex quibus prudenter judicari potest talem esse reum, commississe hoc crimen. VI, 318. Indicia debent esse probata per duos testes juratos : non debent esse levia, nec remota, sed manifesta. *Ibid.* Quomodo dignosci possit quæ indicia sunt sufficientia et quæ non sunt ad judicandum sine temeritate? 111.

INDIVIDUATIO duo dicit : 1° perseitatem existentiæ, seu existere per se independenter ab alio tanquam a subjecto seu materia; 2° incommunicabilitatem ulteriori supposito. II, 259.

INDUCENS mulierem ad peccandum, peccatum gravius quam qui facit homicidium? IV, 184. Ad quid tenetur qui aliquam vi, metu vel fraude induxit in peccatum? VI, 276.

INDULGENTIA generatim sumpta, est remissio proprii juris in gratiam alterius. IX, 508 Ex usu autem Ecclesiæ et theologorum indulgentia definitur : Remissio pœnæ temporalis debitæ peccato actuali, remisso quoad culpam et pœnam æternam, facta extra sacramentum ab eo qui jurisdictionem spiritualem habet dispensandi thesaurum Ecclesiæ. *Ibid* et 514. Indulgentiæ valent non solum in foro Ecclesiæ, sed etiam in foro Dei. 509. (Est in Ecclesia thesaurus satisfactionum Christi et sanctorum. 511.) Est in Ecclesia potestas dispensandi indulgentias ex thesauro Ecclesiæ. 511, 512. Potestas conferendi indulgentias primario competit summo Pontifici, et per ipsum in episcopos derivatur. 512. Non requiritur potestas ordinis. 513. Indulgentia dividitur : 1° in totalem seu plenariam, quæ sufficit tollendæ toti pœnæ restanti post culpam dimissam; et in partialem, quæ sufficit tollendæ parti pœnæ tantum.

508. Partialis autem indulgentia est multiplex : quædam conceditur pro medietate, vel tertia vel quarta parte peccatorum, id est, pœnarum peccatis debitarum ; alia est unius vel plurium dierum, unius vel plurium annorum, unius vel plurium quadragenarum. 509. Est perpetua et temporalis. *Ibid.* Dividitur ; 2° in personalem, realem et localem. *Ibid.* — Ut indulgentia sit valida et rata, quatuor requiruntur : auctoritas in concedente ; charitas in suscipiente ; causa legitima, quæ sit scilicet ad honorem Dei et Ecclesiæ utilitatem, et adimpletio operis injuncti. 514. Indulgentia sine causa pia et rationabili concessa, est illicita. *Ibid.* Est valida quoad aliquid. *Ibid.* Non est rata quantum ad remissionem pœnæ Deo debitæ, in hac vel altera vita luendæ. *Ibid.* Ad validitatem indulgentiæ causa pia requisita debet esse proportionata quantitati indulgentiæ. 515. Utrum suscipiens indulgentiam debeat esse in statu gratiæ? 516. Suscipiens indulgentiam debet esse baptizatus non excommunicatus. *Ibid.* Facere debet opus injunctum. *Ibid.* Ad indulgentiam consequendam est-ne adhibenda confessio sacramentalis? 520. Utrum qui opera præscripta devote adimplet præcise toties quoties præscripta sunt, tantum participet de indulgentia quam qui pluries et devotius adimplet. 517. Qui partem operis præscripti implevit et propter morbum aliamve justam causam residuum implere non potest, lucratur-ne indulgentiam? 520. Utrum qui facit opus præscriptum sine intentione lucrandi indulgentiam, puta quia nescit aut oblitus est ei esse annexam indulgentiam, illam lucretur. 520. An pœnitens qui vacat indulgentiæ lucrandæ possit omittere pœnitentiam a confessario injunctam? 509. Utrum translato festo transferatur indulgentia ei annexa? 520. Indulgentiæ possunt applicari et prodesse defunctis. 521. Ipsis prosunt per modum suffragii. 522. Indulgentiæ applicatæ defunctis non semper habent certum et infallibilem effectum. *Ibid.* Indulgentiæ applicatæ uni, vel aliquibus personis determinatis, prosunt omnibus quoad aliqua. 523.

Inebriare se causa vitandæ mortis ab alio intentatæ, vel causa sanitatis recuperandæ, probabilius non licet. VIII, 114. *Vide* Ebrietas et Ebrius.

Infamatio. Infamatum de uno crimine infamare de alio quod non est affine aut ordinarie conjunctum cum primo est ex genere suo peccatum mortale. VI, 359. Diffamatus in uno genere, non est ideo infamis in alio genere. *Ibid.* Infamatio formalis est intrinsece mala. IX, 427.

Infamia est duplex ; juris et facti. Infamia juris est quæ per sententiam judicis incurritur, vel contrahitur per crimen publicum aut conditionem cui a jure annexa est infamia : infamia facti est publica opinio commissi criminis per quod fama graviter læditur. IX, 503.

Infans. Infantes ab Herode occisi sunt vere martyres si non animo, saltem facto. III, 198, Eorum numerus est incertus. *Ibid.* Infantes personaliter considerati non sunt capaces legis. IV, 367. Infantes non tenentur legibus humanis. 511 et 512. Infantes salvantur per fidem habitualem in baptismo susceptam. V, 33. Infanti vel impuberi, qui dicitur pupillus, deficiente patre aut avo paterno, datur tutor ; minorenni, curator. VII, 10, 11. Infans dicitur qui nondum complevit septimum ætatis annum, sive sit mas, sive sit fœmina. 13. Via salutis factu non est nunc arctior, et infantes non sunt nunc pejoris conditionis quam in lege naturæ et lege scripta. VIII, 431. Infans in utero salvatur per martyrium matris suæ. *Ibid.* Infantes sunt capaces ordinationis. X, 57.

Inferior potest-ne ligari in foro superioris? IV, 494.

Infideles. Apost. Rom. I. dicit infideles inexcusabiles esse, quod, cum Deum ut auctorem naturæ cognovissent, non tamen sicut Deum glorificaverunt, nec ei gratias egerunt. I, 301. Infideles hortatur S. Scriptura ad bona opera. III, 332. Quædam facta infidelium laudantur et a Deo remunerata sunt. *Ibid.* Infidelis in omni actu non agit propter pravum finem. 336. Agit enim pro beatitudine in communi. *Ibid.* et 337. Cum infidelis ex dictamine rationis aliquod bonum facit, non referendo ad malum finem, non peccat. V, 50 et 318, 319. Infidelis seu peccator qui nulla præcedente actuali relatione in Deum propter se dilectum, facit, v. g. eleemosynam ex motivo misericordiæ, habet Deum virtualiter implicite pro fine ultimo. 50. Infideles qui nunquam susceperunt fidem, sive subdantur principibus christianis, sive non, nullatenus sunt cogendi ad finem ; possunt tamen cogi ut non impediant fidem, fideive prædicationem, blasphemiis, malis suasionibus, aut apertis persecutionibus. 52. Infideles qui aliquando fidem susceperunt, ut hæretici et apostatæ, possunt corporaliter compelli ut impleant quod promiserunt, et servent quod semel susceperunt. *Ibid.* Ritus infidelium principibus christianis subditorum per se loquendo non sunt tolerandi. 53. Opus infidelis non est meritorium, quia non est gratia informatum. 318. Agnosci debent in infidelibus gratiæ sufficientes, cum quibus possunt vitare peccatum. 320. Infideles et peccatores sunt capaces dominii. V. 24, 25. Infidelis plene instructus tenetur-ne statim credere? IX, 302. Matrimonium infidelium etiam consummatum jure divino, potest dissolvi si unus conjugum ad fidem convertatur, et alter vel discedat, vel nolit cohabitare, sine contumelia Creatoris, vel conjugem fidelem pertrahat ad peccatum mortale. X, 163.

Infidelitas mere negativa, non est peccatum, sed pœna peccati. IV, 331. Infidelitas in communi est carentia fidei : et est triplex

nempe vel negativa, vel privativa, vel contraria. Infidelitas negativa, est carentia fidei in eo qui nihil audivit de fide, vel non audivit sufficienter ; privativa, est carentia fidei in eo qui audivit sufficienter de fide, et non vult ei assentiri, absque eo tamen quod contrarium asserat ; contraria est carentia fidei in eo qui, sufficienter de fide instructus, non solum detrectat illam amplecti, sed etiam contrarium asserit et errorem positivum contra fidem sustinet. V, 49. Infidelitas mere negativa non est peccatum, sed peccati pœna. *Ibid.* Infidelitas privativa et contraria est peccatum. *Ibid.* Infidelitas est in intellectu tanquam in subjecto, pendet tamen a voluntate movente. *Ibid.* Infidelitas ex genere suo est gravius omnibus peccatis quæ sunt contra virtutes morales. *Ibid.* Quot sunt species infidelitatis? *Ibid.* Paganismus, Judaïsmus et hæresis, tres sunt species infidelitatis. *Ibid.* An species infidelitatis distinguantur essentialiter, an tantum accidentaliter, dubium est. 50. Quænam est species infidelitatis gravius peccatum? 51. Licitum est-ne de fide disputare cum infidelibus? *Ibid.*

Infinitum dicitur quod caret fine, seu termino. Unde si careat terminis essentialibus, erit infinitum in essentia ; si careat terminis in certo genere attributi, erit infinitum in isto genere. I, 78. Nihil aliud præter Deum est infinitum per essentiam. *Ibid.* Proprium est rei infinitæ identificare sibi res, salvis earum rationibus formalibus, quando non important imperfectionem. II, 35. Infinitum non est substantia sed accidens rebus quæ infinitæ dicuntur. III, 7. Infinito non est aliquid majus. *Ibid.* et 97. Esse infinitum simpliciter potest duplici modo intelligi : 1° pro eo quod est infinitum omnibus modis ; 2° pro eo quod est infinitum absolute et sine diminutione, licet non omnibus modis. IV, 435.

Ingratitudo est duplex : materialis et formalis, formalis est, quando beneficium vel benefactoris animus contemnitur, ut non videaris ipsi obstrictus. Materialis ingratitudo est, quando absque contemptu vel omittitur gratitudinis officium, vel committitur aliquid contra benefactorem. VIII, 19. Ingratitudo tam materialis quam formalis est iterum duplex ; una privativa, omittendo aliquid quod exigit gratitudo ; altera contraria, agendo aliquid gratitudini repugnans. *Ibid.* Tres sunt gradus ingratitudinis : primus gradus ingratitudinis privativæ est, ut homo beneficium non retribuat ; secundus, quod dissimulet, gratias non agens nec demonstrans se beneficium accepisse ; tertius est gravissimus, quod non recognoscat, sive per oblivionem voluntariam, sive alio modo. *Ibid.* Omnis ingratitudo est peccatum, quia repugnat rectæ rationi et virtuti, unde ab Apost. numeratur inter alia peccata : *Blasphemi... ingrati, etc.* *Ibid.* Ingratitudo formalis est speciale peccatum, quia opponitur speciali virtuti, nimirum gratitudini. *Ibid.* Ingratitudo autem materialis non est speciale peccatum. *Ibid.* Ingratitudo sive formalis sive materialis, sive privativa sive contraria, quandoque est mortale peccatum, quandoque veniale. 20. Ingratis sunt aliquando beneficia subtrahenda. *Ibid.*

Inhonoratio duplex est ; intenta, et consecuta. II, 350.

Injuriæ non sunt ulciscendæ privata auctoritate. V, 364. Licet-ne, causa doloris leniendi, injuriam acceptam referre univiro prudenti? *Ibid.* Injuriæ multoties iteratæ remitti debent fratribus ex præcepto Christi. IX, 405.

Injustitia sumitur dupliciter : 1° late pro omni trangressione legis ; quæ vocatur etiam iniquitas : hoc sensu omne peccatum est injustitia. VI, 101. 2° Sumitur stricte, prout opponitur virtuti cardinali justitiæ : sic sumitur vel actualiter, et est juris alieni violatio ; vel habitualiter, et est prava dispositio inclinans voluntatem ad hujusmodi violationem. *Ibid* Injustitia sive actualis, sive habitualis, dividitur in generalem seu illegalem, et particularem : particularis dividitur in commutativam et distributivam. *Ibid.* Injustitia tam illegalis quam particularis est vitium speciale, 102. Injustitia sive illegalis sive particularis est ex genere suo peccatum mortale. *Ibid.*

Injustus non dicendus est, saltem philosophice, omnis qui facit injustum, sed solus ille qui facit injustum ex habitu aut ex deliberata electione nocendi sive injustum faciendi. V. 101. Sicut nullus potest facere injustum per se formaliter loquendo, nisi volens ; ita nec pati injustum per se formaliter loquendo, nisi volens : per accidens autem quasi materialiter potest quis nolens facere injustum et pati volens. 102 et 103.

Innocens. Innocentes qui sunt par reipublicæ hostilis possunt bonis spoliari in quantum requirit necessitas vel victoriæ, vel pacis, vel satisfactionis. V. 368. Non licet innocentem tradere bestiis frementibus. VI, 229, 230. Condemnatus secundum allegata et probata, per se loquendo, potest se defendere, sive judex noverit ejus innocentiam, sive non ; per accidens tamen regulariter non potest. 341.

Innocentia et virginitas possunt restitui quoad suum formale. IX, 311.

Innocentiæ status. In statu innocentiæ omnes homines non fuissent æquales. II, 274. Non est omnino improbabile homines in statu innocentiæ fuisse futuros eosdem numero quoad animam quam nunc. 288. In statu innocentiæ pueri mox nati non habuissent virtutem motivam membrorum sufficientem ad quosdam motus, bene tamen sufficientem ad actus convenientes pueritiæ. 289. In statu innocentiæ, si perseverasset, natæ fuissent fœminæ. 291. In statu innocentiæ homines nati fuissent in justitia originali, consequenter in gratia sanctificante, quæ

est radix justitiæ originalis. *Ibid.* In statu innocentiæ homines non fuissent nati confirmati in justitia. *Ibid.* In statu innocentiæ pueri non fuissent nati perfecti in scientia, facile tamen processu temporis eam acquisivissent. 292. Pueri mox nati in statu innocentiæ non habuissent perfectum usum rationis. 293. Innocentiæ status in quo constituitur? III, 274. In statu innocentiæ homines usi fuissent matrimonio. X, 91.

INNOCENTIUS I. agnovit-ne in causa S. Joannis Chrysostomi synodum universalem plus posse quam ipse posset? V, 222.

INNOCENTIUS III non annuendo Philippo-Augusto in rescissione sui matrimonii, agnovit-ne concilium esse sibi superius? V, 122. Innocentius III prohibuit presbyteris Latinis inter Græcos vitam agentibus impositionem manuum, id est confirmationem dare. IX, 30.

INNOCENTIUS VIII non permisit Norwegis sine vino calicem consecrare, ut contendit Vollateranus. IX, 331.

INNOCENTIUS X damnavit propositiones excerptas e libro Jansenii cui titulus *Augustinus*. V, 119.

INNOCENTIUS XII. Additiones factas Formulario Alexandri VII a nonnullis episcopis Belgicis improbavit brevi dato 1694. III, 273 et V, 131. Quid continent litteræ scriptæ ad Innocentium XII per nominatos in Galliis ad sedes episcopales? 195.

INOBEDIENTIA dupliciter accipitur : 1° materialiter et late, pro trangressione cujusvis præcepti absque contemptu, et sic non est peccatum, sed generale quoddam, seu generalis circumstantia omnis peccati; 2° Formaliter et stricte, pro transgressione præcepti, ex ejus aut præcipientis contemptu, et sic est speciale peccatum formali obedientiæ oppositum, in confessione aperiendum, quando est mortale. VIII, 10. Inobedientia formalis est peccatum mortale ex genere suo, quia contrariatur charitati per quam spiritualis vita habetur. *Ibid.* Potest tamen fieri veniale, non solum ex indeliberatione actus, sed ex levitate materiæ. *Ibid.* Una inobedientia potest esse gravior altera dupliciter : uno modo ex parte præcipientis, altero modo ex parte præceptorum. 11. Inobedientia qua contemnitur præcipiens gravior est inobedientia qua contemnitur præceptum. *Ibid.*

INQUISITIO est triplex, generalis, specialis et mixta; generalis, dum princeps, judex, aut superior inquirit in generali an leges observentur, an committantur crimina, an sint scandalosi, etc.; specialis, qua inquiritur de persona determinata et certo crimine; mixta, qua inquiritur generaliter de persona et specialiter de facto. VI, 315. Ad inquisitionem generalem nulla requiritur in judice rei aut criminis notitia. *Ibid.* Ad inquisitionem specialem tendentem ad punitionem prærequiritur infamia auctoris, aut aliquid æquivalens, supplens vices infamiæ. 316. Eadem dicenda sunt de mixta. *Ibid.*

INSENSIBILITAS est vitium rarum inter homines; est secundum se veniale, potest tamen fieri mortale. VIII, 55.

INSINUARE est in publicas tabulas aliquod donationis instrumentum referre. VII, 46. Insinuare sumitur etiam pro *in notitiam alicujus adducere*, non inducere aut instituere. X, 3.

INSULA quæ in mari nata est, quod raro accidit, primi occupantis fit; nullius enim creditur. V, 71.

INSTINCTUS naturalis est vehemens quædam motio a natura seu naturæ Auctore brutis impressa ad prosequendum bonum sibi conveniens. IV, 6. Potest ex duplici causa procedere instinctus : 1° ex causa corporali, nempe cœlesti corpore; 2° ex causa spirituali, nempe vel ex Deo, vel ex dæmone. VII, 381.

INTELLECTIO personalis generativa Verbi non constituit personam Patris. I, 50. In Omni intellectione requiritur quod res vel per se, vel per suam similitudinem uniatur intellectui; 1° ut forma intelligibilis ante cognitionem : 2° ut intellecta per cognitionem, quia ex intelligibili et intelligente oportet aliquo modo fieri unum in intelligendo. 130.

INTELLECTUS. Intellectus creatus non potest de potentia Dei absoluta, videre Deum absque lumine gloriæ, vel permanenter per modum habitus, vel transeunter per modum dispositionis communicato, aut saltem absque aliquo auxilio supernaturali, luminis gloriæ vices supplente. I, 121. *Vide* BEATI et ANGELI. Intellectus divinus. *Vide* DEUS. Intelligere est vitæ gradus perfectissimus. 250. Movet voluntatem quoad specificationem; voluntas autem movet intellectum et alias potentias sibi subditas quoad exercitium. III, 117. Intellectus imperans est potentia superior ad voluntatem cui imperat. 132. Intellectus non potest assentiri propositioni quam judicat falsam. 220. Intellectus est subjectus virtutum intellectualium. 261. Duplex error distinguitur in intellectu; speculativus et practicus. 354. Intellectus et voluntas sunt fundamentum dominii. VI, 25. Intellectum per sensibilia cognoscere dupliciter intelligitur : 1° quantum ad acceptionem specierum per objecta; 2° tanquam per instrumenta. VIII, 240. Intellectus est captivandus in obsequium fidei. IX, 71.

INTEMPERANTIA est vitium inter humana maxime probrosum et infame. VIII, 55. Intemperantia dicitur a philosopho *vitium puerile*, non quod pueris conveniat, sed quod homines pueris indisciplinatis similes efficiat. *Ibid.*

INTENTIO est desiderium efficax finis per media assequendi. IV, 126. et VII, 223. Intentio differt a volitione. IV, 126. Bona in-

tentio ut movens ad malam electionem ex ea vitiatur. IV, 151. Intentio movens ad malam electionem est quidem mala, attamen eo sensu minus mala est, quod malam electionem non appetat nisi ex amore boni honesti et ut medium utile ad illud consequendum. 152. Ex bona intentione procedit per accidens opus aliqua prava circumstantia vitiatum. 159. Intentio est triplex : actualis, virtualis, et habitualis. Actualis est cum quis actu et de facto aliquid vult facere, et hoc sive explicite et in actu signato, sive implicite et in actu exercito. VII, 223 et VIII, 335. Virtualis est virtus ab actu procedente relicta ; durat quandiu opus incœptum continuatur, modo non revocetur vel directe per contrariam intentionem vel indirecte per opus incompossibile. *Ibid.* Intentio virtualis est duplex : implicita, et explicita. V, 315 et VIII, 335. Habitualis est quædam propensio ad aliquod faciendum ex actibus frequentatis relicta. *Ibid.* Tandem alia est interpretativa. *Ibid.* Alia est intentio absoluta ; alia conditionata. VIII, 335. Ad perfectionem sacramenti requiritur in ministro intentio faciendi quod facit Ecclesia, ita ut sacramentum exterius mimice et irrisorie, seu a ministro rationis impote collatum, sit nullum. 222. Ad integritatem sacramenti non sufficit intentio interpretativa nec habitualis; non requiritur actualis : requiritur et sufficit virtualis, si tamen minister sit sui compos. 335, 336. Ad veritatem sacramenti non requiritur in ministro intentio explicita producendi effectum sacramenti neque efficiendi rem absolute in se sacram seu veri nominis sacramentum, neque faciendi quod facit Ecclesia Romana ; sed sufficit implicita quæ habetur in generali intentione faciendi quod facit vera Ecclesia, quæcumque illa sit. Est communis quoad omnes partes. 286. Intentio requisita in suscipiente ad valorem sacramenti non debet necessario esse actualis, neque proprie virtualis, vi scilicet cujus moveatur ad suscipendum sacramentum; seu sufficit quod aliquando præcesserit et non sit revocata, ideoque moraliter perseveret, exceptis pœnitentia et matrimonio. 328. Ad veritatem et integritatem sacramenti non sufficit in ministro intentio externa, sed requiritur interna. 275, 285, 298. Qui non intendit quidem expresse sacramentum suscipere in ebrietate vel somno, prævidet tamen se in ebrietate vel somno baptizandum, confirmandum, ordinandum, etc., et in illa prævisione sola, sine intentione, se inebriat vel somno dat, suscipit-ne valide sacramentum? 329. Intentio errans perficit-ne sacramentum? 307. Sacramentum collatum cum intentione conditionata de præsenti vel de præterito, ut : Si non sis baptizatus, aut, si vivis, te baptizo, est validum si conditio subsistat, invalidum si non subsistat. 306.

Interdictum est censura ecclesiastica, prohibens usum quorumdam sacramentorum, omnium divinorum officiorum et sepulturæ ecclesiasticæ. IX *in Appendice.* Interdictum aliud locale, quod immediate locum afficit prohibendo fieri in illo sacras functiones; aliud personale, quod immediate personam afficit prohibendo ipsi participare his sacris functionibus : si utrumque, et locum et personas, afficiat, est mixtum. *Ibid.* Tam locale quam personale subdividitur in generale et particulare. *Ibid.* Effectus interdicti totalis sunt tres, scilicet : privatio usus tam activi quam passivi certorum sacramentorum, omnium divinorum officiorum, et sepulturæ ecclesiasticæ. *Ibid.* Violatio interdicti est-ne semper peccatum mortale? *Ibid.*

Interstitiorum observantia et temporis a jure statuti est sexta dispositio ad recipiendos ordines. X, 60.

Intimiditas seu vacuitas justi timoris est defectus in timendo. VIII, 38. Oritur ex triplici causa. 39.

Invasoris injusti occisio non est ex se licita, sed quid consequens ad actionem licitam, nempe ad justam defensionem. VI, 242. *Vide* Defensio.

Investitura in eo sita erat, quod rex consentiret electioni alicujus ad episcopatum vel abbatiam, et concederet electo per baculum et annulum possessionem et usum bonorum ecclesiasticorum. V, 243. Graves abusus introduxit. *Ibid.* Huic malo occurrere conati sunt pontifices. *Ibid.* In concilio Lateranensi dissidium quod ex illa ortum erat finem accepit. 244.

Invidia est tristitia de bono alieno æstimato ut malo proprio, quatenus est diminutivum propriæ gloriæ et excellentiæ. V, 362. Est peccatum ex genere suo mortale. *Ibid.* Potest tamen fieri veniale. 363. Est vitium capitale. *Ibid.*

Ira est appetitus vindictæ cum fervore sanguinis circa cor. IV, 239. Præcipua causa iræ est parvipensio et contemptus, qui eo major est, quo major est excellentia irati. *Ibid.* Effectus iræ sunt : 1° delectatio ob spem vindictæ; 2° fervor sanguinis circa cor; 3° turbatio mentis et corporis; 4° taciturnitas, vel quia turbata ratio passione digna non reperit, vel quia tanta est turbatio ut lingua a suo usu impediatur. *Ibid.* Mansuetudo est virtus moderatrix iræ. VIII, 200. Ira est passio appetitus sensitivi a qua vis irascibilis denominatur. Definitur *appetitus vindictæ. Ibid.* Cum vindicta possit bene vel male appeti, ira de se neque est mala neque bona, sed quid indifferens quo bene vel male uti possumus. *Ibid.* Ira dupliciter se habere potest ad judicium rationis : uno modo antecedenter, et sic illud impedit atque obnubilat si, dum advertitur, non cohibeatur intra limites rationis; et dicitur ira per vitium. *Ibid.* Alio modo consequenter, quatenus postquam ratio deliberavit ac ordinavit de vindicta, tunc insurgit ad ejus executio-

nem; et hæc ira est bona, et dicitur ira per zelum. *Ibid.* Ira est peccatum quando non continetur intra limites rectæ rationis, et vocatur proprie iracundia : quod contingit dupliciter; 1° ratione objecti, nempe vindictæ quam appetit, si appetat puniri eum qui non meruit, vel citra quam meruit, vel contra ordinem juris, vel ex odio : 2° ratione modi, si nempe motus iræ immoderate effervescat s ve interius, sive exterius. 201. Ira vitiosa ex parte objecti est ex genere suo peccatum mortale; potest tamen esse veniale, vel imperfectione actus, vel ex levitate materiæ. *Ibid.* Ira vitiosa ex parte modi non est ex genere suo peccatum mortale; quia excessus in passione aliunde indifferenti, ut est ira, non excedit culpam venialem. Potest tamen fieri mortalis, si nempe ita sit vehemens ut vel signis enormiter dehonestet imaginem Dei, vel noceat graviter valetudini, vel grave scandalum generet. *Ibid.* Ira est vitium capitale. 202. Convenienter assignantur sex filiæ iræ, scilicet indignatio, tumor mentis, clamor, contumelia, blasphemia et rixa. *Ibid.* Ira potest tripliciter considerari : 1° secundum quod est in corde; 2° secundum quod est in ore; 3° secundum quod procedit usque ad factum. *Ibid.*

Irenæus (S.) Polycarpi discipulus, Lugdunensis episcopus et martyr. II, 17. Millenarius fuit. IV, 32.

Ironia est quando aliquis asserit de se aliquid vile quod in se non agnoscit, aut quando negat de se aliquid magnum quod tamen percipit in seipso. VII, 395.

Irregularitas est impedimentum canonicum, impediens per se primo et directe susceptionem ordinum ecclesiasticorum, secundario et indirecte eorum exercitium. VI, 260 : IX *in Appendice ad calcem*, et X, 62. Dividitur irregularitas in irregularitatem ex delicto, et in irregularitatem ex defectu qui non sit delictum. Irregularitas ex defectu, alia est ex defectu corporis, alia ex defectu significationis seu sacramenti. VI, 260 : IX *in Appendice*. Quadruplex est irregularitas ex defectu, scilicet : ex defectu corporis, animæ, lenitatis et significationis seu sacramenti. IX *in Appendice*. Similiter irregularitas ex delicto est multiplex, ratione plurium delictorum. *Ibid.* Dividitur in totalem et partialem. *Ibid.* Prima irregularitas ex delicto, est ea quæ contrahitur ex homicidio voluntario aut mutilatione. VI, 260, 261 et IX *in Appendice*. Secunda irregularitas ex delicto contrahitur ex iteratione absoluta baptismi. *Ibid.* Tertia : clericus exercens actum ordinis quem non habet suspenditur ad biennium vel triennium pro beneplacito episcopi, ab ordine quem habet, et fit irregularis ad suscipiendos ulteriores ordines. *Ibid.* Quarta : clericus qui censuram, hoc est, excommunicationem majorem, suspensionem ab ordine et interdictum, sive personale sive locale, violat exercendo actum sui ordinis, fit irregularis. *Ibid.* Quinta : hæretici, eorum fautores et receptatores, et hæreticorum filii usque ad secundam generationem, contrahunt irregularitatem. *Ibid.* Sexta irregularitas ex delicto, contrahitur ex infamia. *Ibid.* Episcopus dispensatne in irregularitate? VI, 260.

Irritatio voti est ejus annullatio seu cassatio, facta ab habente potestatem in voventis voluntatem aut in materiam voti. VI, 287. Quicumque habet potestatem dominativam in voluntatem voventis, aut in materiam voti, potest alterius vota irritare : ita communiter. *Ibid.* Præditus facultate vota irritandi, si vovendi licentiam dedit, aut votum emissum approbavit, potest-ne hoc non obstante votum irritare? 281.

Isidorus docet-ne peccata esse æqualia? IV, 316.

Israelitæ, dolo Gabaonitarum decepti, juramentum illis præstitum servare non tenebantur. VII, 338.

Itinerari pedibus, equo, curru, navi diebus dominicis et festis est licitum. VII, 348.

Ivo Carnotensis scripsit judicia Ecclesiæ Romanæ a nemine retractari posse. V, 212.

J

Jacob quo sensu dicitur vidisse Deum facie ad faciem. 1, 102. Vaticinium Jacob respiciebat Messiam, non vero Moysem nec Cyrum, et impletum est in Christo. 11, 324. Conscientia secundum quam Jacob accessit ad Liam, videtur falsa et tamen recta. IV, 189. Congressus ejus cum Lia erat error speculativus. *Ibid.* Jacob graviter objurgavit Simeonem et Levi, auctores cædis Sichimitarum. V, 385. Jacob non dedit Joseph urbem Sichem, sed partem agri vicini quam centum agnis emerat a popularibus Hemor. *Ibid.* Jacob non fuit Simoniacus emendo ab Esaü jus primogenituræ. VII, 454. Inter Jacob et Liam fuit verum matrimonium ex consensu qui post concubitum accessit. X. 181.

Jacobus (S.). Epistola S. Jacobi est genuina, non supposititia. X. 4.

Jansenismus non est phantasma neque hæresis imaginaria quam nemo defendat, ut toties decantaverunt Jansenistæ, sed est vera et realis hæresis, non solum fidei catholicæ, sed etiam moribus maxime perniciosa. IV, 114.

Jansenistæ negarunt liberum arbitrium ut gratiam astruerent. III, 246. Invenerunt distinctionem juris et facti. 58.

Jansenius negavit Christum esse mortuum pro omnibus omnino hominibus, negabatque Deum velle omnes salvos fieri. 1, 280. Hic

error Jansenii damnatus est ab Innocentio X anno 1653. *Ibid.* Jansenius existimavit voluntatem Dei fuisse necessitatam ad impletionem præcepti, remansisse tamen sufficienter liberam ad meritum, quia fuit libera a coactione, quæ libertas juxta ipsum sufficit ad merendum. III, 54. Jansenius anno 1585, ex honestis catholicisque parentibus in territorio Laërdamensi apud Batavos nascitur; post humaniores litteras, Ultrajecti exceptas, Lovanii operam dedit philosophiæ; emenso theologiæ cursu, collegii Baionensis primarius instituitur; anno 1617, laurea doctorali donatur : anno 1630, professor regius instituitur; anno 1635 episcopus Iprensis consecratur; anno 1636, die sexta Maii, peste extinguitur. III. 270. Per viginti annos insudavit et moriens ultimam manum adhibuit famoso operi quod inscripsit *Augustinus*, quia se in eo veram et puramS. Augustini doctrinam attigisse et docere credebat. *Ib.* Ab Urbano VIII, et Innocentio X damnatæ sunt famosæ propositiones excerptæ e libris Jansenii. 271. Quædam Dei præcepta esse homini lapso impossibilia docebat. 346. Libertas in systemate Jansenii nihil est aliud quam voluntas, hoc ipso quo vult esse libera; unde sola coactio, non necessitas saltem mutabilis, repugnat libertati. 282 et 283. Distinguebat Jansenius duplicem necessitatem; unam fixam et immutabilem; alteram mutabilem, transitoriam et relativam. *Ibid.* Jansenius agnoscit in homine lapso libertatem arbitrii, nomine, non re. 284. Systema Jansenii circa libertatem. IV, 75. Admittit in homine lapso liberum arbitrium quoad nomen tantum. 82. Ad merendum et demerendum in statu naturæ lapsæ non requiri in homine libertatem a necessitate, sed sufficere libertatem a coactione docet. 108. In homine lapso admittebat 1° liberum arbitrium, nomine tantum, non re : 2° admittebat in homine lapso indifferentiam contrarietatis et contradictionis quæ nihil aliud est quam mera flexibilitas in bonum et malum per delectationem gratiæ et concupiscentiæ, alternatim voluntatem captivantis et necessitantis : 3° admittebat dari sub concupiscentia parvas gratias quæ dant posse absolutum et præcisa concupiscentia superiori : 4° docebat voluntatem cuicumque gratiæ vel concupiscentiæ posse resistere, si velit, sic tamen ut non possit velle. 109-114. Denique ex dictis, indifferentiam agendi vel non agendi Jansenius vocabat equilibrium. *Ibid* et alibi. *Vide ad hunc locum objectiones et responsiones.*

Jejunium. Qui jejunat propter vanam gloriam adimplet præceptum materialiter et quoad substantiam. IV, 307. Qui tenetur ex voto et præcepto confessarii jejunare feria sexta quatuor temporum, si non jejunet, triplex peccatum specie distinctum committit. 307. Jejunii nomen sumptum est a *jejuno*, quod est quoddam intestinum animalis semper vacuum, unde significat abstinentiam a cibo et potu. VIII, 58. Jejunium sumitur generaliter pro abstinentia ab omni cibo et potu in stomachum transmisso, sive ab omni eo quod sumitur per modum cibi et potus, ut est etiam medicamentum. Et sic sumptum dicitur jejunium *jejuni*, seu jejunium naturale. Sumitur jejunium pro abstinentia cibi et potus secundum regulas communes temperantiæ, in ordine ad proprium finem qui est bona corporis et mentis dispositio ad suas functiones. Hoc jejunium vocatur morale et philosophicum. 59. Sumitur pro abstinentia cibi et potus, majori quidem quam exigit communiter temperantia secundum proprios fines, etc. et hoc est jejunium ecclesiasticum. *Ibid.* Denique jejunium sumitur metaphorice et improprie pro abstinentia a vitiis et peccatis. *Ibid.* Jejunium naturæ quod dicitur jejunium jejuni, non est actus virtutis. *Ibid.* Jejunium morale, ecclesiasticum et arbitrarium est actus virtutis abstinentiæ. *Ibid.* Jejunium in communi, jure naturali præceptum est; quoad determinationem vero temporis et modi, jure ecclasiastico. 61. Lex. ecclesiastica jejunii secundum se obligat sub mortali. 62. Convenienter determinata sunt tempora jejuniorum ecclesiasticorum, nempe per quadragesimam, quatuor temporum, in vigiliis præcipuarum solemnitatum. etc. etc. 64. Convenienter Ecclesia non instituit de præcepto jejunia tempore paschali usque ad Pentecosten, neque diebus dominicis. 65. Præter assignata jejunia, alia sunt vel fuerunt ab Ecclesia jure communi præcepta. 66. Ad jejunium requiritur quod semel tantum comedatur in die, excepta cœnula. 67. Probabilius peccatur contra legem jejunii, non solum secunda refectione, sed etiam sequentibus, tot quot sumuntur, excepta collatione. *Ibid.* Quomodo jejunare debet qui mane vel culpabiliter vel inculpabiliter sumpsit jentaculum? 69. Qui aliquid leve pluries comedit in die jejunii peccat mortaliter. 70. Qui sine causa legitima sic dividit refectionem ut non remaneat moraliter una, frangit jejunium. *Ibid.* Qui lautius prandet ut facilius sustineat laborem, jejunii satisfecit præcepto. *Ibid.* Quidam contendunt potu solvi jejunium, sed recipiunt aquam simplicem; et in necessitate, extendunt ad aliquos liquores. 74. Licet potus non frangat jejunium, qui bibit sine necessitate extra horam refectionis, agit contra finem præcepti. *Ibid.* Juxta S. Thomam potus proprie sumptus secundum se non frangit jejunium. *Ibid.* Prioribus Ecclesiæ sæculis, hora solvendi jejunii communis extra quadragesimam erat nona, hoc est tertia promeridiana : intra quadragesimam protendebatur ad vesperam. 79. Nunc hora solvendi jejunii est circa meridiem. 80. Qui absque legitima causa notabiliter anticipat horam refectionis in die jejunii, peccat mortaliter. Est sententia probabilior et tutior. *Ibid.* Ecclesia jure potest interdicere jejunantibus esum carnium, ovorum et lactici-

niorum. 81 et 82. Hoc præceptum secundum se obligat sub mortali. 87. Qui tamen die jejunii non habet alium cibum nisi carnes, potest eas comedere. *Ibid.* Non licet absque justa et rationabili causa, violaturis jejunium ministrare cibos vetitos aut cœnam. 89. Omnes christiani vigesimum primum ætatis annum completum adepti, tenentur ad jejunia ecclesiastica, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum. 90. Non est determinata ætas ad finiendam obligationem jejunii, sicut ad inchoandam. 93. Causa excusans a jejunio, generaliter loquendo, una est, nempe impotentia moralis qua quis non potest sine gravi suo vel alterius incommodo jejunare. Ad hanc revocantur omnes aliæ causæ assignari solitæ, ut infirmitas, labor, peregrinatio, paupertas, pietas, etc. etc. 94 et seqq. Hæ causæ excusant a jejunio ex rationabili et benigna interpretatione mentis ecclesiæ. 98 et 99.

Jephthe votum imprudenter emisit, et crudeliter adimplevit in filia, non virginitatis consecratione, sed mactatione cruenta. VII, 302 et seqq.

Jesus. Nomen *Jesu* fuit convenienter Christo impositum, quia *Jesus* idem est ac salvator : Christus Jesus est salvator omnium hominum et quoad animam et quoad corpus. III, 184. *Vide* Christus. Quam ob causam hoc nomen aliquibus in S. Scriptura legitur impositum? *Ibid.*

Joachim abbas, sub finem duodecimi sæculi, videtur admisisse distinctionem realem inter essentiam divinam et personas. I, 52. Ne tamen a fide Nicæna deviaret, admittebat Patrem, Filium et Spiritum sanctum esse unam essentiam ; sed unitatem intelligebat, non realem et simplicem, sed moralem et collectivam, sicut multi homines sunt unus populus. *Ibid.* In concilio Lateran. IV. Sub Innocentio III, anno 1215, libellus hujus abbatis fuit damnatus. *Ibid.* et II, 4.

Joanna. Joannam nomine mulierem fuisse papam aperta et putida est fabula. X, 56. Digressio historica de fabula papissæ Joannæ. 69 et seqq. Martinus Polonus primus hanc fabulam retulit. 72.

Joannes Baptista fuit sanctificatus in utero, cum ibi fuerit repletus Spiritu sancto, sicque mundatus a peccato originali, quocum subsistere non potest sanctificatio. III, 172. Usus rationis acceleratus fuit in Joanne, quando exultavit in gaudio in utero matris ad præsentiam Deiparæ. *Ibid.* Joannes Baptista fuit circumcisus in domo parentum. 183. Conveniens fuit Joannem baptizare : 1° ut manifestaretur Christus; 2° ut suo baptismo homines assuefaceret baptismo Christi; 3° ut homines ad pœnitentiam inducens, eos præpararet ad digne suscipiendum baptisma Christi. 193. Baptismus Joannis quantum ad ritum fuit a Deo, qui familiari revelatione Joannem ad baptizandum misit. Quantum vero ad effectum, qui nihil aliud erat quam mundatio corporis, erat ab homine, non a Deo, nisi in quantum Deus operatur in homine. *Ibid.* Baptismus Joannis gratiam non conferebat, ideoque non erat sacramentum. *Ibid.* Baptizati baptismo Joannis, etiamsi habuissent fidem et spem in Christum, erant postea baptizandi baptismo Christi. *Ibid.* Probabilius est Joannem fuisse baptizatum baptismo Christi. 194. Conveniens fuit Christum baptizari a Joanne : 1° ut tactu mundissimæ carnis suæ aquas sanctificaret, ac eis vim regenerandi conferret; 2° ut baptismum Joannis comprobaret; 3° ut et ipse faceret quod aliis faciendum præcipiebat; 4° ut in tanta multitudine Judæorum qui ad Joannem confluebant, reciperet testimonium Patris. *Ibid.* Caput Joannis Baptistæ asservatur Romæ. 229. Joannes Baptista arguit Herodem quod haberet uxorem fratris sui, verosimilius viventis. X, 205.

Joannes Evangelista prohibet ne quid addatur Apocalypsi. V, 88. Angelus S. Joannis recusavit acceptare ab eo adorationem. VII, 235.

Joannes IV monothelismi hæresim damnavit in synodo sexta generali, tertia Constantinopolitana. III, 60.

Joannes XXII. Quid docuit circa tempus glorificationis sanctorum? IV, 34 et 45. Erravit-ne Joannes XXII circa visionem Dei facialem quam definivit differri post ultimam corporum resurrectionem? V, 204.

Joannes de Monte-Negro, Lombardiæ provincialis, vulgo dictus Joannes Theologus, vel Joannes Provincialis affuit concilio Florentino anno 1439, sub Eugenio IV, ubi pro Latinis præcipuas partes egit contra Græcos, II, 121.

Job quo sensu dicit : *In carne mea videbo Deum Salvatorem meum* et sequentia? I, 102. Job erat in Ecclesia Dei. V, 97.

Jonathas misit regi Demetrio in auxilium tria millia Israëlitarum. V, 372.

Joseph patriarcha. Non refert peccatum fratrum suorum ad voluntatem Dei, sed transitum suum in Ægyptum, quatenus ex illo magnum bonum secutum est. IV, 358. Joseph dixit se augurem esse. VII, 382.

Joseph vir B. Virginis. *Vide Maria.* Matrimonium inter B. Virginem et S. Josephum, non fuit contractum tribus mensibus post salutationem angelicam, sed probabilius antequam B. Virgo salutaretur ab angelo. III, 159. Joseph dum cum Maria matrimonium iniit, non erat senex octogenarius, sed vir ætate florens. 160. Certo certius est Josephum esse de tribu Juda et e familia David. 164. Quamvis Joseph non esset pater Jesu, vocabatur tamen pater Jesu. 165.

Josephus Historicus. Probabilius videtur Josephi testimonium de Christo esse genuinum et non suppositum. II, 339. Josephus meminit cum laude Joannis Baptistæ et S. Jacobi quem Jesu fratrem appellat. *Ibid.* Omnia vaticinia de Messia accommodavit Ves-

pasiano, quem adulatorie Messiam dixit. 340.

Jovinianus, licet agnosceret B. Mariam fuisse virginem in conceptu, volebat tamen in partu fuisse corruptam. III, 154.

Jubilæus. Certum est confessarium tempore jubilæi, sicut potest ex justa causa absolutionem peccatorum differre ultra tempus jubilæi, sic etiam posse commutationem votorum differre. VII. 294.

Jubens dicitur ille, qui suo mandato expresso vel tacito movet alium ut suo mandantis nomine damnum alteri inferat. VI, 154. Debet-ne jubens esse superior mandatario ut censeatur jubens? *Ibid.* Quandonam tenetur ad restitutionem damni illati proximo? 155 et 156.

Judas. Quantum fuit proditionis pretium Judæ a Judæis constitutum? III, 207. Judas laqueo se suspendit. et obiit. *Ibid.* Quidam tamen contendunt eum supervixisse suspensioni in qua *crepuit medius*, et *dispersa sunt omnia viscera ejus*. *Ibid.* Ortus erat ex urbe Cariot, et ideo dictus est *Iscariotes*. 208. Judas erat figura malorum. V, 150. Christus dedit Judæ corpus et sanguinem suum. VIII, 365 et IX, 181.

Judex nullus potest judicare alium, nisi sit aliquo modo subditus ejus. VI, 304. Judex excommunicatus ferendo sententiam peccat-ne usurpatione judicii, et sententia ejus est-ne irrita? 305. Judex qui ob crimen ipso jure est privatus suo officio, ferendo sententiam peccat-ne usurpatione judicii et acta ejus sunt-ne irrita? *Ibid.* Acta judicis alteriusve qui non habet nisi titulum putativum seu coloratum sunt-ne valida? 306. Nobis probabilius est judicem, sive in criminalibus, sive in civilibus, posse, imo et debere judicare secundum allegata et probata contra privatam scientiam, licet inde contingat innocentem occidi. 308. Judex non potest aliquem condemnare ex privata scientia sine accusatione formali vel virtuali, sine testibus, et non concesso defensionis loco. Est communis. 314. Judex potest-ne judicare secundum privatam scientiam sine allegatis et probatis? *Ibid.* Utrum judex et quis judex potest licite relaxare pœnam? 315. Tres assignantur modi quibus judex potest procedere adversus crimina, scilicet per accusationem, per denuntiationem et per inquisitionem. *Ibid.* Quid requiritur ut judex licite procedat ad crimina? 316. Quando crimen est publicum, et auctor ignoratur, judex potest-ne inquirere quis fecerit? 317. Judex in criminalibus non potest condemnare reum ad pœnam ordinariam, nisi confessum vel convictum per duos testes irrejicibiles secundum ordinem juris. 319. In criminalibus judex potest judicare secundum opinionem minus probabilem faventem reo. *Ibid.* In civilibus judex non potest judicare secundum opinionem minus probabilem; sed tenetur judicare secundum opinionem quæ, omnibus attentis ipsi videtur probabilior, sive agatur de probabilitate juris vel facti, est enim perinde. Ita nunc communis. 320. Sed quid si jura partium sunt æque probabilia? *Ibid.* Judex non potest in gratiam unius potius quam alterius sententiam ferre, alioquin esset personarum acceptor. *Ibid.* Omnis sententia injusta ex causa, sive in causis sæcularibus, sive ecclesiasticis, sive sit declarativa, sive privativa, est nulla, nec per se obligat. 321. Non licet judici acceptare munera ante latam sententiam; quia munera nata sunt cor rumpere judices et eos a veritate atque a justitia avertere. 322. Judex tenetur ante sententiam latam, munera accepta remittere. *Ibid.* Imo restituere tenetur si acceptavit munera ad ferendam sententiam. *Ibid.*

Judæi revincendi possunt auctoritate veteris Testamenti. II, 4. Futurum mysterium incarnationis cognoscere poterant Judæi tam ex Scripturis quam ex traditione majorum. 314. Falsum est quod asserunt Judæi, se per injuriam a Romanis fuisse regno privatos, siquidem nonnisi in pœnam perduellionis, sæpius moniti ut arma deponerent, a Romanis fuerint regno spoliati. 319. Non simul et semel collapsa est tota Judæorum respublica, sed gradatim ad consummatam ruinam pervenit. 324. Civitas a Vespasiano per Titum eversa et templo exusto, tota Judæorum respublica penitus extincta est. *Ibid.* Primates Judæorum cognoverunt Christum esse Messiam in lege promissum. III, 218. Minores seu plebeii qui mysteria S. Scripturæ non noverant, non plene cognoverunt esse Christum seu Messiam. *Ibid.* Neutri autem cognoverunt esse Deum, et Filium Dei naturalem. *Ibid.* Opinio erronea fuit apud Judæos, actus animi interiores qui non pertingerent ad opus externum, non esse peccata. IV, 279. Judæi tenebantur credere Christo et amplecti ejus legem ex oraculis prophetarum. VIII, 382. Digressio historica de libello repudii apud Judæos. X, 172. Probabilius videtur libellum repudii apud Judæos, Deo dispensante, fuisse licitum, eoque dissolvi vinculum matrimonii; ita quod mulier repudiata posset licite et valide alteri nubere. 174.

Judicium. Triplex est judicium: 1° speculativum, de natura, aut qualitate rerum; 2° speculativo-practicum, de bonitate vel malitia objectiva actionum; 3° practice-practicum, de bonitate vel malitia formali actionum. IV, 189 et 204. Judicium, secundum nominis etymologiam, est quasi *juris dictio*, judicare *jus dicere*. judex *jus dicens*. VI, 103. Judicium in speculativis est conformitas intellectus ad rem; in practicis, conformitas intellectus ad appetitum rectum. *Ibid.* Judicium est cujuslibet virtutis, ad quamlibet enim virtutem pertinet recte judicare in propria materia; hoc tamen judicium debet dici potius determinatio *recti* seu *virtuosi*, quam *justi*. *Ibid.* Judicium est actus justitiæ. *Ibid.* Ad rectum judicium duo requiruntur, quo-

tum unum est virtus proferens judicium, et sic judicium est actus rationis; aliud est dispositio judicantis ex quo habet idoneitatem ad recte judicandum. 103 et 104. Judicium debitis circumstantiis vestitum est licitum. *Ibid.* Tres sunt circumstantiæ judicii : prima, ut procedat in inclinatione justitiæ; secunda, quod procedat ex auctoritate præsidentis; tertia, quod proferatur secundum rectam rationem prudentiæ. *Ibid.* Judicium temerarium est ex genere suo peccatum mortale. Est certa et communis. 106. Ut sive suspicio sive judicium temerarium sit peccatum mortale in individuo, tria requiruntur : 1° quod sit perfecte deliberatum; 2° quod sit plene temerarium; 3° quod sit de gravi malo proximi; quorum si unum desit, erit tantum peccatum veniale. 109. Probabilius qui judicat temere in re gravi de eo quem eminus videt aut nocte invenit nec agnoscit, non peccat mortaliter 111. Ex tribus causis oriuntur suspiciones et judicia temeraria : 1° ex hoc quod aliquis sit ex se ipso malus; 2° ex hoc quod aliquis male afficiatur ad alterum; 3° ex longa experientia. *Ibid.*

Julianus Apostata dicebat Jesum non esse de tribu Juda, sed ex tribu Levi, ideoque non esse Messiam. III. 164.

Julianus Pelagio addictus negavit peccatum originale. III. 356.

Juramentum potest dupliciter contractui adjici : 1° si jures te donare, te promittere, te vendere, etc., et hoc juramentum est simpliciter assertorium, neque contractum magis confirmat aut irrevocabilem facit quam si non esset appositum, quia nullam post se obligationem relinquit, sed tota extinguitur cum actu de quo juratur; sic enim jurando ad nihil aliud obligaris quam ad sincere donandum, promittendum; 2° si jures te contractum semper servaturum, te nunquam revocaturum, etc. Et de hoc juramento quæritur utrum firmet contractum aliunde nullum. VII, 17. Aliud est juramentum esse validum, aliud contractum ex juramento valere et firmari. Juramentum dicitur validum quando servari debet ex virtute religionis, propter reverentiam divini numinis, quamvis ex eo nullum jus acquiratur ei in cujus favorem juratur. *Ibid.* Juramentum contractui invalido appositum, est validum, et servari debet si absque peccato jurantis servari possit; et id ob reverentiam divini numinis, ne scilicet testis falsi adducatur. Et vero invalidum, nec servari debet, si sine peccato jurantis servari non possit; quia juramentum, ut dicitur in jure, non est vinculum iniquitatis, nec obligat contra bonos mores; imo foret implicantia quod quis obligaretur ad id a quo abstinere tenetur. 17. Hinc inferendum juramentum appositum contractibus quod jus positivum irritat, principaliter in favorem jurantis, esse validum et servandum. *Ibid.* Juramentum de solvendis usuris, aut pecuniis ludo perditis, est validum. *Ibid.* Juramentum appositum alienationi fundi dotalis, donationi inter conjuges, promissioni non revocandi testamentum, etc., etc., est pariter validum. *Ibid.* E contra juramentum appositum contractui jure naturæ invalido et illicito, est nullum, nec indiget relaxatione. 18. Item nullum est juramentum quod apponitur contractui jure positivo irrito primario et principaliter propter bonum commune. *Insuper vide* Contractus. Juramentum dicitur a jure; quia pro jure seu lege introductum est apud omnes nationes, ut quod sub invocatione divini testimonii dicitur, pro vero habeatur. Dicitur etiam sacramentum, quia fit per rem sacram, scilicet divinum nomen. VII, 304. Jurare, est vocare Deum in testem alicujus rei; unde juramentum est invocatio divini nominis in testimonium alicujus rei. *Ibid.* Juramentum ad confirmationem rei dubiæ vel controversæ ordinatur. *Ibid.* Ad rationem juramenti necessario requiritur intentio jurandi seu vocandi Deum in testem. 306. Juramentum est actus religionis, sive latriæ. *Ibid.* Juramentum potest considerari : 1° ex parte materiæ seu rei quæ confirmatur; 2° ex parte modi jurandi; 3° ex parte ejus per quem juratur; 4° ex parte alicujus circumstantiæ notabilis. 307. Ex parte materiæ dividitur juramentum in assertorium et promissorium, ad quod reducitur comminatorium. *Ibid.* Juramentum assertorium est, quando divinum testimonium inducitur ad asserendum præsentia vel præterita. *Ibid.* Promissorium est, quando inducitur divinum testimonium ad confirmandum aliquid futurum juranti proprium. *Ibid.* Duplex distinguitur juramentum promissorium : unum simplex et per se stans; alterum promissionis confirmatorium, et hoc triplex est : unum confirmatorium promissionis factæ Deo, et dicitur *votum juratum;* secundum, est confirmatorium promissionis factæ homini, et dicitur *pactum juratum;* tertium, est confirmatorium promissionis factæ Deo et homini, et dicitur votum *cum pacto juratum. Ibid.* Juramentum ex parte modi jurandi, dividitur in contestatorium, quod fit per simplicem Dei contestationem, dicendo, v. g. : *Sit mihi Deus testis : Juro per Deum*, etc.; et in execratorium, quod fit per execrationem, ut dum aliquis se vel aliquid ad se pertinens ad pœnam obligat, nisi sit verum quod dicit, ut : *Deus me damnet.* 308. Ex parte illius per quem juratur, dividitur juramentum in explicitum, et implicitum; explicitum quod fit expresse per ipsum Deum, ut : *Deus sit mihi testis* : implicitum, quod fit per creaturas, quatenus in eis relucet divinitas seu veritas divina. *Ibid.* Ex parte notabilis circumstantiæ dividitur juramentum in privatum et solemne, quod fit cum aliqua solemnitate, ut coram notario, testibus, tactis Evangeliis, etc. et est triplex : verbale, quod fit per verba; reale,

quod fit per motus aut signa; tacitum, v. g. tangendo Evangelia. Mixtum ex reali et verbali simul, dicitur *corporale* in jure. 310. Solemnitas juramenti quæ erat, et quæ nunc est? *Ibid.* Cui judex debet deferre juramentum litis decisivum, an reo, an actori? 311. Juramentum non est per se appetendum, nec frequentandum citra necessitatem. 312. Juramentum, quamvis secundum se bonum, est tamen obnoxium periculo peccandi, maxime quando est frequens. *Ibid.* Convenienter ponuntur tres comites juramenti, videlicet, justitia, judicium, et veritas. 315. Qui uteretur juramento tanquam instrumento peccati sui, sive mortali, sive venialis, v. g. ad persuadendam detractionem, sive gravem, sive levem, vel ad inducendum alium in peccatum, etsi veniale, peccaret mortaliter contra religionem. 317. Juramentum promissorium validum obligandi vim habet. 319. Juramenti promissorii obligatio est sub peccato mortali ex genere suo; admittit tamen probabiliter levitatem materiæ, ita ut in re levi non sit obligatio nisi sub veniali. *Ibid.* Ad validitatem juramenti promissorii requiritur ex parte jurantis quod fiat : 1° cum deliberatione perfecta qualis requiritur ad actum perfecte moralem; 2° quod non fiat ex ignorantia circa substantiam vel accidentia notabilia; 3° quod fiat cum intentione jurandi. 321. In juramento quod quis metu coactus facit duplex est obligatio : una quidem qua obligatur homini cui aliquid promittit, et talis obligatio tollitur per coactionem; alia est obligatio qua quis Deo obligatur ut impleat quod per nomen ejus promisit, et talis obligatio non tollitur in foro conscientiæ. 322 et 323. Omne juramentum, quodcumque sit, de re sive mortaliter sive venialiter mala, ut de adulterando, de mentiendo, de non salutando inimico, de vindicta sumenda, etc., est invalidum, nec ullam ponit obligationem. Imo sic jurans et peccavit jurando, et peccat juramentum servando. 325. Juramentum confirmatorium promissionis Deo factæ hoc per se stans, solius honoris Dei intuitu præstitum, debet esse de meliori bono. *Ibid.* Juramentum per se stans de re indifferenti qua tali, quod neque in honorem Dei, neque in utilitatem proximi præstatur, est invalidum. *Ibid.* Major est obligatio voti quam juramenti promissorii in gratiam hominis facti. 329. Cujuscumque juramenti obligatio propria, quæ est ex virtute religionis, ad alium non transit, quia est personalis nec ullus contrahere potest obligationem vi juramenti nisi qui jurat, sicut nec voti nisi qui vovet. *Ibid.* Juramentum confirmatorium promissionis Deo factæ, quod dicitur votum juratum, si sit personale, non obligat hæredes. *Ibid.* Si vero tale votum juratum sit reale, obligat hæredes. *Ibid.* Regulæ sequendæ in dubio juramenti promissarii. 329. Dupliciter potest tolli obligatio juramenti : 1° impediendone illam ab initio inducat; 2° tollendo jam inductam. 331. Impeditur obligatio juramenti per legem aut superiorem. *Ibid.* Obligatio juramenti jam inducta relaxatur quinque modis sequentibus : 1° simplici cessatione per mutationem materiæ, ut si fiat impossibilis et illicita; 2° condonatione seu remissione illius in cujus favorem juratum est; 3° irritatione; 4° dispensatione seu absolutione; 5° commutatione. 331 et 332. Si aliquis exigat juramentum tanquam persona publica, secundum quod exigit ordo juris, ad petitionem alterius partis, ut judex, v. g. non videtur esse in culpa, etiamsi sciat alterum juraturum falsum. 415. Privatus nesciens aut dubitans an alter sit pejeraturus necne, potest ex causa ab eo exigere juramentum, etiamsi iste fortasse pejeret. *Ibid.* Privatus sciens aut probabiliter credens alterum pejeraturum, non potest regulariter absque gravi peccato exigere, vel etiam a parato recipere juramentum. *Ibid.* Licet ex causa gravi exigere juramentum ab infideli qui scitur juraturus per falsos deos. 416. Quodnam est peccatum gravius, jurare per falsos deos verum, vel jurare falsum per Deum verum? *Ibid.*

Jurare, est vocare Deum in testem alicujus rei. VII, 304. *Vide* Juramentum. Quid censendum de istis sat frequentibus jurandi formulis : *Abnego Deum*, *Abnego fidem*, *Deus est injustus*. 308. Hæ formulæ loquendi frequentissimæ : *In veritate*, *In conscientia*, *Per fidem meam*, *In fide viri honesti*, non sunt secundum se juratoriæ, ex communi theologorum sensu. 309. Licitum est jurare; est de fide. 312. Licitum est jurare per creaturas, quatenus in eis relucet specialiter veritas divina. *Ibid.* Peccat jurans id quod putat certo verum, sed temere. 318. Attento jure naturæ, omnis creatura intellectualis ratione utens, sive Angelus, sive homo, sive pubes, sive impubes, etiam ipse Christus qua homo jurare potest. *Ibid.* Attento jure positivo, impuberes et perjuri non coguntur nec admittuntur jurare in judicio. *Ibid.* Sacerdotes, ratione dignitatis suæ non debent ex levi causa jurare in judicio. *Ibid.* Jurare falsum sine animo jurandi videtur peccatum mortale. 322. Qui jurat cum restrictione proprie mentali, peccat graviter et multipliciter, non videtur tamen stricte et simpliciter perjurus, sed secundum quid tantum. 413. Jurare cum restrictione late mentali vel cum æquivocis sine causa gravi, licet non sit perjurium, est tamen illicitum. *Ibid.* Consuetudo jurandi nihil est aliud quam habitus seu pronitas ad facile frequenterque jurandum, acquisita ex frequentibus actibus jurandi. *Ibid.* Consuetudo voluntaria jurandi est mala, quia inclinat ad malum; licet enim jurare secundum se non sit malum, tamen facile et frequenter jurare est malum. *Ibid.* Qui consuevit jurare, ita ut neque velit neque solitus sit

jurare falsum, ordinarie non peccat mortaliter consuetudinem illam non extirpando aut jurando, etiam quando subinde jurat falsum ex inadvertentia et subreptione. 314. Consuetudo voluntaria jurandi indiscriminatim, sive verum sive falsum, constituit hominem in statu peccati mortalis. *Ibid.* Ordinarie est peccatum gravius, jurare per deos falsos verum, quam jurare falsum per Deum verum. 416.

Jurii systema de Ecclesia Patribus incognitum est, et ipsa sua novitate rejiciendum. V, 98.

Jurisdictio prælati non est in propriam ejus utilitatem sicut pallium aut pileus, sed in bonum communitatis. VI, 200. Jurisdictio generaliter sumpta, est quædam potestas moralis regendi et gubernandi subditos; et specialiter, est potestas qua sacerdos ut judex fert in alterum, tanquam in subditum, sententiam in foro conscientiæ. IX, 355. Jurisdictionis potestas differt a potestate ordinis. *Ibid.* Jurisdictio est duplex : ordinaria et delegata. Ordinaria est quæ competit alicui ratione muneris, officii vel beneficii cui annexa est cura animarum; unde : 1° competit summo Pontifici respectu totius Ecclesiæ; 2° episcopis respectu totius diœcesis; 3° parochis respectu suorum parochianorum. 336. Delegata est illa quæ habetur ex commissione illius qui habet ordinariam. *Ibid.* Aliquis alterius est subditus, seu ejus jurisdictioni subjicitur, quoad sacramentum pœnitentiæ tribus modis : 1° ratione domicilii vel quasi domicilii; 2° privilegio status; 3° juris interpretatione seu consuetudine. 237. Jurisdictio delegata est duplex: directa, quando alicui committitur per se pœnitentem absolvat; indirecta, quando alicui committitur ut deligat sacerdotem qui ipsum vel alios absolvat. 338. Jurisdictio delegata acquiritur tribus modis; ab homine, a jure, a consuetudine. *Ibid.* Non omnis sacerdos est legitimus minister confessionis; sed præter potestatem ordinis, requiritur jurisdictio. 339. Jurisdictio putativa est ex errore, quæ bona fide creditur esse et non est. 369. Videtur valida confessio facta sacerdoti qui sine titulo creditur communiter habere jurisdictionem quam non habet. *Ibid.* Rarius datur error communis jurisdictionis circa reservata quam circa communia. 369 et 370. Confessarius potest licite et valide uti jurisdictione quam credit probabilius se habere, vel absolute in pœnitentem, vel respective ad certum casum, tempus, aut personam. 370. Probabile est esse licitum et validum uti jurisdictione probabili, urgente aliqua gravi causa. *Ibid.* Ecclesia non supplet jurisdictionem in illo qui sine gravi causa utitur jurisdictione probabili. *Ibid.* Quilibet pœnitens in fine vitæ, hoc est, in articulo mortis, potest absolvi a quolibet sacerdote, consequenter etiam ab excommunicato, degradato, schismatico hæretico. 392.

Jus. Quid intelligitur per Corpus juris sive canonici sive civilis? IV, 469 et seqq. Varie accipitur nomen juris : 1° pro eo quod justum est; 2° pro legitima facultate aliquid faciendi, acquirendi, possidendi, alienandi, etc., cujus violatio constituit injuriam; 3° jus sumitur pro lege, quæ est regula justi in genere. VI, 9. Jus hoc triplici modo sumptum, potest eadem divisione dividi in jus naturale et positivum. *Ibid.* Lex seu jus positivum dividitur in divinum et humanum; divinum, aliud veteris, aliud novi testamenti; item aliud pertinens ad ordinem naturæ, aliud pertinens ad ordinem gratiæ. Jus humanum positivum dividitur in jus gentium, jus canonicum, et jus civile. 9 et 10. Jus in re est quod quis habet in re jam sua et obtenta; dat actionem realem in ipsam rem. Requirit tres conditiones : 1° existentiam rei; 2° legitimum titulum; 3° traditionem rei : sic jus statuit, exceptis quibusdam casibus. 10. Jus ad rem est quod quis habet ut res aliqua fiat sua : dat actionem non in rem, sed in personam tantum. Requirit tantum legitimum titulum. *Ibid.* In multis differunt jus naturale et jus positivum. Prima et præcipua differentia est, quod ea quæ sunt juris naturæ ideo sint præcepta quia bona, ideo prohibita quia mala : quæ vero sunt juris positivi, ideo bona quia præcepta, ideo mala quia prohibita. 11. Secunda differentia est, quod juris naturalis Deus sit auctor quatenus naturæ est auctor, unde vocatur etiam jus divinum; positivi autem, divini quidem, etiam Deus; humani, homo. *Ibid.* Tertia, quod jus naturæ obligat omnes : jus positivum eos tantum quibus vel a Deo vel ab hominibus ponitur. *Ibid.* Quarta, quod jus naturæ sit immutabile; jus positivum, mutabile. *Ibid.* Verum, ut intelligatur quomodo jus naturæ sit immutabile, notandum est triplicis generis distingui præcepta juris naturæ : 1° quædam sunt prima et universalissima, qualia sunt ista. *Declina a malo, et fac bonum* : *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris* : etc.; 2° quædam sunt quæ ex primis immediate deducta sunt prima in certo genere, ita ut ex illis multa deduci possint, ut : *Deus et colendus* : *Parentes sunt honorandi*, ete.; 3° quædam tandem quæ ex primis et communibus mediate, et secundariis immediate deducuntur, ut depositum esse reddendum. *Ibid.* Jus gentium non est idem cum jure naturali proprie et stricte sumpto; nec sub illo continetur, sed sub positivo. 12. Jus postliminium est jus recuperendæ rei suæ ab extraneo et in statum pristinum restituendæ. 27. Jus altum est jus quod habet princeps aut respublica in bona subditorum ad conservationem boni publici ubi exigit necessitas. 94. Est conditionatum et legale. *Ibid.* Jus bassum est jus quod habent subditi in propria bona ad omnem usum lege permissum. *Ibid.* Hoc jus est absolutum. *Ibid.* Non firmatur tractu temporis quod de jure ab initio non subsistit. VI, 207.

l.

JUSTICFARI idem est ac sanctificari. III, 4.

JUSTIFICATIO dicitur a justitia. III, 429. Justificare, est justum facere. *Ibid.* In justificatione peccatoris non solum teguntur seu non imputantur peccata, sed vere remittuntur, delentur et auferuntur. *Ibid.* Remissio peccatorum, quæ est justificatio peccatoris, non fit per imputationem extrinsecam justitiæ qua Deus justus est, aut justitiæ Christi, sed per veram et intrinsecam justitiam seu gratiæ habitualis infusionem, est de fide decisa in concil. Trid. 431. Justificatio peccatoris est effectus dilectionis Dei. 432. Justificatio completa et perfecta importat non solum condonationem offensæ, sed etiam deletionem peccati habitualis. 433. Justificatio fidei tribuitur tanquam ejus initio et radici, non tamen excludendo alia opera ad eam disponentia. 442. Quinque actus quæ sequuntur fidem, et qui requiruntur ex parte peccatoris ad sui justificationem, deducuntur unus ex alio, nempe motus fidei, motus servilis, motus spei, motus timoris filialis, etc. *Ibid.* Justificatio impii prout fit communiter potest dici mirabilis, non autem miraculosa. 447.

JUSTINIANUS. In errorem Aphthartodocetarum qui dogmatizabant corpus Christi fuisse incorruptibile etiam ante resurrectionem, incidit Justinianus imperator sub finem vitæ, qui ideo Euthychyum patriarcham contrarium sentientem exulare jussit. III, 27. Quid egit Justinianus in causa trium Capitulorum? V, 132. Justinianus causas civiles episcoporum metropolitano reservavit. 166.

JUSTINUS (S.) in Dialogo cum Tryphone, ex professo probat Patrem esse invisibilem, filium vero visibilem, quo sensu id debet intelligi. II, 26. Millenarius erat. IV, 32.

JUSTITIA originalis nihil aliud fuit quam perfecta rectitudo tortius hominis. Tria importabat : primum, fundamentum et causa cæterorum, erat subjectio rationis seu voluntatis ad Deum : secundum, subjectio virium inferiorum ad rationem : tertium. subjectio corporis ad animam. IV, 385. Justitia convenienter definitur in jure ex Ulpiano : *Constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuens.* VI, 90. Justitia dupliciter potissimum accipi potest : 1° generaliter, pro sanctitate christiana, seu collectione omnium virtutum : 2° specialiter justitia sumitur pro virtute particulari quæ est secunda inter cardinales, qua quis inclinatur ad reddendum unicuique quod suum est. 89 et 90. De ratione justitiæ proprie dictæ est, quod sit ad alterum suppositum. *Ibid.* Objectum materiale remotum justitiæ sunt res exteriores quæ commutantur aut distribuuntur. *Ibid.* Objectum formale quod, est jus acceptum pro justo, seu æquali alteri debito. 91. Subjectum justitiæ est appetitus rationalis seu voluntas. *Ibid.* Inter virtutes cardinales proprium est justitiæ et virtutum ipsi annexarum subjectari in voluntate. *Ibid.* Licet justitia sit formaliter bonum operantis, objectum tamen ejus est bonum alienum. *Ibid.* Justitia est virtus moralis. *Ibid.* Justitia ut sic dividitur in generalem, quæ alio nomine dicitur legalis, et particularem. *Ibid.* Justitia generalis est specialis virtus, a cæteris virtutibus realiter distincta. 92. Justitia generalis habet veram rationem justitiæ, sed, ut videtur, imperfecta. 93. Probabilius justitia legalis est ejusdem specie iin principe et in subditis. 94. Justitia particularis adæquate dividitur in commutativam et distributivam, tanquam in duas species essentialiter distinctas. *Ibid.* Justitia particularis est virtus qua quis ordinatur ad aliquam personam particularem : atqui duplex est ordo unius ad alterum particularem, nempe vel partis ad partem vel totius ad partem : primum dirigit justitia commutativa, secundum distributiva. *Ibid.* Justitiæ generalis forma est æqualitas. 95. Justitia vindicativa potest considerari dupliciter : 1° ut est in judice agente ex officio in reum ultionem sceleris, et consequenter in reo patiente; 2° in læso aut alio privato, requirente ultionem a judice. *Ibid.* Proprium est justitiæ particularis versari per se primario circa exteriores operationes et res. non circa passiones. 96. Medium in justitia particulari non est medium rationis, ut in cæteris virtutibus moralibus, sed medium rei. 97. Ad justitiam perfectam tria requiruntur : 1° quod sit ad alterum : 2° quod id quod redditur sit debitum : 3° quod sit æquale. 99. Justitia tam generalis quam particularis præeminet virtutibus moralibus quæ subjectantur in appetitu sensitivo, nimirum fortitudini et temperantiæ, aliisque virtutibus annexis. 100. Raro contingit quod justitia distributiva non habeat annexam commutativam. 114. Justitia commutativa reddit uniquique quod suum est. *Ibid.* Justitia distributiva consistit in hoc quod diversis personis diversa tribuuntur secundum proportionem ac dignitates personarum. VI, 199. Justitia distributiva est præstantior commutativa. 200.

JUSTUM dupliciter sumitur : 1° generaliter, pro eo quod est legi consonum; 1° stricte, pro æqualitate alteri debita VI, 9. Justum est quod suæ regulæ est adæquatum, et justitia qnæ hanc adæquationem efficit. 89.

K

KEMNITIUS assignat circa tempora S. Augustini ortum invocationis sanctorum, et dicit auctorem invocationis B. Virginis fuisse Petrum Gnapheum qui vixit circa annum 480. VII, 189. Circa Eucharistiæ formam Kemnitius totam Christi institutionem pertinere ad integritatem formæ contendit. IX, 138. Kemnitius rejecit absolute confessionem in specie, contentus confessione generali. 351.

L

Labor. Per laborem manuum intelliguntur omnia opera corporalia ex quibus homines victum lucrantur. Manuum labor est-ne religiosis necessarius? VI, 401.

Lactantius in multis, parum theologice, imo erronee locutus est, et ideo ejus opera inter apocrypha a Gelasio papa sunt amandata. I, 81. Caute est legendus, licet alias sit egregius religionis nostræ defensor. 91.

Laïci possunt exercere minores ordines. X, 36.

Lapidicinæ sunt illius cujus est fundus. VI, 68.

Lateranense I concilium, generale IX, convocatum fuit ob grave dissidium inter summos pontifices, imperatores Germaniæ ac reges circa investituras. V, 243. Huic concilio aderat Sugerius. 244. Quidam canones editi sunt spectantes disciplinam et sacras expeditiones promovendas in Oriente. *Ibid.*

Lateranense II concilium, generale X, convocatum est et celebratum anno 1139 ab Innocentio II, 1° occasione schismatis Petri Leonis antipapæ. V, 244. 2° contra errores Petrobusianorum et Arnaldi Brixiensis. *Ibid.* 3° Pro restauranda disciplina ecclesiastica. *Ibid.*

Lateranense III, generale XI, anno 1179 convocatum est ab Alexandro III, post sedatum schisma, cui electio Victoris IV, a paucis cardinalibus electi, artum dederat. In hoc concilio cautum est ne deinceps schisma hujusmodi ortum haberent : damnati sunt insuper Waldenses. V, 245. Plures edidit canones. *Ibid.*

Lateranense IV, concilium, generale XII. Vulgo dictum magnum Lateranense, ab Innocentio III celebratum est, anno 1215 : plus quam mille episcopi huic aderant concilio. In hoc concilio 1° decreta est expeditio in Terram Sanctam ; 2° damnati sunt Albigenses ; 3° proscriptus est error abbatis Joachim ; 4° summus Pontifex indulsit sedi Constantinopolitanæ locum post Romanam ; 5° canones circa disciplinam conditi sunt, præsertim circa confessionem et communionem. V, 125, 243 et 246. Huic concilio adfuisse S. Dominicum plures testantur, et Innocentio III aperuisse mentem suam de ordine FF. Prædicatorum instituendo, quem probavit pontifex, ea de re prius in somnis cœlesti visione monitus. 246.

Lateranense V concilium, generale XIX, a Julio II inchoatum est anno 1512, contra conatus conciliabuli Pisani. V, 252. Hoc concilium continuavit Leo X : in hoc concilio multa decreta sunt circa fidem et disciplinam, præsertim pro abrogatione Pragmaticæ-Sanctionis. *Ibid.*

Latinus. Latini bis tantum in anno aquam consecrant, Græci vero quoties ministrandus est baptismus. VIII, 387. Latinus potest-ne apud Græcos consecrare in fermentato. IX, 118.

Latria est summa voluntatis prostratio et inclinatio cum apprehensione infinitæ excellentiæ, Dei scilicet ut primi principii et ultimi finis. III, 125. Potest latria dupliciter considerari, vel quoad actum quo colimus Deum, vel quoad habitum et est specialis virtus, scilicet religio. *Ibid.* Hæc nomina, *latria* et *dulia*, sunt voces græcæ idem omnino significantes, scilicet *servitutem* ; attamen quamvis hæc vocabula, *latria* et *dulia*, secundum privatam eorum institutionem, non sint propria Dei et sanctorum cultui, usu tamen theologorum effectum est ut *latria* significaretur cultus Dei, *dulia* cultus sanctorum, *hyperdulia* cultus B. V. Mariæ. *Ibid.* Fide certum est hunc hominem, designato Christo, adorari cultu *latriæ*. 126. Eadem adoratione *latriæ* adoranda est divinitas Christi et ejus humanitas. *Ibid.* Præter cultum *latriæ* convenit-ne etiam Deo cultus *duliæ*? 128. Quomodo intelligendus est S. Thomas dicens *latriam* deberi Deo Patri propter deitatem, et *duliam* propter dominium? *Ibid. Latriæ* virtus, qua exhibetur honor Deo, specie differt a virtute *duliæ*, qua honor defertur sanctis. V, 275.

Latrones duo cum Christo clavis crucifixi sunt, non vero funibus alligati, ut plerumque depinguntur. III, 212. An unus tantum latro, an uterque Christum blasphemaverit, dubium est. *Ibid.* Latro pœnitens nonnisi in eruce conversus est. *Ibid.*

Laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis. VII, 333. Laudare aliquem, est illum ut bonum et virtuosum prædicare et extollere. *Ibid.* Cantus divinis laudibus convenienter adhibetur. *Ibid.*

Lavardinus, Cœnomanensis episcopus, ordinasse si intentione ordinandi, declaravitne morti proximus? VIII, 320.

Lecourayer (P.) decertavit pro validitate ordinationum Anglicanarum. X, 54.

Lectio librorum hæreticorum est-ne prohibita sub excommunicationis pœna? IV, 432 et V, 62. Lectio Scripturæ sacræ in lingua vulgari non est per se mala, nec absolute prohibita ab Ecclesia. V, 79.

Lectoratus est unus e quatuor minoribus ordinibus. X, 47. Ejus materia est codex divinarum lectionum ; forma vero : Accipe et esto verbi Dei zelator, etc. *Ibid.* Quidnam est ejus officium? *Ibid.*

Legalia post passionem Christi erant mortua, sed nondum mortifera. VII, 419 et VIII, 179.

Legatum quandoque sumitur pro ipsa re legata ; proprie autem est donatio facta a defuncto, et ab hæredibus præstanda. VII, 47.

Legatus interrogatus circa secretum sui

regis, respondere potest se nihil scire. VII, 410.

Legio Thebæorum militavit pro imperatore infideli. V, 375.

Legislator habet-ne suam auctoritatem a populo? IV, 480. Quænam est intentio legislatoris? 489. Legislator obligando sub veniali in materia gravi peccat-ne? 502. Princeps seu legislator singularis et absolutus non tenetur suis legibus quoad vim coactivam, bene tamen quoad vim directivam saltem indirecte, si leges ex æquo ipsum et subditos spectent. 508. Legislator tenetur-ne sub mortali observare suam legem in materia gravi? 509. Legislator, ejus successor pari gaudens auctoritate, aut superior, potest justa de causa licite et valide abrogare legem et a fortiori illi derogare. 517.

Legitima est tertia pars hæreditatis quæ uni obveniret ab intestato, ubi non sunt plures liberi quam quatuor; si sunt plures, est media pars. Quod si deficiant descendentes, legitima ascendentium est semper tertia pars hæreditatis. VII, 61.

Legitimatio fit per legitimum matrimonium subsequens, et per summum Pontificem aut principem. VII, 60.

Lenitas nimia opponitur per defectum clementiæ. VIII, 203.

Leo (S.) Magnus additionem *Filioque* non permisit Hispanis. II. 139. Epistola S. Leonis ad Flavianum examinata fuit a concilio Nicæno. V. 185 et 197. S. Leo dixit : *Aliud sunt sedes, aliud sunt sedentes.* 195. S. Leo irritavit concilium Ephesinum II, ex ejus assensu convocatum. 208. S. Leo præfuit concilio Chalcedonensi, generali IV, per legatos. 233.

Leo II. Leonis II binæ Epistolæ, una ad Constantinum imperatorem, altera ad episcopos Hispaniæ, sunt-ne suppositiliæ? III, 66.

Leo III improbavit duntaxat additionem *Filioque* factam Symbolo, et morem cantandi solemniter cum illa additione, quia ad id nondum ulla tunc cogebat necessitas, nec accesserat sufficiens auctoritas. II, 127.

Leo X in constitutione *Pastor*, quæ lacta fuit nec improbata in concilio Lateranensi V, dicit Romanum Pontificem solum auctoritatem habere super concilia omnia. V, 209.

Leo Isauricus. Anno 726, vehementer contra sacros imagines excitata fuit persecutio ab imperatore Leone Isaurico, qui a Constantino Nacoliæ in Phrygia episcopo, sed ob impietatem a suis diæcesanis sede expulso, in imagines incensus, in id etiam impellentibus Judæis, sacrilegum tulit edictum de abolendis sacris imaginibus, eas a templis ejecit, christianosque resistentes crudelissime exilio, mutilatione, nece, incendio exagitavit. III, 128. S. Germanum, Constantinopolitanum patriarcham suæ impietati resistentem, a sede et regia urbe expulsum, prope centenarium strangulari jussit Leo furens, ei subrogato Anastasio Iconomacho. *Ibid.*

Leontius, Ariani episcopus, sacerdotio privatus est eo quod se ipsum evirasset. VI, 286.

Lessius quid censet circa voluntatem Dei salvandi omnes homines? 1, 408.

Lex quoad prima principia est-ne per se nota? 1, 27. Lex naturæ non excludebat præcepta supernaturalia fidei, spei et amoris. *Ibid.* Lex leviratus quid est? III, 167. Præcepta legis possunt dupliciter impleri : quantum ad substantiam; 2° quantum ad modum. 343. Observatio legis naturalis superat-ne vires naturæ. 346. Lex essentialiter est aliquid rationis, præsupponens tamen, in legibus positivis, actum voluntatis. IV. 135. Convenienter numerantur quatuor actus legis, scilicet præcipere, prohibere, permittere, punire. 140. Lex æterna non potest regulare actus nostros nisi sit cognita et applicata per conscientiam. 132. Leges positivæ, sive divinæ, sive humanæ, non obligant cum gravi dispendio et magna difficultate. 202. Transgressio materialis legis non est appetenda, sed fugienda, quantum est moraliter possibilis. 220 et seqq. Quando major pars communicatis non acceptat legem nec eam observat, minor pars quæ huc usque observavit, non amplius eam observare teneri videtur. 225. Lex dubia est sufficienter promulgata ut obliget saltem indirecte. 236. Lex est sufficienter promulgata quando æque constat et probabile est illam dari vel non dari. *Ibid.* Lex æterna est dictamen rationis divinæ præcipiens homini quid sit agendum vel omittendum. 279. Lex æterna est prima regula agendorum, radix rectitudinis rationis, naturalem ordinem conservari jubens et perturbari vetans. 280. Circa tempus quo lex incipit aut desinit obligare non datur levitas materiæ. 431. Cessante fine legis cessat aliquando lex. 430. Lex naturalis continet intrinsece bona vel mala. 337. Lex naturalis quantum ad conclusiones remotas est scripta in corde, sed non sufficienter actu promulgata. 342. Circa legem in communi tria occurrunt consideranda : 1° de essentia ejus; 2° de effectibus ejus; 3° de differentia legum. 444. Lex dicitur a *ligando*, quia obligat ad agendum. *Ibid.* Potest lex proprie accepta considerari tripliciter : 1° secundum quod est in legislatore ut regulante : 2° secundum quod est in subjecto ut regulato; 3° secundum quod est in signo exteriori. *Ibid.* Lex communiter definitur : *Ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo qui curam communitatis habet promulgata. Ibid.* Lex essentialiter est aliquid rationis, præsupponens tamen, in legibus positivis, actum voluntatis. 445. De ratione legis est 1° quod feratur pro communitate. 446. De ratione legis est 2° quod sit propter bonum commune tanquam propter finem. *Ibid.* 3° Quod sit stabilis et perpetua. 447. Quæcumque sit intentio legislatoris,

valet et obligat subditos lex quam condit, si ex natura operis tendit in bonum commune. *Ibid.* Lex non desinit morte legislatoris. *Ibid.* Ut lex obliget, necessaria est aliqualis ejus promulgatio. *Ibid.* Leges divinæ exprimuntur per verba significantia opus intellectus. 445. Lex est regula actuum humanorum. *Ibid.* Probabilius videtur promulgationem non esse de essentia legis, sed esse conditionem duntaxat insupplebiliter requisitam ut actu obliget. 448. Lex sufficienter promulgata obligat-ne omnes etiam illam invincibiliter ignorantes. *Ibid.* Potestas legislativa competit communitati, vel illi qui curam communitatis gerit. 448. Effectus legis est facere homines bonos : 1° quia lex inducit ad virtutem propriam subditis ; 2° quia opus ad quod lex inducit est bonum sive ex objecto, sive ex fine, sive ex circumstantiis. 451. Convenienter numerantur quatuor actus legis, scilicet præcipere, prohibere, permittere et punire. 452. Lex tam ex se quam ex intentione legislatoris tendit ad hoc quod homo sit bonus. *Ibid.* Leges quadruplicis generis recenset S. Thomas, alia est æterna, alia naturalis, alia divina positiva ; et hæc duplex, vetus et nova ; alia humana, et etiam duplex, ecclesiastica et civilis. *Ibid.* Datur in Deo lex æterna. *Ibid.* Lex æterna nihil aliud est quam ratio divinæ sapientiæ, secundum quod est directiva actionum et motionum creaturarum in ordine ad bonum commune totius universi. 453. Lex æterna habet vere et proprie rationem legis, saltem respectu creaturarum intellectualium. *Ibid.* Lex æterna est lex per essentiam. 454. A lege æterna derivantur omnes aliæ leges per participationem. *Ibid.* Triplici modo leges alias ab æterna derivari intelligi potest : 1° tanquam ab exemplari ; 2° tanquam a causa efficiente ; 3° quatenus lex æterna, mediante lumine rationis vel fidei, dictat et approbat quæ et quando leges sint instituendæ. *Ibid.* Lege æterna multa diriguntur quæ lege humana non possunt dirigi. 455. Datur in nobis lex naturalis. *Ibid.* Videtur legem naturalem nihil aliud esse quam lumen naturale, ut impressum et principatum a ratione seu lege æterna. 456. Lex divina positiva considerari potest dupliciter, ut est in Deo, et ut est in promulgante. 454 et 455. Lex divina positiva et lex naturalis obligant jure divino, quia Deus est immediatus auctor utriusque. *Ibid.* Ad legem naturæ pertinent non solum principia, sed etiam conclusiones ex eis necessario deductæ. 457. Lex naturalis obligat in conscientia. *Ibid.* Lex naturalis potest mutari per additionem et per modum abstractionis. 459. Hæc mutatio potest etiam esse ab intrinseco et ab extrinseco. *Ibid.* Tandem potest esse proprie et improprie. *Ibid.* Lex humana definiri potest : *Ordinatio rationis humanæ legi naturali conveniens, ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet promulgata.* 467. Leges humanæ sunt necessariæ, non quidam simpliciter et absolute, sed sic, ut attenta hominum pervicacia, corruptione et pravitate in malum, sine legibus humanis nec multitudo virtutem nec respublica pacem habere et conservare posset. 468. Isidorus convenienter describit qualitates legis humanæ : « Erit lex honesta, justa, » possibilis secundum naturam, secundum » consuetudinem patriæ, loco temporique » conveniens, necessaria utilis, manifesta » quoque, ne aliquid per obscuritatem in » captione contineat, nullo modo privato, » commodo, sed pro communi utilitate civium » scripta. » 468 et 469. Divisio communis et vulgata legis humanæ est in civilem et ecclesiasticam. 469. Promulgatio est publica legis denuntiatio facta jussu legislatoris cum aliqua solemnitate secundum usum receptum. 471. Ex natura rei et secluso jure positivo, ea requiritur et sufficit legis humanæ promulgatio qua possit moraliter devenire in notitiam subditorum. *Ibid.* Attento jure positivo, lex imperialis debet promulgari in singulis provinciis, seu in earum metropoli, ut in iis obliget. *Ibid.* Probabilius videtur leges pontificias statuentes jus novum et novam obligationem inducentes, debere in singulis provinciis seu diœcesibus promulgari saltem virtualiter, ut in iis obligent, nisi contrarium exprimat SS. pontifex. 472. Si lex pontificia declarat jus antiquum, sufficit quod Romæ promulgetur. 473. Non obedientes legibus declarativis juris antiqui in suis provinciis non promulgatis incurrunt-ne pœnas per eas latas? *Ibid.* Incertio legis corpori juris ex jussu summorum pontificum est-ne promulgatio sufficiens? 474. Ad revocationem validam legis onerosæ non requiritur promulgatio, sed sufficit si exterius manifestetur modo tamen ita sit intentio legislatoris, non autem si sola mente concipiatur. 476. Lex revocatoria legis onerosæ differt a revocatoria lege privilegii seu gratiæ. *Ibid.* Lex revocatoria privilegii seu gratiæ fit vel publice vel privatim. *Ibid.* Lex cessat-ne pro omnibus statim ac legislator declarat aliquibus se sustulisse eam? *Ibid.* Quantum lapsus temporis a promulgatione sufficienti requiritur ut lex obliget. 477. Utrum lex pendeat ab acceptatione populi? 478. Circa hanc quæstionem varia sunt auctorum placita. *Ibid.* Nulla lex, sive civilis sive ecclesiastica, pendet ab acceptatione populi. *Ibid.* Lex pendet ab acceptatione populi quando suprema potestas est penes populum. 479. Probabilius est et menti S. Thomæ conformius legem ecclesiasticam non posse præcipere aut prohibere actus mere internos qui nullam habent connexionem cum externis. 482. Lex civilis juxta fere omnes auctores non extenditur ad actus internos. *Ibid.* Lex humana potest præcipere aut prohibere actum externum occultum. 484. Potest præcipere aut prohibere actus internos qui necessario requiruntur ut externi constituantur in genere vel certa specie moris. *Ibid.* Probabilius est legem humanam posse

præcipere aut prohibere actum internum qui conjungitur cum exteriore ut causa illius per accidens tantum. 485. Lex est actus jurisdictionis coactivæ. 488. Dupliciter potest considerari opus lege præceptum, scilicet quoad substantiam et quoad modum. Modus autem est quod fiat 1° scienter et voluntarie; 2° quod fiat bona vel mala intentione; 3° quod fiat ex habitu virtutis; 4° quod fiat ex charitate. 489. Ad legem implendam opus præceptum debet fieri scienter et voluntarie. *Ibid.* Ad legis impletionem non requiritur quod opus præceptum fiat ex habitu virtutis aut ex charitate. *Ibid.* Probabilius videtur cum satisfacere legi qui ponit debito modo opus præceptum, quamvis positive nolit per illud satisfacere, nisi forte ipsa obedientia præciperetur. 490. Omnis lex tam civilis quam ecclesiastica, obligat in foro conscientiæ. Est de fide, saltem quoad leges ecclesiasticas, definita in concil. Constantiensi. 492. Lex potest esse injusta ex duplici capite, si contrarietur 1° bono divino; 2° bono humano. *Ibid.* Legibus injustus ex auctore aut ex forma licitum est obedire, sed non est necesse. *Ibid.* Legibus injustis ex parte materiæ non est obediendum. *Ibid.* Christus abrogavit legem Mosaïcam. 493. Quædam sunt leges puræ præceptivæ aut prohibitivæ, quædam pure pœnales, quædam mixtæ. Lex pure præceptiva aut prohibitiva est, quæ actum præcipit aut prohibet, nullam imponendo transgressoribus pœnam; ut lex de audiendi missam. Lex pure pœnalis est, quæ statuit pœnam in eos qui aliquid fecerint aut omiserint, nihil saltem explicite præcipiendo aut prohibendo. Mixta est, quæ præcipit aut prohibet actum et simul statuit pœnam transgressoribus. 495. Lex mixta dupliciter considerari potest: 1° copulative, et sic obligat sub culpa ad actum ponendum, vel omittendum; 2° disjunctive et sic non obligat determinate ad actum vel ad pœnam, sed ad alterutrum. *Ibid.* Probabilius videtur et certo tutius legem quæ dicitur pure pœnalis per se loquendo obligare non solum ad pœnam, sed etiam ad ponendum vel omittendum actum pro quo pœna imponitur. 496. Pœnæ legibus contentæ, aliæ sunt ferendæ, aliæ latæ. *Ibid.* Nulla lex pœnalis latæ sententiæ obligat in foro conscientiæ ad subeundum ante sententiam judicis pœnam activam, seu cujus executio requirit actionem. 497. Leges pœnales latæ sententiæ possunt obligare ad subeundam pœnam privativam ante sententiam judicis; paucæ tamen obligant. *Ibid.* Post sententiam judicis tenetur in conscientia legis prævaricator exequi pœnam activam quæ requirit actionem commodius exercendam ab ipso reo quam a judice vel ejus ministro; secus si requirat actionem quæ commodius exercetur a judice vel ejus ministro. 499. Leges humanæ obligant quandoque sub peccato mortali et quandoque sub veniali. *Ibid.* Ut lex humana obliget sub mortali duo simul requiruntur, nempe materia gravis et in legislatore intentio obligandi sub mortali. 499 et seqq. Lex humana obligat cum periculo vitæ, quando ejus observatio est majoris momenti quam vita alicujus particularis. 503. Sæpe vero non obligat cum periculo vitæ, aut alterius gravis damni in honore, fama, sanitate, bonis fortunæ. Ita communiter. 504. Diversis legibus potest-ne aliquis satisfieri per unum actum, aut per plures eodem tempore exercitos? 506. Qui non potest totam legem implere tenetur-ne ad partem possibilem? 507. Leges infirmantes contractus minus solemnes obligant-ne atque eos irritant in foro conscientiæ? *Ibid.* Duo sunt officia legis: unum est dirigere actiones humanas, aliud pœnis cogere invitos ad sui observantiam. 508. Princeps seu legislator singularis ut absolutus non tenetur suis legibus quoad vim coactivam, bene tamen quoad vim directivam, saltem indirecte, si leges ex æquo ipsum et subditos spectent. *Ibid.* Lex humana potest convenienter mutari. 516. Finis legis diversis modis potest cessare. 517. Lex nova in multis differt a lege veteri. V, 117. Lex favorabilis et nulli nociva debet ampliari; lex odiosa, restringi. *Ibid.* Lex tributorum non est mere pœnalis. VI, 516. Impotentia moralis est magna difficultas, quando, v. g. lex observari non potest absque gravi labore seu gravi damno temporali vel spirituali, proprio vel alieno. *Ibid.* Necesse fuit exterius legem dari. VIII, 230. In statu legis naturæ quomodo homines movebantur ad colendum Deum? *Ibid.* Primus est status legis naturæ ab Adamo ad Moysen; secundus est status legis scriptæ, a Moyse usque ad Christum; testius status legis, a Christo usque ad finem sæculorum. 242. Licet status legis scriptæ rigorose tantum incœperit a Moyse, ab Abrahamo tamen cœpit se insinuare, et status legis naturæ declinare per circumcisionem. *Ibid.* In utroque statu legis naturæ et scriptæ fuit remedium, saltem pro peccato originali. *Ibid.* Lex nova, ad quam pertinet baptismus, non debuit obligare antequam lex vetus obligare desineret. 381. Lex vetus ante passionem et resurrectionem Christi non desiit obligare. *Ibid.* Lex nova non fuit solemniter promulgata, nisi in die Pentecostes. 384. Duplex legis promulgatio distinguitur; essentialis, quæ sufficit ut lex vim obligativam habeat; solemnior et accidentalis, ordinata propius ad tollendam subditorum ignorantiam. *Ibid.* Lex Levitici nunc christianos non obligat, nisi quoad ea quæ juris naturæ continet. X, 200.

Levir idem est ac mariti frater. Erat lex quæ dicebatur *Leviratus*. III, 167.

Libanius, ethnicus, Juliani Apostatæ familiaris, cum irridendo petiisset a ludimagistro quodam christiano: *Quid agit nunc fabri Filius?* intelligens Christum, respondit ludimagister: *Juliano tuo feretrum fabricatur;* quod eventu probatum est; paulo post

enim Julianus fuit occisus et in feretro ad tumulum delatus? III, 192.

LIBELLATICI quinam dicebantur? IX, 417.

LIBELLUS repudii. *Vide* JUDÆI.

LIBER vitæ duplex est : inchoatus, et completus. Inchoatus est in quo scribuntur omnes justi; completus est in quo ii soli qui ex divina prædestinatione sunt salvandi, scribuntur. I, 449.

LIBERALITAS est virtus moderans amorem divitiarum et reddens hominem facilem et promptum ad eas erogandas, quando recta ratio dictat. VIII, 24. Liberalitas versatur immediate circa passiones, nimirum æstimationem et affectum pecuniarum, utrumque moderando, sic ut non æstimentur nec amentur plus minusve quam debeant amari et æstimari. *Ibid.* Liberalitas versatur circa ipsum usum divitiarum 1° indirecte, tollendo impedimentum recti usus; 2° directe, movendo ad earum hilarem et promptam elargitionem prout postulat recta ratio. *Ibid.* Liberalitas est virtus annexa justitiæ. *Ibid.* Differt autem liberalitas a magnificentia. *Ibid.* et 47. Liberalitas non est per se maxima virtutum, attamen habet quamdam excellentiam et ad multa utilis est. *Ibid.*

LIBERIUS. Julio I successit Liberius anno 352, propter Nicænæ fidei et S. Athanasii defensionem in exilium missus a Constantio Beroeam Thraciæ. II, 46. Anno 357, Constantio triumphum agente, matronæ Romanæ reditum Liberii ab eo petierunt; annuit imperator ea conditione ut cum Felice, qui in ejus sedem fuerat intrusus, Ecclesiam regeret, reclamante populo : *unus Deus, unus Christus, unus episcopus. Ibid.* Cæterum non prius Liberio facta est a Constantio licentia Romam redeundi, quam subscriberet S. Athanasii damnationi et formulæ fidei sibi ab heterodoxis oblatæ, quod tædio exilii fractus præstitit, 1° Beroeæ, vertente anno 357; 2° Sirmii. *Ibid.* Secundæ formulæ Sirmiensi non subscripsit Liberius, sed primæ quæ contra Photinum edita fuerat. 47.

LIBERUM arbitrium non tendit in malum nisi propter defectum quo apprehenditur non bonum ut bonum. III, 93. *Vide insuper* LIBERTAS. Liberum arbitrium est animi motus nullo cogente. 103 et seqq. Quæ subsunt libero arbitrio possunt per rationem rectificari et ad medium reduci : hujusmodi sunt tria : interiores animæ affectus seu passiones; exteriores actiones, et res exteriores quæ in usum hominis veniunt. VI, 96.

LIBERTAS. Explicantur modi quibus libertas nostra stare potest cum divina præscientia. I, 179. Duplicem in libertate indifferentiam distinguunt theologi : prima, quam vocant potentialem, privativam, negativam, suspensivam et passivam, est privatio seu negatio actus et determinationis, seu suspensio animi qua quis necdum se determinavit ad agendum. Altera, quam vocant positivam et activam, est positio unius actus seu determinationis voluntatis cum potentia ad oppositum. 332. Indubitatum est libertatem sub prædestinatione salvari. 430. Duplex distinguitur libertas, nempe quoad exercitium et quoad specificationem; libertas quoad exercitium, dicitur libertas contradictionis; consistit in hoc quod quis potest idem velle et non velle, amare et non amare. Libertas quoad specificationem, vocatur libertas contrarietatis aut diversitatis, et consistit aut in hoc quod quis potest unum velle vel ejus contrarium, potest esse contraria, vel disparata. III, 54. Sola libertas exercitii seu contradictionis sufficit ad salvandam essentiam liberi arbitrii. *Ibid.* Potentia seu libertas peccandi, quæ est contrarietatis ad libertatem bene agendi, non requiritur ad veram libertatem arbitrii, est potius nævum et defectus libertatis. *Ibid.* Libertas opponitur servituti et subjectioni; unde libertas generatim est exemptio seu immunitas a servitute et subjectione, totque modis accipitur quot modis accipitur servitus et subjectio cui opponitur. IV, 74. Est prima libertas a pœna et miseria qua quis detinetur et opprimitur. Dicitur libertas felicitatis et gloriæ, quæ non erit perfecta nisi in patria. *Ibid.* Secunda libertas est a peccato et ab habitibus inclinantibus in illud. Hæc dicitur libertas gratiæ et virtutis et solis justis competit. *Ibid.* Tertia libertas est a lege. Hæc primario et principaliter competit soli Deo; secundario et participative competit justis. *Ibid.* Quarta libertas est a violentia seu coactione. Quinta libertas est a necessitate. 75. Dicitur etiam libertas indifferentiæ, quia est ad opposita. *Ibid.* Duplex est radix libertatis. 76. Extrinseca et intrinseca, extrinseca est summa divinæ voluntatis. Intrinseca est 1° ipsa conditio naturæ intellectualis, nempe immaterialitas; 2° ipsa universalitas intellectus in cognoscendo et judicando de omnibus. *Ibid.* S. Thomas definit liberum arbitrium : *quod est causa sui.* 77. Definit libertatem arbitrii quod sit *facultas voluntatis et rationis. Ibid.* Definit liberum arbitrium quod sit *potentia rationalis ad opposita.* 78. Definit libertatem quod sit *electiva mediorum servato ordine finis. Ibid.* Libertas communiter definitur : facultas quæ, positis omnibus ad agendum prærequisitis, potest agere vel non agere. 79. Libertas est proprietas naturæ intellectualis. 82. De fide est dari in homine lapso libertatem arbitrii seu indifferentiæ. *Ibid.* Ad merendum vel demerendum in statu naturæ lapsæ requiritur in homine libertas a necessitate seu libertas indifferentiæ, et non sufficit libertas a coactione. 86. Ad merendum vel demerendum non requiritur necessario libertas contrarietatis ad bonum vel malum, sed sufficit libertas contradictionis. 88. Libertas vera et essentialis non compatitur naturalem necessitatem. *Ibid.* Vera et essentialis libertas arbitrii non consistit in sola immu-

nitate a coactione, cum perfecta advertentia, seu ut dicunt, in solo voluntario rationali, sed in immunitate a necessitate, seu libertate indifferentiæ. Hæc opinio est communis. 91. Libertas spontaneitatis et lubentiæ sequitur voluntatem ut natura est. 94. Libertas indifferentiæ sequitur voluntatem ut voluntas est. *Ibid.* Libertas circa media est perfectio. 103. Indifferentia judicii est radix libertatis; ea ablata desinit libertas. 107. Libertas requiritur ad moralitatem, non tamen formaliter in ea consistit. 136. Libertas prior concipitur in actu quam moralitas. *Ibid.* Libertas qua nos donavit Christus est libertas 1° a servitute peccati; 2° a servitute diaboli; 3° a servitute legis Mosaïcæ maxime cæremonialis. VIII. 63.

Libido seu cupiditas est inordinata voluntas qua aliquid concupiscitur plus quam dictat recta ratio : est ex genere suo peccatum veniale. VI, 390. Libido specialiter significat cupiditatem delectationis venereæ. VIII, 131.

Libri qui Moysi Prophetisque tribuuntur sunt ipsis proprii, neque post natum christianismum ab aliquo impostore fuere fabricati. V, 19.

Ligamen, seu vinculum prioris matrimonii, etiam non consummati, est impedimentum dirimens subsequens matrimonium. X, 159.

Lignum. Esus ligni vitæ non causabat immortalitatem simpliciter, sed secundum quid. II, 282. Lignum scientiæ boni et mali est vera et realis arbor. 298. Qui cædit ligna viridia in sylvis alienis, sive sint regis aut principis, sive sint particularium per hæreditariam possessionem aut emptionem a republica, fur est et tenetur ad restitutionem; quia surripit alienum invito rationabiliter domino. VI, 63. Qui ligna cædit in sylvis sibi et aliis incolis communibus, contra prohibitionem reipublicæ seu magistratus, aliquando non peccat, si nempe non cædat nisi pro urgente necessitate familiæ cui aliter succurrere non potest; aliquando peccat, si sine urgente necessitate cædat. *Ibid.*

Limus est terra seu pulvis aqua mixtus. Adam formatus est de limo terræ. II, 274.

Lingua. Donum linguarum sic fuit collatum singulis apostolis, ut et variis nationum linguis loquerentur, et etiam, quandoque una lingua loquentes, a variarum nationum populis audirentur. III, 240. Non solum apostoli, sed omnes qui erant in cœnaculo centum fere viginti acceperunt donum linguarum, et alios effectus Spiritus sancti. *Ib.*

Lingonense concilium, anno 859 celebratum, approbavit canones concilii Valentini in causa Gotteschalci, excepta censura facta quarto canone contra Capitula Carisiaca. I, 295.

Liquidum frangit-ne revera jejunium? VII, 76.

Litteræ pluribus modis possunt falsificari. Quid de apertione litterarum et expiscatione secreti? 375. Litteræ dimissariæ quid sunt? X, 50.

Liturgiæ olim omnium mortuorum mentionem faciebant. VII, 194.

Livinus de Meyer, Belga, scripsit historiam congregationum de Auxiliis. I, 229. Livinus de Meyer contendit gratiam a se efficacem esse novum Lutheri Calvinique commentum. 366.

Locatio definitur : Contractus onerosus quo usus vel fructus rei vel personæ traditur ad certum tempus pro pretio. VII, 162. Jus novum Gallicum quid statuit circa locationem? *Vide ad Appendicem.*

Locator. Qui tradit, dicitur locator gallice *le bailleur*. Qui suscipit, dicitur conductor seu locatarius, Gallice *le preneur*. VII, 162. Locatori incumbit 1° tradere rem bonam non vitiosam, nec inutilem ad usum ad quem locatur, aut saltem aperire locatario vitium rei; 2° facere expensas utiles et necessarias pro conservatione et reparatione rei quoad substantiam et partes ejus permanentes, tum quia illius est, tum quia tenetur tradere locatario rem aptam communibus usibus; 3° non repetere rem ante tempus statutum. *Ibid.* Locator et conductor sibi invicem obligantur ex culpa lata et levi, non tamen saltem regulariter et ex culpa levissima, nec a fortiori ex casu fortuito. *Ibid.* Sub cujus dominio sunt fructus rei locatæ? 163. Locator non potest rem suam repetere ante fixum tempus elapsum, nisi ex quatuor causis a jure civili indictis. *Ibid.* Ad quid præcise, vi contractus locationis, tenetur locatarius circa solutionem pensionis, casu quo re uti vel frui impediatur? 164. Si impedimentum usus vel fructus contingat ex parte locatoris, sive voluntarie, sive non; item si contingat ex parte rei conductæ absque culpa conductoris, secluso pacto, conductor non tenetur solvere pensionem pro tempore quo re uti vel frui non potuit. 165. Si impedimentum proveniat ex parte conductoris, sive voluntarie, sive involuntarie, tenetur solvere pensionem pro tempore quo re uti vel frui fuit impeditus, saltem quanti interest locatoris. *Ibid.* Utrum, si sit insolita ubertas, possit etiam locator augere pensionem? 166. Si locator præmoriatur ante lapsum termini præfiniti, aut vendat vel donet rem locatam, hæres seu emptor aut donatarius tenetur-ne stare locationi? Idem quæri potest de hærede conductoris. *Ibid.*

Locus. Communiter assignantur decem loca theologica. Primus est Scriptura sacra; secundus, traditio apostolica; tertius, Ecclesiæ catholicæ consuetudo et auctoritas; quartus, definitio concilii œcumenici; quintus, Sedis apostolicæ seu Romani pontificis auctoritas; sextus, alicujus patris aut Ecclesiæ doctoris auctoritas; septimus, sententia doctorum graviorum; octavus, ratio naturalis; nonus, auctoritas philosophorum; decimus,

historia humana. I, 22. Ex quinque primis duntaxat locis argumenta infallibilia deduc-untur; ex quinque ultimis solum probabilia nisi forte ex sexto et septimo. *Ibid.* Septem primi ex locis assignatis sunt proprie theologici. *Ibid.* Tribus ultimis autem utitur theologia tanquam extraneis et probabilibus argumentis. *Ibid.* Septem primi pertinent ad auctoritatem divinam, tres ultimi ad ratio-nem humanam. *Ibid.* Esse in loco dicitur quadrupliciter : circumscriptive, diffinitive, sacramentaliter, et ubique. II, 162. Disser-tatio de loco Angelorum. *Ibid.* et seqq. Locus sacer dicitur ille qui auctoritate publica de-putatus est ad sacrificium Missæ, Ecclesiæ sacramenta et divina Officia celebranda, ta-metsi nondum sit consecratus aut benedic-tus. VIII, 164.

Longanimitas partim differt a patientia, partim convenit cum illa. VIII, 47.

Longinus, Hunc militem qui lancea latus Christi aperuit fuisse Longinum nomine, et qui postea martyr occubuit, tenet communis opinio, et legitur in pluribus martyrologiis. III, 213.

Lotio pedum non est sacramentum. VIII, 368.

Loth, metu a Sodomitis incusso, non oblu-lit licite filias suas eorum libidini. IV, 72 et 73. Ebrietas Loth non videtur posse excusa-ri a toto saltem peccato, etsi forte a tanto tamen ejus incestus. VIII, 120.

Lucas (S.) in Actibus Apostolorum des-cribit præsertim acta S. Pauli et peregrina-tiones etc. V, 157. S. Lucas quinque peti-tiones in Oratione Dominica expressit tantum; quia duæ aliæ aliqualiter continentur in illis. VII, 199.

Lucia (S.) dicebat : *Si me invitam jusse-ris violari, castitas mihi displicabitur ad coro-nam.* IV, 178. Non est crimen mulieris per violationem corruptæ, si consensus non ad-sit, quia non inquinatur corpus nisi de con-sensu mentis, ut S. Lucia dixit. VI, 227 et 249.

Lucianus martyr novam versionem græ-cam aggressus est, quæ fuit in usu a Cons-tantinopoli ad Antiochiam. V, 74.

Lucifer, seu primus inter peccantes, de-nominatus est Cherubim. II, 209. Lucifer est caput omnium malorum. 465.

Lucrum cessans est jactura in rebus spe habendis; ut si defectu pecuniæ non possis negotiari et inde lucrari, censum aut agrum emere ex quo tibi lucrum accessisset. VII, 120. Lucrum cessans est legitimus titulus acci-piendi aliquid ultra sortem in mutuo, serva-tis pariter certis conditionibus. 121. Prima conditio est ut revera lucrum cesset, alioquin fictus esset titulus. 123. Secunda, ut mutuum sit vere causa cessantis lucri. *Ibid.* Tertia, ut mutuatarius præmoneatur de compensan-do tali lucro. 124. Quarta, ut mutuans non exigat totum lucrum speratum, sed partem tantum, quæ attentis attendendis æstimabi-tur judicio prudentium et intelligentium. *Ibid.* Quinta, ut non statim recipiat interesse lu-cri cessantis. *Ibid.* Sexta, ut lucrum cessans foret justo titulo percipiendum, unde pro lu-cro injusto nihil posset recipi. *Ibid.*

Ludovicus XIV. Scripsit ad Innocentium XII se jussisse ut nemo ad observantiam sui edicti pro declaratione anni 1682, teneretur. V, 195.

Ludus generatim sumptus, præcise prout est dictum vel factum, aut certamen ad oblec-tationem animi ordinatum, est licitus, imo quandoque necessarius. VII, 173. Triplex ludus distinguitur. Unus est qui soli indus-triæ aut corporali exercitationi innititur, et vix aut ne vix fortunæ, ut ludus pilæ, globu-lorum, latrunculorum, metularum, scrupo-rum et similes. Ulter est qui soli fortunæ innititur et vix aut ne vix industriæ; et dici-tur ludus alearum, vulgo, *jeu de hasard*, ut ludus tesserarum, et multi ludi chartarum, ut sunt, *le Lansquenet*, *le Pharaon*, etc. Ter-tius est mixtus qui regitur partim industria, partim fortuna, ut sunt, *le Trictrac*, et etiam multi ludi chartarum, *le Piquet*, *la Triomphe*, *l'Ombre*, etc. 174. Nullus ludus, etiamsi ale-arum cum pacto ut aliquod lucrum cedat victori, est secundum se illicitus, modo ser-ventur debitæ conditiones. *Ibid.* Conditiones requiruntur ad ludum cum pacto : prima est, ut ludens habeat liberam administrationem rei quam ludo exponit : secunda, ut absit coactio; tertia, ut inter ludentes servetur æqualitas; quarta, ut non intendatur princi-paliter lucrum, aut non nimis avide quæra-tur. 174, 175 et 176. Leges autem ludi cons-tituuntur, vel conventione partium, vel con-suetudine locorum. 176. Ludus alearum, cum pacto ut aliquid pretio æstimabile cedat victori, prohibetur jure positivo omnibus, sed principaliter clericis. *Ibid.* Fraudes seu potius astutiæ passim receptæ seu toleratæ et in quas ludentes tacite consentire censen-tur, non obligant ad restitutionem. *Ibid.* Cer-tum est victorem in ludo non prohibito posse lucrum retinere, et victum teneri jure natu-ræ solvere tanquam debitum ex legitimo con-tractu. 178. Victor in ludo prohibito potest lucrum ex eo acquisitum retinere; est com-munior et probabilior. *Ibid.* Victus in ludo prohibito, stante jure communi, non tenetur solvere, sive præsenti, sive absenti pecunia luserit. *Ibid.* Jus gallicum quid statuit circa ludum? *Vide appendicem.*

Lugdunense concilium I, generale XIII, anno 1245, Innocentius IV, celebravit, reg-nante S. Ludovico, contra Fredericum II. Huic concilio interfuit Balduinus II, impe-rator Constantinopolitanus. Disciplina eccle-siastica in plurimis restaurata fuit. V, 246.

Lugdunense II concilium, generale XIV, anno 1274, Gregorio X præside, celebratum est. V, 247. Huic concilio aderant Michaëlis Pateologi legati. Pax cum Græcis inita et fir-mata est. *Ibid.* Forma a cardinalibus obser-

vanda in electione summi Pontificis constituta est. *Ibid.* Quædam alia decreta sunt, ut subsidia Terræ sanctæ non deessent. *Ibid.*

Lugdunensis Ecclesia Gotteschalcum S. Angustini discipulum credebat. Capitula Carisiaca exacte discussa, alieno sensu intellecta exagitavit acriter altero libro edito de tenenda veritate Scripturæ. I, 394 et 395.

Lumen gloriæ in beatis est qualitas permanens seu habitus supernaturalis infusus, inhærens intellectui, ipsum elevans et perficiens ad videndum Deum. I, 118. De potentia Dei absoluta, non est creabilis intellectus cui connaturale sit lumen gloriæ. 122. Per lumen gloriæ homo fit deiformis. *Ibid.* Lumen gloriæ et intellectus active concurrunt ad visionem beatificam. 124. Lumen secundum quod ad intellectum pertinet, nihil est aliud quam manifestatio veritatis. II, 223.

Luminaria dicuntur esse *in signa*, scilicet, prognostica aëris mutationum et tempestatum. II, 254 et 255. Dicuntur sol et luna luminaria magna posita in firmamento, quo sensu? *Ibid.*

Lupus Servatus abbas Ferrariensis scripsit in favorem Gotteschalci. I, 293.

Lutherani Ab errore Eutychetis non multum abludunt Lutherani qui dicunt attributa Divinitatis communicari carni Christi, consequenter corpus Christi, non secus ac Divinitatem, esse ubique; unde dicti Ubiquistæ. II, 309. Errorem Iconomachorum resuscitarunt. III, 130. Lutherani, sectatores Lutheri, errores magistri aliosque docuere, nempe per adæ peccatum extinctum esse liberum hominis arbitrium, ut astruerent gratiam. III, 246 et IV, 58. Negant donum gratiæ esse animo intrinsecum. 120. Lutherani contendunt illicitum esse et vanum invocare sanctos. VII, 189. Lutherani contendunt omnem attritionem ex metu conceptam esse coactam et malam, hominemque reddere magis peccatorem et hypocritam, etiamsi interveniat aliquis Dei amor. IX, 303.

Lutherus contendit liberum arbitrium peccato Adæ fuisse extinctum. I, 369 et IV, 110. Lutherus solus negavit dari posse ignorantiam invincibilem juris humani. IV, 331. Lutherus in Germania Ecclesiam variis erroribus misere vexavit. V, 253. Lutherus existimavit pugnare contra Turcas esse contradicere Deo volenti per illos peccata nostra punire. 364. Insulsa est ejus sententia de votis. VII, 265. Lutherus duo vel tria tantum sacramenta admittebat. VIII. 336. Lutherus dubitavit an baptismus in aqua collatus valeret. 384. Martinus Lutherus circa initium sæculi decimi sexti, cum non posset negare realitatem corporis Christi in Eucharistia ob evidentia S. Scripturæ testimonia, impanationem sustinuit. IX, 44. Circa formam Eucharistiæ erravit. 138. Multum variavit circa usum calicis. 163. Illicitas et abrogandas esse missas privatas declaravit. 214. Lutherus recenset pœnitentiam inter sacramenta. 236. Varie censuit de confectione; dicit modo esse liberam, utilem; postea vocat eam carnificinam. 331. Docuit quemlibet, etiam mulierem, in casu necessitatis esse ministrum confessionis. 352.

Lux potest etiam dici de spiritualibus. II, 249. Quid intelligitur nomine lucis? et quid intelligitur per verba: *Fiat lux?* 252.

Luxuria dicitur a *luxando* seu solvendo animum, et cum nihil magis luxet animum seu, ut dicit S. Augustinus, nihil tam ex arce dejiciat animum virilem quam delectatio venerea, ideo luxuria proprie significat excessum seu superfluitatem in delectatione venerea, secundario autem et minus proprie translatum est hoc nomen ad significandum omnem excessum non solum in rebus ad hominem pertinentibus, sed etiam in rebus creaturas irrationales spectantibus. VIII, 131. Luxuria definiri potest : *Appetitus inordinatus delectationis venereæ. Ibid.* Luxuria est ex genere suo peccatum mortale. *Ibid.* Luxuria est peccatum capitale. 135. Convenienter assignantur a D. Gregorio octo filiæ interiores luxuriæ, nempe : cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi et horror futuri : et ab Isidoro quatuor exteriores; scilicet : turpiloquia, scurrilia, ludicra et stultiloquia. *Ibid.* Sunt septem species luxuriæ, scilicet, fornicatio simplex, adulterium, stuprum, raptus, sacrilegium et vitium contra naturam. 136. Quatuor sunt peccata contra naturam in materia luxuriæ : pollutio, mollities, sodomia, bestialitas. IX, 384.

M

Macarius erat Patriarcha Antiochenus. III, 60.

Macedonianismus damnatus fuit in pluribus synodis, et præsertim in concilio secundo œcumenico quod est Constantinopolitanum primum. II, 3, 4.

Macedonius, primum diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, deinde adjuvantibus Arianis archiepiscopus Constantinopolitanus, a sede ejectus est ab acacianis : erat Semi-Arianus; Spiritus sancti divinitatem impugnavit; unde dicti sunt ejus sectatores Pneumatici. II, 2, 3 : V, 241 : VIII, 360.

Machabæi fuerunt-ne de tribu Juda an de tribu Levi? II, 326. De stylo minus polito libri Machabæorum. V, 70. Machabæi fœdus cum Romanis inierunt tu eos adjuvarent, vel ab eis ipsi adjuvarentur. V, 373.

Macula remanet in anima post actum peccati. IV, 394. Macula peccati non est

pœnæ reatus, 395; neque denominatio pure extrinseca ab actuali peccato præterito, 396; neque positivus habitus, aut dispositio inclinans in bonum commutabile. *Ibid.* — Macula peccati mortalis est privatio nitoris gratiæ, connotans peccatum actuale præcedens a quo causatur. *Ibid.* Macula peccati venialis est privatio fervoris charitatis ex peccatis actualibus venialibus. *Ibid.*

MAGDALENA et aliæ mulieres bis accesserunt ad sepulchrum. III, 232. Christus apparuit et locutus est Magdalenæ. 233. Noluit ab illa tangi. *Ibid.*

MAGI. Stella quæ Magis apparuit erat nova stella ex elementari aliqua materia miraculose formata. III, 178. Magi Christi adoratores non fuerunt magicis artibus et dæmonum invocationibus addicti, sed philosophi, sapientes et siderum scientiæ periti, qui in Oriente vocantur Magi : juxta communiorem sententiam non fuerunt simpliciter reges. *Ibid.* Erant forte reguli. *Ibid.* Tres fuisse creduntur; incerta sunt eorum nomina. *Ibid.* Certum est ex Evangelio Magos venisse ex Oriente, quod debet intelligi respective ad Jerusalem; sed ex qua parte Orientis, magna est SS. Patrum dissentio. *Ibid.* Quidam dicunt eos venisse ex Chaldæa; quidam, ex Mesopotania; alii, ex Arabia Felice; alii, ex Perside. 180. Verisimile est singulos obtulisse tria munera, aurum, thus et myrrham, ut regi, ut Deo, ut homini. 281. Magi advenerunt Jerusalem, subinde Bethlehem die decimo tertio post Christi nativitatem, hoc est, sexto Januarii : hic est sensus communis fidelium, et Ecclesiæ traditio. *Ibid.* Incertum est unde Magi profecti sint. 182. Adorationem Magi exhibuerunt Christo nato non civilem tantum, sed spiritualem et religiosam, ut homini-Deo. Est contra Socinianos. *Ibid.*

MAGIA generaliter sumpta est duplex : naturalis et superstitiosa. Magia naturalis est ratio quædam operandi mira per causas naturales; et quamvis hæc non sit secundum se illicita, est tamen periculosa. Superstitiosa est ratio quædam operandi mira ope dæmonis, per signa ab ipso instituta. VII, 484. Ex genere suo est grave peccatum. *Ibid.* Plura peccata solent adjungi magiæ, de quibus interrogandi sunt magi et sortiariæ : 1° hæresis; 2° idololatria. *Ibid.*

MAGNANIMITAS est virtus inclinans ad magna in omni virtutum genere opera, magno honore digna. VIII, 42. Magnanimitas est vera virtus ab aliis distincta, pertinens ad fortitudinem, ut pars ejus potentialis. 44. Bona fortunæ, puta divitiæ, potentiæ et amici, conferunt ad magnanimitatem. 43.

MAGNIFICENTIA proprie sumpta est virtus specialis annexa fortitudini, ut secundaria principali. VIII, 47. Materia circa quam versetur, sunt magni sumptus, copiosa pecunia et copiosæ pecuniæ amor. 48. Magnificentia differt a magnanimitate, ut species a genere inter opera ad quæ intendit magnificentia primum locum obtinent ea quæ spectant cultum divinum; secundum, ædificia sæcularia ad bonum publicum; tertium, quæ pertinent ad usum proprium. Magnificentiæ opponuntur duo vitia : parvificentia et bananoia. *Ibid.*

MALACHIAS propheta prædicat Messiam oriturum stante secundo templo. II, 323.

MALEDICERE seu imprecari malum, sub ratione mali alicui creaturæ rationali, est ex genere suo peccatum mortale, et tanto gravius quanto personam cui maledicimus magis amare et revereri debemus. VI, 372. Possumus-ne maledicere creaturis irrationabilibus? *Ibid.*

MALEDICTIO lata in serpentem ipsi convenit. II, 199. Maledictio in individuo potest fieri peccatum veniale. VI, 372. Maledictio non est cæteris paribus gravius peccatum quam detractio. *Ibid.*

MALEDICTUM non est juramentum. VII, 355.

MALEFACTORES bono communi noxios licitum est occidere. VI, 221. Autoritate publica potest licite malefactor mutilari in aliquo membro sui corporis. 257.

MALEFICIUM est quo quis ope dæmonis nocumentum infert alteri : est duplex; veneficium et amatorium. VII, 385. Remedia curandi maleficia alia sunt naturalia, sed hæc raro prosunt; alia supernaturalia, ut Ecclesiæ exorcismi, etc.; alia dicuntur moralia quæ pertinent ad dissolvendum pactum cum dæmone. 385 et IX, 382.

MALITIA non est aliquod ens, sed est defectus, privatio, merum nihil. I, 380. Malitia moralis. IV, 139. Malitia ex objecto est immutabilis quandiu objectum manet immutatum. 151. Malitia objectiva ut conferat malitiam formalem actui, sufficit quod virtualiter intendatur. 311. Malitia in culpa mortali mensuratur ex eo in quem peccatur. IX, 88.

MALUM est triplex, scilicet : 1° malum naturæ, quod est privatio boni naturalis; 2° malum culpæ, quod est privatio rectitudinis moralis; 3° malum pœnæ, quod est privatio alicujus boni propter culpam. I, 377. Nullum malum quo tale, sive naturæ, sive culpæ, sive pœnæ, est a Deo volitum aut causatum directe et per se. *Ibid.* Malum tam naturæ quam pœnæ vult et causat Deus indirecte et per accidens, ratione scilicet boni ad quod consequitur; unde potest dici illius auctor. *Ibid.* Malum vero culpæ nullatenus vult aut causat etiam per accidens, sed tantum permittit : unde nullo sensu Deus potest dici illius auctor. *Ibid.* Malum idem est ac disconveniens. IV, 151. Mala non sunt facienda ut eveniant bona. IV, 151. Nunquam licitum est optare proximo malum sub ratione mali, secus sub ratione boni : cavendum tamen ne virus odii aut vindictæ lateat. V, 361. Semel malus semper-ne præsumitur malus? VI, 112. *Vide* POENA.

Mandans si revocavit mandatum tacite vel expresse et ea revocatio innotuit mandatario, regulariter non tenetur restituere mandans ut mandans, etiam effectu secuto. VI, 155. Quando mandans non potest revocare efficaciter mandatum, tenetur monere damnificandum ut sibi consulat, etiam cum suo damno æquali si sit spes hac via mali impediendi, non tamen cum damno suo longe majoris et altioris ordinis. 156. Primario et principaliter totum restituere tenetur mandans; secundario, exequens, et consequenter alii per ordinem : ita ut restituente mandante cæteri sint libri a restitutione; restituente vero exequente, mandans teneatur illi restituere, cæteri autem subsequentes sint liberi. 170. Prius cooperantes positive tenentur restituere quam cooperantes negative. *Ibid.* Inter cooperantes negative est etiam ordo. *Ibid.* *Vide* Jubens.

Mandata Dei esse possibilia justis de fide est. III, 390. Mandata Christi gravia non sunt, qui agratia inducit ad implendum ea ex amore. IV, 222. Per mandatum minimum quid intelligendum est? 471.

Manes dixit carnem Christi esse phantasticam. III, 184.

Manichæi dicebant quosdam esse natura malos, quosdam natura bonos, et inde sumi rationem alios prædestinandi, alios damnandi. I, 234. Duos astruebant deos a se independentes : unum bonum, qui esset auctor novi Testamenti, lucis, rerum spiritualium et incorruptibilum; alterum malum, qui esset auctor veteris Testamenti, tenebrarum, et rerum visibilium corruptibilium. II, 235. Corpus phantasticum Christo tribuebant. 309, 423. Dicebant homines cogi ad peccandum a mala anima. IV, 98. Eorum delirium fuit non esse licitum occidere bruta animalia, neque destruere herbas. VI, 221. Erraverunt circa Eucharistiam. IX, 44. Vinum non adhibebant in Eucharistia, quia a principio malo esse credebant. 90. Actum matrimonii illicitum esse dicebant. X, 88.

Mansuetudo est virtus moderatrix iræ. VIII, 215. Est pars potentialis temperantiæ. *Ibid.*

Manuum impositio quadruplex apud antiquos est distinguenda. IX, 6, 7. Prima, sanativa infirmitatum; secunda, ordinativa clericorum; tertia, confirmativa; quarta, reconciliativa. *Ibid.*

Marathonius ita hæresim Macedonii suscepit ut Macedoniani a pluribus vocarentur Marathoniani. I, 234.

Marcelli Ancyrani liber fuit ab Ecclesia damnatus ut hæreticus. V, 153.

Marcellinus adolevit-ne thus in templo Isidis et Vestæ in persecutione Diocletiana? V, 199.

Marcianus annuente S. Leone concilium Chalcedonense congregavit. II, 389.

Marcion negavit in Deo præscientiam futurorum. I, 178. Dicebat carnem Christi esse phantasticam et apparentem, et ea quæ dicuntur de Christo in Scriptura non esse realia. II, 308. Dicebat actum matrimonii esse illicitum. X, 89.

Marcionitæ tribuebant Christo phantasticam carnem. II, 309, 424. Ter baptizabant. VIII, 406. Mulierculis facultatem baptizandi concessere. 417.

Marcus (S.) Romæ scripsit Evangelium suum. V, 155.

Marcus (S.) anachoreta pollicem sibi amputavit ne fieret sacerdos. VI, 258.

Marcus bæreticus mulieribus potestatem conficiendi Eucharistiam tribuebat. IX, 186.

Marcus Ephesinus concilio Florentino non adhæsit. V, 250. Incusavit Ecclesiam Romanam a vera fide defecisse, quia deseruerat baptismum per immersionem. VIII, 389. Erravit circa Eucharistiam. IX, 186.

Mardochæus denegavit adorare Aman. VII, 235.

Maria Deipara. B. Virginem pium est existimare vidisse Deum in hac mortali vita. I, 117. B. Virgo accepit gratiam tanquam præmium meritorum Christi subsequentium. II, 195. Vere, proprie et catholice dicitur Theotocon seu Deiparara, et non solum Christotocon seu Christipara, ut contendebat Nestorius. 365 et 370. Quamvis Scriptura sacra nihil dicat de sanctificatione B. Mariæ in utero, sicut nec de ipsius nativitate, rationaliter tamen creditur eam fuisse in utero sanctificatam. III, 151. Per hanc primam sanctificationem fomes non fuit totaliter sublatur in B. Virgine, sed per secundam tantum in conceptione Christi. *Ibid.* Quæ dicuntus de ejus parentibus, ortu, educatione et oblatione in Templo, sunt dubia et incerta. *Ibid.* Parentes B. Virginis coluntur ab Ecclesia sub nominibus Joachim et Annæ. 156. Deipara mortalium prima virginitatem vovit. III, 160 et X, 140. Probabile est Deiparam primum virginitatem vovisse conditionate. III, 156. Alia sententia dicit illam vovisse absolute. *Ibid.* Matrimonium inter B. Virginem et S. Josephum non fuit contractum tribus mensibus post salutationem Angelicam, sed probabilius contractum fuit antequam B. Virgo salutaretur ab Angelo. 158. Nullum extat certum antiquitatis monumentum B. Virginem ætatis suæ anno decimo quarto iniisse matrimonium. 159. Maria erat ejusdem tribus et familiæ cum sponso suo Joseph. *Ibid.* Maria erat hæres parentum suorum; carebat fratribus. *Ibid.* B. Virginem immunem fuisse a peccato originali est pia opinio. IV, 379.

B. Virgo est vera realis mater Christi, quia totum præstitit in conceptione Christi quod solent aliæ matres præstare, subministravit scilicet materiam aptam conceptui. II, 429. Vere et proprie potest et debet dicit mater Dei. Est de fide decisa in concilio.

Ephesino contra Nestorium : deinde in concilio Chalcedonensi et aliis. *Ibid.* Virgo non potest dici causa Dei. Non fuit causa instrumentalis conjunctionis humanitatis cum Verbo. *Ibid.* B. Virgo peperit absque dolore; imo cum ingenti jucunditate et lætitia. Deridendi sunt pictores qui circa virginem parientem obstetrices depingunt. 430. Conveniens fuit annuntiari B. Virgini incarnationem Verbi in ea esse perficiendam. III, 150. Annuntiatio. B. Virginis facta est convenienter per Angelum. *Ibid.* Salutatio Angelica debito ordine peracta est in civitate Galilææ, cui nomen Nazareth. *Ibid.* Juxta Ecclesiæ traditionem peracta est salutatio Angelica vigesima quinta Martii. De hora incertum est quidam dicunt peractam esse statim post mediam noctem sub initium diei naturalis. *Ibid.* Turbatio B. Virginis orta est ex aliquo timore. *Ibid.* Angelus B. Mariæ proposuit exemplum conceptus Elizabeth. 145. B. Maria virgo concepit, virgo peperit. Prima pars est contra Cerinthum; secunda, contra Jovinianum : utraque contra Helvidium. *Ibid.* B. Virgo more aliarum fœminarum præparavit et subministravit materiam, purissimum scilicet sanguinem conceptui aptum : Spiritus autem sanctus hunc purissimum sanguinem deduxit in uterum ex quo sacrum corpus organisatum illic formavit, eique animam creatam infudit. 153.

B. Virgo legi purificationis non fuit summo jure astricta, convenienter tamen se illi subjecit. V, 184, 185. B. Virgo peregrinavit in montana Judææ ad visitandam cognatam suam Elizabeth. 165, 171. Hanc peregrationem suscepit ex speciali instinctu Spiritus sancti, qui ea mediante volebat replere sua gratia Elisabeth et Joannem in ejus utero, ac utrique revelare mysterium Incarnationis. 172. S. Joseph non est comitatus B. Virginem in hoc itinere. *Ibid.* Quæ sit illa civitas Judææ ad quam accessit B. Virgo salutatura Elizabeth, non certo scitur. *Ibid.* Cum Jesu infante B. Virgo, comitante Joseph, fugit in Ægyptum. 190. Maria mater Jesu juxta crucem stabat dolore perfusa, sed non indecore se gérens, voluntati divinæ omnino summissa. 214.

Certissime tenendum est B. Virginem esse mortuam. 242. Quo loco obierit Deipara, an Ephesi, an Jerosolymis, certo definiri non potest, propter probabilitatem utriusque sententiæ. *Ibid.* Incertum est quo anno vitæ suæ et Christi obierit B. Virgo. 244. Placida morte obiit, non martyrio. *Ibid.* Temerarium foret negare B. Virginem esse corpore et animo assumptam in cœlum. *Ibid.* Probabilius est ascendenti Christo præter Apostolos adfuisse præsentes B. Virginem matrem Jesu, et ejus cognatos cum aliis mulieribus. V, 237.

B. Virgo dicitur gratia plena. II, 441. Mater Christi non est adoranda adoratione latriæ, sed hyperduliæ. III, 154. Si Virgo peccasset, non fuisset idonea Mater Dei. B. Virgo majorem præ omnibus aliis, sive, Angelis, sive hominibus, habuit gratiæ plenitudinem. *Ibid.*

Gratia confirmata fuit in beata Virgine, et tamen non fuit beata. IV, 152. Meruit, licet peccare non potuerit. B. Virgo omnes martyres superavit in charitate. VIII, 33. Non fuit martyr vere et proprie, sed metaphorice et incomplete. 36. An penitentia quoad habitum fuerit in B. Virgine dubium est. IX, 264. B. Virgo non fuit ligata præcepto confessionis; fabulosum est illam quotidie confessam fuisse B. Joanni Evangelistæ. 348.

Mariæ Stuart reginæ S. Pius V permisit ut seipsam in carcere communicaret. IX, 187.

Maritus non habet jus verberandi uxorem. VI, 260. Quodnam jus habet in bona uxoris : *vide* Uxor, Dos.

Martinus (S.) vixit octo annis in catechumenatu. VIII, 430, 431. Dixit Juliano : « Christi ego miles sum, mihi pugnare non licet. » V, 252.

Martinus I hæresim, Ectesim Heraclii, et Typum Constantis damnavit : ob quam causam summus pontifex in exilium vi ab imperatore pulsus obiit. III, 60. Tacet de Honorio. 65.

Martinus V electus est in concilio Constantiensi, ut pax Ecclesiæ redderetur. V, 250. Approbavit omnia quæ conciliariter acta fuerant in hoc concilio. 217.

Martyr. Martyres patiebantur violentiam voluntarie a tyrannis et tortoribus. IV, 65 et VI, 103. Martyr dicitur testis fidei christianæ, per quam nobis visibilia pro invisibilibus contemnenda proponuntur. VIII, 34. Non solum qui directe pro fide christiana, sed etiam qui pro cujusvis virtutis christianæ officio aut quavis offensa Dei vitanda mortem appetit, vere dicendus est martyr. VIII, 34. Sunt-ne martyres qui occiduntur in bello justo pro defensione reipublicæ adversus infideles aut hæreticos? 35. Non licitum est se offerre martyrio, regulariter loquendo. *Ibid.*

Martyrium græce, latine dicitur testimonium. In Ecclesia martyrium sumitur pro singulari testimonio veritatis christianæ per tolerantiam mortis, ut dum quis pro fide aut alia virtute non deserenda mortem subit, etc. VIII, 32. Sic acceptum tribuitur et ipsi morti pro veritate toleratæ, et actui quo pro veritate sustinenda ipsa mors acceptatur. *Ibid.* Quatuor conditiones requiruntur ad verum et salutare martyrium : prima, quod vere sequatur mors; secunda, quod voluntarie acceptetur; tertia, ut acceptetur mors propter causam honestam et piam, nempe opus virtutis christianæ in ordine ad Deum et propter Deum : quarta, est dispositio interior quoad gratiam et charitatem.

56, 57. Martyrium est actus virtutis fortitudinis et perfectæ charitatis. VIII, 46, 47 et 414, 415. Omnes catholici admittunt martyrium supplere vices baptismi aquæ, quoad remissionem totius culpæ et pœnæ, tam in infantibus quam in adultis, ex opere operato, non active et physice, sed passive et moraliter. Inter hæreticos pauci negant. 413, 414, 417.

Materia, circa quam errarunt philosophi antiqui, est a Deo producta. II, 236. Materia invisa quid est? 240. Materia est incapax reflexionis, discussionis et judicii. 259, 260. Licitum est uti materia dubia in administratione sacramentorum, quando certa haberi non potest, et urget necessitas? IV, 250, VIII, 338 et IX, 412. Levitas materiæ, excusans a mortali datur in præceptis quæ sunt contra præcepta secundæ tabulæ, nisi materia sit gravis et indivisibilis. IV, 431. Materiæ duorum dominorum si commisceantur cujusnam sunt? VI, 70. Materia absolute levis est incapax obligationis sub mortali et reatus æternæ damnationis, quantumvis id intendat legislator. VII, 256. In sacramentis quæ consistunt in usu rei sensibilis, duplex distinguitur materia; materia nempe remota, et materia proxima. Materia remota est ipsa res sensibilis; proxima est ipsius rei usus et applicatio. VIII, 384 et IX, 243. Item alia circa quam versatur sacramentum, alia ex qua constituitur. *Ibid.* Non est determinata in individuo, neque quoad accidentia. VIII, 232.

Quid est licitum vel illicitum in applicatione materiæ et formæ in sacramentis? VIII, 227. In collatione sacramentorum ministri adhibere debent majorem quam possunt materiæ et formæ simultatem. *Ibid.* Materia quorumdam sacramentorum fuit a Christo determinata in specie infima, quorumdam in specie subalterna seu in genere. 232. Duplex est mutatio materiæ: una substantialis, alia accidentalis. 232, 233.

Non est materia determinata in individuo, neque quoad accidentia. *Ibid.* Materia sacramentorum debet-ne absolute esse communis? IX, 16. Ad materiam sacramentorum id assumitur quod proprie et communiter habet talem speciem. 115. Ecclesia potest mutare materiam sacramentorum materialiter sumptam in ratione rei. X, 25, 178.

Materialistæ dicuntur increduli hujus ævi qui animam materialem esse contendunt. II, 237 et V, 17.

Mathathias et ejus socii circumciderunt pueros incircumcisos, quotquot invenerunt in finibus Israël. VIII, 243, 246.

Matrimonium non est illicitum ob peccatum originale. IV, 326. In sacramento matrimonii quænam requiritur materiæ et formæ simultas? VIII, 226, 249. Matrimonium potest iterari cum aliis personis; non iteratur cum eadem persona, propter vinculum quod nonnisi morte alterutrius conjugis dissolvitur. 275, 276. Contrahentes matrimonium, quamvis peccent ut recipientes indigne sacramentum, non peccant tamen mortaliter ut conficientes. 297.

Matrimonium sic vocatur a matre. X, 88. Dicitur adhuc: 1° conjugium, id est junctio duorum sub uno jugo; 2° connubium, 3° nuptiæ. *Ibid.* Definitur communiter: Viri mulierisque conjunctio maritalis inter legitimas personas, individuam vitæ societatem retinens, et gratiam conjugibus conferendam significans: hæc definitio convenit matrimonio ut est contractus civilis et sacramentum novæ legis. *Ibid.* Matrimonium est simpliciter et absolute bonum. 93. Tria assignantur matrimonii bona: proles, fides, sacramentum. *Ibid.* Matrimonium post peccatum fuit-ne institutum in remedium concupiscentiæ? 92. Finis primarius matrimonii est procreatio et educatio prolis. 134. Finis secundarius matrimonii est socialis et pacifica vita atque mutua obsequia. *Ibid.* Matrimonium essentialiter consistit in jure ad usum et non in ipso usu. 131. Usus matrimonii non est pars matrimonii, sed ejus actus et officium. 96. Actus matrimonii est licitus, potestque esse meritorius. Est contra antiquos hæreticos. 91. Commixtio seminum est necessaria ad consummationem matrimonii. 162. Coactus ad contrahendum matrimonium similiter cogi ad consummandum non potest licite. 129. Matrimonium est de jure naturæ permissive, non præceptive. 66. Matrimonium est hominibus naturale. 90. Matrimonium cadit aliquo sensu sub præcepto naturali. 91. Præceptum de matrimonio obligat per se directe et primario communitatem, ut curet aliquos nubere, non unumquemque ut nubat, nisi forte casu quo paucitas hominum exigeret ut quilibet generationi vacaret. *Ibid.* Triplex distinguitur matrimonium: legitimum, ratum, et consummatum. 162. Matrimonium in facto esse, consistit essentialiter in vinculo formali seu nexu indissolubili, resultante ex mutuo contrahentium consensu. 89. Omne matrimonium verum et legitimum jure divino est indissolubile. 102. Matrimonium saltem consummatum est jure naturæ indissolubile. 163. Matrimonium non consummatum esse jure naturæ indissolubile multi negant. *Ibid.* Matrimonium est et contractus civilis in officium naturæ quam propagat et conservat, et sacramentum novæ legis. 88. Contractus est mutuus conjugum consensus. 122. Sacramentum quod esse non potest sine contractu, est ipse contractus ad esse sacramenti elevatus. *Ibid.* Matrimonium non potest etiam de potentia Dei absoluta subsistere in ratione contractus sine consensu mutuo conjugum. *Ibid.* Deus potest absolute efficere vinculum matrimonii, sine mutuo conjugum consensu, non aliqua potestas humana. 123. Consensus necessario requisitus ad matrimonium debet esse interior, nec sufficiunt verba consensus

exterius prolata. 124. Consensus internus debet exterius exprimi per verba aut signa de præsenti. *Ibid.* Consensus contrahentium debet necessario ferri in ipsam mutuam corporum traditionem, seu in vinculum inde resultans. 130. Consensus explicitus in copulam non est necessarius ad matrimonium, sed implicitus. *Ibid.* Ad quid tenetur qui ficte matrimonio consentit. 124. Pars decepta tenetur-ne credere alteri simpliciter asserenti se non consensisse et ab usu conjugii abstinere? *Ibid.* Quando matrimonium est nullum defectu consensus unius qui nempe vel ficte, vel metu, vel errore consensit, probabilius sufficit, ut convalescat, hunc poni consensum, quandiu alter adhuc in priori consensu perseverat, seu eum non revocavit. 138. Tutius et probabilius novus consensus unius partis debet aliquo signo exteriori exprimi. *Ibid.* Matrimonium initum sub conditione sive de præterito, sive de præsenti, sive de futuro non necessario, sive possibili, sive impossibili, sive honesta, sive turpi, modo bonis et substantiæ matrimonii non sit contraria, posita conditione subsistit matrimonium, non posita non subsistit, saltem in foro interno. 129. Probabilius est matrimonium sub conditione de futuro contingenti contractum, conditione posita statim convalescere absque novo consensu, modo prior non fuerit revocatus. *Ibid.* et 130. Conditiones quæ apponuntur ab una comparte reddunt matrimonium invalidum si cadant in substantiam matrimonii. 131.

Matrimonium ex institutione divina est sacramentum late sumptum. 93. Significat conjunctionem Christi cum natura humana et Ecclesia. 95. Matrimonium in nova lege est vere et proprie dictum sacramentum. *Ib.* Quandonam Christus instituit sacramentum matrimonii? 96, 102. Matrimonium ab Ecclesiæ incunabulis semper celebratum fuit ut res sacra, in loco sacro, ritibus sacris, coram ministro sacro. 92. Ad plura valet gratia sacramentalis matrimonii. 96. Materia remota et circa quam sacramenti matrimonii, sunt contrahentium corpora, seu, ut alii volunt, quod perinde est, dominium mutuum in corpora in ordine ad usum conjugalem. 102, 106. Materia proxima et ex qua sacramenti matrimonii, sunt verba contrahentium, prout exprimunt traditionem mutuam corporum; forma, eadem verba prout exprimunt acceptationem traditionis. 107. Ministri sacramenti matrimonii sunt ipsi contrahentes. 100, 102. Unitas matrimonii, quando unius est cum una, dicitur monogamia. 154. An matrimonium ante annos pubertatis contractum sit nullum? 216. Conjux dubitans de morte conjugis, vel etiam putans eum esse vivum, contrahit valide si revera obierit prior conjux. 161. Matrimonium potest duplici modo invalide contrahi: 1° inter personas inhabiles ratione impedimenti dirimentis; 2° inter personas aliunde habiles defectu solius eorum consensus. 137. Item est invalidum vel occulte vel publice. *Ibid.* Ad invalidi matrimonii revalidationem necessario est adhibendum et supplendum quod ipsi defuit. *Ibid.* Per se loquendo, ut matrimonium nullum convalescat, nullitas matrimonii debet innotescere parti cujus consensus requiritur, vel utrique si utriusque requiratur antequam consensum innovent. Est communis. 138. Ut matrimonium occulte nullum convalescat, non videtur requiri nova præsentia parochi et testium. 139. Matrimonia sine parentum consensu contracta sunt valida. VIII, 9 et X, 155 ad 156. Sed plerumque sunt illicita. 134. Pater non potest per se præcepto cogere filium aut filiam ad matrimonium, sed potest eum inducere ex rationabili causa. *Ibid.* Ecclesia potest irritare matrimonium sine consensu parentum contractum. 135. Matrimonium, jure antiquo, illud censebatur clandestinum quod non poterat probari testibus. 220. Jure novo, illud est quod contrahitur absque præsentia parochi vel alterius sacerdotis, de ejus licentia et duorum testium. *Ibid.* Matrimonia clandestina semper fuerunt ab Ecclesia prohibita, et semper illicita inter christianos. *Ibid.* Matrimonia clandestina ex natura rei sunt valida, nec unquam jure ecclesiastico invalida fuerunt ante Tridentinum; jure autem novo Tridentini absolute irritantur. 220, 221. Ecclesia non mutavit formaliter materiam matrimonii, sed mutavit rem quæ erat materia. VIII, 9 et IX, 354 et 96, 522. An aliquibus casibus valeant matrimonia clandestina, et quibus? X, 224, 225. Quis et qualis sit parochus in materia sacramenti matrimonii? 222. Pro validitate matrimonii quæ et qualis præsentia tam parochi quam testium requiratur. 218. Quales esse debeant testes matrimonii? 224. Quas pœnas incurrunt tam parochus assistens quam contrahentes matrimonium sine præviis proclamationibus aut legitima dispensatione? 122. Matrimonium inter absentes initum est validum in ratione contractus civilis, si serventur conditiones requisitæ a jure. 96. Matrimonium inter absentes contractum, sive per procuratores, sive per litteras, sive per nuntios, est proprie dictum sacramentum. 97. Quædam conditiones a jure requiruntur, ut matrimonium inter absentes sit validum. 98. Matrimonium contractum ex gravi metu, a causa libera, injuste et ad extorquendum consensum incusso, irritum est jure positivo, non naturali. 125, 126. Matrimonium ex metu gravi initum et jure positivo nullum, non firmatur juramento, aut saltem juramentum non obligat. 127, 128. Matrimonium inter infideles contractum non fit sacramentum dum postea baptizantur, etiamsi renovent consensum. 100. Matrimonium fidelis cum infideli, jure naturali, divino et

ecclesiastico est regulariter illicitum. Matrimonium infidelium, etiam consummatum, non censetur solutum, nisi quando conversus de facto contrahit matrimonium. 164, 218. Matrimonia principum ob solum defectum consensus regis declarari possunt invalida. 136. Servus vel serva potest licite et valide contrahere matrimonium sine consensu domini. 184. Ecclesia dispensat in matrimonio rato, non consummato. IX, 381 et X, 166. Summus Pontifex si dispenset in impedimentis matrimonii sine causa dispensat valide, sed non licite. X, 178. Omnes conditiones quas ad matrimonium præscripsit legislator requiruntur-ne sub pœna nullitatis? 55 *Ad calcem appendicis.* Dissertatio de impedimentis matrimonii a jure civili indictis. X *in Append., ad calcem.*

MATTHÆUS scripsit suum Evangelium octavo circiter anno post mortem Christi. III, 233.

MEDINAM esse parentem probabilismi quidam dicunt. IV, 226.

MEDIUM seu æqualitas rei est duplex : una quantitatis, et altera proportionis. I, 16. Media sunt duplicis generis, alia physica, alia moralia ut merita. I, 420. Voluntas aversa a fine non potest esse recta circa omnia media : ordo mediorum pendet ex ordine ad finem. III, 345.

MELANCHTON, Lutheri discipulus, assignat ortum invocationis sanctorum ad tempora Gregorii Magni. VII, 190.

MELCHISEDECH excellentiam sacerdotii Christi in pluribus præfiguravit. III, 110, 111. Sacrificium Melchisedech fuisse sacramentum agnoscit S. Thom. sicut et sacrificia amicorum Job. VIII, 245. Melchisedech obtulit panem et vinum in sacrificium, et ad reficiendos milites Abrahæ fatigatos ex prælio. IX, 196. Melchisedech non fuit quædam virtus cœlestis Christo major, non angelus, non Spiritus sanctus, non Filius Dei ; sed verus homo. 229. Probabilius est Melchisedech non fuisse Sem filium Noë, sed hominem genere Chananæum, ex Chamo altero filio Noë oriundum. 299, 300.

MELCHISEDECHIANI quid censent de Melchisedech ? IX, 229.

MELETIUS Antiochenus erat Semi-Arianus. II, 2. Meletius, Lycopolis in Ægypto episcopus, schismaticus fuit. V, 239.

MELIORATIO et deterioratio rei est duplex : prima intrinseca, ut dum res in se mutata fit melior vel deterior. VI, 129 ; secunda intrinseca, dum res in se immutata pluris tamen vel minoris æstimatur ob emptorum vel mercium multitudinem aut inopiam, sive ex auctoritate legis. 130. Si melioratio pereat, expensæ quas pro ea fecit possessor bonæ fidei debent-ne illi refundi a domino rei? 131, 132. Quamum ad expensas seu meliorationes voluptuarias, possunt auferri a possessore bonæ fidei ; sed si non possint auferri sine deterioratione, non convenit inter omnes an debeant illi refundi a domino rei. *Ibid.*

MENANDRIANI erraverunt circa Eucharistiam. IX, 43.

MENDACIUM est sermo prolatus cum intentione dicendi falsum. VII, 393. Mendacium in tota sua latitudine, prout comprehendit simulationem proprie dictam et hypocrisim, est omnis significatio falsa ex mente significantis, sive fiat verbis, sive factis : 394. Mendacium tripliciter dividi potest. 1° Secundum ipsam mendacii rationem, mendacium dividitur in hoc quod transcendit ad veritatem in majus, quod pertinet ad jactantiam ; et in hoc quod deficit a veritate in minus, quod pertinet ad ironiam. 395. 2° Mendacium dividitur ex parte finis seu effectus ex quo culpa mendacii minuitur vel aggravatur, in jocosum, officiosum, et perniciosum. *Ibid.* 3° Mendacium secundum fines particulares seu certas materias, dividitur a S. August. in octo membra quorum singula continentur sub uno ex tribus prædictis. *Ibid.* Mendacium potest esse perniciosum duplici modo : 1° ratione materiæ ; 2° ratione finis extrinseci mentientis. 396, 397. Mendacium sive in verbis, sive in factis, in nullo casu est licitum. 396. Mendacium ut sic, præcise consideratum secundum se, abstrahendo a tali vel tali materia, tali vel tali fine, non videtur esse per se mortale. 397. Mendacium perniciosum est ex genere suo peccatum mortale. *Ibid.* Regulæ generales statuuntur ad intelligentiam verborum et factorum quæ habent in S. Scriptura apparentiam mendacii. 402, 403.

MENDICARE causa humilitatis, necessitatis et utilitatis, non causa acquirendi divitias aut victum otiose, religiosis non secus ac sæcularibus licitum est. VI, 401.

MENSURA duplex est, extrinseca et intrinseca. I, 94. Mensura extrinseca est quæ mensurat aliquid extra se, et ideo per applicationem ad mensuratum. Mensura intrinseca est quæ inest rei mensuratæ et ideo non mensurat per applicationem, sed per informationem vel identitalem. *Ibid.*

MENTIRI. Æque repugnat legi æternæ velle mentiri, quam velle et efficere ut alter mentiatur. IV, 152 et 356.

MERCES. Quamvis officium mercandi, industria mercatoris, modus vendendi minutatim, sumptus, labores, pericula communiter occurrentia sint pretio æstimabilia, non potest tamen mercator illorum ratione vendere majori pretio quam communi. VII, 70. Ultroneæ licite minoris emuntur, seu, ut communiter dicitur, vilescunt. VII, 70. Qui mercem vendidit pretio infimo vel mediocri, non potest aliquid de quantitate detrahere vel adulterare, ut obtineat summum pretium. 71. Mercator interrogatus quanti velit suam mercem vendere, exigere supra pretium supremum nihil potest. *Ibid.* Qui vi vel fraude impedit ne aliunde advehantur merces, ut

ipse solus et charius vendat suas, peccat contra justitiam, et tenetur ad restitutionem; si autem id fiat absque vi vel fraude, peccabit tantum contra charitatem et utilitatem communem. 94, 95.

MERCES. Deus obligatur-ne ex pacto oneroso, cum nobis promittit mercedem pro bonis operibus? I, 394. Mercedis æternæ intuitus movet aliquando peccatorem ad conversionem. IX, 266.

MERITUM. Licet diversa sit ratio meriti et satisfactionis, de facto tamen omne opus meritorium est satisfactorium, et e contra. II, 349 : III, 88 et IX, 220, 229. Meritum vel sumitur in abstracto, et est jus ad præmium; vel in concreto, et est opus præmio seu retributione dignum. II, 400 : IX, 51. Duplex distinguitur meritum de condigno, quod est opus cujus valor æquat valorem præmii, et cui redditur præmium ex justitia; et de congruo, quod est opus cujus valor non æquat valorem præmii et cui non debetur præmium ex justitia, sed ex congruitate et decentia, amicitia seu liberalitate præmiantis. II, 400 : III, 448 : IX, 466. Merita sanctorum a pœna temporali tantum nos liberant. III, 220. Meritum late sumptum significat dignitatem rei ob quam exigit aliquid, et sic convenit etiam inanimatis; proprie sumptum, convenit actibus tantum. Est proprietas actus humani moraliter boni, dicens proportionem ad præmium. III, 448, 452 : IV, 88 : VIII, 271. Meritum de condigno est proprie et simpliciter meritum; meritum de congruo, improprie tantum et secundum quid. III, 448. Meritum de condigno est duplex : unum de rigore justitiæ, aliud de condignitate tantum. *Ibid.* Duplex potest distingui meritum de congruo : unum proprium et strictum, quod reponitur in jure amicabili ad præmium; et alterum latum et improprium, quod reponitur in exigentia formæ per modum dispositionis aut impetrationis. Quidam non distinguunt; inde lites. 461. Sex conditiones requiruntur ad meritum. 448. Prima, ut opus sit liberum : est de fide; secunda, ut opus sit bonum, *ibid.*; tertia, ut opus fiat in obsequium præmiantis. *Ibid.* Quarta est status viatoris. 448, 449. Quinta est status gratiæ. *Ibid.* Sexta est ordinatio seu promissio et pactum Dei ordinantis bonum opus ad præmium seu mercedem. 450. Posset addi septima, nempe influxus charitatis. Sed non omnes de hac conditione conveniunt. 451, 458. Deus premia meritis retribuit, non ex fidelitate tantum aut ex gratitudine, sed ex justitia non commutativa sed distributiva; servat tamen modum justitiæ commutativæ. 450, 451. Nihil meretur præmium accidentale, nisi quod est bonum et laudabile objective et formaliter denominative extrinsece. IV, 88. Merita nostra causa sunt cur summum bonum nobis conferatur. V, 55. Merita per peccatum mortificata reviviscunt per pœnitentiam, secundum quantitatem præsentis dispositionis, quamvis non sit de fide : est certa. IX, 283, 285. Juxta quosdam, reviviscunt quoad omnes gradus et omnem quantitatem quam habebant, quantumvis sit remissa pœnitentia. 285.

MESSALIANI negant licitum esse jurare. VII, 312.

MESSIAS prænuntiatus in S. Scripturis futurus, et non homo purus, sed Deus est homo cum hominibus conversans. II, 315. Messias ratione humanitatis prænuntiatur fore similem Moysi. *Ibid.* Messias a Prophetis desideratus, a Judæis expectatus, jampridem advenit. 316. Natus est eo tempore quo defecit sceptrum in Juda regnante Herode alienigena. 324. Et is fuit Jesus Nazarenus, virginis Mariæ filius, a Judæis crucifixus. *Ibid.* Messias debuit nasci Bethlehem. 329. Erat oriturus ex tribu Juda et ex familia David. *Ibid.* Venturus erat ad medendum contritis corde, ad prædicandum captivis indulgentiam, ad salvandum nos, ad patranda miracula. 330. Adveniente Messia abolendum erat sacerdotium leviticum, nempe sacrificia, sacerdotes, et Templum, tandem novum inducendum. 331. Juxta vaticinia Prophetarum debuit legem Mosaïcam auferre et novam condere. 332. De Messia secundum Judæos. 336.

METANOIA, latine resipiscentia, significat non solum propositum novæ vitæ, sed etiam odium et expiationem peccati. IX, 261.

METAPHORÆ quomodo adhibentur in Scripturis. II, 6, 7.

METROPOLITÆ Africani se summos sacerdotes fastuose inscribebant. V. 170.

METUS definitur in jure : Futuri et instantis periculi causa mentis trepidatio, id est inquietudo et perturbatio : alius est gravis, absolute et respective; alius levis. IV, 65 et VII, 7. Metus reverentialis revocatur ad metum absolute gravem. VII, 6, 7. *Vide* CONTRACTUS et MATRIMONIUM. Quæ fiunt ex metu sunt mixta ex voluntario et involuntario. IV, 65 et IX, 309. Metus gravis non excusat a toto peccato in iis quæ sunt intrinsece mala. IV, 67. In iis quæ non sunt intrinsece mala, sed tamen prohibita, metus gravis excusat regulariter a toto. *Ibid.* Metum gehennæ posse excludere se solo voluntatem peccandi, ideoque sufficere cum sacramento ad justificationem, multi asserunt; sed non est admittenda hæc sententia. IX, 308. Nihil obstat quominus metus inferni, si sit efficax, excludat privative se solo voluntatem actualem peccandi. *Ibid.*

MICHAEL cujus et quantæ dignitatis sit incertum est. II, 232.

MILEVITANUM concilium non prohibet omnium appellationes. V, 165.

MILITES gregarii. Qui militat sine legitima auctoritate non tenetur ad restitutionem quatenus res suas injuste ablatas recuperat, sed quatenus damnum infert. V, 369. Milites debent esse contenti suis stipendiis. *Ibid.*

Tenentur non deserere stationem aut arcem etiam cum certo vitæ periculo, nisi plene desperata victoria. *Ibid.* Omnes sponte militantes in bello justo, sive offensivo sive defensivo, si per seipsos mutilent aut occidant, sunt irregulares : est communis. VI, 263. Omnes militantes et quolibet modo cooperantes in bello injusto in quo patrata sunt homicidia vel mutilationes, sunt irregulares, etiamsi per seipsos non occiderint aut mutilaverint : est communis. *Ibid.* Privati milites peccant et ad restitutionem tenentur, si sine consensu expresso vel saltem præsumpto ducis damna inferant. *Ibid.* Miles dubitans de justitia belli, tenetur jussus militare. 218 et 329. Quid dicendum de milite qui in navi inimica positus ignem in pulverem tormentarium injicit, ut navis et hostes pereant? 229. Quid si eadem facit in propria navi ne ipse veniat in potestatem hostium cum navi. *Ibid.* Non peccat miles qui jussus stationem non deserit, primus muros ascendit, etc. *Ibid.*

Millenarii millenarium Christi in terris regnum cum sanctis admittebant. IV, 32.

Minister concurrit active ad effectum sacramenti. VIII, 286. Ministri sacramentorum sunt instrumenta animata. 306. De lege ordinaria solus homo, non Angelus, est sacramentorum minister. 284. De lege extraordinaria Angeli possunt esse sacramentorum ministri. *Ibid.* Nemo est idoneus sacramentorum minister, excepto baptismo in casu necessitatis, et matrimonio in sententia Auctoris, nisi qui per legitimam ordinationem ad id accepit potestatem. 285, 286. Minister necessitatis est qui, nulla consecratione deputatus, sacramentum ministrat propter necessitatem. 294. Minister solemnitatis seu ex officio est ille qui speciali consecratione ad ministerium sacramentorum est deputatus. *Ibid.* Minister debet habere Spiritum sanctum ut conferentem legitimam potestatem administrandi sacramenta. 293. Minister solemnitatis conficiendo vel ministrando sacramenta in peccato mortali, peccat mortaliter. 294. Minister sibi conscius peccati mortalis, ut eximatur a peccato irreverentiæ et indignæ tractationis, non tenetur præmittere confessionem sacramentis conficiendis aut distribuendis, excepta Eucharistia; non tamen sufficit attritio, sed requiritur contritio, saltem prudenter existimata. 297, 298. Mali ministri, etiamsi hæretici imo et pagani, valide conficiunt sacramenta, modo aliunde omnia ad illorum validitatem necessaria adhibeant, materiam scilicet, formam et intentionem faciendi quod facit Ecclesia. 286. Mali ministri non possunt conferre gratiam virtute propria, sed possunt virtute Christi. 292. Actio mali ministri est mala in genere moris. 303. Malus minister est ille qui non est in statu gratiæ. 186. Inter malos ministros quidam sunt ab Ecclesia tolerati, quidam non tolerati, sed vitandi. 299. Minister hæreticus confert sacramentum et ejus effectum quantum est ex se, modo non sit obex ex parte recipientis. 288. Urgente mortis periculo licitum est petere et recipere quædam saltem sacramenta a malo ministro non tolerato, si toleratus absit. 300. Extra mortis periculum, possum ex legitima et rationabili causa petere et recipere sacramenta de quovis malo ministro tolerato, sive sit parochus sive non, sive sit paratus sive non, si tamen absit bonus qui possit et velit conferre. 301. Duplex distingui debet minister in civilibus. 306. Minister regis agendo sine intentione implet-ne tamen suum officium? *Ibid.*

Ministri sacramentorum sunt in republica christiana tanquam personæ publicæ quæ nomine Christi et Ecclesiæ sacra munia obeunt. VIII, 330. Deputantur cum potestate pro suo arbitrio faciendi vel non faciendi. *Ibid.* Perfectio sacramenti non est tota a ministro. 362. Minister ministrando sacramenta peccatori concurrit-ne ad ejus peccatum? *Ibid.* Princeps, ut minister Dei, quomodo curare debet ut servantur mandata Dei? 366.

Minorennis : *vide* Pupillus.

Miraculum. Duplex est finis miraculorum : 1° ad confirmandam veritatem supernaturalem quam docet aliquis; 2° ad ostendendam sanctitatem seu præsentiam Dei in homine per gratiam Spiritus sancti. III, 203. Miraculum est effectus omnipotentiæ divinæ contra leges communes et supra omnes vires totius naturæ. V, 20. Nulla creatura propria virtute, neque Angeli, neque dæmones, sed Deus solus, patrare potest miracula. *Ibid.* Omnia quæ videntur aut dicuntur miracula non sunt vera et proprie dicta miracula. *Ibid.* Triplex assignatur regula qua dignosci potest an aliquod miraculum sit factum virtute divina, et non virtute naturæ nobis ignota, ideoque esse verum miraculum. 21. Unde dignosci potest factum miraculorum quod narratur, non esse suppositum et fabulosum? 22. Miracula facta a Christo et Apostolis in confirmationem religionis christianæ continentur in libris Novi Testamenti. *Ibid.* Vera miracula nunquam fuerunt patrata a Gentilibus, multo minus in confirmationem idololatriæ. 25. Quid de prodigiis magorum Ægypti sentiendum est? *Ibid.*

Miseriæ hujus vitæ in statu puræ naturæ non essent pœnalitates sicut nunc sunt et vocantur. III, 294. Miseriæ hujus vitæ non solum supplicia peccati, sed juvant etiam ad exercitationes virtutum. IX, 271.

Misericordia est virtus specialis quæ potest definiri : virtus inclinans voluntatem ad alienæ miseriæ compassionem et sublevationem. I, 395. Reduci potest ad justitiam quatenus est ad alterum. V, 289. Misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde compassio. 337. Quatenus convenit Deo misericordia est voluntas seu affectus alienam miseriam sublevandi. *Ibid.*

Missa. Qui duplex stipendium pro Missa accipit, obligatur ad duas Missas. VII, 211. Quilibet fidelis adultus ratione compos tenetur diebus dominicis et festis adesse moraliter et religiose integræ Missæ, seclusa justa causa excusante. 352. Præsentia corporalis non sufficit ad implendum præceptum auditionis Missæ. *Ibid.* Triplex requisita est attentio ad Missam audiendam : prima ad Missam seu ad verba et actiones sacerdotis. Secunda, est ad sensum et mysteria per verba et actiones sacerdotis significata, præsertim passionis et mortis Christi; tertia, est generaliter ad Deum ipsum laudandum et orandum per preces, meditationes, aliosve pios mentis et cordis affectus. Secunda est optima, sed perfectorum et intelligentium. Tertia est bona, convenit tamen ut sic orantes sint attenti ad principaliores partes Missæ, nimirum consecrationem et communionem. Prima est minima, sufficiens tamen, modo sit cum intentione colendi Deum. 333. Non satisfit præcepto qui duas Missæ partes audit simul a duobus sacerdotibus simul celebrantibus vel successive celebrantibus. *Ibid.* Consecratio est pars notabilis missæ sicut communio. 353. De causis excusantibus ab auditione Missæ. 355. Consultum est Christi fideles diebus dominicis et festis saltem solemnioribus audire Missam eamque solemnem in Ecclesia sua parochiali. *Ibid.* Licitum est aliquid accipere tanquam pretium pro obligatione celebrandi, v. g. tali tempore, tali hora, toties in hebdomade, etc, 455. Non licet ponere hostiam consecratam in loco sordido, neque dare petenti ad magiam. VIII, 363. Missa est vox. Hebraica significans oblationem, juxta quosdam; vox Latina a verbo *mitto* derivata, juxta alios. IX, 194. Illa actio sacra qua in Ecclesia catholica conficitur Eucharistia cum variis precibus et cæremoniis, dicitur apud Græcos lithurgia, apud latinos Missa. *Ibid.* Missa est verum et proprie dictum sacrificium. Est de fide decisa in conc. Trid. 195. Sacrificium Missæ idem est quoad substantiam cum sacrificio crucis. 197. Missa est necessaria ut applicentur nobis merita Christi. *Ibid.*

Missa non est inventum humanum quantum ad substantiam sacrificii. IX, 200. Per sacrificium Missæ adoratur Deus in spiritu et veritate. 198. Essentia sacrificii Missæ non consistit in oblatione sive præcedente sive subsequente consecrationem, neque in elevatione hostiæ, neque in fractione et mixtione specierum, neque in distributione. 200. Essentia sacrificii Missæ adæquate consistit in consecratione corporis et sanguinis, cum ordine ad sumptionem tanquam ad partem integrantem : est communior. 201. Sacrificium non offertur beatis, sed soli Deo. 206. Missæ possunt celebrari in honorem sanctorum. *Ibid.* — Diversæ partes Missæ sunt : præparatio, instructio, oblatio, consecratio, sumptio. 225. Omnes partes Missæ non sunt ejusdem ejusdem rationis : aliæ sunt essentiales; aliæ sunt accidentales. 228. — Principalis hostia sacrificii Missæ est Christus non ut in propria specie, sed ut sub speciebus panis et vini. 203. Ex quo pensenda est gravitas materiæ in omittendis diversis partibus Missæ? 229. Sacerdos celebrans si advertat se aliquid omisisse, aut unum pro alio legisse, quid facere debet? *Ibid.* Non est licitum interrumpere Missam, sive postea perficiendam, sive non. *Ibid.* Christus est principalis offerens, non solum quia hoc sacrificium instituit, et in sui memoriam celebrari præcepit, sed etiam quia per sacerdotes tanquam per suos vicarios et ministros offert. 206. In Missæ sacrificio hostia occiditur incruente et mystice. 199. Panis et vinum sunt materia sacramenti Eucharistiæ. 113. Solus panis triticeus est materia legitima sacramenti Eucharistiæ. *Ibid.* Solum vinum de vite potest esse materia idonea calicis. 241.

Consecratio utriusque speciei requiritur ad essentiam sacrificii Missæ. 203. Sacerdos consecrando induit personam Christi. 115. Sacerdotes consecrant eo modo quo Christus consecravit. 141. Solis verbis Dominicis, non precibus quæ præcedunt aut sequuntur, consecratio perficitur. *Ibid.* In sola consecratione panis non salvatur ratio sacrificii. 128. Peccatum esset consecrare hostias extra corporale positas. 132. Hostiæ repositæ in altari, omnino nescio sacerdote non consecrantur. *Ibid.* Si sacerdos hostias consecrandas ad altare attulerit, consecrantur, licet tempore consecrationis ad eas non reflectat. *Ibid.* Invalida est consecratio, si sacerdos intendat consecrare mediam vel tertiam partem hostiæ, nullam designando, neque si ex decem velit consecrare sex, eas non designando. *Ibid.* Guttulæ vini calici exterius adhærentes non consecrantur consecrato calice. IX, 133. Dubium est an guttulæ interius adhærentes calici consecrentur, si non ad est expressa intentio consecrandi. *Ibid.* Post consecrationem non potest interrumpi sacrificium. 175. Mali sacerdotes valide consecrant. 189. — Ad celebrandam Missam necessario requiritur altare lapideum ab episcopo consecratum. 222. Altare debet 1° ordinarie cooperiri tribus mappis mundis; 2° debent ornari pallio, quod vocatur antipendium; 3° requiritur sub mortali lumen; 4° crux collocanda est super altare, ex rubricis : juxta multos, debet esse crucifixus; 5° Missale quod saltem Canonem contineat requiritur per se loquendo sub mortali, ex communi doctorum sensu; 6° minister est necessarius; sine illo est grave peccatum celebrare extra casum gravis necessitatis : debet esse masculus, non fœmina. 223. Requiritur sub mortali ad sacrificium calix cum patena. *Ibid.* Debet esse inunctus chrismate, ab episcopo consecratus. *Ibid.* Requi-

ritur corporale lineum benedictum, *Ibid.*; item, pala linea ex parte quæ tangit calicem similiter benedicta. *Ibid.* Requiritur purificatorium. Ad decentiam vero requiritur velum, bursa, manutergium et pulvinar, non necessario benedicta. *Ibid.* Sacerdos celebrare debet calceatus. 225, et capite detecto. *Ibid.* Si desint vestes sacræ, aut azymus in Ecclesia Latina, sacerdos non potest celebrare ad communicandum infirmum, alioquin sine viatico moriturum. 178. Vestes sacræ omnino detritæ comburendæ sunt. *Ibid.* Celebrare cum vestibus valde sordidis est peccatum grave tam celebranti quam sacristæ. 223. In gravi necessitate sine aliqua ex minoribus vestibus celebrare videtur pluribus licitum. *Ibid.* Canon Missæ convenienter submissa voce recitatur. 226. Canon idem ac regula, seu ritus celebrandi Missam, incipit a *Te igitur* et finitur ad communionem seu ad orationem Dominicam. *Ibid.* — Sacerdos non jejunus non potest celebrare ad communicandum infirmum sine viatico moriturum. 178. Qui cum sanguine sumeret muscam foret-ne jejunus? ita posset-ne die Nativitatis denuo consecrare? 126. Celebrare sine causa ante recitatum Matutinum cum Laudibus non est peccatum mortale, est tamen veniale; ex aliqua causa vero, etsi non multum gravi, nullum est peccatum. Est communior. VII, 221 et IX, 218, 219. Extra ecclesiam ab episcopo consecratam, aut eodem vel altero de hujus licentia benedictam, aut extra oratorium ab episcopo deputatum celebrare sine necessitate, dispensatione aut privilegio, est peccatum mortale. IX, 219, 220. Illicitum est celebrare sine necessitate in ecclesia polluta vel consecrata. 221. Quantum ad horam, Missa non potest celebrari ante auroram, nec post meridiem. 218. Licitum est celebrare duobus horis ante ortum seu apparitionem corporis solis supra nostrum hemispherium: est communis. *Ibid.* Tempus celebrandi Missas æstimandum est ex voluntate rationabiliter præsumpta conferentium stipendia. 215. Per se loquendo licitum est, imo bonum et laudabile, celebrare quotidie. 216. Nullus sacerdos tenetur quotidie celebrare, nisi ratione beneficii cui annexa est hæc obligatio: qua non obstante, potest secundum communiorem opinionem aliquoties omittere absque onere restituendi aut alium substituendi. 216. Sacerdos, etiamsi curam animarum non habeat, tenetur sub gravi peccato aliquoties celebrare nempe in præcipuis festis, maxime in iis in quibus fideles communicare consueverunt. 190. Parochus vi sui beneficii tenetur aliquoties celebrare pro suis parochianis non accepto stipendio. 214. Quoties debeat sic celebrare incertum est. *Ibid.* Semel tantum in die licitum est sacerdoti celebrare, 217, excepto die Nativatis Domini, *Ibid.*, et casu necessitatis. *Ibid.* Consuetudo Ecclesiæ Orientalis celebrantis in fermentato aliquibus rationibus innititur: attamen est rationabilior consuetudo Ecclesiæ Occidentalis celebrantis in azymo. 119. Conscius peccati mortalis, urgente necessitate, absque prævia confessione ob defectum confessarii celebrans, tenetur quamprimum confiteri. 127, 128. — Missæ privatæ dicuntur quæ fiunt absque publico conventu, aut in quibus nullus præter sacerdotem communicat. 214. Missæ privatæ sunt licitæ et probandæ. *Ibid.* Essentia sacrificii salvatur sine assistentibus aut communicantibus. 215. — Eucharistia in ratione sacrificii prodest aliis quam sumentibus, pro aliis enim offertur. 184. Sacrificium Missæ est propitiatorium, satisfactorium et impetratorium. 204. Hos omnes effectus sacrificium Missæ causat *ex opere operato*, seu vi operis a Christo instituti, non physice sicut sacramenta, sed moraliter. 205. Sacrificium Missæ quantum est ex se et quoad sufficientiam, est infinitum intensive et extensive; habet tamen semper effectum finitum. 208. Missa mali sacerdotis æque valet ac Missa boni sacerdotis ex parte sacrificii, non ex parte ministri. 189. — Non est licitum celebrare feri a sexta Majoris hebdomadæ. 216. Quantum ad feriam quintam et sabbatum Majoris hebdomadæ, usus invaluit in quibusdam ecclesiis celebrare. *Ibid.* In die Nativitatis Domini sacerdos potest ob triplicem Christi nativitatem, nempe æternam, spiritualem, corporalem, tres Missas celebrare, sed non tenetur; neque laïcus tenetur eas audire. 217. — Si Missa non sit aliunde obligata, licitum est accipere stipendium pro ea. 214, 215. Sacerdos non potest per unam Missam satisfacere duobus stipendiis, applicando uni partem solitam, et alteri sibi propriam. *Ibid.* Qui unam Missam pro qua recepit stipendium omittit, non peccat probabilius mortaliter. 213. Qui accepit stipendium pro Missa votiva aut de *requiem*, satisfacit celebrando Missam Dici occurrentis. 214. Videtur probabilius quod qui plura stipendia pinguia Missarum accepit quæ statuto tempore non potest persolvere, possit dicere alteri: Adjuva me, postea adjuvabo te. 212. Qui accepit pecunias pro Missis potest-ne in alios transferre pro mercibus, puta, pro libris? Quæstio procedit de iis qui speciem quamdam negotiationis hac in re exercent. *Ibid.* Qui prævideret se hora undecima non posse audire Missam teneretur mane audire. 330.

Missio divinarum Personarum potest definiri sic: Processio originis unius Personæ ab altera, cum novo modo existendi in alio. II, 146. Missio ex parte termini seu effectus temporalis quem connotat, dividitur in visibilem et invisibilem. *Ibid.* Missio invisibilis divinarum Personarum est solum secundum donum gratiæ sanctificantis. 146, 147. Per missionem invisibilem Personæ divinæ fiunt substantialiter præsentes animæ. 148. Missio visibilis est ea quæ fit in aliquo effectu vel signo sensibili manifestanti personam mis-

sam. 146. Alicui divinæ Personæ convenit mitti. 145.

Missionarii in partibus infidelium possunt-ne pro libitu disponere de oblatis sibi a populo? VI, 54.

Modestia est virtus moderativa eorum quæ mediocrem habent difficultatem. VIII, 137. Est pars potentialis temperantiæ. *Ibid.* Modestia exterioris apparatus est virtus quæ in apparatu rerum exteriorum, puta vestium, etc., moderationem rationis adhibet. 163, 164. Modestia exteriorum motuum est virtus motus externos corporis temperans secundum præscriptum rationis. *Ibid.*

Modus præcepti potest-ne cadere sub præcepto? IX, 159.

Mohatra. Contractus sic dictus ab Hispanis, est illicitus. VII, 92.

Monachi veteres jungebant orationem cum labore. VII, 225.

Monasterii nomine quid est intelligendum respective ad clausuram? VI, 394.

Moniales, etiam illæ quæ non voverunt explicite clausuram, et in quarum monasteriis nunquam fuit servata, possunt a suis superioribus compelli ad illam, eæque peccant mortaliter si obedire recusent. VIII, 8. *Vide* Clausura.

Monopolium est vox Græca, quasi diceres, solius venditio, VII, 93. Est duplex monopolium. Primum, cum efficitur ut unus vel pauci, aliis exclusis, vendant certum genus mercium; et hoc tripliciter : 1° ex privilegio principis; 2° coemendo omnes merces ejusdem generis; 3° impediendo ne merces ejusdem generis advehantur. *Ibid.* Generatim sumptum, prout de eo disputant theologi, est communis machinatio seu industria qua unus vel plures per modum unius, efficiunt ut vel ipsi soli vendant certum genus mercium vel certo pretio. *Ibid.* Privilegium a principe vel republica concessum alicui ut solus genus mercium vendat, est licitum, si justis causis nitatur; si justis rationibus non nitatur, est illicitum. 94. Probabilius qui non sunt participes monopolii non possunt vendere merces suas pretio aucto et statuto per monopolas. *Ibid.*

Monothelitæ solam voluntatem divinam in Christo agnoscebant. II, 308. Error Monothelitarum in negatione duplicis voluntatis et duplicis operationis in Christo situs est specialiter. III, 59, 60, 61. — Viguit monothelismus usque ad Paulum V apud Chaldæos; item apud Armenos et Maronitas habitantes prope Libanum, usque ad annum 1182 : nunc sunt catholici. *Ibid.*

Montes pietatis Italici, Belgici et Lombardi declarati sunt liciti et justi a concilio Lateranensi V. V, 252, et VII, 126, 139. Mons pietatis nihil aliud est quam cumulus pecuniarum, collectus ad subveniendum per mutuum necessitati indigentium, ne usuris opprimantur; et ideo dicitur *pietatis*. VII, 139. Hi montes sunt multiplicis generis. *Ibid.* Montes pietatis primi, secundi et tertii generis non sunt usarii. Est nunc communis. 140.

Montanistæ, qui putabant Montanum esse Paracletum, erant idololatræ si cultum divinum ei deferebant. VII, 233. Præter quadragesimam ab Ecclesia observari solitam duas alias quadragesimas seu xerophegias necessario esse observandas contendebant ex lege a Montano lata. VIII, 63. Montanistæ mulieres ordinabant diaconissas, presbyterissas et episcopissas. X, 55.

Moralitas est subjectio regulis morum. IV, 138, 139. Moralitas desumitur ex ordine ad regulam et non ad physice movens. 183. Moralitas in communi consistit formaliter in tendentia seu relatione reali transcendentali ad objectum subditum regulis morum. 137. In moralibus non potest semper haberi certitudo metaphysica aut physica, sed sufficit moralis, excludens formidinem rationabilem de peccato. 206. In moralibus illud dicitur impossibile quod est valde difficile, quodque decenter ac honeste fieri non potest. VI, 188.

Mori, pro aliquo manifeste importat intentionem morientis, esse ut sua mors ei prosit. I, 283. *Non mori* potest sumi negative vel privative. III, 55.

Morinus censet potestatem confitendi esse olim concessam diaconis. IX, 353. Contendit Ecclesiam denegasse absolutionem pœnitentibus reis criminum atrociorum. 416.

Morositas, seu litigium, est quando quis se præbet difficilem in consortio, nunquam acquiescens, sed semper contradicens verbis alterius ex intentione non placendi aut contristandi ut suis moribus obsequatur. VIII, 24. Morositas seu litigium non videtur etiam secundum se peccatum mortale. *Ibid.*

Mors est secunda pœna utrique parenti communis. II, 70, 71. Mors et ærumnæ hujus vitæ statuuntur ut pœna peccati originalis. III, 242 et IX, 270. Aliquis potest optare mortem ut Deo fruatur et eum amplius non offendat. V, 361. Mors civilis in Codice Gallico est impedimentum matrimonii. X, 15.

Motio. Vi motionis præviæ quomodo voluntas determinatur. I, 351. Deus movet voluntatem ut operetur actum suo modo effectivo, non vero suo modo defectivo. 384. Quodnam est discrimen inter motionem physicam et moralem. 385. Homo agens liber non potest moveri physice, nisi etiam moveatur moraliter et per propositionem objecti; sed in malis hæc motio moralis non est a Deo. 385. Generalis Dei motio potest considerari dupliciter : 1° respective ad naturam secundum se; 2° respective ad hoc vel illud individuum hujus naturæ, cui præ alio datur. III, 338. Homo lapsus, cum sola Dei motione generali, potest aliquandiu non peccare et vincere leves quasdam tentatio-

nes. 347. Ista tamen motio, quæ respectu naturæ est generalis et debita, respectu hujus individui cui præ altero datur ad bonum, est specialis et gratuita, dicique potest auxilium speciale gratiæ. *Ibid.* Deus movet omnia secundum eorum conditionem. IV, 124. Deus potest movere voluntatem necessitando illam, sublata indifferentia judicii, non autem stante indifferentia judicii. 105. Motio qua Deus movet omnia moraliter : *vide* AUXILIUM et DECRETUM. Deus est principium exterius movens ad bonum. IV, 444.

MOTUS terræ contigit Christo moriente. III, 216. Motus quoad specificationem est determinatio ad actum certæ speciei ; motus quoad exercitium est applicatio ad agendum potentiæ indifferentis ad agere et non agere. IV, 117.

MOYSES vidit Deum. I, 117. Deus absconditne corpus Moysis ne coleretur a Judæis? III, 149. Moyses non est fabulator et impostor; veritas agnoscitur in ejus narratione. V, 18. Israëlitas in errorem non induxit. *Ibid.* Moysis existentia tam certa est quam Prophetarum. 19. Moyses non negavit articulum fidei, sed tardus fuit ad credendum aquam e silice erupturam. 48. Moyses prohibet aliquid addi verbo Dei quod loquitur. 89. Quo sensu Moyses voluit deleri de libro vitæ. V, 301. Moyses licite Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus suis occidit, et percussum sabulo abscondit. VI, 284, 285. Moyses dictus est redemptor. 416, 417.

MULIER est-ne quid occasionatum et deficiens in natura? II, 279. Conveniens fuit mulierem in prima rerum institutione formari ex viro. 280. Debet-ne clamare mulier cum periculo vitæ aut famæ? IV, 65. Non licet mulieri se occidere, ne ab alio violetur. VI, 227. Mulier in casu necessitatis potest ingredi monasterium. *Ibid.* *Vide* CLAUSURA. Mulieres quæ se in aquas projecerunt ut insectatores suæ pudicitiæ vitarent, vel prævenientes manus carnificum in ignem sponte prosilierunt, Ecclesia colit ut martyres. VIII, 56. Mulieres apud Romanos antiquitus non bibebant vinum. *Ibid.* Mulieres matrimonio junctæ vel ad illud aspirantes, possunt licite intendere ornatum pulchritudinis, ut placeant viris quos habent aut habituræ sunt, atque ut eas ab aliis mulieribus retrahant, servato tamen moderamine rationis; secus illæ quæ viros non habent nec volunt habere, et sunt in statu non nubendi. VIII, 211. Quid de nuditate pectorum mulierum est censendum? *Ibid.* Quomodo se gerere debeat mulier vi oppressa ut non peccet coram Deo? 193. Quomodo debeat se gerere mulier quæ a viro tangitur? *Ibid.* In veteri Testamento fuerunt quædam mulieres Prophetissæ. X, 107. Mulieres quibus antiqui Patriarchæ copulabantur, erant-ne concubinæ, aut vere uxores? *Ibid.*

MUNDUS non est indefinite extensus. II, 240. Mundus est instructus omnibus necessariis et sibi debitis ad suos fines qui sunt duo : utilitas hominis et gloria Dei. 241. Mundus est perfectus non essentiali, sed accidentali perfectione. *Ibid.* Sunt-ne in mundo inutilia, incongrua, indecora, et nociva? *Ibid.* De fide est mundum non esse ab æterno, sed in tempore productum. 243. Probabilius est mundum potuisse esse ab æterno quantum ad res permanentes, non vero quoad successivas. *Ibid.* Probabilius est mundum fuisse conditum verno tempore seu mense Martio. 246, licet plures recentiores non improbabiliter censeant ipsum ab autumno incœpisse. *Ibid.* A quo tempore mundus est conditus? 247.

MURMURATIO sumpta in malam partem, est clancularia oblocutio injuste querulantis. VI, 375.

MUTILATIO est abscissio et separatio membri, non tantum ejus debilitatio aut vulneratio. VI, 267.

MUTUS, non obstans, non manifestans concurrunt ad damnum negative tantum, in quantum illud non impediunt cum possunt et debent impedire, ex quo fit quod damnum ipsis imputetur. VI, 165. Tria requiruntur ut hi tres, dum damnum non impediunt, teneantur ad illius restitutionem : 1° quod impedire culpabiliter omiserint; 2° quod sine suo gravi damno potuerint impedire; 3° quod impedire teneantur ex injustitia. 166.

MUTUANS est usurarius, qui obligat mutuatarium ut illi præstet quodcumque munus, sive a manu, sive a lingua, sive ab obsequio. VII, 113. Mutuans potest absque usura obligare mutuatarium ad id ad quod tenetur ex charitate tantum, vel ex alia virtute distincta a justitia. 114. E contra non est usurarius qui mutuat cum pacto ut mutuatarius faciat id ad quod ex justitia tenetur, v. g. ut solvat legitimum debitum. *Ibid.* Est usurarius qui mutuando obligat mutuatarium ut frequentet suam officinam, ut locet suas operas ad culturam agri, quamvis non plus exigat pro mercibus venditis quam alii, et justam mercedem operariis solvat. *Ibid.* Usura est si mutuator obliget mutuatarium ad remutuandum in posterum. 115. Sed difficultas est utrum possit obligare mutuatarium ad statim remutuandum alio genere. *Ibid.* Usurarius est, qui mutuat cum pacto ut mutuatarius reddat rem mutuatam quando vel ubi pluris valet. 116. Usurarius est qui mutuat pecunias, puta, centum aureos, cum pacto ut mutuatarius totam summam vel ejus partem exigat a debitoribus qui sunt difficilis solutionis. *Ibid.* Licite potest mutuator pacisci cum mutuatario ut si sua culpa non reddat sortem statuto tempore, solvat aliquid ultra sortem, in pœnam seu per modum mulctæ, etiam secluso damno emergente vel lucro cessante; modo tamen recta sit intentio mutuantis et servetur æquitas in pœna. 130.

Mutuum definitur : Contractus onerosus quo quis rem suam sic alteri tradit, ut statim fiat accipientis, cum obligatione reddendi postea rem eamdem non numero, sed specie et bonitate. VII, 101. Dupliciter accipi potest : vel pro re ipsa mutuata, ut dum dicimus dari mutuum ; vel pro ipsa mutuatione. 103. Licet aliquid accipere supra sortem ratione lucri cessantis et damni emergentis. *Vide* Damnum emergens, Lucrum cessans et Sors. 120. Satis convenit inter theologos quod obligatio non repetendi mutuum intra aliquod tempus, non sit titulus legitimus accipiendi aliquid ultra sortem. 119. Verum plures nec ignobiles theologi contendunt quod obligatio non repetendi usque ad certum tempus longe distans, puta ad annum, non sit intrinseca mutuo, ideoque sit legitimus titulus accipiendi aliquid ultra sortem absque vitio usuræ. *Ibid.* Exigere a mutuatario aliquid non tanquam ullo modo debitum, sed ut mere gratuitum solius amicitiæ et gratitudinis titulo liberrimo conferendum, non est secundum se usurarium. 112. Accipere mutuum sub usura ab eo qui paratus est dare, imo et petere ab eo simpliciter mutuum, est licitum si fiat propter aliquod bonum; nunquam tamen licet inducere aliquem ad mutuandum sub usuris. 139. Qui pro mutuo accipit aliquid cujus pretium pecunia mensurari potest, tanquam ex obligatione tacita vel expressa debitum, usuram committit : si vero accipiat aliquid hujusmodi, non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatione tacita vel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat. 112.

N

Naaman Syrus, permittente Elisæo, simulavit-ne adorare cum rege idolum in templo Remnon? V, 38.

Nasci et in lucem edi sunt synonyma. VIII, 437.

Natantes quid cavere debent? VIII, 195.

Nathan erat-ne filius naturalis David? III, 165.

Nativitas carnalis duplex est : prima in utero, cui assimilatur baptismus ; secunda ex utero, cui assimilatur confirmatio. V, 165.

Natura definitur communiter : *Principium motus et quietis ejus in quo est.* I, 49. Natura est principium radicale operationis. 153. Per peccatum natura humana facta est indigentior. II, 360. Status naturæ puræ importat præcise naturam cum suis principiis intrinsece constituentibus, et iis quæ ex illis sequuntur seu ei debentur. III, 273, 274. Fuit simpliciter possibile Deo creare hominem in statu naturæ puræ, scilicet sine peccato et sine gratia atque dono integritatis, obnoxium morti, ignorantiæ et concupiscentiæ. 278. Status naturæ integræ consistit in perfecta subjectione corporis ad animam, et appetitus sensitivi ad rationem. 274. Status naturæ lapsæ : natura humana quibus dotibus spoliata fuit per peccatum Adæ? 277. In quibus vulnerata est? *Ibid.* Typus hujus status miseri. *Ibid.* Status naturæ reparatæ convenit cum statu innocentiæ, et quibusdam titulis differt ab illa. *Ibid.* Ex parte finis, ex parte causæ efficientis, ex parte subjecti seu causæ materialis, tandem ex parte causæ formalis, scilicet gratiæ tam habitualis quam actualis. 278. Vulnus naturæ est disruptio et discontinuatio unionis atque subordinationis rationis ad Deum, partis inferioris ad rationem, et corporis ad animam. 296 et IV, 419. Natura rationalis agit propter finem formaliter seu movendo se. IV, 5. Habet sola dominium super actus suos. *Ibid.* Natura sensitiva non possidet bonum sensibile nisi per sensum. 22, 23. Assignantur quatuor vulnera naturæ ex peccato originali, sequentia scilicet : ignorantia ex intellectu, malitia in voluntate, infirmitas in irascibili, concupiscentia in concupiscibili. 393. Natura humana unita fuit Verbo in aliquo sibi proprio. II, 105. Natura sumitur in incarnatione pro perfecta rei essentia quæ definitione essentiali explicatur, seu pro eo *quod quid est.* 362. Uniri in natura est sic uniri ut ex unione resultet tantum una natura sicut ex corpore et anima. 362. Ita proprium est personæ divinæ naturam alienam terminare, ut id repugnet omni personalitati creatæ vel creabili. 409. Quælibet ex personis divinis potuit terminare naturam humanam, eique hypostatice uniri. 414.

Naturale dupliciter dicitur : 1° prout distinguitur contra liberum ; 2° ad quod natura inclinat, licet per liberum arbitrium compleatur. X, 90.

Naufragantium bona cujusnam sunt? VI, 66.

Necessarium aliquid duplici modo est ad salutem, nempe necessitate medii et necessitate præcepti. V, 25 : VIII, 428, 432 : IX, 149.

Necessitare non est vox Latina, ideo Patres loco illius usurpabant vocem *cogere.* IV, 98.

Necessitas. Alia est necessitas antecedens, alia consequens. Necessitas antecedens est, quæ antecedit omnino exercitium nostræ libertatis, et hæc illi nocet. Necessitas consequens est, quæ supponit exercitium libertatis nostræ vel formaliter vel æquivalenter. III, 55. Distinguitur necessitas in necessitatem quoad specificationem, et in necessitatem quoad exercitium. Necessitas quoad specificationem est, qua quis potest quidem suspendere actum circa aliquod objectum; sed si velit in aliquem actum erumpere circa illud, non potest nisi actum talis speciei, puta amorem, elicere, non odium. Necessitas quoad exercitium est, qua quis constringitur non so-

lum ad actum talis speciei si velit agere, sed ad ipsum agere. IV, 33. Visionem beatificam sequitur felix amandi necessitas, etiam quoad exercitium. 36. Necessitas naturalis non aufert libertatem, scilicet spontaneitatis et ut ita dicam voluntarietatis, sed necessitas actionis. 51. Necessitas naturalis non repugnat dignitati voluntatis, sed sola necessitas coactionis. *Ibid.* Necessitas tollit rationem meriti vel demeriti in actibus humanis. 86. SS. August. et Thomas docent naturalem necessitatem non repugnare libertati voluntatis ut natura est. 98. Ex parte accipientis triplex distinguitur necessitas : extrema, gravis et communis. Extrema est, cum vita proximi evidenter periclitatur, nisi ei succurratur. Necessitas gravis est, quando mors non equidem evidenter imminet, sed probabiliter timetur, aut evidenter imminet aliquod notabile damnum minus morte. Necessitas communis est quam patiuntur pauperes communes ostiatim mendicantes qui, quamvis indigeant et non nisi necessaria vitæ petant, quia tamen a multis petunt et accipiunt, eorum necessitas non censetur gravis, sed communis. V, 338 et VI, 296. In extrema necessitate quilibet tenetur exponere propriam vitam pro salute æterna proximi, si sit spes quod juvari possit : in gravi necessitate tenentur solum ii quibus incumbit ex officio cura animarum : in necessitate communi nemo tenetur. 305. Licet accipere alienum sive occulte sive manifeste ad subveniendum extremæ necessitati propriæ vel alienæ. VI, 296. Non licet accipere alienum necessitate indefinite gravi ; sed committitur arbitrio uniuscujusque dispensatio propriarum rerum, ut ex illis subveniat gravem necessitatem patientibus. 297. — Necessitas quæcumque gravis saltem minuit peccatum furti, et eo magis minuit quo gravior est. 298. Extrema necessitas tollit obligationem solvendi : gravis necessitas suspendit obligationem solvendi. VII, 246, 247. Non licet etiam in extrema necessitate dare temporale tanquam pretium pro sacramentorum administratione aut pro aliis actibus spiritualibus. 444. — Necessitas rerum essentias nec potestatem ministerialem mutat, nisi forte ubi requiritur jurisdictio in subditum. VIII, 420.

Nectarius non abrogavit confessionem sacramentalem, sed pœnitentiarium, cujus munus præcipuum erat præesse pœnitentiæ publicæ. IX, 338.

Negligentia 1° sumi potest dupliciter generaliter pro omissione cujuscumque actus debiti. VI, 7. Sumitur 2° pro defectu actus interioris rationis non præcipientis quod debet aut eo modo quo debet. 8. Negligentia quæ opponitur studiositati per defectum, est voluntaria omissio sciendi ea quæ quis scire tenetur pro suo statu et conditione : est mortalis vel venialis, prout obligatio sciendi et negligentia est gravis vel levis. VIII, 209.

Negotiatio est actio qua quis rem comparat eo animo ut eam integram et immutatam cum lucro vendat vel permutet. VII, 97. Negotiatio secundum se habet quamdam speciem turpitudinis, potest tamen honestari et fieri licita. 98.

Negotium dicitur, quasi negatio otii. VII, 97. Unde negotiari, generaliter, est aliquid serio operari. *Ibid.*

Neomenia duplex, seu duplex initium mensis ex phase seu apparitione lunæ et ex conjunctione planetarum non erat in usu apud Judæos tempore Christi, neque ullum habet in S. Scriptura fundamentum, sed potius S. Scripturæ contrariatur. Pascha enim debebat celebrari simul a tota congregatione filiorum Israël, et post mactatam communem victimam in templo Jerusalem. IX, 107.

Neomystæ consecrant cum episcopo. IX, 189. Neomystæ non communicant sub utraque specie, quia non sunt principales celebrantes. *Ibid.*

Nestorianismi synopsis historica. II, 338.

Nestorius, patriarcha Constantinopolitanus, dogmatizavit duas in Christo esse personas, unam divinam, aliam humanam, ac proinde B. Mariam virginem non esse matrem Dei, sed hominis. II, 308. Hæc hæresis damnata fuit in concilio œcumenico Ephesino. *Ibid.* Nestorius vere fuit hæreticus. 380.

Nicæa, in qua primum concilium generale congregatum fuit, erat metropolis Bithiniæ ; non Nicæa Thraciæ. II, 39.

Nicænum concilium convocatum fuit anno æræ communis 325, Sylvestri summi Pontificis 12, Constantini imperatoris 20, consulibus Paulino et Juliano ; et eodem anno absolutum. II, 39 et V, 239. Adfuerunt huic concilio trecenti et octodecim episcopi præter plurimos clericos et philosophos : adfuit Constantinus Magnus. II, 40 et V, 239. Concilium Nicænum tribus de causis fuit celebratum : 1° ad componendas ecclesiarum dissentiones circa tempus Paschatis celebrandi ; 2° ad extinguendum Meletii schisma ; 3° et maxime, ad damnationem hæresis Arianæ. II, 40 et V, 240. Petiit confirmationem a S. Sylvestro. V, 237. Viginti canones disciplinam spectantes a patribus Nicænis editi sunt. II, 40. Disputant theologi præsertim circa tertium de cælibatu clericorum, et circa sextum de sede Alexandrina quam Romanæ æquiparat quoad jura patriarchalia. II, 40 et V, 337.

Nicænum II concilium, generale VII, fuit celebratum anno 787, sub Adriano I, contra Iconoclastas. V, 233, 242.

Nicephorus (S.) patriarcha contra Iconomachos imperatores decertavit. III, 151.

Nicodemum Christus instruxit de regeneratione spirituali mediante sacramento sensibili in aqua. VIII, 387.

Nicolaus I jussit Bulgaros confirmatos a presbyteris Græcis iterum confirmari. IX, 29.

Nicolaus III erravit-ne circa dominium fratrum Minorum ? V, 204.

Nihil ex nihilo fit : hoc axioma est-ne verum aliquo modo? II, 239.

Noe, missis sortibus, divisit terram inter tres suos filios, ita ut Sem obtigerit Asia, Cham Africa, et Japhet Europa : ita S. Epiphanius. V, 61. Probabile est Noë non fuisse absolute et proprie ebrium, sed mero duntaxat incaluisse. VIII, 120, 121. Ad minus æque probabile est Noë absolute et proprie fuisse inebriatum : non peccavit tamen se inebriando, imo ejus ebrietas fuit mystica. 121, 122.

Noetus hæresim Praxeæ instauravit. II, 1.

Nomina non significant res nisi mediante conceptu imponentis seu loquentis, sunt ejus conceptuum signa et expressiones. I, 151. Nomina synonyma sunt quæ eamdem rem et sub eadem ratione seu eodem conceptu significant. 153. Tria nominum genera Deo tribuuntur, juxta triplicem eum cognoscendi modum. 152. Nomina essentialia, id est, quæ essentiam seu essentiam spectantia significant absque insinuatione Personarum, prædicantur-ne singulariter de tribus Personis? II, 139, 149. Nomina essentialia convenienter appropriantur Personis. *Ibid.* Tria sunt nomina notionalia cuilibet Personæ propria. III, 112. Nomina notionalia primæ personæ SS. Trinitatis sunt : Pater, ingenitus seu innascibilis, et principium ; secundæ, sunt : Filius, Imago, Verbum; tertiæ : Spiritus, donum, et amor *Ibid.* Cura habenda est de bono nomine. VI, 250.

Nominales non multum distant ab Aëtio et Eunomio circa distinctionem a se invicem et ab essentia, attributorum. I, 52.

Norvegia (in) quidam baptizabantur cerivisia. VIII, 432.

Notio in divinis nihil aliud est quam propria ratio cognoscendi divinam personam; vel, ut alii dicunt, ratio objectiva notificans Personam. II, 109, 110. Tria requiruntur ad veram rationem notionis divinarum personarum : 1° quod ad originem pertineat; 2° quod pertineat ad dignitatem; 3° quod sit aliquid speciale. *Ibid.* Sunt in divinis quinque notiones, non plures nec pauciores, scilicet : innascibilitas, paternitas, filiatio, spiratio activa et passiva seu processio. 110, 111. Actiones notionales præintelliguntur-ne proprietatibus seu relationibus? 142. Actus notionales sunt-ne voluntarii? *Ibid.*

Notitia ex objecto et potentia paritur. I, 123.

Novale est ager seu prædium de novo cultum, cum supra hominum memoriam non coleretur, ideoque modicum vel nullum fructum offerret. VII, 246.

Novatiani docuerunt post primam pœnitentiam quæ agitur in baptismo, peccantem non posse per pœnitentiam iterato restitui. IX, 239.

Novatianus fuit ordinatus a tribus episcopis. X, 80.

Novitiatus est mutuum experimentum quo religio ex una parte experitur mores et qualitates novitii, ut videat an expediat illum admittere vel ejicere ; et novitius ex altera parte experitur religionis austeritates et statuta suamque indolem, ut videat an sibi expediat illam profiteri. VI, 410. Non potest inchoari ante annum pubertatis. 411. Secluso privilegio, novitiatus debet durare per annum integrum; alioquin nulla est professio. 412. Annus debet esse continuus; alias est nulla professio. 414. Annus novitiatus non discontinuatur per exitum novitii e claustro sine licentia superioris. *Ibid.* Ex causa legitima tempus novitiatus potest prorogari. 415. Novitiatus debet regulariter peragi in habitu religionis quam intendit profiteri novitius. 410. A superiore debet accipere habitum. *Ibid.* Si post susceptum habitum superveniat amentia accidentalis causata ex morbo, non interrumpit nec suspendit novitiatum. 415. Nunc videtur jure novo quod novitiatus non possit valide perfici extra monasterium ordinis quem vult profiteri novitius. 411.

Novitii gaudent omnibus privilegiis professorum. VI, 418. Infirmitas novitii post susceptum habitum, etsi durans per totum annum, non discontinuat novitiatum, ita ut expleto anno, si aliunde sit habilis ad religionem, possit admitti ad professionem. 415. Qui justa de causa avocat candidatum aut novitium a religione non peccat, nec tenetur ad restitutionem. 276. Sunt sui juris. VII, 278. Novitius non potest donare bona sua donatione inter vivos, neque monasterio, neque aliis, nisi intra duos menses ante professionem. 46.

Nox artificialis complectitur duodecim horas ab occasu ad ortum solis. VII, 219. Nox artificialis dividebatur in quatuor quadrantes quæ dicebantur vigiliæ, vel custodiæ. *Ibid.*

Numerus sequitur divisionem. IX, 134.

Nummi ex iis quibus venditus est Christus Romæ in ecclesia S. Crucis et alibi ostenduntur. III, 160.

Nuptiæ per quædam bona excusantur, ideoque sunt licitæ. X, 142. Secundæ nuptiæ a quibusdam damnantur Patribus. 159.

O

Obcæcatio est privatio cognitionis veritatis. II, 209.

Obedientia. Objectum formale obedientiæ est voluntas superioris qua talis et ut a non superiore distinguatur. III, 53. Subditus debet-ne obedire præcepto superioris quando judicat erronee hoc præceptum esse aperte de re illicita? IV, 193. Subditus qui non est certus sed etiam debitat aut etiam probabilius judicat præceptum superioris esse de re illicita regulariter loquendo, potest et tenetur illi obedire, formando sibi conscientiam

moraliter certam suæ obedientiæ. *Ibid.* Obediendum est superiori quando non est certum id quod præcipit non sit contra Deum. *Ibid.* Ex denegatione obedientiæ enervatur auctoritas in superioribus et totum regimen subvertitur, quando ejus causa manifesta assignari non potest. *Ibid* et V, 368. Obedientia est virtus per quam aliquis sui superioris præcepto obtemperat, ex intentione satisfaciendi ejus præcepto. VIII, 4. Est duplex : materialis et formalis. *Ibid.* Obedientia formalis est specialis virtus ab aliis distincta. *Ibid* et 5. Non datur præceptum quo præcipiatur obedientia formalis. 9. Si obedientia consideretur essentialiter ex parte objecti, est inferior religione. VIII, 5. Si vero consideretur accidentaliter ex parte ejus quod contemnit ut inhærat Deo, est maxima inter virtutes morales. *Ibid.* Omnes obedientiæ sunt ejusdem rationis seu speciei. *Ibid.* Triplex obedientia potest distingui : prima, sufficiens ad salutem, quæ scilicet obedit in his ad quæ obligatur ; secunda, perfecta, quæ obedit in omnibus licitis ; tertia, indiscreta, quæ etiam in illicitis obedit. 7. Obediendum est Deo in omnibus ; homini vero superiori obediendum quidem, non tamen in omnibus. 6.

Objectum. In omni potentia vel habitu duplex distinguitur subjectum, materiale scilicet et formale : objectum materiale est id quod a potentia vel habitu attingitur quidem, non tamen ratione sui, sed ratione alterius. Objectum formale est id quod a potentia vel habitu attingitur ratione sui et ratione cujus cætera attinguntur. In objecto formali duplex ratio debet distingui : ratio *quæ*, et est ipsa res quæ attingitur, et dicitur objectum *quod*, et ratio *qua* seu *sub qua*, et est id quo mediante ratione *quæ* attingitur et dicitur objectum *quod*. I, 12. Objectum formale *quod* theologiæ et Deus sub ratione deitatis. *Ibid.* Objectum formale *quo* theologiæ, est divina revelatio virtualis et mediata. *Ibid.* Objectum materiale adæquatum theologiæ est omne cadit sub divina revelatione virtuali et mediata. 13. Objectum formala et specificativum alicujus scientiæ debet prædicari de omnibus partibus illius semper in recto. 14. Objectum est id quod primo et per se attingitur a voluntate. IV, 142. In objecto voluntatis duo sunt consideranda : unum quod est quasi materiale, scilicet ipsa res volita ; aliud quod est quasi formale, scilicet ratio volendi, quæ est finis. Ex parte objecti duplex conformitas inveniri potest, una ex parte voliti, alia ex parte rationis volendi, sive ex parte finis. 171. Peccata distinguuntur per objecta vel per fines intrinsecos. 306. Objectum unde habeat quod specie distinguatur in esse moris ? *Ibid* et 310. Quo objectum est propinquius voluntati, eo vehementius illam movet ; atqui objectum sensibile pro hoc statu est ipsi propinquius quam spirituale. 292.

Oblatio est illud quod non immutandum offertur immediate Deo, deputandum tamen vel cultui divino, vel usibus ministrorum. VII, 239. Oblationes de sui ratione habent quod sint liberæ et voluntariæ ; per accidens tamen potest contingere quod aliquis ex quadruplici capite ad eas teneatur : 1° ex contractu ; 2° ex deputatione ; 3° ex Ecclesiæ necessitate ; 4° ex consuetudine. *Ibid.* Cum sacerdos sit quodammodo sequester et medius inter Deum et homines, oblationes quæ a populo Deo exhibentur pertinent ad sacerdotes, ut eas fideliter dispensent, partim in cultum divinum, partim in proprios usus, partim in usus pauperum. *Ibid.* Religiosi possunt recipere oblationes tripliciter : 1° sicut pauperes ; 2° si sint ministri altaris ; 3° si parochiæ sint eorum. *Ibid.*

Obligatio alia est naturalis, vi legis naturalis et quoad forum poli ; altera civilis, vi legis positivæ et quoad forum fori. VII, 11, 12. Duplex est obligatio : realis, et personalis. 135. Realis est ea quæ ex ipsa re oritur et eam semper et ubique comitatur. *Ibid.* Personalis est ea quæ ex ipsa persona oritur et in ea est immediate, licet refundatur in illius personæ bona. *Ibid.* Obligatio semel extincta non reviviscit. 294. Obligationes parentum et superiorum correlativæ sunt ad obligationes filiorum et inferiorum. VIII, 14.

Obreptio aut subreptio si cadat supra causam principalem dispensationis, dispensatio est nulla. IV, 527. Si obreptio aut subreptio cadat supra causam impulsivam tantum et minus principalem ex malitia allegantis, probabilius est nulla ; si ex simplicitate et ignorantia allegantis, est valida, *Ibid.*

Obreptitium dicitur, quod obtinetur allegando falsum. IV, 527. Subreptitium, reticendo verum. *Ibid.*

Observantia. In observantiæ præcepto duo sunt consideranda : unum quod est finis, et est cultus divinus, seu quod homo vacet rebus divinis ; aliud est objectum præcepti in ordine ad hunc finem, et est cessatio operum. VII, 340. Observantia est virtus per quam homines aliqua dignitate antecellentes quodam cultu et honore dignantur. VIII, 3. Observantia est distincta a pietate. 4.

Vanæ observantiæ dicuntur, cum aliqua fiunt ad aliquem affectum ad quem nec a Deo nec a natura ullam vim habent ; vel cum ex consideratione alicujus eventus fortuiti conjicit quis aliquid prosperi vel adversi, et inde suas actiones moderatur. VII, 383. Si vero adjungantur vel characteres aliqui, vel aliqua nomina, vel aliæ quæcumque observantiæ, quas manifestum est non habere naturaliter efficaciam ad effectus intentos, erit superstitiosa et illicita observantia. *Ibid.* Adhibere simpliciter res naturales ad aliquos effectus producendos ad quos petantur naturalem habere virtutem, non est superstitiosa et illicita observantia. *Ibid.*

Obsides non licet occidere si sint innocentes. V, 369.

Obstetrices Ægyptiæ non fuerunt remuneratæ a Deo propter mendacium, sed propter timorem Dei et benevolentiam ex qua processit mendacium. VII, 398.

Obstinatio est firmitas in peccato per quam quis ab eo reverti non potest. II, 209.

Occasio peccandi dicitur id omne quod inducit ad peccandum. Est vel remota, quando raro inducit, vel proxima, quando frequenter. IX, 401. Non recte definitur occasio proxima peccandi illa in qua quis semper aut sæpius peccat. *Ibid.* Recte definitur, in qua quis positus verosimiliter aut verosimilius peccabit. 402. Occasio proxima peccandi alia est interna, et alia externa : externa est vel continua, vel interrupta. Item alia est absoluta et per se; alia respectiva et per accidens. Denique alia est involuntaria physice, alia involuntaria moraliter. *Ibid.* Nemo tenetur deserere occasionem remotam peccandi. *Ibid.* Ei qui est in occasione proxima quam neque physice neque moraliter sine peccato deserere non potest, confessarius non debet denegare absolutionem ; sed debet ei præscribere remedia quibus occasio ex proxima fiat remota : quæ si negligat, aut vix ulla sit emenda post unam vel alteram absolutionem, non debet amplius absolvi donec resipiscat. *Ibid.* Qui versatur in occasione proxima interrupta, ut qui sæpe peccat ex frequentatione alicujus puellæ, popinæ, chorearum, etc., potest prima vice absolvi, si appareat quod sincere proponat illam deserere. *Ibid.* Qui versatur in occasione proxima continua, ut qui alit domi concubinam quam et physice et moraliter sine peccato et gravi detrimento potuit et potest deserere, regulariter non est absolvendus, nisi de facto deseruerit, quantumvis nunc promittat eam deserere. *Ibid.* Excipitur periculum mortis. *Ibid.* Quando quis versatur in occasione proxima quam sine gravi detrimento famæ vel fortunæ deserere non potest, quid agere debet confessarius? 403.

Occidere peccatores sola auctoritate publica, non privata, licitum est. VI, 224. Seclusa auctoritate divina jubente vel permittente, lethale peccatum est occidere seipsum directe et ex intentione. 226. Non licet cuilibet occidere tyrannum. 224. Neque licet occidere seipsum indirecte, faciendo aut omittendo aliquid unde sequatur mors, licet non intenta; nisi adsit justa et rationabilis causa illud faciendi vel omittendi. 228. Nulli unquam nec etiam reipublicæ licet innocentem occidere directe et ex intentione, nisi sit ipsi facta a Deo specialis auctoritas. 229. Judex non potest condemnare reum ut seipsum occidat. 228. Non licet se occidere propter peccatum commissum, nec propter timorem consentiendi in peccatum. 227. Non est licitum occidere falsum accusatorem, falsum testem, aut iniquum judicem. 235, 236.

Occultum illud est quod non est publicum, etsi a quibusdam sciatur. IX, 379.

Oculus corporeus qui possit supernaturaliter elevari ad visionem Dei non est creabilis. I, 99, 102.

Odiosa sunt restringenda, et in pœnis benignior est interpretatio facienda. IX, 377.

Odium in communi est actus seu motus voluntatis quo quis malevole fertur in aliquid. V, 359. Est duplex : odium abominationis, quod opponitur amori concupiscentiæ. *Ibid.* Et odium inimicitiæ, quod opponitur amori amicitiæ. *Ibid.* Ultimum nascitur sæpe ex primo. I, 390 : IV, 257 : V, 359. Deus non potest odio haberi a beato qui videt illum clare per essentiam. 360. Potest odio haberi a viatore qui videt eum obscure tantum per effectus. *Ibid.* Odium Dei est ex genere suo omnium peccatorum maximum. *Ibid.* Est speciale peccatum in Spiritum sanctum. *Ibid.* Odium Dei formale et expressum est peccatum speciale exprimendum in confessione. *Ibid.* Odium abominationis proximi est duplex, scilicet odium abominationis ipsius personæ, et qualitatis proximi. *Ibid.* Est ex genere suo peccatum mortale; potest tamen fieri veniale ex indeliberatione actus, et ex levitate materiæ. 360, 361.

Œcolampadius (Joannes) Zuinglio adhæsit. IX, 44.

Offensa potest considerari ex parte actus, et ex parte subjecti. IV, 454. Offensa Dei est ordinis altioris quam pœna. 422. Offensa triplex distinguitur : simplex, injuriosa, damnosa. Tria attendi possunt in eo qui reconciliationem petit : 1° remissio offensæ; 2° signa hujus remissionis; 3° remissio injuriæ et damni. V, 296.

Officium ecclesiasticum : *vide* Breviarium, Horæ canonicæ, etc. Unusquisque tenetur recitare Officium secundum formam specialem, hoc est, secundum distributionem in dies et tempora Breviarii cui astringitur, ita ut peccati lethalis reus foret qui passim pro libitu ab hac forma recederet. VII, 40. Qui non potest totum Officium recitare, vel quia est infirmus, vel quia caret Breviario, aut est aliis officiis necessariis occupatus, potest autem partem, tenetur ad illam. 44. Qui non potest solus recitare totum Officium, tenetur assumere socium, si commode haberi possit. 45. Qui mutilant Officium aliquo modo, peccant pro quantitate materiæ. 43. Si mutatio in ordine Officii sit levis, etsi fiat sine causa, non excedit culpam venialem. 41. Quædam causæ excusant a recitatione Officii secundum ordinem præscriptum. *Ibid.* In Officio ecclesiastico quædam falsa contineri possunt circa veritatem historiæ. V, 113. Integrum Officium venerabilis Sacramenti, quale legitur inter opuscula D. Thomæ, num. 57, et ab universa Ecclesia Latina canitur, opus est genuinum S. Doctoris. VIII, 108.

Omissio potest esse indirecte voluntaria, et mera privatio. IV, 54. Alia est omissio culpabilis, et alia voluntaria. 56. Ut omissio sit voluntaria, non requiritur præceptum ponendi actum qui omittitur. *Ibid.*

Omnipotentia simpliciter est solius Dei proprietas. III, 19. Attingit omne factibile implicationem non involvens. 20. *Vide* Deus.

Opera quæ disponunt ad justificationem non sunt peccata. III, 332. Omne opus ad salutem pertinens, vel est dispositio ad gratiam sanctificantem, vel est meritorium vitæ æternæ. 337. Opus malum pœnam meretur. 448. Opus indifferens non datur in individuo, et si daretur, neque pœna, neque præmio dignum foret. *Ibid.* Opera supererogationis, imo quandoque præcepta Ecclesiæ, possunt et debent omitti pro salute non solum spirituale, sed etiam corporale proximi. V, 303.

Opus ex voto factum melius est et magis meritorium quam sine voto factum. 265. Triplicis generis opera distinguuntur : liberalia, servilia, et communia servis et liberis. 346. Opus servile dicitur a servitute. 342. Opera quæ sunt servilia secundum se, ratione necessitatis propriæ vel alienæ, fiunt communia et consequenter licita diebus dominicis et festis. 349. Quatuor genera operum servilium ex consuetudine diebus dominicis et festis sunt licita. *Ibid.* 1° Aurigarum ; 2° coquorum et pistorum ; 3° quæ pertinent ad nitorem domus ; 4° quæ pertinent ad decentem hominis compositionem. 350. Quædam alia ex consuetudine permitti possunt. *Ibid.* Quadruplicis generis opera ob homine elevato ad ordinem supernaturalem dici possunt : alia sunt viva, alia mortua, alia mortifera, alia mortificata. IX, 283. Opera viva sunt quæ procedunt a principio vitæ spiritualis scilicet a gratia ; mortua non procedunt a gratia ; mortifera sunt peccata, quæ gratiam destruunt ; mortificata a gratia processerunt, sed per peccatum subsequens non obtinent suum effectum. *Ibid.* Opera nostra nullius sunt valoris apud Deum nisi quantum ab eo acceptantur. 467.

Operatio finita quæ est accidens non constituit naturam operantem, sed constitutam supponit. I, 47. De ratione operationis infinitæ et per se subsistentis non est quod egrediatur ab operante, sed tantum quod sit ejus ultimus actus cum ipso indentificatus absque virtuali distinctione. *Ibid.* Operationes sequuntur formas, quæ sunt agendi principia. III, 47, 48. In Christo sunt duæ voluntates et duæ operationes seu volitiones, divina et humana. *Ibid.* Non possumus operari in commodum Dei velut intrinsecum, quasi ex operibus nostris aliquid accrescat Deo. 453.

Ophitæ sive Serpentini tam dementes fuerunt ut assererent serpentem illum qui primos parentes decepit esse Christum. II, 309.

Opifices qui furcas, rotas, patibula, etc. conficiunt aut vendunt, etiam immediate ante executionem, non sunt irregulares; secus qui ad locum supplicii applicant aut deferunt, saltem ex officio. VI, 263.

Opinio est assensus mentis in unam partem contradictionis cum formidine alterius. IV. 209. Opinio quæ stat pro lege est tutior. 210. Opinio quæ stat pro libertate est minus tuta. *Ibid.* Probabilitas opinionis petitur ex apparentia veritatis. *Ibid.* Securitas opinionis consistit in remotione a periculo peccandi. *Ibid.* Opinio probabilior est regula actionum per accidens, si non per se saltem. 227. Opinio probabilis potest considerari dupliciter comparative ad oppositam. 209. Motiva probabiliora unius elidunt efficaciam motivorum oppositæ. *Ibid.* Licitum est sequi opinionem inter probabiles probabilissimam. 242. In concursu duarum opinionum de honestate objectiva actionis, non est licitum sequi minus probabilem et minus tutam, relicta probabiliori et tutiori, juxta sententiam communiorem. 213. Quando agitur de sola honestate objectiva actus, licitum est sequi opinionem manifeste et solide probabiliorem minus tutam, in concursu minus probabilioris tutioris. 241. Licitum-ne est sequi opinionem quam directe judico minus probabilem, sed quam reflexe scio a multis sustineri ut probabiliorem, absque eo quod illi ut veræ assentiar? 251. Licet-ne unicuique sequi opinionem quam primo aspectu existimat probabiliorem? 252. Ex opinione tantum probabiliori potest, mediante judicio reflexo, formari conclusio practice certa. 247. Imprudenter agit qui operatur secundum opinionem minus tutam in concursu tutioris. 220, 222. Inquisitio opinionis probabilioris non est intolerabile incommodum. 227. Auctoritas unius doctoris non sufficit communiter ad reddendam aliquam opinionem absolute probabilem ut in praxi tutam. 253. *Vide* Probabilismus. Opinio laxior est ea quæ, cum faveat libertati, est minus aut non magis probabilis, quam quæ favet legi. VI, 49.

Optatus (S.) Milevitanus ab errore Rebaptizantium immunis videtur. VIII, 353.

Oracula Sibyllina laudata fuere a pluribus scriptoribus. II, 341. Oracula paganismi tribuenda sunt dæmonibus et sacerdotibus. V, 20.

Oratio. Datur-ne præceptum recitandi quotidie Orationem Dominicam? V, 315. præsertim ex motivo charitatis. *Ibid.* Oratio in genere est petitio quædam. VI, 186. Oratio religiosa, est *petitio decentium a Deo ;* quidam addunt, *cum ascensu mentis ad Deum. Ibid.* Oratio est formaliter actus rationis, originaliter et præsuppositive voluntatis. *Ibid.* Oratio ut actus religionis nihil aliud est quam subjectio mentis ad Deum profitentis se eo indigere ut auctore bonorum. 183. Deus ordinavit orationem tanquam causam secundam ad obtinenda ab eo bona quibus indigemus. 187. Oratio est necessaria

cessitate præcepti, tum divini, tum naturalis. *Ibid.* Perutile est ac convenientissimum orare. *Ibid.* Qualitas orationis non tam ex verbis quam ex sensu petenda est. 195. Oratio mentalis et vocalis non sunt duæ species orationis distinctæ. 228. Oratio vocalis est-ne vera oratio sine attentione interna? 227. Oratio communis, quæ scilicet per ministros Ecclesiæ in persona totius fidelis populi Deo offertur, debet esse vocalis. 203. Oratio privata, quæ offertur a singulari persona pro se vel pro aliis, non debet necessario esse vocalis. *Ibid.* Oratio secundum se spectata non potest esse continua. 202. Oratio secundum causam spectata, nempe desiderium salutis, debet esse continua. *Ibid.* Attentio quæ orationi vocali adhiberi potest, est triplex : superficialis, qua attenditur ad verba, ne aliquis in eis erret; litteralis, qua attenditur ad sensum verborum; spiritualis, qua attenditur ad finem orationis, scilicet ad Deum, et ad rem petitam. 224. Duplex ordo in oratione distinguitur : alter ad rem petitam; alter ad superiorem a quo petimus. 186. Solus Deus est orandus, ut is qui per se præstare potest quæ petimus. 189. Neque divinis personis, neque brutis animantibus, sed soli creaturæ intellectuali convenit orare. 202. Nedum utilis est et conveniens oratio ad salutem, sed et omnibus adultis est necessaria necessitate medii, non quidem ex natura rei, sed ex dispositione divina. 189. Orandum est non solum, pro nobis sed pro omnibus aliis hominibus viventibus, nullo excepto, sive fideles sint sive infideles, sive amici sive inimici, sive excommunicati sive non. 200. Oratio, præter effectum spiritualis consolationis quam præsentialiter offert, est meritoria, impetratoria, et satisfactoria. 203. Tres sunt conditiones quibus concurrentibus orans semper impetrat quod petit, ut scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, pie et perseveranter. *Ibid.* Licitum est et utile orare sanctos in cœlis cum Christo regnantes, sive Angelos, sive homines, ut intercessores qui a Deo impetrent quæ petimus. Est de fide. 189. Sancti in cœlis cognoscunt divina revelatione orationes in hac vita degentium. 192. Oratio specialis facta pro uno existente in purgatorio plus ei prodest quam generalis. 202. Oratio peccatoris ex bono desiderio naturæ gratia præventæ procedens, auditur a Deo ex misericordia. 203. Oratio peccatoris publico officio fungentis et orantis nomine totius Ecclesiæ, est meritoria. *Ibid.* Convenienter assignantur septem petitiones Orationis Dominicæ. 199.

Ordo. Conferens simoniace ordines sive majores sive minores, 1° est excommunicatus; 2° est suspensus a cujusvis ordinis etiam tonsuræ collatione et ab executione omnium munerum pontificalium, ut a consecratione templorum, benedictione vestium sacrarum; 3° est illi interdictus ingressus Ecclesiæ. VII, 470. Quidam extendunt excommunicationem hanc ad eos qui pro prima tonsura, vel pro litteris dimissorialibus aut testimonialibus, aut sigillo aliquid simoniace accipiunt. *Ibid.* Suscipiens simoniace aliquem ordinem, 1° est excommunicatus; 2° est suspensus ab executione ordinum et probabilius omnium; 3° si in ea suspensione ministret, fit irregularis, utpote violans censuram, et privatur ipso facto omnibus dignitatibus, beneficiis, officiis, et fit inhabilis ad omnia. *Ibid.* Ordo, ordinatio, ordinare, ordinari, non semper apud antiquos significant sacramentum ordinis conferens characterem, sed quandoque restitutionem honoris et privilegiorum atque exercitii potestatis suspensæ, quæ fiebat resipiscentibus cum impositione manuum. X, 53. Ordo generaliter sumptus significat habitudinem seu relationem prioris et posterioris. 27. Ordo dicitur ipsa actio qua conferuntur diversi gradus ordinis clericalis. *Ibid.* Datur in Ecclesia ordo clericalis ad sacra ministeria obeunda. 27. Ordo seu melius ordinatio est, juxta Magist. Sentent. signaculum quoddam Ecclesiæ, quo spiritualis potestas traditur ordinato. 28. Ab aliis bene etiam definitur : Sacramentum novæ legis, quo traditur spiritualis potestas et confertur gratia ad debite obeunda munia ecclesiastica. *Ibid.* Ordo seu ordinatio qua in Ecclesia inaugurantur sacri ministri, est verum et proprie dictum novæ legis sacramentum. *Ibid.* Ordines alii dicuntur sacri, alii non sacri. 33. Distinctio ordinum est accipienda secundum relationem ad Eucharistiam. 31. Sunt septem ordines : presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, acolythatus, exorcistatus, lectoratus, et ostiariatus. 30. Christus instituit omnes ordines. 36. Quando illos instituit incertum est. *Ibid.* Duplex distinguitur minister sacramenti ordinis : ordinarius, et extraordinarius. 48. Christus determinavit saltem in genere materiam ordinis. 41. Duplex potestas confertur sacerdoti in sua ordinatione : una in verum Christi corpus, ad illud consecrandum; altera in corpus Christi mysticum, ad illud pascendum et judicandum in foro interiori. 42. Qualis contactus materiæ est necessarius necessitate sacramenti, non solum in presbyteratu, sed etiam in aliis ordinibus. 45. Novem conditiones seu dispositiones requiruntur in ordinando, ad licitam susceptionem ordinum, scilicet : vocatio, recta intentio, probitas morum, scientia, ætas legitima, titulus, ordinatio gradatim et non per saltum, ac tandem immunitas ab irregularitate. 58. Titulus est jus perpetuum ad necessaria pro congrua et decenti sustentatione clerici, sive ex beneficio, sive ex patrimonio, sive ex professione religiosa. 61. Triplex est titulus : beneficii, patrimonii, professionis religiosæ. *Ibid.* Ante duodecimum sæculum nemo ordinabatur nisi titulo beneficii. 61. Ordinatio debet fieri per gradus, non per saltum. 63. Ordinatio per saltum dicitur quan-

do quis, omisso ordine inferiori, suscipit superiorem. *Ibid.* Quamvis ordinatio per saltum sit graviter prohibita, est valida. *Ibid.* Ordinationes factæ ab episcopis intrusis, hæreticis, schismaticis, excommunicatis, degradatis, aut simoniacis, modo aliunde necessaria ad earum validitatem adhibeantur, scilicet materia, forma et intentio faciendi quod facit Ecclesia, sunt validæ, sed illicitæ. 52, 53. Ordo sacer jure ecclesiastico dirimit matrimonium subsequens. 188.

ORGANORUM usus et aliorum instrumentorum musicorum, est nunc conveniens in ecclesiasticis officiis. VII, 337.

ORIGENES. Eruditi disputant de mente Origenis circa mysterium consubstantialitatis Verbi. II, 25, 30. Theologi catholici Origenis defensionem suscepere. 394. Dicitur parens pelagianismi et aliarum hæreseum. III, 246. Origenes posuit dæmones et homines damnatos aliquando liberandos esse a pœnis. IV, 41, 405. Quid fecit ad faciliorem usum omnium versionum Græcarum? V, 74. Origenes negavit varios errores quos ipsi attribuebant ut suos. 242. S. Sabæ monachi errores Origeni attributos disseminabant. *Ibid.* Origenes fuit reprehensibilis seipsum evirando. VI, 258, 286.

OROSIUS non testatur Romæ christianos morari ante adventum Petri. V, 158.

OSCULA alia sunt honesta; alia inhonesta. VIII, 192, 193. *Vide* AMPLEXUS.

OSIANDER impanationem tenuit. IX, 74.

OSIUS Cordubensis concilio Nicæno generali I, nomine S. Sylvestri præfuit. II, 287: V, 259. Quid de ipso censendum est? II, 294.

OSTIARIATUS est unus ex quatuor minoribus ordinibus. X, 47, 48. Materia ostiariatus est traditio clavium ecclesiæ; forma, hæc verba: *Sic age quasi*, etc. *Ibid.*

OTIOSUS est ille qui non facit quod debet facere et quod conducit ad suum debitum finem. IV, 165.

P

PACIANUS (S.) non fatetur blasphemiam in Spiritum sanctum esse absolute irremissibilem. IX, 241.

PACTA pacis inita metu belli injusti sunt servanda. V, 372.

PAGANI existimabant-ne sua simulacra esse deos? III, 135. Pagani aliquam Eucharistiæ notionem, sed obscuram, habuisse videntur. IX, 70.

PALAMITÆ originem ducunt a Gregorio Palamo; distinguebant etiam secundum rem inter essentiam divinam et ejus operationes. I, 52. Visionis beatæ possibilitatem negarunt. 107.

PALÆSTINA, sicut aliæ Orientales et Australes plagæ est temperatissima; ideo media hieme greges sub dio pernoctant, et pastores juxta accubant. III, 176.

PALPO: *vide* ADULATOR.

PALUDANUS intentionem externam posse defendi dicit. VIII, 330.

PAPA in tota Ecclesia est simpliciter et absolute ordinarius. IX, 336. Papa potest absolvi, ut peccator. 361. Papa dispensat in voto. X, 166. *Vide* SUMMUS PONTIFEX.

PAPIAS fuit auctor erroris Millenariorum. IV, 32. Non fuit episcopus Hierosolymitanus, neque Joannis Apostoli discipulus. *Ibid.* Fuit pertenuis ingenii. *Ibid.* Magnam venerationem adeptus erat in Ecclesia. *Ibid.*

PAPHNUTIUS confessor dissuasit-ne concilium generale Nicænum cum vellet statuere ne clerici majorum ordinum uterentur uxoribus prius ductis. X, 66.

PARACLETI nomen *seu consolatoris*, est nomen singulare Spiritus sancti. II, 138.

PARADISUS Græce, Latine hortus, interdum sumitur pro statu veræ beatitudinis; interdum pro horto singulariter amœno. II, 293. Paradisus de quo agitur Gen. II, est locus vere corporeus. Est certa et communis tam apud Patres quam apud theologos. *Ibid.* Paradisus terrestris est aliquis locus particularis et non tota terra. 294. Probabilius est Paradisum terrestrem esse in Oriente; in qua autem determinata parte Orientis, incertum est 295. Probabilius est etiam nunc existere Paradisum terrestrem, licet quidam contrarium teneant. 296.

PARASCEVE Paschæ est præparatio ad celebrandum Pascha, seu vigilia Paschæ. IX, 105.

PARENTES. Primum peccatum primorum parentum fuit superbia. II, 300. Appetivere divinam similitudinem. 303. Prima pœna peccati primorum parentum, utrique communis per se et directe a Deo imposita, est amissio justitiæ originalis et supernaturalium donorum illi annexorum. 304. Secunda pœna, mors. 305. Primi parentes consuerunt sibi folia ficus ad propriam nuditatem tegendam. 298. *Vide* ADAM, EVA. Parentes possunt verberare filios, aliasve similes pœnas leviores, sive privativas, sive positivas illis infligere non solum causa correctionis et disciplinæ, sed etiam amore justitiæ. VI, 259. Furti lethalis rei sunt cum onere restituendi parentes qui ex bonis quorum filii habent dominium et administrationem, partem notabilem ipsis invitis surripiunt. 295. Justis de causis parentibus testantibus, licitum est uni proli plus relinquere quam aliis. VII, 61. Parentes qui sive directe metu, vi, fraude, sive indirecte durius cum liberis agendo in victu, in vestitu, etc., eos invitos compellunt ad religionem, clericatum aut matrimonium, sunt rei peccati gravissimi. VIII, 5, 8. Quid filiis illegitimis debeant parentes? 15, 16. Parentibus prohibetur graviter suscipere propriam prolem,

427. Generaliter loquendo parentes debent filiis amorem et educationem tam temporalem quam spiritualem. 14, 15. Parentes peccant contra amorem debitum filiis, qui eos pravo affectu prosequuntur, vel exterius sine causa eos affligunt. *Ibid.* Graviter peccant parentes qui sine justa causa filios aut filias, sive directe sive indirecte, impediunt aut retrahunt a statu assumendo. 9, 10.

PAROCHUS tenetur audire confessiones suorum parochianorum, quando hi tenentur confiteri, scilicet semel in anno et in mortis articulo. IX, 398. Ultra hunc duplicem casum assignatum, tenetur quoties parochiani rationabiliter volunt confiteri. *Ibid.* Tempore concilii Lateranensis abusus irrepserat, ut parochi tot quot possent parochianos ex aliis parochiis ad se attraherent pro confessione annua, ut ex eis decimas perciperent. 362. Vagabundorum quis est proprius parochus? X, 223. Parochus est proprius sacerdos. *Vide* SACERDOS.

PARTICIPANS est duplex : in præda, et in crimine. Prior est ille qui post damnum illatum partem prædæ seu furti accipit. Ad quid tenetur? Posterior est non solum is qui immediate per se cum alio actionem damnificativam exercet, ut si duo simul occidant hominem, etc.; sed etiam illi qui ad damnum inferendum præbent auxilium seu instrumenta. VI, 161. Ad quid tenentur hi participantes? *Ibid.*

PARTUS sequitur ventrem. X, 184. *Vide* PROLES.

PARVULI. Certum est de fide parvulos morientes cum peccato originali pati pœnam damni. IV, 409. Non autem patiuntur pœnam sensus. *Ibid.* Per accidens parvuli puniuntur in hac vita pœna sensus. 415. Parvuli morientes cum solo peccato originali nullam tristitiam, nullum dolorem percipiunt ex privatione visionis beatificæ. 416, 417. Non sunt tamen beati beatitudine naturali. *Ibid.* Parvuli diligunt Deum ut auctorem naturæ dilectione naturali et necessaria. 419. Sola fides interior parentum sine ullo signo exteriori sufficiebat-ne in statu legis naturæ ad salutem parvulorum juxta SS. Patres? VIII, 244. Fides parentum sufficiebat-ne sola in lege naturæ et in lege scripta, ante octavum diem, ad salutem parvulorum? 430, 431.

PASCHA die dominica post lunam decimam quartam Martii celebrandum esse decrevit synodus Nicæna. V, 239, 240. Circa tempus celebrandi festum Paschæ orta est controversia anno 170, quæ magis exarsit tempore Victoris papæ; plura concilia ad dirimendam quæstionem celebrata sunt, tam Romæ quam in Oriente; tandem hanc controversiam diremit concilium Nicænum. VII, 320. Si solemnitas Paschalis incideret in feriam sextam, transferri in sabbatum quidam falso asserunt. IX, 105, 106. Pascha seu Phase, id est, transitus, quare institutum fuit? 151.

PASCHASIUM, Corbeiensem monachum, realitatis dogma in Ecclesia invexisse falso asserit Claudius. IX, 55, 56.

PASSIO. Corporalis transmutatio est quasi materiale in passionibus, actus appetentis est quasi formale. I, 389. Omnes circumstantiæ mortis, passionis et resurrectionis Messiæ quæ præsentibus et viventibus Judæis, atque in conspectu orbis in nostro Jesu sunt adimpletæ, ita distinctæ prænuntiatæ sunt a Prophetis, ut non tam Prophetas quam Evangelistas, egisse videantur. II, 330. *Vide* CHRISTUS et JESUS. Communis omnium sensus est, passionem esse actum appetitus sensitivi quo quis ad aliquid afficitur vel ab eo refugit. Cur autem, cum sit actus, dicatur passio? IV, 254. Recte definitur cum Auctore, ex Damasceno : *Motus appetitus sensitivi ex imaginatione boni vel mali cum transmutatione corporali. Ibid.* Passio consequens voluntatem modo indicat majorem bonitatem moralem, modo auget. IV, 256. Passio antecedens rationem et voluntatem, diminuit bonitatem actus. 255. Passiones sunt undecim : sex in appetitu concupiscibili; quinque in appetitu irascibili. 254. Objectum concupiscibilis est bonum aut malum sensibile præcise. *Ibid.* Objectum irascibilis est bonum aut malum arduum. *Ibid.* Passiones possunt esse bonæ vel malæ moraliter. *Ibid.* Passiones animæ possunt considerari secundum se, et secundum quod subjacent imperio rationis et voluntatis. *Ibid.* Passiones animæ possunt se habere dupliciter, ad voluntatem et rationem. 255.

PATER æternus seipsum intelligendo produxit Verbum ex summa fœcunditate. I, 129. Datur in Deo vera paternitas et vera filiatio. II, 5, 6. Pater vocatur Deus potius quam Filius et Spiritus sanctus, per appropriationem. II, 32, 33. Pater cognoscit essentiam, attributa, relationes, creaturas omnes possibiles et futuras. 116. Pater non mittitur, quia a nullo procedit : potest tamen dari, quia quamvis nemo se mittere possit, potest tamen se dare. 146. Pater et Filius sunt unum principium Spiritus sancti. 132. Pater generat-ne voluntarie Filium? Pater et Filius spirant-ne voluntarie Spiritum sanctum? 145. Utrumque vere dicitur : quia generat, est Pater; et quia est Pater, generat. *Ibid.*—Pater aut mater non potest dare vel legare aliquid filio spurio per fideicommissum. VII, 61. Secundum jura antiqua pater poterat vendere filium in servum. VIII, 8. *Vide* PARENTES.

PATI dicitur tripliciter. IV, 254. Omne passibile patitur præsente activo agente. 415.

PATIENTIA est virtus qua mala æquo animo toleramus, ne animo iniquo bona deseramus per quæ ad meliora perveniamus, VIII, 48; seu qua quis laudabiliter se habet in patiendo quæ præsentialiter nocent, ut scilicet non inordinate ex eis tristetur. *Ibid.* Primus gradus patientiæ est tolerare sine murmuratione; secundus, sine lamentatione

et querimoniis apud alios; tertius, cum gaudio. 49. Patientia est pars fortitudinis tam potentialis quam integralis, sub diversa ratione. *Ibid.* Patientia est radix et custos omnium virtutum. *Ibid.* Quamvis patientia sit vero christiano summe necessaria, non est tamen potissima virtutum. 48.

Patriarcharum jus quodnam erat? V, 164. Dignitas patriarchalis est posterior Nicæno concilio, quoad nomen tantum. *Ibid.*

Patrinus seu susceptor requiritur in baptismo solemni. VIII, 425. Susceptor pertinet ad solemnitatem, non autem ad necessitatem sacramenti. *Ibid.* Si patrinus adhibeatur in baptismo privato, probabilius non contrahit cognationem spiritualem. 426. Ut quis sit patrinus : 1° debet habere animum munus patrini suscipiendi; 2° debet esse designatus a parentibus; aut eorum defectu a parocho; 3° probabilius debet tangere baptizatum, sive immediate, sive mediantibus vestibus. *Ibid.* Patrini aut matrinæ tenentur sub gravi susceptos imbuere fide, religione et moribus, præsertim si inter hæreticos nutriuntur. *Ibid.* Contrahunt cognitionem spiritualem cum baptizato, ejus patre et matre. *Ibid.* Quando quis suscipit infantem per procuratorem, committens non autem commissarius est patrinus. *Ibid.* Possunt esse plures susceptores ejusdem infantis. *Ibid.* Omnes indiscriminatim possunt-ne admitti ad munus susceptoris? *Ibid.*

Patronatus jus est potestas præsentandi aliquem ad beneficium ecclesiasticum vacans : dico vacans, alioquin foret irrita præsentatio. VII, 457. Jus patronatus est duplex : ecclesiasticum et laïcum. *Ibid.* Quo tempore patroni tenentur facere præsentationem? 458. Tribus modis ex dispositione juris acquiritur jus patronatus, dotatione vel ædificatione ecclesiæ, vel concessione fundi ut in eo ecclesia ædificetur : acquiritur etiam concessione Papæ et multiplicatis præsentationibus quod excedat memoriam hominum. 457.

Pauliciani in quo dicebant baptisma perfici? VIII, 384.

Paulus (S.) in raptu non amisit fidem habitualem. 1, 130. Pauli ignorantia fuit-ne causa motiva cur Deus ei fecerit misericordiam? III, 338. Paulus non potest coæquari Petro in regimine Ecclesiæ. V, 145. Paulus una cum Petro fundavit Ecclesiam Romanam; fuit coadjutor Petri in regimine Ecclesiæ Romanæ; frater Petri appellatur. 153. Restitit errori Petri. 154. Curam gessit gentium. *Ibid.* Fuit-ne omnino æqualiter primatus inter Petrum et Paulum? *Ibid.* Quo sensu videtur omnibus Ecclesiis præsidere? *Ibid.* Epistola ad Romanos scripta fuit dum Petrus ad huc exulabat Roma. *Ibid.* Paulus nullam Petri mentionem fecit. 156. Paulus nihil scripsit injuriosum Petro. 157. Conversio Pauli contigit anno primo a passione Christi. 158. Optat Paulus anathema esse a Christo pro fratribus. V, 391. Paulus apostolus juravit aliquando, sed juravit tantum scribens. VII, 313. Paulus vere et ex animo reprehendit Petrum, et non simulatorie. 417. Paulus prudenter observavit legalia inter Judæos. *Ibid.* Apostolus usus est potestate a Christo concessa remittendi peccata. IX, 234. Fuit justificatus statim in ipso instanti suæ conversionis in via. 321.

Paulus Samosatenus, a quo Paulianistæ, Antiochenus episcopus, dicebat Christum non esse Deum sed purum hominem. Damnata fuit hæc hæresis in duobus conciliis Antiochiæ habitis. II, 308.

Paulus V volebat-ne sententiam promulgare in Molinam? I, 226.

Pauper aliquis potest esse simpliciter et secundum quid. V, 343. Pauperes possunt habere virtutem liberalitatis. VIII, 24.

Paupertas religiosa, est voluntaria abdicatio voto firmata, rerum temporalium, quantum ad dominium, proprietatem et usum juris. VI, 382. Paupertas potest considerari secundum se, et secundum quod est instrumentum ad perfectionem acquirendam, 405. Si consideretur paupertas respective ad finem communem religionum, qui est vacare divinis officiis, possessio bonorum, quantum sufficit ad simplicem victum et amictum, non impedit perfectionem religionis. 406; si vero consideretur respective ad fines speciales religionum, erit perfectior religio si paupertas magis suo fini accommodetur. *Ibid.*

Pax et unitas subditorum est finis regiminis. V, 147. Pax est concordia omnium appetituum qui sunt in eodem. 337. Causatur a charitate. *Ibid.*

Peccare sub spe veniæ auget peccatum quando adest propositum perseverandi in peccato. V, 268. Minuit autem quando adest propositum abstinendi a peccato et pœnitendi, non tamen in fine vitæ tantum. *Ibid.* Non licitum est peccare sive mortaliter sive venialiter, etiam pro salute mundi. 302. Peccare ex mente obstinata aggravat peccatum. X, 88, 89.

Peccator potest-ne quovis momento converti ad Deum? 1, 307. Peccatores non sunt membra viva et perfecta Ecclesiæ, sed imperfecta. V, 96. Peccator non tenetur statim Deo satisfacere per pœnitentiam pro injuria ipsi per peccatum illata. VI, 175. Peccator petens aliquid in quantum peccator, id est, secundum desiderium peccati, vel etiam volens perseverare in peccato, non auditur a Deo ex misericordia, sed quandoque auditur ad vindictam. VII, 203. — Peccator alius est publicus, alius occultus : peccator publicus ita dicitur vel evidentia juris vel evidentia facti; peccator occultus est ille cui deest evidentia vel juris vel facti. VIII, 364. Peccatori occulto publice petenti non est denegandum sacramentum ubi sine ejus diffamatione et scandalo denegari non potest, ut si cum aliis accedat a sacram mensam. 365. Peccatori occulto occulte petenti, et publico,

sive occulte sive publice petenti, extra periculum mortis, deneganda sunt sacramenta, excepta pœnitentia et in aliquo casu matrimonium. Est communis. 564.

PECCATUM. Deus peccata permittit propter fines ipsi cognitos. I, 398. Deus non attingit malitiam peccati, sed ab ea præscindit. 380. Deus est causa actus peccati, non vero peccati. 385 et IV, 360. Actus qui dicitur materiale peccati, sumitur dupliciter, vel materialiter pro ipsa entitate physica præcise, vel formaliter pro ipsa entitate ut substrata deformitati. 1, 378. Peccati materiale a Deo causatur materialiter, non formaliter. *Ibid.* An formale constitutivum peccati commissionis consistat in positivo, an in privativo, non consentiunt theologi. 386 et IV, 281. Peccatum originale non est motivum reprobationis eorum quibus remissum est. I, 463. Dari non potest peccatum mere philosophicum. 1, 39 et IV, 281, 316. Duo in peccato distinguenda sunt : malitia moralis, quæ petitur ab objecto; et ratio offensæ seu injuriæ, quæ petitur ex dignitate personæ in quam peccatur. III, 97. Infinitas peccati varie explicatur. II, 347. Peccatum originale quod traducitur ab Adamo in posteros non probat traductionem animarum. 265. Peccatum habituale opponitur gratiæ unionis. III, 35. Peccatum generatim significat quemcumque defectum a lege vel regula. IV, 278 et V, 335. Peccatum recte definitur a S. August.: Dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam; et a S. Ambros. : Prævaricatio legis divinæ. IV, 279. Peccatum est actus inordinatus. 326. Actus peccaminosi duplex assignari potest causa efficiens : una interior, alia exterior. 327. Causa interior est duplex : alia immediata et proxima, scilicet ratio et voluntas; alia mediata et remota, scilicet apprehensio sensitivæ partis et appetitus sensitivus. *Ibid.* Deus nec est nec esse potest per se et directe causa peccati : id est, non impellit, movet, instigat ad peccatum; non jubet illud, non facit illud, neque per se, neque per Satanam, aut impios, tanquam per sua instrumenta. 356, 357. Deus neque per accidens et indirecte est causa peccati. *Ibid.* — Homo peccando incurrit triplex detrimentum, scilicet : maculam, in quantum privatur decore gratiæ; corruptionem naturalis boni, in quantum voluntas hominis Deo non est subjecta; reatum pœnæ, per quem homo peccando mortaliter meretur damnationem æternam. III, 366 : IV, 435. Subjectum peccati : *vide* APPETITUS SENSITIVUS. VIII, 103. — Peccatum, utpote concretum accidentale, duo importat : materiale et formale. IV, 354. Nullum peccatum formaliter sumptum, etiam veniale, potest esse in et a solo appetitu sensitivo, absque aliquo actuali influxu saltem interpretativo voluntatis. 320. Quoties voluntas peccat, præcedit saltem natura in intellectu aliquis error practicus proprie vel improprie dictus. 354. Peccatum est simpliciter pejus habitu malo. 277. — Omnia peccata non sunt inter se connexa. 313. Inæqualitas essentialis peccatorum petitur etiam per se et cæteris paribus ex virtutibus quibus opponuntur. 316. Peccatum eo gravius est quo opponitur directe et principaliter virtuti nobiliori. *Ibid.* Quantitas seu inæqualitas essentialis peccatorum in gravitate desumitur ex objecto. *Ibid.* Species peccati, seu prima essentialis et specifica ejus malitia, desumitur ex objecto primario et directe volito. V, 379. Peccata specie distinguuntur per ordinem ad objecta specie distincta in esse moris. IV, 305. Peccata specificantur a circumstantiis non stricte sumptis, sed prout transeunt in rationem objecti. 308. Gravitas peccati petitur etiam ex circumstantiis. 318. Gravitas peccati alia est essentialis, alia accidentalis. *Ibid.* Peccati gravitas augetur : 1° ex majori voluntate peccandi, 2° ex conditione tam personæ in quam peccatur quam personæ peccantis; 3° tandem aggravatur peccatum propter nocumentum ex illo sequens. 319. — Distinctio numerica peccatorum petitur ex interruptione morali actuum voluntatis. *Ibid.* Peccata quæ morali hominum æstimatione inter se non uniuntur censentur numero plura. 317, 318. Peccata, eadem manente voluntate, imo et eodem actu externo, multiplicantur numerice ex objectis numerice distinctis in esse moris. 310, 311, 312. Sunt quædam peccata intrinsecé mala fundamentaliter, independenter a lege æterna. 279. — Peccatum dividitur in originale et personale. 303. Personale subdividitur in actuale et habituale. *Ibid.* Actuale dividitur : 1° in mortale et veniale, 2° in peccatum commissionis et omissionis; 3° in peccata carnalia et actualia. 4° Aliud est contra Deum, aliud contra seipsum, aliud contra proximum. 5° Dividitur in peccatum cordis, oris, et operis; 6° in peccatum superabundantiæ seu per excessum, et peccatum per defectum; 7° in peccatum infirmitatis, ignorantiæ et malitiæ. 8° Peccatum aliud simpliciter tale, aliud in Spiritum sanctum. 9° Alia sunt peccata capitalia, alia quæ ex illis oriuntur. 10° Dividitur peccatum in proprium et alienum. 11° Tandem peccatum aliud dicitur materiale, aliud formale; et hoc duplici sensu. 303-305. — Peccatum originale est vere et proprie peccatum. 371. Peccatum originale non est ipsa substantia animæ rationalis ex peccato Adæ corrupta. 381. Peccatum originale non est actuale peccatum Adæ. *Ibid.* Peccati originalis essentia non consistit in reatu pœnæ. *Ibid.* Peccatum originale non consistit in morbida qualitate transfusa ab Adamo in posteros. *Ibid.* Peccatum originale non consistit in habitu inclinante hominem in bonum commutabile, tanquam in ultimum finem. 382. Essentia seu formale constitutivum peccati originalis consistit in privatione justitiæ originalis quoad primarium ejus effectum,

ut voluntaria nobis voluntate capitis. Est communis Thomistarum. 385. Secundum fidem catholicam tenendum est omnes omnino homines ex Adam seminaliter propagatos, secluso speciali privilegio, contrahere peccatum originale. 379. Si, Adamo non peccante, Eva peccasset, posteri non contraxissent peccatum originale. 377. Si Adamo non peccante, aliquis ex ejus posteris, puta Cain, peccasset, posteri Caini contraxissent-ne peccatum originale? 378. Peccatum originale traducitur per generationem. 375. Peccatum actuale Adæ in nos traducitur moraliter. 371. Mors, morbi, cæterique defectus corporales et miseriæ hujus vitæ, sunt effectus peccati originalis non directe et per se, sed indirecte et per accidens. 393. — Peccatum habituale consistit in privatione justitiæ. 372. Peccatum actuale dividitur in peccatum commissionis et omissionis. 281. Gratia et peccatum actuale opponuntur-ne privative? III, 436. In peccato commissionis est privatio rectitudinis debitæ in esse ipsi actui. IV, 295. Quidam dicunt esse tantum negationem. *Ibid.* Peccatum commissionis juxta quosdam dicitur specie distingui per virtutes, juxta alios per præcepta. 305. Peccatum commissionis per se loquendo est gravius peccato omissionis. 309. Peccata commissionis et omissionis distinguuntur specie et genere materialiter considerata, et formaliter si circa diversas materias exerceantur. 308. Peccata commissionis et omissionis, in esse moris considerata, si circa idem objectum ex eodem motivo procedant, sunt ejusdem speciei. *Ibid.* Peccatum omissionis consistit in privativo. 281. Peccatum omissionis potest esse absque omni actu qui sit de essentiali ejus ratione, non tamen sine omni actu qui sit causa vel occasio illius. 297. Peccatum omissionis specie distinguitur per ipsos actus omissos specie distinctos in esse moris. 305. Peccata quæ sunt directe contra Deum sunt omnium gravissima; deinde peccata contra substantiam hominis; tandem contra res exteriores. 316. In peccatis quæ fiunt contra proximum duo reperiuntur, nimirum : actio mala vexantis, et passio illius cui injuria infertur. 358. Peccata carnalia, per se et cæteris paribus, minora sunt quam peccata spiritualia. 317. Peccata quæ consistunt in verbis variantur in sua moralitate penes intentionem loquentis. 145. Peccatum internum non præbet alteri occasionem peccandi. V, 378. Dantur peccata interna quæ in sola voluntate consistunt, et peccata externa. IV, 183. Septem. numerantur peccata capitalia, scilicet : inanis gloria vel superbia, invidia, avaritia, ira, luxuria, gula, et acedia. IV, 305 et VIII, 45. Ad peccatum personale requiritur voluntarium personale, non sufficit voluntarium naturæ seu in causa. IV, 323, 344. Peccatum mortale dicitur quod mortem animæ affert et est æterna pœna dignum. 420. Probabilius est peccatum mortale in ratione offensæ esse gravitatis simpliciter infinitæ. 315, 455. Peccatum mortale est malum morale, bono honesto ut sic repugnans Est malum divinum, seu divinæ bonitati contrarium. Est malum ipsius hominis quem bono rationis nudat, jure ad beatitudinem, omnibus virtutibus et donis spoliat. Est aliquod speciale malum alicujus specialis virtutis honestati repugnans. IX, 262. Denique est injuria et offensa Dei quatenus est supremus Dominus habens jus proprietatis in omnes hominum actiones ut ad eum tanquam ad finem ultimum referantur. 263. Quodlibet peccatum mortale personale inducit reatum duplicis pœnæ, scilicet damni et sensus. Est de fide. IV, 401. Peccatum mortale ex se et intrinseca sui malitia inducit reatum pœnæ æternæ; peccatum veniale, reatum pœnæ temporalis tantum. 403. Peccatum quod ex se esset mortale potest fieri veniale ex duplici capite : 1° ex imperfectione actus qui non plene sit deliberatus; 2° ex levitate materiæ. 428, 429. Peccatum mortale et veniale essentialiter inter se differunt. 425 et IX, 275. Peccata mortalia sunt materia necessaria sacramenti pœnitentiæ. IX, 123. Peccatum veniale est conversio inordinata ad bonum creatum, sine aversione tamen a bono increato. 273. Peccatum veniale importat veram maculam, scilicet privationem fervoris gratiæ. 275. Peccatum potest dici veniale tripliciter : 1° ab eventu; 2° ex parte causæ; 3° veniale stricte. IV, 420. Peccata venialia sunt triplicis generis : 1° ex genere seu objecto; 2° ex levitate materiæ; 3° ex imperfectione actus. 427. Peccatum veniale est impedimentum accidentale gloriæ. IX, 275. Peccatum veniale ex genere disponit indirecte ad mortale ex genere, non directe; ad mortale autem, ex parte agentis, disponit directe. IV, 427. Peccatum quod esset ex suo genere veniale, potest multipliciter fieri mortale ex parte agentis et circumstantiarum. 428. Peccatum veniale ex imperfectione actus aut ex levitate materiæ, disponit directe ad mortale. 427. Quantumvis multiplicentur peccata venialia, nunquam possunt efficere unum peccatum mortale, nec illi æquivalere. 429. Continuatio in evitandis peccatis venialibus est difficultas difficultatum. III, 351. Peccata venialia facilius remittuntur quam mortalia. IX, 277. Remissio peccati venialis est redintegratio in familiaritatem Dei. 275. Quidam volunt ad remissionem peccati venialis nullam requiri pœnitentiam, sed sufficere quemcumque actum bonum. 272. Alii dicunt requiri pœnitentiam. 275. Media sententia est communior. *Ibid.* Sine gratia actuali per actum solis naturæ viribus elicitum non potest remitti peccatum veniale. 275. Peccata venialia remittuntur per sacramenta et sacramentalia. 276. Peccata venialia sunt materia libera sacramenti pœnitentiæ. 123. Gravitas vel levitas materiæ in iis peccatis quæ illam ad-

mittunt unde æstimanda est? IV, 430. In quibus peccatis datur vel non datur levitas materiæ excusans a mortali? 429. Parvitas materiæ excusans a mortali non datur in peccatis quæ directe contra Deum committuntur. *Ibid.* In peccatis contra religionem quandoque datur, quandoque non datur parvitas materiæ. *Ibid.* Resurgere a peccato non est tantum cessare ab actu peccandi, sed est hominem reparari ad ea quæ peccando amisit, nempe liberari a malis quæ per peccatum incurrit. III, 361. Remissio peccatorum est opus Dei. IX, 280. Conceditur absolute. *Ibid.* Est peccati destructio. *Ibid.* Remissio peccatorum non fit sine infusione gratiæ sanctificantis. 282. Peccata dimissa per pœnitentiam non redeunt per sequens peccatum quoad actum numero eumdem. 279. Peccata semel per pœnitentiam remissa non redeunt simpliciter per peccatum sequens, sed secundum quid tantum. 280. Peccatum inducit reatum pœnæ. IV, 398. Reatus pœnæ est condignitas seu debitum pœnæ propter peccatum luendæ. *Ibid.* Reatus pœnæ manet-ne post peccatum sive actuale sive habituale remissum? 399 et seqq. Nemo punitur pœna simpliciter et proprie dicta pro peccato alterius, sed unusquisque pro peccato suo punitur. 407. Si loquamur de pœna satisfactoria, contingit quod unus portet pœnam alterius. *Ibid.* Peccatum est pœna alterius peccati per accidens et secundum adjuncta 361. In peccato est duplex malum : unum Dei, cui est indignum et quem offendit; alterum hominis, cui est nocivum. IX, 319. Malitia peccati ut est malum et offensa Dei, in eo sita est quod contempto Deo habeat creaturam pro fine ultimo. *Ibid.* Peccatum habituale cujus voluntas est interrupta non statim tenetur peccator excutere. 302. Peccatum ex malitia dicitur non remitti quia difficile remittitur. 239. Peccatum ex infirmitate dicitur contra Patrem, cui tribuitur potentia. Peccatum ex ignorantia dicitur contra Filium, cui tribuitur sapientia. Peccatum ex malitia in Spiritum sanctum dicitur, quia illi tribuitur bonitas. *Ibid.* Peccatum ad mortem est id in quo quis impœnitens moritur, vel cujus affectus non deponitur et de quo pœnitentia non agitur quandiu est tale. *Ibid.* Peccatum obligans per se in quo differt a peccato obligante per accidens? 298. Omnia peccata mortalia deleri possunt per pœnitentiam in hac vita. 267.

Peculatus est furti species, quo quis ex bonis publicis aliquid surripit aut in suos usus privatos convertit. VI, 287.

Pedagium, est quod solvitur a viatoribus pro pontium et viarum conservatione. VI, 213.

Pelagiani admiserunt gratias actuales morales exteriores, scilicet legem, doctrinam et exempla Christi. III, 248. In secundo statu suæ hæreseos, admiserunt gratias actuales interiores ex parte intellectus. 252. Pelagiani admiserunt gratiam possibilitatis, seu quæ dat posse : in quo autem eam reponerent incertum est. 254. Pelagiani in ultimo statu suæ hæreseos ad semi-pelagianismum declinaverunt, cum aliquo tamen discrimine. 257. Pelagiani negantes peccatum originale, dicebant hominem propriis viribus posse bona opera facere quibus promereretur primam gratiam, sicque gratiam dari secundum merita. 353. Contendebant parvulos sine baptismate decedentes nullam pœnam pati, sed vita æterna perfrui. IV, 460. Pelagiani orationis utilitatem negarunt. VII, 185. Negabant baptismum esse necesarium ad peccati originalis deletionem. VIII, 466.

Pelagianismi synopsis historica. III, 246.

Pelagius, patrocinio Joannis Jerosolymitani fretus, suos errores latius et audacius sparsit. Accusatus hæreseos a duobus episcopis Gallis, Eros et Lazaro, in synodo Diospoli congregata, innocens errore facti declaratus est; patribus enim illuserat suis æquivocationibus. III, 247. Hanc synodum non approbavit Innocentius. I, 2. Præcipuus error Pelagii in hoc versabatur, quod diceret hominem habere tantum a Deo possibilitatem seu facultatem boni, a seipso autem solo ejus usum seu voluntatem et actionem, sicque quod bene viveret magis sibi quam Deo debere. 3. Alter præcedenti affinis erat, quod peccatum originale soli Adæ nocuerat, et ad posteros non transiret nisi imitatione, sicque quod liberum arbitrium esset in illis æque sanum et æque potens ac fuerat in Adam in nocente. *Ibid.* Ab hoc duplici errore nunquam recessit. *Ibid.* In aliis minus constans fuit. III, 248. Damnatus est Pelagius in conciliis Carthaginensi, Milevitano et Romano. 247.

Pelagius I purgavit se de suspectione fidei. V, 205.

Pelagius II quid censet de celebratione concilii generalis? V, 230.

Pepusiani Eucharistiam suam conficere perhibentur de sanguine infantis. IX, 113.

Permutatio simplex beneficiorum, facta auctoritate superioris, est licita et valida. VII, 459. Permutatio simplex, facta auctoritate propria est invalida et simoniaca jure ecclesiastico, non naturali. *Ibid.* Permutatio in spiritualibus quibus non est annexum temporale, est simoniaca et grave peccatum. 460. Permutatio privata beneficiorum inæqualium quoad dignitatem aut fructus, compensata inæqualitate dignitatis aut fructuum pecunia, vel pensione, est simoniaca jure naturali. 461. Probabilius permutans potest privata auctoritate redire ad suum beneficium, si ante completam permutationem alter moriatur aut ejus beneficium non sit permutabile. 463.

Pensio est jus percipiendi aliquos fructus ex beneficio alieno, non quidem titulo beneficii quod non habet pensionarius, sed titulo

officii ipsi impositi, aut concessionis ipsi factæ a superiore. VII, 458. Duplex est : una laicalis, quæ datur tam laicis quam clericis ; alia clericalis, quæ datur clericis qua clericis. Pensio clericalis duplex est : una quæ datur ob ministerium *spirituale*, et dicitur spiritualis ; altera quæ datur clerico qua talis, et dicitur *mixta*. *Ibid.* Quædam conditiones requiruntur ad obtinendam et possidendam pensionem. *Ibid.* Pensio extinguitur 1° morte pensionarii ; 2° ejus matrimonio aut professione religiosa ; 3° renuntiatione ; 4° redemptione. *Ibid.*

Peregrini olim secum deferebant Eucharistiam a sacerdotibus acceptam. IX, 186, 187.

Perfectio. Duplicis generis sunt perfectiones : quædam dicuntur simpliciter simplices ; aliæ simplices tantum secundum quid. I, 50, 72. Perfectio simpliciter simplex definitur, quæ est melior ipsa quam non ipsa ; id est, quam habere melius cuilibet enti, quam illa carere. *Ibid.* Perfectio simplex, tantum seu secundum quid, est quæ non est melior ipsa quam non ipsa. 76. Perfectio alicujus rei triplex est, nempe : 1° actualis existentia ; 2° qualitates superadditæ ; 3° consecutio finis. 395. Perfectionum communicatio. *Ibid.* *Vide* Idioma. Perfectio alia est essentialis, alia accidentalis. II, 240. Perfectionis opera magis laudabilia si ex voto fiant. III, 157. Triplex distinguitur perfectio vitæ spiritualis : prima, hominis absolute ; secunda, status episcopalis ; tertia, status religionis. VI, 404. Ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea quæ perfectionem promovent cum aliqua solemnitate. 377. Perfectio religionis non consistit essentialiter in paupertate, sed in sequela Christi. 404. Impedimenta perfectionis ex divitiarum possessione provenientia sunt tria : sollicitudo circa eas, earum amor, et elatio. 405. Solitudo non est essentia perfectionis, sed ejus instrumentum. 406.

Perfectum dicitur cui nihil deest secundum modum suæ perfectionis. I, 71, 76.

Perjurium, late et generaliter sumptum, est omne juramentum illicitum, hoc est, destitutum aliquo ex tribus comitibus, nempe veritate, judicio et justitia. Perjurium, stricte et proprie dictum, est *juramentum falsum*, seu *mendacium juramento firmatum*. VII, 412 ; IX, 154, 154. Perjurium promissionum cui deest veritas præsens, scilicet animus adimplendi quod juratur, est semper mortale ; si autem deest tantum veritas de futuro admittit levitatem materiæ. VII, 412. Omne perjurium assertorium proprie dictum, si sit perfecte deliberatum, est peccatum mortale nec admittit levitatem materiæ. *Ibid.* Perjurium defectu solius justitiæ, quandoque est, mortale quandoque veniale : defectu solius judicii ex parte causæ jurandi, est communiter veniale ; ex parte sufficientis inquisitionis de veritate, est mortale vel veniale pro ratione negligentiæ. *Ibid.* Non est perjurium nec ullo modo illicitum jurare cum restrictione late mentali et sub æquivocis, gravi urgente causa. 413. Perjurium est gravius homicidio, secundum se et ex objecto. 415, 416. Quænam sint pœnæ perjurorum ? *Ibid.*

Persæ filio permittunt, mortuo patre, novercam matrimonio ducere. X, 206.

Perseverantia finalis est permanentia in gratia usque ad mortem, seu conjunctio status gratiæ cum morte. III, 264, 265, 464. Donum perseverantiæ finalis non est idem ac donum confirmationis in gratia. 368. Ad perseverantiam finalem, sive diuturnam, sive brevem et brevissimam, requiritur speciale auxilium. 365 et seqq. Donum perseverantiæ potest-ne cadere sub merito saltem de congruo ? 466. Perseverantia ut virtus est continuatio operis virtuosi, qualecumque sit, usque ad finem quem ratio præscripserit. VIII, 50. Perseverantia est virtus specialis, annexa fortitudini ut secundaria principali. *Ibid.*

Persona est intellectualis naturæ individua et incommutabilis substantia. II, 90, 363, 368. Persona non est idem quod hypostasis et subsistentia. 91, 92. Persona importat concretum ex natura et subsistentia, completur et constituitur per subsistentiam. I, 50 : II, 103. Per id constituitur persona per quod redditur incommunicabilis. 98. Persona excludit triplicem communicabilitatem, scilicet 1° universalis ad inferiora, quia est singularis ; 2° partis ad totum, quia est substantia completa ; 3° naturæ ad suppositum, quia est ultimo terminata. 91. Ratio personæ proprie reperitur in divinis : est de fide. 92. Nomen Personæ dictum de Deo non reperitur in S. Scriptura quoad nomen, reperitur vero quoad significationem. 93. Tres Personæ dicuntur in divinis, non una persona. 107, 108. Individuum non potest dici de personis divinis. II, 108. Personæ divinæ possunt-ne dici tres substantiæ, sicut dicuntur tres hypostases seu tres personæ ? 92. Personæ identificantur cum essentia divina, et tamen disguuntur realiter inter se. 33, 140. Personæ constituuntur relationibus, et relationes fundantur in processionibus. 57, 93. Utrum tres personæ divinæ existant una existentia absoluta, an tribus existentiis relativis : affirmant quidam, negant communiter alii. 82. Personæ constituuntur-ne per origines activas et positivas ? 93. Personæ in divinis non distinguuntur inter se realiter nisi per relationes oppositas, juxta quosdam ; non vero juxta alios. 127. Personæ divinæ non distinguuntur inter se, se totis. Est contra Præpositivum et Gregorium Ariminensem. 94, 95. Prioritas inter divinas personas est duntaxat prioritas originis et *a quo* seu ordinis et rationis, nullatenus prioritas durationis et *in quo*. 118. Tres personæ sunt sibi similes. 144. Sunt coæternæ. *Ibid.* Sunt æquales in magnitudine et potentia. *Ibid.* In divinis personis est ordo naturæ. 145. —

Personæ particulares simoniacæ, in ingressu vel professione religionis, tam dantes quam accipientes, excommunicantur ipso facto. VII, 470. — Persona sacra est ea quæ Deo dicata est ad servandam castitatem per votum, sive sit solemne per professionem religiosam, sive solemnizatum per susceptionem ordinis, sive simplex. VIII, 165.

Perversitas vitæ humanæ in eo est quod fruatur utendis et utatur fruendis. IV, 432.

Petra. Per petram intelligenda est persona Petri moraliter sumpta. V, 148. 196. Petra significat aliquando Christum. *Ibid.*

Petrobrussiani infantes esse baptismo incapaces dixerunt. VIII, 454. Originem ducunt a Petro de Bruis. IX, 43.

Petronilla (S.) non celebravit sacra mysteria cum Febricula collactanea sua. IX, 188.

Petrus, isque solus, est institutus a Christo caput visibile Ecclesiæ : sive, soli Petro concessus est a Christo primatus non solum honoris et dignitatis, sed potestatis et jurisdictionis in apostolos et universam ecclesiam. V, 143. Petrus prius vocabatur Simon. 146. Confessio Petri fuit causa meritoria promissionis Christi. 150. Petrus fere semper ponitur primo loco. 152. Petri potestas in tribus præcellit potestati cæterorum apostolorum. *Ibid.* Petrum Romam venisse negant quidam inter Calvinistas. 154. Alii concedunt, sed negant fuisse episcopum Romanum; alii non rexisse hanc Ecclesiam usque ad obitum. *Ibid.* Petrus venit-ne Romam anno secundo Claudii? *Ibid.* S. Petrus Romam venit, ibique Ecclesiam fundavit, quam ad obitum usque rexit. 156. Petrus per Babylonem Romam intellexit. 154. Romæ Simonem magum vicit. 155. Romæ martyrio coronatus est. *Ibid.* Cruci affixus est. *Ibid.* Petrus non ita affixus erat Romæ quin interdum in varias provincias proficisceretur. 157. Mansit Antiochiæ annos septem. 158. Christus promisit instante passione indefectibilitatem in fide Petro. 177. Verba promissionis diriguntur-ne soli Petro vel aliis apostolis? 178. Quo sensu intelligunt hanc promissionem Christi indefectibilitatis Petri in fide, qui tenent pro fallibilitate summi pontificis? *Ibid.* Petrus amisit charitatem indirecte per formidinem, sed cito recuperavit eam. 291. Petrus publicavit peccatum occultum Ananiæ et Saphiræ tanquam executor Dei. 336. Circa reprehensionem S. Petri a Paulo, an sincere vel simulatorie acciderit gravis exorta est controversia inter SS. Hieronym. et August. VII, 417.

Petrus Cluniacensis impugnavit Petrum de Bruis. IX, 43.

Petrus Lombardus, dictus Magister sententiarum, theologicæ scholasticæ incrementum dedit duodecimo sæculo. I, 4.

Peyrerius (Isaac), de grege Protestantium, contendit Adamum non esse primum omnium hominum, sed ante ipsum fuisse alios homines, quos vocat Præadamitas. IV, 389.

Phantasiastæ dicebant corpus Christi esse incorruptibile etiam ante resurrectionem. III, 27.

Pharao poterat-ne obtemperare mandato Dei? I, 310.

Pharisæi quotidianis suis baptismis se purificabant. VIII, 387. Christus reprehendit Pharisæos et Scribas Legem perverse interpretantes. V, 294.

Philippensem pseudosynodum Ariani Sardicensem appellarunt. V, 241.

Philo totam historiam Paradisi quam narrat Moyses intelligit allegorice : negat Paradisum esse locum corporeum. II, 293.

Philosophi gentiles ex solis miseriis hujus vitæ independenter a sacra Scriptura et traditione collegerunt-ne peccatum originale? III, 295. — Quo sensu virtutes philosophorum sunt peccata? V, 336. Alio sensu sunt bona et virtutes. *Ibid.*

Philosophiam et ejus methodum Apostolus et SS. Patres improbant. I, 7.

Phison seu Ganges, Gehon seu Nilus, Tygris et Euphrates, sunt quatuor flumina Paradisi. II, 293.

Phlegons, Adriani imperatoris libertus, loquitur de tenebris quæ moriente Christo accidere. III, 215, 216. Ejus testimonium debet admitti. *Ibid.*

Phocas tribuit-ne episcopo Romano novum jus? V, 172.

Photinus, a quo Photiniani, Sirmiensis episcopus, hæresim Pauli Samosateni instauravit, circa annum 347. Damnatus fuit in concil. Mediolanensi. II, 2, 308.

Photius, vir ingenii acerrimi, sed summe malitiæ, S. Ignatii sedem usurpavit, et eum variis tormentis vexavit. V, 243. Anathemate confixus est a patribus concilii Constantinopolitani. *Ibid.* Postea in sedem restitutus. *Ibid.* Joannem pontificem delusit et schismatis Græcorum fundamenta jecit. *Ibid.*

Pietas est virtus per quam sanguine junctis patriæque benevolis officium et diligens tribuitur cultus. VIII, 1. Religio et pietas sunt duæ virtutes. Pietas est virtus specialis. *Ibid.* Pietas est vera et propria justitia, licet imperfecta. VI, 100. Pietas præeminet observantiæ. 3. Si quoddam opus quod videtur pietatis, puta quoddam officium in parentes, contrariatur religioni, ita ut retrahat a cultu Deo debito, non erit veræ pietatis opus. 2. Contingere non potest ut occasione religionis prætermittenda sint erga parentes veræ pietatis officia. *Ibid.*

Pignus formaliter sumptum definitur : Contractus quo res mobilis creditori traditur in securitatem debiti. VII, 172. De pignore juxta jus novum Gallicum. IX, 45 *in append.* De pacto legis commissoriæ in pignore. 37.

Pilatum nuntiasse Tiberio Cæsari gesta et miracula Christi, ejus mortem et resurrectionem, atque inde Tiberium tentasse apotheosim Christi apud senatum Romanum, est probabilissimum. III, 240.

Pingere est-ne opus servile? III, 134 : VII, 347.

Pisanum concilium, generale XVI, anno 1409 a cardinalibus utriusque obedientiæ convocatum est ad schisma luctuosum quod Ecclesiam lacerabat extinguendum. V, 249. Quidam a numero universalium rejiciunt, sed eorum sententia non videtur admittenda, *Ibid.*

Pisanum conciliabulum a novem cardinalibus Julio II infensis convocatum est. V, 252.

Piscatio ex triplici capite potest prohiberi : 1° ratione status personæ; 2° ratione publicæ utilitatis; 3° ratione loci. VI, 62.

Pisces non sunt magis delectabiles quam carnes. VII, 87. Pisces non prohibentur in die jejunii. *Ibid.*

Plagiatus, quo quis hominem sive liberum sive servum abducit in servitutem, est furtum speciale. VI, 287.

Plato existimavit quandoque urgente necessitate licitum esse uti mendacio. VII, 397.

Pluralitas. *Vide* Distinctio.

Poena stricte sumpta est malum punitivum et afflictivum, inflictum contra voluntatem passi in vindictam sui peccati. IV-400. Duplex est pœna : positiva et privati, va. 401. Utraque pœna damni et sensus est finita simpliciter et intrinsece, pœna tamen damni potest dici finita secundum quid. *Ibid.* Pœna damni non est æqualis in omnibus damnatis. 403. Pœna damni gravior est pœna sensus. *Ibid.* De fide est pœnas omnium damnatorum tam hominum quam dæmonum de lege communi fore æternas; sicque peccatum mortale in hac vita non remissum plectendum esse in inferno pœna æterna. *Ibid.* Pœna justa adæquatur culpæ quoad quantitatem, non vero quoad durationem. 404. Pœna satisfactoria non est semper pro culpa illius qui punitur. 407. In assignanda culpa debita peccato originali multiplex est sententia. 409. In quantum pœna est medicina non solum sanativa peccati præteriti, sed etiam præservativa a peccato futuro et provocativa in aliquod bonum, secundum hoc aliquis punitur seu potius affligitur sine culpa, non tamen sine causa. VIII, 22 et IV, 408. Multa obveniunt hominibus quæ videntur pœnalia, et quæ tamen non sunt simpliciter pœnæ, sed potius medicinæ, vel exercitium virtutis et cautela futurorum. VIII, 147. Remissa culpa per pœnitentiam, tollitur reatus pœnæ æternæ; at potest remanere et sæpe remanet reatus pœnæ temporalis. IX, 270, 452. Pœna culpæ veniali debita remittitur-ne per sacramenta et sacramentalia sicut ipsa culpa? 277. In pœnis duo sunt consideranda : 1° æqualitas cum culpa, ad hoc quod pœna sit justa; 2° utilitas, nam pœnæ quasi medicinæ quædam infliguntur ut his territi homines a peccato desistant. IX, 477 et VIII, 21. Pœna purgatorii taxatur radicaliter a Deo, antequam aliquid de ea remittatur, secundum quantitatem culpæ. IX, 462.

Poenitentia vera definitur a theologis, *animi dolor* et *detestatio de peccato* formaliter ut peccatum est. IX, 318. Vera pœnitentia est cessare a peccato. 307. Dicitur 1° secunda post naufragium tabula; 2° manuum impositio; 3° baptismus laboriosus; 4° mysterium reconciliationis; 5° exomologesis, id est confessio; 6° et metanoia, id est resipiscentia. 232. Virtus pœnitentiæ recte definiri potest : Habitus inclinans pœnitentem ad reparandam injuriam Deo illatam per peccatum. 264. Pœnitentia est virtus specialis. 261, 262. Pœnitentia est pars potentialis, seu species imperfecta justitiæ. 263. Pœnitentia est prima inter cæteras virtutes ordine temporis, quantum ad ejus actum qui primus occurrit in justificatione impii. 320. Objectum formale virtutis pœnitentiæ, est reparatio ad inæqualitatem juris divini læsi. 263. Pœnitentia deficit in aliquo a perfecta ratione justitiæ. *Ibid.* Pœnitentia respicit id quod est reddendum Deo ut offenso. *Ibid.* Pœnitentia distinguitur a timore filiali, *Ibid.*; a religione : habent enim distincta objecta formalia, *Ibid.*; a charitate : utraque respicit et odio habet peccatum, sub diversa tamen ratione formali. 262. Pœnitentia quoad habitum fuit in Adamo antequam peccaret; est in parvulis baptizatis : remanet in beatis. 263. Pœnitentia quæ ad mortem differtur est rarissima et difficillima. 320. Loquendo de potentia ordinaria, necessaria est per se pœnitentia formalis : loquendo de potentia absoluta, sufficit et requiritur pœnitentia eminentialis seu radicalis eadem persona manente. 268. Pœnitentia virtualis est cum aliquis hoc modo fertur secundum affectum in Deum, ut quidquid sibi occurreret quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret sibi et doleret se hæc commisisse, etiamsi actu de illo non cogitet. 274. Remissio peccatorum fit in pœnitentia per virtutem passionis Christi secundum modum applicationis ejus. 273. — Est in Ecclesia potestas remittendi omnia peccata post baptismum commissa, etiam graviora, ita ut nullum sit in hac vita irremissibile. 234 *et seqq.* Pœnitentia quæ in Ecclesia agitur, est verum et proprie dictum sacramentum : est de fide, 235, 242; distinctum a baptismo ejusve memoria. 235, 242. Physice definiri potest : *Confessio dolorosa peccatorum post baptismum commissorum, facta legitimo ministro absolvente sub præscripta verborum forma.* 249. Logice definiri potest : *Sacramentum a Christo institutum, significativum et collativum gratiæ peccatorum post baptismum commissorum remissive.* 250. Christus sacramentum pœnitentiæ tum præcipue instituit cum a mortuis excitatus insufflavit in Discipulos suos, dicens : *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

258. Sacramentum pœnitentiæ, in re vel in voto saltem implicito, est necessarium ad salutem necessitate medii lapsis post baptismum. 259. Est institutum, non solum ad tollenda peccata præterita, sed etiam ad præcavenda futura. 404. Institutum est a Christo per modum actus et processus judicialis. 246. Sacramentum pœnitentiæ est pluries iterabile. 259. Terrores conscientiæ incussi, quos Lutherani contritionem vocant, et fides seu fiducia remissionis factæ peccatorum, non sunt materia seu partes materiales sacramenti pœnitentiæ. Est de fide. 243. Manus impositio non est materia proxima sacramenti pœnitentiæ. 244. — Actus pœnitentiæ, contritio, confessio et satisfactio sunt-ne proprie materia proxima sacramenti pœnitentiæ, seu partes materiales ex quibus intrinsece componitur? 245. Vis sacramenti pœnitentiæ præcipue sita est in forma, quæ reponitur a concilio Trid. in verbis sacerdotis. 248. Probabilius est formam simpliciter deprecatoriam in sacramento pœnitentiæ non posse esse validam. 253. Ritualia, pœnitentialia, sacramentalia et pontificalia ante annum millesimum scripta, exhibent-ne solam formam deprecativam? 256. Formam deprecatoriam adhibendam esse in sacramento pœnitentiæ tenuit olim antiquus scriptor. 253. Hanc opinionem suscitavit Morinus. *Ibid.* Apud Græcos semper valuisse et adhuc valere contendit. 254. In sacramento pœnitentiæ quænam simultas materiæ et formæ requiritur? VIII, 226. Pœnitentia dicitur sacramentum mortuorum. 261. Sacramentum pœnitentiæ administrari potest absque confessione formali et explicita. 251, 321. Pœnitentia non est recompensatio offensæ præcise secundum arbitrium judicis, sed secundum voluntatem offendentis et offensi. IX, 245. Pœnitentia habet vim delendi omnia peccata in hac vita. 267. Non est vera pœnitentia de uno peccato, nisi sit de omnibus. 269. Non potest per pœnitentiam unum peccatum mortale remitti sine alio. *Ibid.* Unum peccatum veniale potest remitti sine altero. 270. Nullum peccatum remitti potest mortale sine infusione gratiæ. 269. Gratia quæ confertur per sacramentum pœnitentiæ commensuratur-ne dispositioni pœnitentis? 287. Per donum gratiæ non remittitur simul culpa et totius pœnæ reatus. 273. Reatus pœnæ temporalis quandoque non remanet in pœnitente. 271. — Fuit olim in Ecclesia usus triplicis pœnitentiæ, scilicet, privatæ, solemnis et publicæ. Privata in secreto agebatur ex præscripto confessarii, qualis nunc peragitur dum confessarius injungit certis diebus per mensem aut annum, jejunium et orationem. Pœnitentia solemnis erat, quæ peragebatur cum certis solemnitatibus, et secundum varios gradus. Publica erat, quæ quidem publice agebatur, sed sine solemnitatibus et gradibus : unde omnis pœnitentia solemnis erat publica, sed non e contra. 474. Ab exordio Ecclesiæ ad Montanum circa medium secundi sæculi, fuit æqualis usus pœnitentiæ publicæ, sed non solemnis. *Ibid.* Pœnitentia durior et diuturnior ortum habuit in Ecclesia a Montanistarum hæresi. *Ibid.* Pœnitentia solemnis ortum habuit ab hæresi Novatianorum. *Ibid.* Pœnitentia solemnis semel tantum concedebatur. 478. Pœnitentia solemnis olim quatuor gradus habuit, nimirum : fletus, audientia, substratio et consistentia. 475. Multiplex erat in pœnitentia solemni manus impositio. 478. Pœnitentia solemnis pertrahebatur aliquando ad finem vitæ. 480. In Ecclesia Occidentali diutius substitit rigor pœnitentiæ solemnis, nec nisi post septimum sæculum antiquari cœpit. 476. Ad pœnitentiam solemnem non admittebantur, nisi qui vere et sincere erant pœnitentes. 480. Ritus in imponenda pœnitentia publica et in reconciliatione servari solitus describitur. 476. Plures ex zelo et pietate proprio motu se subjiciebant pœnitentiæ publicæ. 343, 476. Ad quid tenebantur pœnitentes præter pœnas publicas? 475. *Vide* Absolutio, Confessio, Contritio, Satisfactio et Attritio.

. Poenalitates non sunt in omnibus æquales. II, 258.

Pollutio sive mollities, est voluntaria emissio seminis humani extra omnem concubitum. VI, 272. Dividitur : 1° in simplicem, quæ præter malitiam pollutionis, nullam aliam habet adjunctam, ut si omnino liber proprii corporis tactu aut aspectu se polluat sistens in sola propria delectatione; 2° et qualificatam, quæ præter malitiam pollutionis, habet aliam adjunctam, vel ex parte objecti cogitati, vel ex parte personæ pollutæ aut polluentis. VIII, 169, 170. Pollutio directe in se voluntaria est jure naturæ mortaliter mala, sic, ut nullo fine possit unquam honestari. Est communis et certa. *Ibid.* Certum est pollutionem nocturnam secundum se non habere rationem peccati, utpote involuntariam. 176. Si pollutio mere naturalis habita in somnis *placeat ut naturæ exoneratio*, peccatum non creditur. 178. Triplex potest esse causa pollutionis nocturnæ : corporalis, animalis, et spiritualis; seu spiritualis intrinseca, et spiritualis extrinseca. 177. Pollutionem mere naturalem et involuntariam affectu simplici et inefficaci desiderare propter bonum finem, non videtur esse peccatum. 179. Pollutionis indirecte volitæ malitia est perpendenda ex suis causis. 273 *et seqq.*

Polycarpus (S.), S. Joannis Evangelistæ et etiam S. Ignatii discipulus, Smyrnensis episcopus, consubstantialitatem Personarum docet. II, 14, 15, 16.

Polygamia est multiplicitas uxorum cum uno viro, si sit simultanea. X, 154. Polygamia non repugnat finibus primariis matrimonii, sed secundariis; consequenter non est contra jus primarium naturæ, sed con-

tra secundarium. *Ibid.* — Post diluvium polygamia fuit licita ex dispensatione divina. 156. A tempore legis Evangelicæ, polygamia est illicita et irrita. 157. Polygamia etiam in infidelibus est nunc prohibita. 158.

Pompeius Jerusalem expugnavit. II, 326.

Pontifex. Papa hoc ipso quo fieret hæreticus manifestus, amitteret-ne jurisdictionem? II, 451 et V, 60. Christus reliquit vicarium sui visibilem in terris pro regimine Ecclesiæ. V, 145, 207. Catalogus Romanorum Pontificum a S. Petro ab omnibus patribus ducitur. 155, 156. Successorem Petri habere jure divino primatum auctoritatis in universam Ecclesiam fide certum est. 159, 171. Pontifex Romanus vocatur a Patribus Pontifex maximus, Episcopus episcoporum. Vinculum sacerdotalis collegii, Centrum unitatis. 160, 161. Episcopus Romanus habet-ne jus ordinandi omnes metropolitanos tam Orientis quam Occidentis? 164. Per ecclesias suburbicarias quid intelligendum est? *Ibid.* Romanus Pontifex dici potest episcopus universalis quia universalem Ecclesiam regit. 170. Pontifex potest-ne abrogare canones spectantes disciplinam aut jus ecclesiasticum? 170, 171 et IX, 368. Papa potest-ne deponere episcopos? *Ibid.* Romanum Pontificem esse successorem Petri, stante præsenti rerum statu, fide certum esse probabilius est. 171. Probabilius est supremum pontificatum esse annexum episcopatui Romano ex institutione immediata Christi, consequenter jure divino. *Ibid.* Privilegium infallibilitatis Romani Pontificis in aliquo videtur differre a privilegio superioritatis ad concilium generale. 174. Papa potest considerari dupliciter : ratione suppositi et ratione officii, seu ut homo privatus et ut summus Pontifex, Christi vicarius. *Ibid.* Papam ut privatum doctorem posse errare omnes concedunt. *Ibid.* Papam ut Pontificem posse errare non eadem est sententia. 175. Prima contendit illum posse errare; inter illos eminent Galli episcopi qui Declarationem dedere anno 1682, circa potestatem ecclesiasticam. 175. Altera sententia est aliarum nationum quæ contendunt summum Pontificem loquentem ex cathedra esse infallibilem. 176. Judicium Romani Pontificis loquentis ex cathedra in rebus fidei et morum, est-ne infallibile independenter a consensu Ecclesiæ? 176. Est-ne summum et ultimum? 191. Summus Pontifex est judex semper permanens in Ecclesia. 192. Galli theologi a tempore concilii Constantiensis tenent concilium generale esse superius Pontifici. 206. Alii theologi contrarium tenent. *Ibid.* Solius summi Pontificis est præsidere auctoritative concilio generali, per se vel per suos legatos. 233. Quo sensu Pontifices profitentur se astringi canonibus conciliorum. 223. Papa potest-ne corripi ab episcopis? 220. Summus Pontifex est-ne auctoritate et jurisdictione omni concilio superior? *Ibid.* Summus Pontifex potest-ne judicari a concilio generali? 210, 211. Summus Pontifex est filius Ecclesiæ. 224. Electionis Pontificis potestas complectiturne ipsius depositionem? *Ibid.* Pontifex simoniace electus potest deponi. *Ibid.* Quid agendum si Pontifex noxius esset Ecclesiæ et eam vellet subvertere? 225. Pontifex captivus potest-ne deponi ab Ecclesia? *Ibid.* Quid agendum si Pontifex esset amens? *Ibid.* An sit de fide Pontificem qui hic et nunc regit Ecclesiam esse revera summum Pontificem, multiplex est sententia. 225. Summus Pontifex eligebatur primis sæculis, præsente plebe, ab episcopis comprovincialibus. 247. Postea imperatores jus eum eligendi usurpaverunt. *Ibid.* Ecclesiæ Romanæ cardinales nunc illo jure pollent a multis sæculis. *Ibid.*

Populus christianus est unus. V, 147.

Possessio. In dubio melior est conditio possidentis. IV, 241. Possessio, dicta a pedum positione, alia est facti, alia juris. VI, 22. Possessio facti est detentio rei adminiculo corporis, animi et juris. *Ibid.* Possessio juris est jus insistendi alicui rei suæ, non prohibitæ possideri. *Ibid.* Tribus modis acquiritur possessio : *apprehensione vera, apprehensione ficta*, et *legis dispositione*. 23. Inter varias possessionis divisiones (alia enim est justa, alia injusta; alia proprio nomine, alia alterius nomine), præcipua est in civilem, naturalem et civilissimam. *Ibid.* Possessio parit præscriptionem. *Ibid.* In dubio est melior conditio possidentis. Non est possessoris probare quod res sit sua, sed oppugnantis probare quod non sit. *Ibid.* Amittitur possessio naturalis et civilis mobilium : 1° sola voluntate possessoris, nolentis amplius rem possidere; 2° per furtum et rapinam alterius, si res ablata aliquandiu detineatur; 3° per amissionem, v. g. bursæ, vel per fugam animalis. 23. In jure Gallico quid statuitur circa possessionem? *Vide in appendice.*

Possessor bonæ fidei est ille qui credit rem quam possidet esse suam : tenetur restituere ratione rei acceptæ. VI, 129. Generaliter, possessor bonæ fidei in tantum tenetur restituere in quantum possidet de re aliena et ejus fructibus seu emolumento; ita quod quantitas rei possessæ et ejus fructuum extantium, aut emolumenti inde provenientis sit mensura restitutionis faciendæ. 130. — Possessor malæ fidæi est ille qui injuste accepit aut retinet rem alienam, seu qui sciens aut dubitans rem esse alienam, eam accipit aut detinet invito rationabiliter domino. 129. Generaliter, possessor malæ fidei in tantum tenetur restituere in quantum damnificavit, ita ut mensura restitutionis sit quantitas damni allati. 137. Possessor malæ fidei tenetur præstare valorem rei, secundum optimum statum meliorationis tam intrinsecæ quam extrinsece quam apud ipsum habuit, quamvis hæc melioratio non fuisset apud do-

minum aut ipsi non profuisset. 141. Possessor malæ fidei tenetur-ne præstare valorem rei, si apud ipsum pereat, certo peritura apud dominum? 138, 139. Probabilius est expensas necessarias aut utiles posse in foro conscientiæ deduci a possessore malæ fidei, et dominum teneri secundum justitiam eas ipsi refundere. 143. Jus novum Gallicum quid statuit circa possessorem bonæ fidei, *vide in appendice.* et circa possessorem malæ et dubiæ fidei. *Ibid.*

Potentia duplex distinguitur : physica et moralis. III, 327. Potentia physica est libertas arbitrii qua homo potest peccatum eligere vel respicere : potentia moralis est quæ dat facultatem bene utendi potentia physica seu libero arbitrio, removendo impedimenta ex quibus sequeretur abusus potentiæ physicæ. 348. Quod est in potentia reducitur ad actum per aliquid quod est in actu. IV, 117, 121. Potentiæ facilitas respectu alicujus actus duplex est : intrinseca et extrinseca. 267.

Potestas. Omnis potestas est a Deo. IV, 449, 450. Potestas delegata duplex est : una a jure vel consuetudine; altera ab homine, et hæc dupliciter. 521. Potestas dominativa est ea qua quis disponere potest de persona vovente aut materia voti tanquam de re sua. VII, 278. Potestas divina fundatur in ratione causæ et effectus. VIII, 5, 6. Potestas civilis vel politica derivatur a Deo per naturalem rerum institutionem. *Ibid.* Potestas ecclesiastica derivatur a Deo per positivam ordinationem. *Ibid.*

Præadamitarum systema est fabulosum, verbo Dei contrarium, et nullo probabili fundamento nixum. IV, 389.

Precarium definitur : Rei alicujus quoad usum solum gratuita concessio, ad nutum concedentis revocabilis. VII, 170.

Præcipitatio dicitur metaphorice in actibus animæ secundum similitudinem a corporali motu acceptum. VI, 7. Pertinet ad imprudentiam. *Ibid.* Provenit ex defectu consilii. 71. Oritur ex luxuria. *Ibid.*

Præceptum est quid mere extrinsecum voluntati eamque nullatenus interius immutat. III, 54. Præceptum naturale refertur ad præceptum dilectionis Dei. IV, 168. Alii dicunt esse quoddam præambulum ad Decalogum. *Ibid.* Triplicis generis sunt præcepta naturalia secundum triplicem hominis inclinationem. 437. Præcepta possunt distingui dupliciter : ex parte principii, et ratione rei præceptæ. V, 224, 225. Præcepta negativa obligant pro semper. 524. Præcepta affirmativa quæ præcipiunt universalitatem actionum nostrarum, obligant-ne pro semper? *Ibid.* Quando concurrunt duo præcepta quæ non possunt simul observari, majus obligat. aliud desinit obligare pro tunc. 382. Potest uno et eodem tempore duobus præceptis satisfieri quando non sunt incompatibilia sicut audire Missam die dominica, et recitare horas canonicas VII, 354. Quidam nolunt præcepta humana obligare sub mortali, modo non agatur contra illa ex contemptu, vel ex consuetudine : ita angelus, sed falso. VIII, 62. Præcepta moralia moraliter sunt interpretanda. 98, 99. Tempus quo obligat præceptum affirmativum non est quando commode impleri potest, sed quando tempus necessitatem urgentem inducit. IX, 297, Præcepta affirmativa non obligant tantum in extrema necessitate, sed et quando eorum actus rationabiliter judicatur necessarius. 349. Præcepta certo et determinato tempore affixa, ratione ipsius temporis, ut v. g. jejunium in vig. S. Joannis, pro tunc tantum obligant, nec præveniri debet eorum adimpletio, etsi prævideatur fore impedimentum quando obligabunt. 350, 351.

Prædestinatiani Calvino præiverant. I, 270. Hæresis prædestinatiana extitit-ne quinto sæculo? 467. Nullos fuisse Prædestinatianos in monasterio Adrumetino nunc convenit inter eruditos contra Sirmundum. *Ibid.* Convenit etiam contra eumdem, hanc hæresim emersisse in Galliis Cœlestino I Pontifice. 468. Soli prædestinati sunt-ne oves Christi? V, 94.

Prædestinatio recte definitur a S. August : *Præscientia et præparatio beneficiorum quibus certissime liberantur quicumque liberantur;* a S. Thom : *Ratio ordinis aliquorum in salutem æternam, in mente æterna existens.* I, 401, 402, 455. Prædestinatio apud theologos, dupliciter sumitur : 1° late pro quovis Dei decreto æterno aliquid faciendi in tempore; 2° specialiter sumitur pro divina ordinatione aliquorum ad gloriam et ad media quibus infallibiliter obtinetur. 401. Prædestinatio est pars providentiæ non subjectiva, sed objectiva. 403. Prædestinatio ita est-ne necessaria ut absque ea nullus salvari possit? *Ibid.* Deus præordinavit-ne se daturum effectum prædestinationis, nempe salutem propter merita aliqua? 407. Quidam dicebant merita sequentia prædestinationis effectum, scilicet gratiam, sed prævisa, esse causam prædestinationis. *Ibid.* Recentiores docent prædestinationem esse ex prævisis meritis gratiæ, sed omnes non explicant eodem modo. *Ibid.* Congruistæ differunt a Molina et Lessib. *Ibid.* Ultima sententia propugnat prædestinationem ex omni parte gratuitam. 408. Prædestinatio potest considerari dupliciter : in ordine intentionis; et in ordine executionis. In ordine executionis, iterum dupliciter : executionis præconceptæ et volitæ, et executionis exercitæ. 419. Prædestinatio in ordine executionis præconceptæ est nobis notior, et ad commendanda bona opera aptior. 428. Prædestinatio nostra fit intuitu meritorum Christi. 435. Triplicis generis excogitari possunt prædestinationis effectus : alii supernaturales, ut vocatio et justificatio; alii naturales, ut substantia ipsa prædestinati, bona indoles et similia; et tandem permissio peccati. 441, 446. Numerus prædestinato-

rum est certus, non solum formaliter, sed etiam materialiter. 449. Prædestinatio est certa et infallibilis quoad consecutionem sui effectus. 448. Nemo absque speciali revelatione potest esse physice certus de sua prædestinatione. 450. Potest homo ex variis signis quæ exhibent S. Scripturæ et Patres, habere quamdam certitudinem conjecturalem, seu ad summum moralem prædestinationis suæ. 451. Prædestinatio proprie accepta, est Dei præordinatio ab æterno de his quæ per gratiam facturus est in tempore. III, 120. Prædestinatio nostra potest considerari vel secundum bonum ad quod prædestinamur, vel secundum modum consequendi istud bonum. 123.

PRÆDICATIO. Conveniens fuit prædicationem Christi tam per ipsum quam per apostolos a principio solis Judæis exhiberi. III, 200. Prædicatio est medium ordinarium cognoscendi mysteria fidei. IV, 331. Prædicatio evangelii est juris divini positivi, et tamen ab ea cessandum propter scandalum. V, 383.

PRÆDICATOR. Deus mentem interius illustrat dum pastor prædicat. V, 117. Prædicator ex cathedra mentiens in materia doctrinali peccat mortaliter. VII, 399.

PRÆDICATORUM (FF.) ordinis regula et constitutiones quandoque obligant sub mortali et quandoque sub veniali. VI, 388, 390.

PRÆLATUS potest dupliciter considerari : aut secundum quod judicio præsidet, aut extra judicium existens. V, 221. Prælatus qui licentias et dispensationes concedit amicis, eas denegando aliis non amicis, peccat peccato acceptionis personarum. VI, 200. Prælati ordinum Mendicantium etiam conventuales possunt erga suos quod possunt episcopi erga suos diœcesanos. VII, *in Appendice*.

PRÆMIUM frequenter Deus in hoc mundo remunerat eum qui præmium futuræ gloriæ meretur. IV, 160. Præmium essentiale non est possessio Dei per visionem et amorem. 177. Præmium accidentale est gaudium de bono creato. *Ibid.*

PRÆMOTIO physica movet-ne fortius voluntatem quam moralis? I, 385. Præmotio physica expresse asserta est a divo Thoma. III, 416 et IV, 103, 124. Est-ne asserta ad omnes actus vel ad bonos solummodo. IV, 124.

PRÆPUTIUM sacrum extat ne adhuc ? III, 183.

PRÆSCIENTIA. Solvitur argumentum decantatum, quod fatigavit antiquos, contra præscientiam futurorum liberorum. I, 179. Præscientia divina respicit futura secundum duo : 1° secundum quod sunt in seipsis, in quantum ipsa præsentialiter intuetur in sua æternitate ; 2° secundum quod sunt in suis causis creatis et contingentibus in quantum videlicet videt ordinem causarum ad effectus. VII, 407. *Vide* DEUS.

PRÆSCRIPTIO seu usucapio est acquisitio dominii per continuam possessionem certo tempore a lege definito. VI, 71, 72. Ad legitimam possessionem requiruntur quatuor conditiones : 1° possessio vera ; 2° titulus præsumptus ; 3° bona fides ; 4° tempus legitimum. *Ibid* et 78. Bona fides, orta ex ignorantia facti inculpata, sufficit ad præscriptionem. 75. Bona fides fundata in ignorantia inculpata juris obscuri et vere dubii, sufficit ad præscriptionem. *Ibid.* Ignorantia juris clari sufficit-ne ad bonam fidem requisitam pro præscriptione. *Ibid* ? Res quæ præscribi possunt, aliæ sunt mobiles, seu quæ loco moveri possunt, ut sunt vestes, animalia ; aliæ immobiles, quæ loco moveri non possunt, ut domus, prædium, etc. 78. Res mobiles sive privatorum sive ecclesiæ (ni forte excipias ecclesiam Romanam) cum titulo præscribuntur spatio trium annorum, tam inter absentes quam inter præsentes. 79. Absque titulo res mobiles sive privatorum sive ecclesiæ (excepta, ut supra, Romana) non præscribuntur nisi triginta annis. 80. Res immobiles privatorum cum titulo præscribuntur decem annis inter præsentes, viginti inter absentes : absque titulo sive inter absentes, sive inter præsentes, requiruntur triginta anni. *Ibid.* Præscriptio quandonam dicitur suspendi vel interrumpi ? 80. *et in appendice* : 1° ea non possunt præscribi quæ non possunt possideri, ut jura ecclesiastica a laïco, etc. 82 ; 2° contra jus naturale aut divinum non procedit præscriptio. *Ibid.* Præscribi non possunt quæ sunt usibus publicis deputata, ut viæ publicæ, plateæ, pontes, etc. 82, 83. Omnis præscriptio legitime facta valet in foro conscientiæ, sic, ut qui legitime præscripsit, si post præscriptionem completam deprehendat rem fuisse alienam, possit retinere ut suam. 83. Jus novum Gallicum quid statuit circa præscriptionem. VII, *in appendice*.

PRÆSENS aliquid potest fieri nobis dupliciter : 1° realiter in se; 2° vi phantasiæ. VIII, 180.

PRÆSENTIA realis Christi in Eucharistia varias habet utilitates. IX, 72, 73. Præsentia realis non impedit præsentiam ejus spiritualem et receptionem Spiritus sancti. 74. *Vide* EUCHARISTIA.

PRÆSUMENS est ille qui aliquid scienter facit aut ex ignorantia affectata. IX. 380.

PRÆSUMPTIO ex communiter contingentibus est prudens. IV, 202. Præsumptio definiri potest : Temeraria expectatio beatitudinis mediorumve ad illam. V, 95. Sumitur etiam pro actu voluntatis quo quis facit vel aggreditur facere quod superat ejus facultatem sive physicam et executivam, sive juris tantum. *Ibid* et VIII, 43. — Præsumptio apud juristas accipitur pro actu intellectus quo ex signis manifestis judicatur aliquid occultum. V, 93. Præsumptio est peccatum oppositum magnanimitati per excessum. VIII, 43, 44. Præsumptio est peccatum mortale contra Spiritum sanctum; minus grave quam desperatio. 92.

Pragmatica sanctio est constitutio edita a Carolo VII, anno 1488, in conventu Situricensi continens tres et viginti articulos conformes decretis concilii Basileensis. V, 253.

Praxeas, ex Asia oriundus, initio tertii sæculi fuit primus auctor Sabellianismi : Tertullianus dixit eum Paracletum fugasse et Patrem crucifixisse. II, 1.

Presbyter. Presbyteri, curati et archidiaconi possunt admitti ad religionem. VI, 406, 407. Presbyteri cum magno vitæ periculo in carceribus martyrum celebrabant. IX, 186, 187. Simplices presbyteri concedere poterant primam et minorem reconciliationem sive intra sive extra Ecclesiam. 479. Presbyter idem est ac senior. X, 18, 74. Reipsa significat gradu et sacerdotii dignitate majores. *Ibid.* Presbyteri baptizant et consecrant, sed non alios generant presbyteros. 78. *Vide* Sacerdos.

Presbyteratus non potest etiam dispensatione conferri a simplici sacerdote, juxta communissimam opinionem. X, 50. Materia et forma essentialis presbyteratus apud Latinos, est calicis cum vino et patenæ cum pane traditio, cum his verbis : *Accipe potestatem*, etc. 41, 42. Materia et forma presbyteratus apud Græcos, est sola impositio manuum cum his verbis : *Divina gratia*, etc. 42. Incertum est an in collatione presbyteratus conferatur duplex character. 45.

Presbyterium significat cœtus sacerdotum. X, 29, 76.

Presbyteriani seu Puritani, in Anglia, errorem Aerii adoptant. X, 74.

Pretium. Generaliter loquendo, ille est justus rei valor seu justum pretium quod est commensuratum rei non physice consideratæ, sed moraliter et in ordine ad usum et convictum humanum. VII, 67. Duo sunt quibus constituitur justum rerum venalium pretium, nempe : reipublicæ auctoritas, seu ii qui ab illa auctoritatem habent, ut sunt principes et magistratus; et communis æstimatio fori seu hominum intelligentium. *Ibid.* Primum pretium vocatur legitimum; secundum vocatur arbitrarium seu vulgare. *Ibid.* Hæc duo pretia in eo differunt quod legitimum consistat in indivisibili, vulgare vero admittat latitudinem. 68. Triplicis generis pretium distinguitur in venditione seu emptione spiritualium, non secus ac in usura, scilicet, munus a manu, munus ab obsequio, et munus a lingua. VII, 438. Pretium simoniace acceptum pro quacumque re spirituali, est jure naturæ restitutioni obnoxium etiam ante sententiam judicis. Ita multi 466. Cui restitui debet? 467.

Primatum annexum esse Ecclesiæ Romanæ gratia principum sæcularium, est omnino falsum. V, 172. Privilegium primatus fuit primo personale, et deinde locale. 173. *Vide* Pontifex.

Primitias offerre, non est de jure naturæ. VII, 239.

Primogenitura importare videbatur jus ad sacerdotium primario. VII, 453.

Princeps. Consensus principis duplex est : personalis, et juridicus seu legalis. IV, 519. Princeps catholicus potest-ne vocare in auxilium infideles aut hæreticos, vel eos juvare? V, 372. Aliquis fit subditus principi dupliciter : 1° ratione personæ, quia in ejus regno natus est vel domicilium habet; 2° ratione bonorum quæ ibi possidet, vel vendit, vel distrahit. VI, 216. *Vide* Dux.

Principatus nomine duo intelliguntur, scilicet ipse princeps, et multitudo ordinata sub principe. II, 227.

Principia et conclusio suo modo concurrunt ad producendum habitum scientiæ. I, 15. Principia theologiæ quæ sunt articuli fidei possunt considerari : 1° entitative in scipsis, et sic sunt supernaturalia, et non sunt principia theologiæ nisi materialiter et specificative; pertinent proprie ad fidem; 2° quatenus dicunt ordinem ad conclusiones quas virtualiter continent; sic sunt formaliter principia theologiæ, et non attinguntur a fide, nec sunt formaliter supernaturalia. 16. Principii nomen in divinis dupliciter sumitur : vel essentialiter, respective ad creaturas; vel notionaliter, prout tribuitur uni Personæ respective ad aliam. II, 112. Si nomen principii sumatur essentialiter respective ad creaturas, est commune tribus Personis; si sumatur notionaliter, specialiter convenit Patri. 112, 113 et seqq. Principium *quod* divinarum processionum est persona Patris et Filii, Patris respectu Filii, Patris et Filii respectu Spiritus sancti. 89. Principium *quo* saltem remotum et primordiale, est natura divina. 89, 90. In assignando principio proximo *quo* natnra producit Filium et Spiritum sanctum dissentiunt theologi. *Ibid.* Principia moralitatis sunt ea omnia ex quibus fit quod actus sit bonus vel malus, vel indifferens. IV, 142. Tria assignantur : objectum, circumstantia, finis. *Ibid.*

Priscillianistæ erraverunt circa animas. II, 265. Errores suos mendaciis et perjuriis occultabant. V, 6 et VII, 397.

Privatio duplex est : una simplex et in facto esse; alia secundum quid et in fieri. IV, 513, 514.

Privilegium. Revocatio privilegii. *Vide* Lex. IV, 476, 477. Creditorum privilegium juxta codicem Gallicum. VI *in Appendice.* Privilegium aliquod non potest indulgeri in præjudicium alterius. IX, 368.

Probabile est id quod est apparenter verum seu verisimile. IV, 465. Probabile academicorum differt a probabili probabilistarum. 466. Probabilitas alia est intrinseca, et alia extrinseca. 463. Minus probabile non remanet vere probabile in concursu probabilioris. 479.

Probabilismus circiter versus XVI sæculi finem in scholis agitari cœpit. IV 466. Doctrinam probabilismi esse novam et antiquis

inauditam censent ipsi principes probabilitatis. 471. Probabilismus legem christianam evertit, mores corrumpit, et fidem labefactat. 477, 478. Ex principiis emissis a probabilistis non potest erui conclusio certa, seu formari conscientia moraliter certa practice de honestate formali actionis. 474, 479, 485. Inquisitio veritatis inutilis est si probabilismus sit regula secura actionum nostrarum. 478. Numerus auctorum qui probabilismum docuere huic pravæ sententiæ non favet. 479, 480. Silentium Ecclesiæ circa probabilismum ipsum ab errore non excusat. 482. SS. Patres licet ex professo probabilismum non impugnaverint, ita locuti sunt ut manifestum sit eos a venenata hac opinione esse omnino alienos. 466. Doctrina cleri Gallicani non favet probabilitati. 508.

Probabilista dicitur ille qui sequitur sententiam faventem libertati, quam ipse judicat minus aut non magis probabilem quam ea quæ favet legi. VI, 47.

Probitas multum valet ad cognoscendum an aliqua doctrina sit ex Deo. V, 118.

Processio in divinis, est unius Personæ ab altera vel a duobus origo. Diversi eam acceperunt diversimode. II, 57. Omnis processio est secundum aliquam actionem, immanentem, non transeuntem. 67. Est duplex processio : 1° ad extra secundum actionem quæ tendit ad exteriorem materiam; 2° ad intra secundum actionem quæ manet in ipso agente. 58. Sunt in Deo processiones ad intra. *Ibid.* Si in Deo non essent processiones, non esset oppositio relativa originis. *Ibid.* In Deo sunt duæ processiones et non plures : altera per intellectum, qua gignitur Verbum; altera per voluntatem, qua spiratur Amor. 58. Processiones divinæ active sumptæ, non sunt simplices emanationes, sed veræ et propriæ actiones. 64. Dictio et spiratio, quæ sunt actus notionales et in quibus formaliter consistunt processiones divinæ, non distinguuntur ab intellectione et volitione virtualiter. Processio Verbi est generatio; non processio Spiritus sancti. 69, 70. Emanationi Spiritus sancti adaptatur processio potius quam Filio, propter vocabulorum inopiam. 59. Ratio discriminis inter processionem Verbi et Spiritus sancti est investigabilis. 70.

Prodigalitas est erogatio superflua rerum suarum. VIII, 62. Prodigalitas opponitur avaritiæ secundum excessum et defectum diversimode. *Ibid.* Opponitur etiam liberalitati. Secundum se est tantum peccatum veniale, quod potest tamen fieri mortale. 27.

Professio religiosa non est simplex promissio, ut in voto simplici, sed est simul sui traditio ad cultum divinum, seu ad vivendum caste, sine proprio et sub obedientia, in religione approbata et simul traditionem acceptante. 418, 419. Duplex distinguitur professio : expressa, quæ verbis; et tacita, quæ factis exprimitur. Non differunt essentialiter, sed in modo tantum. 419. Professio tacita inducitur : 1° vel gestando habitum proprium professis; 2° vel exercendo actus ipsis proprios. *Ibid.* Effectus professionis validæ, sex numerantur. 419. Probabilius videtur professionem quovis jure invalidam nullum habere effectum. 421. Reclamare contra professionem invalidam est petere facultatem dimittendi habitum et statum religiosum, allegando causas nullitatis professionis. 422. Professio in religione non approbata est invalida : profitens probabilius non tenetur ad vota. 380.

Proles tenetur-ne credere matri asserenti eam esse illegitimam? VI, 284. Proles naturalis non legitimata, jure Romano, non succedit patri ab intestato; bene matri etiam ex asse, si nullas alias proles legitimas habeat; si vero habeat, æqualiter succedit cum aliis. VII, 59, 60. Proles spuria non legitimata, nihil potest accipere a patre vel a matre, sive per testamentum sive ab intestato, sive per contractus, nisi necessaria victui et amictui. 60, 61. Oppressio prolis est species homicidii spectans parentes et nutrices, et dicitur aliquo sensu parricidium. IX, 382. Proles habet a patre complementum ormæ; a matre habet substantiam corporis. X, 184.

Promissio est liberalis, deliberata et spontanea fidei datio seu obligatio, exterius facta et acceptata, de re possibili et licita. VII, 34. Promissio liberalis acceptata, secundum se, et naturæ suæ relicta, obligat ex justitia et consequenter sub peccato mortali ex genere. 39. Circa obligationem promissionis tres sunt sententiæ. 37. Promittens obligatur ex justitia et graviter pro quantitate materiæ, quando sic se obligare intendit. 40. Obligatio promissionis cessat : 1° libera remissione promissarii; 2° si res promissa fiat vel impossibilis, vel illicita, vel inutilis promissario; 3° quando duo vicissim sibi gratuito promittunt, et unus non vult implere promissum, alter etiam non tenetur; 4° si causa principalis ob quam facta est promissio non subsistat, 5° quando talis mutatio supervenit, ut prudenter judicetur promittentem non voluisse se in tali eventu obligare. 40. Promissio simplex metu extorta non obligat, 323. Ut juramentum obliget, non est necesse promissionem per se et seorsim sumptam esse obligatoriam, sed sufficit ejus executionem esse licitam. *Ibid.* Juramentum debet magis servari propter divini nominis reverentiam quam nuda promissio. *Ibid.* Promissio simplex in eo differt a juramento, quod promissio simplex vel irritetur a jure positivo, vel saltem sit irritabilis ad nutum metum passi propter injuriam quam ei fecit is cui promittitur : at jus positivum non irritat juramentum, nec est irritabile ratione injuriæ ad nutum jurantis, cum Deus ipsi injuriam non inferat. *Ibid.*

Promulgatio differt-ne a divulgatione? IV, 471. Ex natura rei et secluso jure positi-

vo, ea requiritur et sufficit legis humanæ promulgatio quæ possit moraliter devenire in notitiam subditorum. *Ibid.* *Vide* LEX.

PROPHETA. Quædam fuerunt-ne prædicta a prophetis ut futura, quæ revera non erant futura? I, 149, 178, 197. Propheta dicitur quasi de procul fans vel procul videns. II, 440. Ille est et dicitur propheta qui cognoscit et ancuntiat ea quæ procul sunt tam ab ipso secundum suum statum, quam ab ipsis quibuscum conversatur. *Ibid.*

PROPHETIA est participatio divinæ præscientiæ impressa intellectui Prophetæ per revelationem. I, 149 : II, 436.

PROPOSITIO per se nota dicitur, cujus veritas per se et sine medio a se distincto innotescit. I, 23. Duplex distinguitur : per se nota quoad se, et per se nota quoad nos. 24. Propositio deducta ex duabus propositionibus mediate tantum revelatis, debet adhuc censeri theologica. 19, 20. Propositio conditionalis accepta in sensu illativo est-ne necessario vera, vel necessario falsa? 194. Omnes propositiones conditionales contingentes sumptæ in sensu illativo sunt falsæ. *Ib.*

PROPOSITUM non est promissio, sed duntaxat sincera voluntas non amplius peccandi. IX, 290.

PROSPER (S.) negabat-ne scientiam futurorum conditionatorum? I, 198. Cassianum impugnavit. III, 260.

PROVIDENTIA definiri potest : *Ratio ordinis rerum in finem in mente divina existens.* I, 396. Executio ordinis providentiæ dicitur gubernatio. *Ibid.* Providentia distinguitur a scientia ejus practica et a lege æterna, quasi conclusio a principio. 397. Providentia alia dicitur naturalis, alia supernaturalis, alia ordinaria, alia extraordinaria 400. 448. Infallibilitas divinæ providentiæ non est tantum infallibilitas præscientiæ, ut volunt quidam recentiores, sed etiam causalitatis. 400, 401 et IV, 124. Providentia divina naturam rerum servat, non corrumpit. IV. 124. Ad divinam providentiam pertinet ut unicuique rei provideat secundum modum suæ conditionis. VIII, 238. *Vide* DEUS.

PROXENETA potest-ne sibi rem emere statuto pretio, atque eam ut suam vendere, et si vendat pluris, illud sibi retinere? VII, 96.

PRUDENS est ille qui diligentiam debitam pro gravitate rei et conditione personæ, sive in judicando sive in consultando adhibet. VI, 3.

PRUDENTIA est mensura et regula aliarum virtutum moralium. IV, 2. Actus prudentiæ est semper practice verus et moraliter certus 205. Prudentia est virtutum cardinalium prima et nobilissima. 450 et VI, 1. Dupliciter sumi potest : 1° largius pro qualibet cognitione veri ad mores pertinente; 2° stricte pro notitia practica proxime morum directrice. VI, 1. Definitur : Recta ratio agibilium; a S. Aug., Cognitio rerum appetendarum et fugiendarum, etc. *Ibid.* Actus seu functiones prudentiæ sunt : bene consultare, recte judicare et imperare; ultimus est præcipuus. 8. Finis particularis virtutum moralium præcipitur a prudentia; finis communis, a synderesi. 4. Prudentia alia est acquisita seu naturalis, alia infusa seu supernaturalis. *Ibid.* Acquisita alia est falsa, alia vera : hæc duplex est, imperfecta et perfecta. 3. Prudentia falsa in materia morali est in solis peccatoribus. *Ibid.* Vera sed imperfecta communis est bonis et malis. *Ibid.* Perfecta acquisita non est in peccatoribus; infusa est in solis et omnibus justis quantum ad ea quæ sunt de necessitate salutis. *Ibid.* Partes prudentiæ sunt triplicis generis : integrales, subjectivæ, et potentiales. 4. Partes integrales prudentiæ sunt eæ sine quibus non est perfectus actus seu usus prudentiæ. *Ibid.* Octo numerantur : 1° memoria, quæ hic sumitur pro recordatione præteritorum; 2° intellectus seu intelligentia sumpta pro cognitione præsentium, et pro recta æstimatione alicujus finis aut principii moralis particularis : 3° docilitas, 4° solertia; 5° ratio; 6° providentia; 7° circumspectio; 8° cautio. 5. Partes subjectivæ prudentiæ sunt species in quas dividitur prudentia ut sic et sunt duæ : personalis, qua quis regit seipsum; politica, per quam aliquis regit multitudinem. 4. Politica dividitur in regnativam, œconomicam, militarem, et politicam. *Ibid.* Partes potentiales prudentiæ sunt virtutes adjunctæ, quæ ordinantur ad aliquos actus secundarios vel materias, quasi non habentes totam potentiam prudentiæ; sunt tres, eubulia : synesis, gnome. 6. Vitia prudentiæ opposita sunt duplicis generis : quædam opponuntur per defectum; alia per excessum. 7. Prudentiæ opponitur per defectum imprudentia. *Ibid.* Vitia prudentiæ opposita per excessum, sunt prudentia carnis, astutia, dolus, fraus, et nimia sollicitudo de temporalibus et futuris. 8. Prudentia carnis dicitur secundum quod quis prævidet media idonea ad perficienda opera carnis. *Ibid.* Prudentia est formaliter in Deo. 154.

PRUDENTIUS Trecensis Capitulis Carisiacis subscripserat, sed quatuor alia capitula opposuit contraria. I, 294. Contra Scotum Erigenam scripsit. 292.

PUBERTAS in masculis est annus decimus quartus; in fœminis, duodecimus. X, 113.

PUDICITIA. Non licet defendere pudicitiam cum occisione invasoris. VI, 249, 250. Pudicitia dicitur a pudore, in quo verecundia significatur. VIII, 123.

PUELLA. Quandonam puella censetur oppressa vi, vel seducta fraude et dolo? VI, 279, 280. Puellæ quæ se tangendo libidinose claustrum virginale reserant, committunt stuprum. VIII, 147.

PUER perveniens ad usum rationis tenetur-ne in illo primo instanti se convertere ad Deum? I, 27, 28. Pueri ante usum ra-

tionis sunt capaces dominii. VI, 23, 24. Puer et puella puberes possunt saltem valide independenter a voluntate parentum, imo et ipsis contradicentibus, vovere castitatem, religionem, eamque profiteri, sicut et matrimonium inire. VII, 277. Pueris nondum adeptis usum rationis licet ministrare carnes die jejunii. VIII, 88. Pueri ante usum rationis : *Vide* AMENTES.

PUGNA duorum ex improviso sibi occurrentium non est duellum. V, 373. *Vide* DUELLUM. Pugnæ sine periculo occisioni aut gravis læsionis, non sunt proprie duella. *Ibid.*

PULCHRITUDO seu decor spiritualis in quo consistit? VIII, 57.

PUNIENDUS non est aliquis sine culpa, nisi subsit causa. VIII. 23. Nemo punitur pœna spirituali pro peccato alterius; bene tamen quandoque unus punitur seu affligitur pœna temporali pro peccato alterius. *Ibid.* Homines possunt-ne punire seu affligere aliquem sine culpa? *Ibid.*

PUPILLO etiam invito dandus est tutor. VII, 11. Suppono infantem, sive sit filiusfamilias, sive pupillus, nullatenus posse per se contrahere, sive in suum incommodum, sive in suum commodum. *Ibid.* Si pupillus aut minorennis, eorumve tutor aut curator, quod contractu promiserunt et solverunt, repetant conditione indebiti, sed per contradictione malterius, judicisve injustitiam, recuperare non valent, compensatione uti non prohibentur. 14. Pupillus aut minorennis contrahens etiam cum auctoritate tutoris vel curatoris, non obligasur neque civiliter neque naturaliter circa alienationem suorum bonorum immobilium aut mobilium pretiosorum, quæ servando servari possunt. 12. Pupillus pubes aut pubertati proximus, habens curatorem, contrahens de aliis quam de alienatione suorum immobilium aut mobilium pretiosorum quæ servando servari possunt sine consensu tutoris, incurrit obligationem naturalem et coram Deo, non tamen firmam nec quoad omnes suos effecctus. Est satis communis. 13. Pupillus pubes aut pubertati proximus, contrahens cum auctoritate tutoris vel curatoris de aliis quam de immobilibus pretiosis quæ servando servari possunt, obligatur tam naturaliter quam civiliter. *Ibid.*

PURGATIONES vulgares olim adhiberi solitæ per ferrum candens, per aquam fervidam, et per monomachiam, sunt illicitæ. VII, 393.

PUSILLANIMITAS est, qua quis refugit aggredi vel facere aliquid, quasi nimis magnum et superans ejus vires, cum revera non superet. VIII, 46. Pusillanimitas oritur ex ignorantia culpabili suæ conditionis. 47.

Q

QUADRAGESIMA non eodem semper ritu ab omnibus observata fuit. VIII, 104. Quatuor dies quadragesimæ additæ sunt a Telesphoro papa circa medium secundi sæculi; hæc additio est saltem valde antiqua. 105. Quadragenarius dierum numerus ab Ecclesia convenienter assignatur. 64.

QUARTODECIMANI pertinaciter celebrabant Pascha luna 14, contra concilii Nicæni decreta. VII, 309, 368.

QUESNELLUS (Paschasius) negat peccatores esse de corpore Ecclesiæ, et Christum esse eorum caput. II, 449. Quesnelli liber damnatus est a Clemente XI, anno 1713, per bullam *Unigenitus*. III, 273 et V, 142.

QUINTILIANI dixerunt baptismum non esse ad salutem necessarium.

R

RABANUS asserit realem Christi præsentiam. IX, 57.

RACHEL, juxta plures, non peccavit furando idola patris sui. VI, 116.

RAPHAEL dixit se esse unum ex septem qui astant ante thronum. II, 231.

RAPINA est injusta et violenta rei alienæ ablatio. VI, 288. Rapina est peccatum gravius furto. 289.

RAPTOR postquam legitime duxit raptam in uxorem, adhuc subjacet aliis pœnis decreti contra raptores. VI, 288 et VIII, 153. Pœnæ contra raptores latæ incurruntur-ne ante sententiam judicis? VIII, 153. Sponsus qui sponsam de futuro rapit in matrimonium, est-ne vere raptor et incurrit-ne pœnas latas in raptores? *Ibid.*

RAPTUS. Qui non sibi, sed alteri jubenti aut consentienti rapit mulierem ad matrimonium, non incurrit cum illa impedimentum, sed incurrit tamen excommunicationem. VI, 155. Raptus potest dupliciter considerari : 1° ut est species luxuriæ; 2° ut est impedimentum matrimonii. VIII, 148. Raptus in materia luxuriæ est vis illata cuicumque personæ aut ejus parentibus causa explendæ libidinis, sive persona adducatur de loco in locum, sive non. *Ibid.* et IX, 382. Si rapta consentiat, nescientibus parentibus, non est proprie raptus. VIII, 149. — Raptus inducens impedimentum matrimonii et alias pœnas concilii Tridentini decreto latas, est omnis et sola abductio violenta mulieris invitæ causa ineundi cum illa matrimonii. 150.

RATIHABITIONEM retrotrahi, et mandato non est dubium æquiparari. VI, 155.

RATIO. Homo potest peccare in primo in-

stanti initiativo usus rationis, non autem terminativo. IV, 121. Ratio est potentia immaterialis super seipsam reflectens. 134. Ratio dominari debet appetitui animali. 165. Ratio præest irascibili et concupiscibili. 155. Ratio quantumvis vigilet, non potest omnes et singulos motus impedire. 323. — Usus perfectus rationis est discretio inter bonum et malum morale. 441. Usus rationis perfectus acquiritur paulatim et successive. *Ibid.* Tempus requisitum ad acquisitionem usus perfecti rationis non potest certo assignari. *Ibid.* Instans quo acquiritur est morale, non physicum. *Ibid.*

Raymundus (S.) dictus est non natus. VIII, 437.

Recidivus est qui in peccatum jam confessum relabitur, etsi semel. IX, 403. De recidivis idem dicendum, quoad absolutionem ipsis impertiendam, ac de consuetudinariis. *Ibid.* Recidivi frequenter in peccata venialia facilius absolvendi sunt quam frequenter recidivi in peccata mortalia. 410.

Recognitionum libri nullius sunt ponderis; sunt apocryphi. V, 158.

Reconciliatio pro pœnitentibus solemnis duplex erat : una minor, et prima; altera major, et secunda. Prima fiebat post substrationem, et per eam pœnitentes reconciliabantur cum Ecclesia quoad communionem precum et sacrificii, cui adesse poterant cum aliis fidelibus usque ad finem. Secunda fiebat post consistentiam, et per eam pœnitentes reconciliabantur Ecclesiæ, etiam quoad participationem Eucharistiæ, ad quam libere sicut alii fideles poterant accedere. IX, 479. Ultima reconciliatio quid erat? 480.

Rectum absolute et materialiter in opere justitiæ habetur per solam commensurationem ad alterum sine commensuratione ad agentem; secus in aliis virtutibus. VI, 98.

Recuperationes seu compensationes occultæ, positis certis conditionibus sunt licitæ, raro tamen exercendæ aut consulendæ, quia raro concurrunt omnes conditiones requisitæ. VI, 300. Describuntur hæ conditiones. *Ibid.*

Recursus, hoc est præstans recursum, seu receptator, vulgo *recéleur*, dicitur quicumque securitatem, commoditatem, protectionem, custodiam malefactori præbet, ex quo fit quod vel damnum inferat, vel illatum non restituat. VI, 160. Tenetur ad restitutionem. *Ibid.*

Redbestie, id est, redditio bestiæ, definiri potest conventio duorum vel plurium, qua unus animalia in societatem confert, alter hæc custodit et pascit, ut ambo lucrum ex fructibus percipiant. Hic contractus est licitus, non secus ac aliæ societates, modo eædem conditiones serventur. VII, 161.

Redemptio efficax restringitur ad oves Christi. I, 287. Redemptio Christi non fuit impropria, sed vera et realis. III, 77. Latiori sensu tota Trinitas nos redemit. 220. *Vide* Christus.

Regimen Ecclesiæ est monarchicum. IX, 147. Ad bonitatem regiminis multum confert quod illud ament populi. *Ibid. Vide* Ecclesia.

Regnum Dei significat gratiam seu potius ipsum Christum. IX, 101.

Regulares vi suæ jurisdictionis possunt absolvere omnes Christi fideles saltem sæculares, ex quacumque diœcesi aut mundi parte ad eos venerint. IX, 390. Regulares possunt omni tempore audire confessiones sæcularium, nullo excepto nequidem Paschali aut articulo mortis. *Ibid.* Possunt-ne etiam ubique? *Ibid.* Regulares privilegiati possunt absolvere, extra Italiam, ab omnibus casibus Apostolicæ sedi reservatis, exceptis casibus bullæ Cœnæ. 391. Ab episcopis accipiunt solam approbationem, non autem jurisdictionem. *Ibid.* Regulares non possunt nunc absolvere a casibus quos sibi reservat episcopus. 392. Ea jurisdictione uti non possunt Mendicantes erga regulares utriusque sexus. *Ibid.*

Regulæ quarumdam religionum, licet non sint præcepta stricta et obligantia, sunt tamen materia obedientiæ : obligant ad pœnam. III, 51 : VI, 388.

Regum Galliæ statuta matrimonium spectantia. X, 228 *usque ad finem.*

Relapsi post pœnitentiam solemnem non erant destituti omni auxilio. IX, 478.

Relapsus frequens oritur ex mutabilitate voluntatis humanæ et ex defectu veri propositi. IX, 260, 406.

Relatio in divinis non dicitur perfectio simpliciter simplex. I, 72. Sunt in Deo aliquæ relationes reales. 74 *et seqq. Vide* Persona. Sunt in Deo quatuor relationes reales originis, nempe : paternitas, filiatio, spiratio activa, et spiratio passiva seu processio; sic tamen, quod spiratio activa, non distinguatur realiter a paternitate et filiatione, sed virtualiter tantum. II, 77. Præter quatuor relationes reales originis assignatas, sunt-ne in Deo aliæ relationes reales? 78. Relationes in Deo quomodo identificantur cum essentia divina seu deitate. 79. Relationes seu personæ divinæ non habent existentias proprias relativas, sed existunt una absoluta existentia essentiæ. 81, 82. Relationes divinæ, præter perfectionem absolutam essentiæ quam implicite important, non afferunt vi conceptus sui relativi aliam perfectionem relativam ab absoluta virtualiter distinctam. 83. Relationes divinæ sunt in se perfectæ et veram habent perfectionem; ideo necessario amantur a Deo, et a nobis cultu latriæ adorari debent. 84. — Relationes in creatis realiter distinguuntur ex duplici capite : 1° ex oppositione ad suum correlativum; 2° ex sua limitatione. 77, 78.

Religio. Religio Christiana modo mirabili et plane divino fuit fundata et propagata.

V, 25. Religio christiana crevit in mediis persecutionibus. *Ibid.* Viros doctissimos jugo religionis apparenter stultæ subjecerunt Apostoli. *Ibid.* Religio tripliciter sumi potest : 1° pro virtute qua Deus ut supremus omnium Dominus colitur ; 2° pro quadam formula cultus divini omnibus communi, per quam homo addicitur obsequio divino, quantum est præcise necessarium ad salutem ; 3° pro quadam speciali formula cultus divini per quam homo ex libera sua electione totaliter mancipatur cultui divino. VI, 378 : VII, 180. Religio est virtus per quam homines Deo tanquam rerum omnium principio debitum cultum exhibent. 181. Religio non differt a sanctitate, nisi ratione. 184. Religio est virtus specialis ab aliis distincta. 181. Potest tamen dici generalis. 182. Religio præeminet inter omnes virtutes morales quæ respiciunt bonum divinum et supernaturale. 183, 184. — Finis religionis est ut homo det gloriam Deo et ei se subjiciat mente et corpore ; quod ad illud non conducit reputatur superfluum et superstitiosum. 371. — Objectum immediatum religionis non est ipse Deus, sed cultus Deo debitus, quem ipsi per actus suos exhibet religio. VII, 182 et IX, 265. Religio, præter actus interiores, quos habet ut primarios, habet etiam exteriores ut secundarios et ad interiores ordinatos. VII, 184. Actus exterior religionis potest considerari dupliciter : active, prout est actio seu exhibitio cultus ; et passive, prout est ipse cultus exhibitus. 185. — Duplex vitium religioni opponitur : unum secundum excessum, aliud secundum defectum : primum est superstitio, quæ dividitur in diversas species ; secundum est irreligiositas, qua irreverentia exhibetur vel ipsi Deo immediate, ut tentatio Dei et perjurium, vel rebus sacris, ut sacrilegium et simonia. 370, 372.

Religio, seu status religiosus, est unica si spectetur finis principalis ; si spectentur fines proximi, diversæ sunt religiones. VI, 402. Potuit institui religio aliqua ad corporalia opera vitæ activæ, ut ad suscipiendos peregrinos, redimendos captivos, curandos aut visitandos infirmos, sepeliendos mortuos, et ad alia quæcumque charitatis et misericordiæ opera. 403. Potuit institui religio ad prædicandum et ad confessiones excipiendas. *Ibid.* Congrue potest institui religio ad studium sacræ doctrinæ, et consequenter earum doctrinarum sine quibus sacra doctrina haberi non potest. *Ibid.* Inter religiones supremum gradum tenent mixtæ, 404 ; secundum, religiones quæ ad contemplationem ordinantur, *Ibid.* ; tertium, quæ circa res corporales ordinantur. *Ibid.* Quisquis baptizatus, qui est sui juris et nullo aliunde impedimento irretitus, potest admitti ad religionem. 406. Conjuges, consummato matrimonio, nec licite nec valide possunt admitti ad religionem, nisi ex consensu compartis aut nisi propter adulterium notorium illius. 407. Qui solis precibus aut suasionibus sine vi vel fraude avocat a religione volentem ingredi vel profiteri, ad nullam tenetur restitutionem ; qui vero vi vel fraude prædictum avocat, tenetur et illi et religioni restituere. 276. Impedimenta dirimentia vel impedientia tantum ingressum religionis, quænam sunt ? 408, 409. An qui vovit ingredi religionem satisfaciat voto ingrediendo religionem in qua dissolute vivitur ? 277. Conceditur a jure bimestre conjugibus, ad deliberandum de ingressu religionis, intra quod tempus non tenentur reddere debitum petenti, quo transacto tenentur. X, 165.

Religiosi dicuntur monachi, a vita indivisibili et singulari qua in deiformem monadem colliguntur et proficiunt. VI, 378. Status religiosus consistit in immobili vitæ conditione ab Ecclesia approbata, in qua homines per tria vota paupertatis, continentiæ et obedientiæ et certam regulam tendunt ad perfectionem. 379. Obedientia religiosorum est diversa sicut regula religionum. 387. Voto obedientiæ, religiosus tenetur obedire præcepto legitimi superioris, in iis quæ pertinent directe vel indirecte ad vitam regularem. *Ibid.* Vi voti castitatis, tenetur religiosus abstinere ab omni actu venereo, tam interno, ut est turpis cogitatio, delectatio morosa, etc., quam externo ut est tactus, aspectus, coitus, pollutio, etc. 388. Licet religioso habere peculium. 386. Licitum est religiosis bona in communi habere. *Ibid.* Licitum est religiosis vivere ex eleemosynis, sive sint parvæ et quotidianæ, sive consistant in perpetuis redditibus. 401. Religiosi non solum licite, sed etiam laudabiliter, utuntur vilibus vestibus ; secus dicendum, si vilitas vestium procederet vel ex inani gloria, vel ex avaritia, vel ex negligentia. 402. Religiosus transgrediens regulam, non semper peccat mortaliter ; sed peccat aliquando mortaliter, aliquando venialiter ; aliquando non peccat. 388. Religiosi vi status non prohibentur docere, prædicare, sacramenta Eucharistiæ et pœnitentiæ administrare, aliasque functiones ecclesiasticas exercere. 401, 402. Quæ licentia requiritur et sufficit, ut religiosus possit licite uti rebus aliquibus, sive donando, sive recipiendo, sive aliter disponendo ? 383. Religiosus habet dominium rerum spiritualium. 382. Quilibet religiosus non tenetur ad omnia concilia. 380. Religiosus eodem genere peccati gravius peccat quam sæcularis. 390. Religiosi possunt transire ad arctiorem religionem. VII, 230.

Reliquiæ Christi et sanctorum si apprehendantur simul cum eo cujus sunt reliquiæ tanquam unum totale objectum, eodem cultu adorantur. III, 147, 148. Si vero reliquiæ considerentur præcise secundum relationem quam habent ad Christum aut sanctum cujus sunt reliquiæ, tunc adorantur cultu in-

feriori. *Ibid.* De falsis reliquiis quid dicendum? 150.

Remigius, Amolonis successor, librum edidit cui titulus : De tribus Epistolis. I, 293.

Remorsus cruciant sæpe malos in hac vita. II, 267, 268.

Renaudus (Theophilus) impugnavit communionem pro mortuis tanquam sordem non ferendam. IX, 184. Damnatus est. *Ibid.*

Repræsaliæ cum sint quædam species belli, de eis eodem modo loquendum est ac de bello. V, 373.

Reprobare apud theologos significat actum illum mentis in Deo, quo ab æterno statuit aliquos a vita æterna rejicere. I, 452.

Reprobatio non consistit in mera negatione prædestinationis, sed in actu positivo quo Deus permittit aliquos sua culpa deficere a gloria, et propter culpam infligit damnationis pœnam. I, 452, 466. Licet reprobatio sit unica, potest tamen dividi in negativam et positivam. 453. Deus neminem positive excludit a gloria titulo beneficii indebiti et ante prævisa demerita, sicque reprobatio negativa non est voluntas excludendi a gloria ante culpam, sed voluntas permittendi ut aliqui sua culpa excidant a gloria. 454, 455, 459. Motivum reprobationis negativæ absolute sumptæ, non petitur ex demeritis prævisis reprobi, sed ex divina bonitate. 460. Reprobatio positiva tam Angelorum quam hominum est ex prævisis demeritis : hoc est, Deus nemini decernit pœnam æternæ damnationis nisi propter prævisa peccata. Ita omnes catholici. 455. Per effectum reprobationis intelligitur quidquid fit a Deo ex intentione manifestandi suam justitiam per reprobationem aliquorum. 466.

Res naturales in quantum perfectæ sunt suum bonum aliis communicant. I, 256. Res necessariæ et contingentes a Deo ab æterno fuerant volitæ et prædefinitæ. 325. Res in mundo aliæ sunt permanentes, aliæ successivæ. II, 243. Res a quocumque habet esse habet et perfectionem. III, 88. Res, ubicumque sit, clamat domino. VI, 155. Res fructificat domino. 138. Duplex quandoque rebus sacris inest sanctitas seu sanctificatio : prima, ex ipsa sua institutione seu dedicatione; secunda, altera priori superveniens. VII, 420. Res corporalis non potest ex natura sua determinate significare rem spiritualem. VIII, 218. Res in sacramentis sunt non solum substantiæ physicæ, sed etiam actiones morales. 222. Res in sacramentis novæ legis sunt de facto a Christo determinatæ. 250. Res significata non potest nisi falso et insulse affirmari de signo, nisi sit illius signum vel ex natura rei, vel ex usu aut institutione, aut nisi auditoribus ita innotescat per aliquam explicationem. IX, 62.

Reservatio nihil aliud est quam limitatio jurisdictionis. IX, 375. Reservatio est odiosa ipsis confessariis, et pœnitentibus est pœnalis. 376. Peccatum veniale potest-ne reservari? 375. Peccatum internum, licet possit, non solet ab Ecclesia reservari. IV, 464 et IX, 375. *Vide* Casus reservatus.

Resignatio est spontanea proprii beneficii demissio coram legitimo superiore, scilicet papa aut episcopo, vel prælato inferiore, cujus est beneficii collatio, id acceptante. VII, 457.

Restitutio differt a solutione et satisfactione. II, 349 et V, 113. Restitutio in tota sua latitudine definiri potest : *Rei acceptæ redditio*, vel damni illati compensatio. V, 113. Restitutio est necessaria jure naturali, divino et humano. 115. Restitutio est actus justitiæ commutativæ. 114 ad 120. Restitutio facienda est per expensas proportionatas. 180. Quæ sunt restitutioni obnoxia, debentur vel ratione injustæ detentionis aut damnificationis, vel ratione rei acceptæ, vel tandem ex contractu. 179. Quod spectat inæqualitatem rei sufficit restituere simplum, hoc est, tantum quantum fuit ablatum aut damnificatum. 129. Communiter assignantur duo tituli inducentes obligationem restituendi, scilicet : res accepta, et injusta acceptio. 117. Potest assignari tertius titulus inducens obligationem restituendi, scilicet contractus. 118. Nemo, secluso contractu, tenetur ad restitutionem ratione damni illati ante sententiam judicis, nisi in damno inferendo admiserit culpam theologicam contra justitiam commutativam. 119. Quilibet tenetur statim restituere si potest, vel petere dilationem ab eo qui potest usum rei concedere. 175, 176. Qui alienum injuste detinet, continuo et singulis momentis peccat, probabilius. 177. Regula generalis in qua fundantur omnes causæ excusantes a restitutione statim vel absolute facienda hæc est : Quotiescumque dominus rationabiliter consentire debet quod restitutio differatur vel omittatur, potest differri vel omitti, licet de facto sit invitus. 188. Prima causa excusans a restitutione est impotentia debitoris sive physica, ut si nihil omnino habeat ad restituendum; sive moralis, hoc est, magna restituendi difficultas. 188, 189. Secunda causa excusans a restitutione est remissio facta a creditore : ut autem valeat; tres communiter requiruntur conditiones : prima, est ut remittens possit remittere; secunda, est ut lex non obstet; tertia, est ut remissio fiat spontanee et libere, sine vi vel fraude. 192, 193. Tertia causa excusans a restitutione est cessio bonorum, seu cessio fori, cum nempe debitor omnibus suis debitis solvendis impar, quæ ipsi supersunt bona creditoribus dimittit. *Ibid.* Quarta causa excusans a restitutione est ingressus religionis. 194, 195. Quinta causa est compensatio; duplex distinguitur : una improprie dicta, quæ est recuperatio rei vel debiti quam facit qui nihil debet suo debitori. Altera compensatio proprie dicta, est quando ex utraque parte est debitum :

vocatur in jure, debiti et crediti inter se contributio. 197. Sexta causa est auctoritas superioris; quod fit dupliciter : 1° per præscriptionem; 2° per justam judicis sententiam. 198. Septima causa est solutio facta creditori creditoris. *Ibid.* Octava causa est interitus rei. *Ibid.* Nona causa est compositio cum summo Pontifice quoad bona incerta, quatenus summus Pontifex, ex summa potestate quam habet in bona piis causis destinata, quædam ad hunc usum applicat, reliqua debitori remittit. *Ibid.* Qui urgente extrema necessitate restitutionem omisit, tenetur a transacta restituere rem adhuc extantem, vel simplex debitum; sed quidam negant ad rei in extrema necessitate consumptæ restitutionem eum teneri. 192. Tenetur restituere qui quovis modo impedit aliquem a consecutione boni publici, quod est principaliter institutum in utilitatem singulorum. 151. Qui impedit aliquem a consecutione boni ipsi debiti ex justitia commutativa, quovis modo impediat, etiamsi solis precibus aut suasionibus sine vi aut dolo, tenetur ad restitutionem. 148. Tenetur ad restitutionem qui vi vel dolo efficit ne testator scribat aliquem hæredem, aut ut scriptum deleat. 150. Quando plures aqualiter concurrunt ad damnum, tenentur æqualiter ad restitutionem, unusquisque pro sua parte. 169. Qui non potest restituere totum tenetur tamen restituere quod potest. VI, 268. Obligatio restituendi non oritur ex gravitate peccati, sed ex violatione justitiæ. 275. Præceptum restituendi est-ne affirmativum, an negativum? 316. Restitutio in integrum est prioris juris redintegratio, et in pristinum statum repositio, judicis auctoritate facta. VII *in Appendice.* Uno restituente, alii debent ipsi refundere quisque suam partem. 169, 170.

Restrictio mentalis est actus mentis quo, dum loquimur, verba restringimus seu detorquemus ad aliud quam ad id quod significant. VII, 399. Recentiores plerumque distinguunt restrictiones in pure seu stricte mentales, et late mentales. 400. Justa causa utendi restrictionibus late mentalibus hæc est : utilitas gravis propria vel aliena, sive vitatio gravis damni proprii vel alieni. 402.

Resurrectio perfecta est liberatio non solum a morte actuali, sed etiam a necessitate, et quod plus est, a possibilitate moriendi. III, 228. Verisimile est sanctos qui cum Christo resurrexerunt fuisse illos qui specialem respectum habuerunt ad Christum, fueruntque illustriores ejus figuræ, ut Abraham, Isaac, etc., Joannes Baptista, etc. 228, 229.

Reus juridice interrogatus tenetur sub mortali peccato fateri veritatem : si autem non interrogetur juridice, non tenetur respondere. VI, 333. Reus potest, imo tenetur se defendere contra sententiam qua condemnaretur ut ipse intro sumeret venenum aut sibi venas aperiret : est communior. 342. Quando reus prudenter dubitat an judex interroget juridice, non tenetur respondere. 333. Aliis licet-ne reo consulere fugam et carcerum effractionem, præbere instrumenta et eos adjuvare vel in fuga vel in effractione? 343. Post sententiam judicis tenetur reus pœnam subire. IV, 498.

Revelare absque ulla justa causa, sed ex mera loquacitate, crimen occultum alterius uni tantum viro prudenti, est-ne peccatum mortale? VI, 338.

Revelatum aliquid dicitur dupliciter : 1° formaliter et immediate, ut Deum esse trinum; 2° virtualiter et mediate, quatenus continetur in aliquo formaliter et immediate revelato, ex quo per discursum vi luminis naturalis deducitur. I, 12. Quæ sunt supernaturalia et excedunt lumen humanum, nec nisi lumine gratiæ cognoscuntur, non solent omnibus revelari, sed aliquibus tantum, per quos deinde aliis manifestantur. III, 231. Deus ordinarie mediante Ecclesia revelat. V, 3. Revelationes privatæ et ab Ecclesia non probatæ, non pertinent ad finem. 4. Sunt infirmæ auctoritatis apud theologos, maxime si inter se pugnent. VII, 234.

Reverentia respicit personam excellentem. IV, 428. Actus reverentiæ est contremiscere ex consideratione altitudinis divinæ, et resilire in propriam parvitatem. V, 265. Reverentia non est idem quod honor. VIII, 4.

Rex differt a tyranno, quia rex bonum commune, tyrannus bonum privatum spectat. IV, 446. Rex potest ferre legem toti regno utilem, licet sit nociva alicui provinciæ seu civitati. 447. Rex in bona subditorum non sic habet verum dominium ut possit illa in privatum commodum convertere. 446. Rex non dominatur in servos, sed in liberos. 447.

Richerius (Edmundus) damnatus fuit ab Academia Parisiensi, anno 1612; retractavit suam sententiam anno 1629. V, 190.

Ritus in Ecclesia recepti mutari non possunt per quemlibet sacerdotem. IX, 414.

Rixa. Peccant-ne qui post rixam nec se salutant nec colloquuntur? V, 354. Rixa est quoddam bellum privatum in quo rixantes ex ira se percutere nituntur. 418, 433. In eo qui injuste alterum invadit est ex genere peccatum mortale. 418. In eo qui se defendit potest esse sine peccato, quandoque cum veniali, quandoque cum mortali. *Ibid.*

Rogationum diebus est abstinendum a carnibus. VIII, 66.

Romana synodus damnavit Appollinarem. II, 309. *Vide* Lateranense concilium.

Rospigliosius loquitur de pace Clementina. V, 130.

Rufino nulla fides est adhibenda in his quæ spectant sedem Romanam. V, 163.

Rupertus a quibusdam impanationis accusatur, ab aliis excusatur. IX, 77.

Rustici et rudes examinandi sunt circa cogitationes morosas, et circa pollutiones venereas. IX, 400.

S

Sabbatum seu requies non sumitur eodem modo in Deo ac in homine. II, 231. Per sabbata intelliguntur festa saltem solemniora. IX, 104. Sabbatum quod mortem Christi subsecutum est vocabatur magnus dies Sabbati. 107.

Sabellius, Noeti discipulus, suo nomine et patrocinio celebriorem magistri sui hæresim reddidit : ab illo dicti sunt Sabelliani et Monarchii. II, I. Unicam in Deo personam agnoscebat. 4, 19.

Sacerdos juxta nomen est quasi sacra dos : id est offerens pro hominibus preces, dona, maxime sacrificium. III, 110 : X, 74. Sacerdos est quodammodo sequester et medius inter Deum et homines ; ad ipsum enim spectat divina dogmata et sacramenta exhibere populo et quæ sunt populi, ut preces, sacrificia, oblationes exhibere Deo. VII, 239 : X, 45. Si sacerdos resuscitaretur, non esset iterum baptizandus, neque confirmandus, neque ordinandus. VIII, 281. Non est in ecclesia nisi unus sacerdos principalis, sed sunt innumeri ministeriales. IX, 197. Sacerdotes novæ legis in quo differunt a sacerdotibus legis veteris? Sacerdos celebrans debet applicare fructum sacrificii. 198. Sacerdotes curare debent ut tot celebrent missas quot acceperunt stipendia. 210. Sacerdos celebrans debet applicare fructum sacrificii. 207. Sacerdos in sua ordinatione accipit duas potestates : unam in corpus Christi verum ; aliam in corpus Christi mysticum. 360. Sacerdotes non sunt successores apostolorum, quoad apostolatum. 361. In famoso canone *Omnis utriusque*, etc. proprius sacerdos est parochus, non exclusis tamen summo Pontifice et episcopis. 411. Per proprium sacerdotem quidam intelligunt solum parochum exclusis summo Pontifice et episcopo. *Ibid.* Hæc opinio damnata est a Joanne XXII. 414. Nomine proprii sacerdotis alii intelligunt non tantum parochum, sed etiam summum Pontificem in universa ecclesia, et episcopum in diœcesi. 411, 412.

Sacerdotium non fuit translatum nisi in cruce. VIII, 381. Fide certum est sacerdotium esse sacramentum. X, 33.

Sacramentalia sic dicuntur propter aliquam similitudinem cum sacramentis. VIII. 373. Sex vulgo sacramentalia numerantur, scilicet : Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens. 468. Sunt ex institutione Ecclesiæ. IX, 279. Causant remissionem peccatorum venialium. *Ibid.*

Sacramentarii ad tropos et figuras detorquent verba Christi instituentis Eucharistiam. IX, 46.

Sacramentum. Christus voluit sacramenta confici ab homine, IV, 302. Validitas sacramenti pendet ex institutione Christi, non ex opinione hominum. 249. Sacramenta causant gratiam proportionaliter juxta propriam cujusque dispositionem. V, 113. Sacramentum late sumptum est quodcumque signum rei sacræ. Stricte sumptum, est signum practicum et effectivum rei sacræ, gratiæ scilicet nos sanctificantis. VIII, 214. et X, 93. Sacramenta sunt signa sensibilia quibus homines in unum religionis visibilis nomen coadunantur. 438. Sacramentum est signum ad placitum, practicum, sacrum tam ex parte rei sanctificantis quam ex parte rei significatæ permanens et stabile. 217 *ad* 220. Signum stabile debet enim permanere quandiu durabit religio. 220. Sacramentum aliquo modo pertinet ad virtutem religionis. 218. Sacramenta sunt quædam composita artificialia, non physica, sed materialia, ab hominibus exercenda et recipienda. 224, 226. Sacramentum tria significat : passionem Christi, gratiam sanctificantem, et gloriam. 222. Sacramenta possunt considerari : 1° ex parte causæ sanctificantis ; 2° ex parte hominis sanctificandi ; 3° ex parte ipsius significationis sacramentalis. 223. Sacramenta sunt necessaria, necessitate scilicet congruentiæ, ad humanam salutem. 238. Post peccatum ante Christum tam in lege naturæ quam in lege scripta, tam pro peccato originali quam pro actualibus, debuerunt esse sacramenta. 242. — Nullum in statu innocentiæ de facto extitit sacramentum. 239. In S. Scriptura nullibi revelatur-ne fuisse sacramenta in lege naturæ, nec etiam in lege scripta, saltem pro peccatis actualibus ? 244. Sacramenta, tam legis naturæ quam legis scriptæ, fuissent immediate a Deo instituta. 281. Sacramenta legis scriptæ reduci possunt ad tria genera : primum est quo homines constituebantur et deputabantur in statu colendi Deum ; secundum, quod consistebat in usu rerum quæ ad Dei cultum pertinebant ; tertium, per quod removebantur impedimenta cultus divini per illos exercendi. 244. Sacramenta veteris legis non causabant gratiam ex opere operato active sicut nostra. 271. Sacramenta veteris legis non imprimebant characterem. 275, 276. Hæc sacramenta erant typi et figuræ sacramentorum novæ legis. 245. Sacramenta veteris legis erant prognostica. 218, 219. — Post Christum debuerunt esse sacramenta a veteribus distincta. 245. Sacramenta nostra univoce conveniunt cum sacramentis antiquæ legis in ratione sacramenti. 215, 221. Sacramenta novæ legis sunt septem, nec plura nec pauciora, scilicet : Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema-Unctio, Ordo et Matrimonium ; est de fide. 318. Ratio congrua institutionis septem sacramentorum desumitur ex similitudine vitæ spiritualis cum corporali. 319. Duplex est sacramentorum causa : instituens, et exequens seu ministrans. 281. Deus solus per auctoritatem propriam est auctor principalis omnium sacramentorum. *Ibid.*

Omnia novæ legis sacramenta fuerunt immediate a Christo instituta. *Ibid.* Christus est causa principalis moralis seu meritoria gratiæ; et valorem sui meriti sacramentis moraliter applicuit. 230. Passio Christi est causa finalis et efficiens sacramentorum. 245. Christus in sacramentis duplicem habuit potestatem : unam auctoriatis supremæ, quæ ipsi competit secundum quod Deus : hanc potestatem nulli creaturæ potuit communicare. 283. Aliam habuit potestatem, ministerii principalis seu excellentiæ, quæ ipsi competit secundum quod homo conjunctus Verbo. *Ibid.* Christus potestatem excellentiæ secundum quam instituit sacramenta, potuit puro homini communicare, non tamen in ea perfectione et eminentia quæ sibi competit. *Ibid.* — Omnia sacramenta, tam antiquæ quam novæ legis, constant de facto rebus sensibilibus. 222. — Sacramenta novæ legis constant ex rebus et verbis tanquam materia et forma, et ut partibus intrinsecis et essentialibus. 224. Materia et forma compositi debent simul uniri simultate physica vel morali. *Ibid.* Sacramenta tangunt physice animam contactu virtutis. 237. — Verba sacramentorum non sunt simpliciter promissoria et concionatoria, sed consecratoria, id est, effectiva illius quod significant. 228. Verba sacramentorum usurpata et instituta a Christo nullam continent promissionem aut concionem. *Ibid.* Usus verborum communium non est necessitatis absolutæ pro sacramenti validitate, sed tantum congruentiæ; et obligationis sub peccato pro ministris. 232. Verbum concionatorium jocose aut sine ulla intentione prolatum est efficax, non autem verbum sacramentale, 305, 306. — Inter sacramenta novæ legis quædam dicuntur mortuorum; alia dicuntur vivorum. 261. Sacramenta mortuorum per se causant primam gratiam; sacramenta vivorum per se causant secundam gratiam. *Ib.* In sacramentis mortuorum, ad percipiendum primarium eorum effectum, scilicet primam gratiam, requiritur et sufficit, in adultis, dispositio quæ sit saltem attritio supernaturalis actualis vel virtualis. 265. In sacramentis vivorum ad percipiendum primarium eorum effectum, scilicet augmentum gratiæ, non requiritur necessario dispositio actualis vel virtualis, sed sufficit habitualis, scilicet status gratiæ : unde etiamsi aliquis in actuali susceptione peccet venialiter, nihilominus recipit hunc effectum. Ita plures. *Ibid.* Aliquando et per accidens sacramenta mortuorum causant secundam gratiam, et sacramenta vivorum primam. 261. Falsum est catholicos nullam dispositionem requirere in suscipiente sacramentum, ut per illud justificetur. 246. Aliquis potest accedere ad sacramenta positive dignus, et dignus negative seu non indignus. 263. Attritio saltem requiritur pro sacramentis mortuorum, 338, pro sacramentis vivorum, status gratiæ saltem prudenter existimatus per confessionem vel contritionem. *Ibid.* Ad integritatem sacramenti non requiritur attentio tam in ministrante quam in suscipiente, excepta forte extrema-unctione. 339. Potest-ne quis esse certus suscepti sacramenti, licet intentio interna sit necessaria ? 334. Qui rationabiliter dubitat de valore sacramenti debet ipsum repetere sub conditione. 237. Qui certus est de invaliditate sacramenti defectu sive materiæ sive formæ, debet, adhibita materia vel forma valida, ipsum absolute repetere. *Ibid.* Qui certus de validitate sacramenti ipsum repetit etiam sub conditione, sacrilegium committit. *Ibid.* Sacramenta ficte suscepta non conferunt probabilius physice gratiam recedente fictione. 237.—Quædam sacramenta novæ legis conferre characterem, est de fide, contra Wiclefistas, Lutheranos et Calvinistas. 273 Tria tantum sacramenta, scilicet baptismus, confirmatio et ordo, conferunt characterem, non alia quatuor. 260 et 275. Sacramenta in quibus imprimitur character non reiterantur, eo quod character est indelebilis. 275. Sacramenta quæ imprimunt characterem, ficte suscepta, recedente fictione causant-ne physice gratiam? 237.Remanent-ne in charactere quem Deus elevat, ut, recedente fictione, producant gratiam ? *Ibid.* — In sacramentis datur virtus instrumentalis ad inducendum effectum sacramentalem, quæ proportionatur instrumento. 237. Sacramenta agunt ad modum agentium naturalium, quæ plus vel minus efficiunt secundum majorem vel minorem capacitatem seu dispositionem subjecti. 250. Effectus sacramentorum nobis tantum innotescere possunt certo et infallibiliter vel ex Script., vel ex concil., vel ex trad. probabiliter ex aliis auctoritatibus. Sacramenta id solum causant per se quod significant, sed per accidens causant aliud. 262. Sacramenta quæ ordinantur ad perfectionem unius personæ, naturaliter præcedunt ea quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis. 370. — Sacramenta novæ legis sunt plus quam signa gratiæ. 252. Sacramenta veteris legis non habebant vim causandi gratiam. 254. Sacramenta novæ legis causant gratiam nobiliori et perfectiori modo quam sacramenta veteris legis. 255. Sacramenta novæ legis sunt causæ instrumentales gratiæ, non solum moraliter, sed etiam physice. 250. Gratia sacramentalis est novus modus intrinsecus perfectionis, seu specialis vigor gratiæ communiter dictæ superadditus, cum ordine seu exigentia et jure ad auxilium actuale suo tempore conferendum. Ita quidam contra quosdam alios. 267, 268. Gratia duplici modo producitur, scilicet : ex opere operantis, et ex opere operato. 245. Gratiam produci ex opere operantis est illam conferri a Deo intuitu operis, quatenus ab operante laudabiliter et meritorie procedit. 246. Gratiam produci ex opere operato est eam con-

ferri a Deo intuitu operis, non ut procedit laudabiliter ab operante, sed ut est a Christo institutum. *Ibid.* Abstrahendo a dispositione subjecti, sacramenta specie distincta ex se inæqualem conferunt gratiam; solo numero distincta, æqualem. 264. Sacramentum reviviscens quomodo confert gratiam? 461, 462. Ecclesia non habet potestatem instituendi quædam signa visibilia, quæ vi præcisæ suæ institutionis gratiam conferant. IX, 298, 299. Ecclesia non potest instituta sacramenta removere. Sunt ipsius Ecclesiæ fundamenta. 352. Unio cum Christo et effectus generalis omnium sacramentorum. 151, 152. Gratia sanctificans est communis effectus omnium sacramentorum. 33. Quodlibet sacramentum addit aliquem modum seu rigorem cum jure ad auxilia specialia pro actibus sibi propriis eliciendis. *Ibid.* Quæ pertinent ad ritus sacramentorum habebantur pro secretissimis et scriptis non semper prodebantur. IX, II. Nullum sacramentum novæ legis est per se primo institutum contra peccata venialia. X, 15.

SACRIFICIUM, si generaliter sumatur, est omne opus bonum propter reverentiam divinam factum. Si autem stricte et proprie sumatur, sacrificium est: Oblatio rei sensibilis a legitimo ministro facta Deo, per realem immutationem ad testandum supremum ejus dominium, nostramque subjectionem. VII, 236: IX, 194. Præter hanc significationem quædam sacrificia habent aliam accessoriam quæ allegorica dici potest. 237. Ad perfectum et proprie dictum sacrificium quinque requiruntur: 1° ex parte ministri, quod sit sacerdos; 2° ex parte materiæ oblatæ, quod sit res sensibilis permanens; 3° ex parte formæ, quod res illa realiter immutetur; 4° ex parte finis, quod soli Deo fiat, in protestationem supremi ejus dominii et nostræ subjectionis; 5° ex parte loci, quod fiat in templo vel in altari. 238. Ad rationem sacrificii non requiritur necessario mutatio qua victima totaliter destruatur, sed sufficit talis mutatio qua hostia ponatur in statu humiliori et potius ad destructionem vergente, quam ad persistentiam. *Ibid.* De essentia sacrificii incruenti est ut sanguis mystice separetur a corpore. IX, 128. De essentia sacrificii cruenti est ut sanguis separetur realiter a corpore. *Ibid.* Valor sacrificii differt ab ejus effectus. 208. Valor est dignitas quam habet tam ex parte rei oblatæ quam afferentis principalis. *Ibid.* Fructus seu effectus est id quod de facto confertur intuitu hujus dignitatis. *Ibid.* Inter varias sacrificiorum antiquorum divisiones præcipua est quæ sit ratione formæ et finis simul in holocaustum, sacrificium pro peccato, et hostia pacifica. VII, 238, 239. Sacrificium dividitur in latreuticum, eucharisticum, impetratorium, et propitiatorium. IX, 194. In lege nova unicum est sacrificium infinitæ dignitatis, scilicet, sacrificium Missæ, continens in se omnium sacrificiorum virtutem. VII, 239. Oblatio sacrificii est de jure naturæ. *Ibid.* Sacrificium Missæ differt a sacrificiis legis antiquæ, a sacrificio crucis, a sacrificio cœnæ et a sacramento Eucharistiæ. IX, 204. Fructus sacrificii potest applicari generalissime: 1° pro totius mundi salute; 2° generaliter pro parentibus, amicis, communitate; 3° specialiter pro illo vel isto in particulari. 207, 208. Offerri potest hoc sacrificium pro omnibus hominibus viventibus, etiamsi infidelibus, schismaticis, hæreticis et excommunicatis, modo pro his non offeratur tanquam pro membris Ecclesiæ. 206. Non potest offerri pro damnatis et infantibus decedentibus sine baptismo, quia sunt in termino, et in inferno nulla est redemptio. *Ibid.* Missæ sacrificium pro fidelibus defunctis in purgatorio potest offerri. *Ib. Vide* MISSA. Nulla natio aut religio est aut fuit unquam sine sacrificio. 197. Omnes homines tenentur ad sacrificium interius; tenentur etiam omnes ad sacrificium exterius, quod est proprie dictum sacrificium non per se quidem, sed per alios. VII, 239.

SACRILEGIUM est omnis *violatio*, seu *indigna et irreverens tractatio rei sacræ*. VII, 419 et seqq. Sacrilegium est speciale peccatum oppositum religioni. 420. Sunt tres species sacrilegii: 1° contra personam sacram; 2° contra locum sacrum; 3° contra rem sacram. *Ibid.* et seqq. Utrum sacrilegium sit semper peccatum mortale? 423. Sacrilegia contra res sacras diversos habent gradus secundum differentiam rerum sacrarum: primum locum tenent sacramenta quibus homo sanctificatur, et inter illa Eucharistia; secundum locum obtinent vasa ad susceptionem seu administrationem sacramentorum consecrata vel benedicta, item cruces, imagines; reliquiæ, oleum sanctum, Evangelium, Scriptura, etc.; tertium locum, ea quæ pertinent ad ornatum ecclesiæ et ministrorum ut sacramentalia; quartum, jura et bona ecclesiastica. 423, 424. Quando utraque persona complex est sacra, duplex est sacrilegium. 350. Sacrilegium carnale committitur in res sacras, quando earum interventu aguntur impudica. *Ibid.* Quænam fiunt contra sanctitatem loci ut reatus sacrilegii incurratur? 421. Et quomodo debent fieri ut indigeat reconciliatione? *Ibid.* Quæ sit pœna conveniens sacrilegiorum? 424. Sacrilegium in materia venerea definitur violatio rei sacræ per actum venereum. VIII, 163. Triplex est species sacrilegii carnalis, scilicet, personæ, loci, et rei. Sacrilegium carnale committitur per copulam carnalem, aut quamcumque voluntariam seminis humani effusionem in loco sacro. 163.

SACRUM omittens die festo incidente in dominicam unum numero et specie peccatum committit. IV, 307. *Vide* DIES DOMINICA. Ludens tempore sacri cum eo qui prius firmiter statuit non adire sacrum, non peccat. 299. Uxor potest et debet semel et iterum

sacrum omittere, propter zelotypiam aut morositatem mariti inde eventuram. V, 239. Puella quæ scit aliquem determinate ex suo aspectu scandalizari, potest et debet-ne sacrum die festo omittere? *Ibid.*

Sadducæi negabant resurrectionem, et existentiam Angelorum atque spirituum. II, 148.

Sæculum decimum non fuit sæculum sceleris et ignorantiæ. IX, 287.

Salomon præcellit-ne sapientia omnes homines? II, 270. Non petiit neque divitias, neque paupertatem. III, 198. Condemnavit-ne juste Adoniam ad mortem? VI, 323. Incertum est Salomonem egisse pœnitentiam. IX, 266.

Salus. Voluntas Christi de omnibus salvandis non est superflua et otiosa. I, 289. Salus cuique moraliter viventi est possibilis, etiam supposito non solum peccato originali, sed suppositis quibusvis aliis peccatis actualibus, non finalibus. 302. Deus etiam post Adæ lapsum vult voluntate antecedente, non otiosa sed activa, omnes omnino homines salvos fieri. Deus voluntate efficaci et absoluta salvat aliquos ante omnem meritorum gratiæ prævisionem, et ex ea voluntate profluunt media sufficientia ad salutem. Vasquesius et pauci alii id negant de infantibus. 272, 433, 434. Via salutis non est arctior in lege nova quam in veteri. V, 32. Deus ex potentia extraordinaria potest non solum homines damnatos, sed etiam diabolos omnes salvare. VII, 231. Post peccatum nullus salvari potest nisi per fidem in Christum redemptorem. VIII, 242.

Salutatio angelica. Ad venerationem et memoriam sacratissimi momenti salutationis Angelicæ usus obtinuit inter fideles ut ter in die, mane, meridie et vespere salutationem angelicam recitarent. III, 161, 162.

Samaritani non receperant a Philippo confirmationem, illam receperunt ab Apostolis. IX, 5.

Samson nec impœnitens nec suicidii reus occubuit. VI, 80.

Samuel non peccavit lugendo Saül. IV, 175. Probabilius est verum Samuelem, saltem quoad animam, et non dæmonem sub Samuelis specie, apparuisse Saüli mulierem pythonissam consulenti. VII, 390.

Sancti duobus modis res cognoscunt in Verbo : 1° formaliter, hoc est, ipsa formali visione Verbi; 2° causaliter, hoc est, per species a Verbo impressas, vi beatificæ visionis. *Vide* Beati. VII, 193. Sancti dupliciter dicuntur orare pro nobis : uno modo oratione expressa, alio modo oratione intempestiva. 196. Sancti impetrare possunt, licet non sint in statu merendi. *Ibid.* Per invocationem sanctorum nulla fit injuria Deo et Christo. 191. Invocationes sanctorum prout fiunt apud catholicos, non sunt superstitiosæ, neque rejiciendæ. 195. In veteri Testamento sancti aliquando invocabantur. *Ibid.* Sectarii posteriores concedunt sanctos orare pro ecclesia in genere. 190. Sanctæ quæ in ignem aut fluvium se injecerunt ne violarentur, id fecerunt ex instinctu Spiritus sancti. VI, 227.

Sanctificatio nostra consistit in subjectione mentis ad Deum. VIII, 239. Quomodo satisfit præcepto de sanctificandis festis? IX, 177. *Vide* Dies dominica.

Sanctitas dicitur per quam mens hominis seipsam et suos actus applicat Deo seu dirigit ad Deum. II, 430 ; VII, 185. Sanctitas ex tribus coalescit : 1° est munditia mentis, seu ab omni labe puritas; 2° firmitas in bono; 3° summa conjunctio et applicatio ad Deum resque divinas : ad quod ultimum duo priora requiruntur. *Ibid.* Sanctitas potest haberi per infusionem gratiæ justificantis. VII, 185. Sanctitas potest inesse rebus. 277.

Sanguis. Duplex potest distingui : nutrimentalis et naturalis. II, 427. Sanguis Christi etiam in triduo mortis mansit hypostatice unitus Verbo. 429. Sanguis in veteri lege dicitur anima bruti, id est, signum. IX, 68.

Sapientia est scientia considerans causas altissimas. I, 22.

Sardicense concilium semper fuit habitum ut appendix concilii Nicæni. V, 340. Illud concilium a Constantio, jussu Julii papæ, convocatum fuit. 231.

Satisfactio quæ est recompensatio voluntaria debiti alia est condigna, quando res oblata adæquat debitum; alia de toto rigore justitiæ; seu ad apices juris, quando servantur omnes conditiones strictæ justitiæ. II, 348 et III. 94, 97. Homo purus non potest Deo pro peccato offerre satisfactionem secundum totum rigorem justitiæ. II, 438, 439. Utrum homo purus, id est non Deus, non potuerit satisfactionem de condigno Deo pro peccato proprio vel alieno exhibere, controvertitur. *Ibid.* Ille vere et proprie dicitur satisfacere, qui exhibet pretium æquivalens rei ablatæ, seu injuriæ illatæ, per quod extinguitur debitum; ita Christum pro nobis satisfecisse tenent omnes catholici; negant Sociniani. III, 77, 97. Satisfactio secundum vim nominis est omnis actio qua quis facit quantum debet sive solvendo debitum, sive respondendo expectationi de se conceptæ, sive reddendo sufficientem rationem eorum de quibus rogatur. IX, 452. Sactisfactio sumpta strictius significat compensationem, quæ vocatur restitutio si agatur de damno reparando, et quæ vocatur satisfactio si fiat ad compensandam offensam seu injuriam illatam. *Ibid.* Triplex distingui potest satisfactio : *de condigno*, *de congruo late*, *de congruo stricte*. 466. Homo non potest Deo satisfacere pro culpa secundum æqualitatem quantitatis, potest secundum æqualitatem proportionis. 433.

Satisfactio pro pœna temporali restante

post remissionem culpæ et pœnæ æternæ, definitur : Solutio pœnæ temporalis peccato debitæ per opera bona et pœnalia, a confessario taxata, si nempe sit sacramentalis; vel sponte suscepta, si sit extra-sacramentalis. 432, 433. Sola satisfactio quam sacerdos tanquam Dei minister in sacramenti pœnitentiæ dispensatione injungit, est pars integralis sacramenti. 453, 456. Satisfactio alia æquivalens seu sufficiens, alia insufficiens : sufficiens duplex : una ex parte materiæ, altera ex parte formæ. 455. Necessaria est peccatoribus satisfactio. 454. Non est necesse adimplere satisfactionem ante absolutionem. 456. Convenientius tamen imponitur ante absolutionem; quia sic materia præsupponitur expressius formæ. 457. Implenda est satisfactio injuncta quamprimum commode fieri potest, si nullum tempus sit præfixum. *Ibid.* Probabile est quod satisfactio sacramentalis causet ex opere operato gratias actuales, et augmentum gratiæ habitualis. 472. Omnis nostra satisfactio ad Deum est amicabilis, nec fundatur in justitia, sed in sola acceptatione divina. 273. Abstrahendo a satisfactione sacramentali et extra-sacramentali, eamque spectando ut solutionem debiti, unus potest pro altero satisfacere; spectando autem ut medicinam, non potest nisi per accidens. 460. Satisfactio alia est publica, alia privata. 455. Convenienter enumerantur opera satisfactoria, eleemosyna, jejunium, et oratio. 472. Opus satisfactorium habet duplicem valorem : 1° moralem; 2° satisfactorium. *Ibid.* Opera satisfactoria debent esse pœnalia. 469. Opera alias debita sunt satisfactoria. 472. Opera satisfactoria quæ præcedunt reconciliationem, si fiant ex gratia actuali, se habent per modum præparationis et impetrationis ad ipsam remissionem culpæ et pœnæ æternæ. 455. Omnis actus virtutis est pœnalis et satisfactorius. 470. Opus in actu vel affectu peccati factum, nullo modo satisfacit. 466, 467. Opus in reatu peccati factum, si, deposito affectu ad peccatum, procedat ex gratia actuali, ut in pœnitentibus, satisfacit non de condigno, nec de congruo stricte, sed de congruo late. 466.

Scandalum Græce, Latine offendiculum. V, 378. Recte definitur : Dictum vel factum minus rectum præbens alteri occasionem ruinæ spiritualis. IV, 185 : V, 378. Scandalum aliud est activum, et aliud passivum : activum duplex est : per se, et per accidens. IV, 378. Scandalum activum proprie dictum est peccatum ex genere suo mortale. 379. Potest fieri veniale. *Ibid.* Scandalum passivum est ruina spiritualis proximi occasione dicti vel facti alterius. *Ibid.* Scandalum passivum est peccatum, non speciale tamen. *Ibid.* Duplex est : datum, et acceptum. 378. Acceptum aliud dicitur scandalum pusillorum, et aliud scandalum Pharisaïcum *Ibid.* Ea quæ sunt legibus prohibita vel præcepta posse aut debere omitti ob scandalum pusillorum, negant quidam, affirmant alii. 335. Scandala necessaria sunt hypothetice, non absolute. 379. Scandalizari est peccando pati ruinam spiritualem. 378. Unde falsa est eorum opinio qui scandalum cum indignatione confundunt. *Ibid.*

Scholastici antiqui admisserunt formam deprecatoriam in pœnitentia. IX, 255.

Schisma Græce, Latine scissio, est peccatum speciale; definitur : Voluntaria separatio sui ipsius ab unitate Ecclesiæ. V, 363. Schisma est peccatum speciale et mortale ex genere suo. *Ibid.*

Schismaticus triplici modo quis potest fieri, se separando : 1° a capite; 2° a membris; 3° a capite et membris simul. V, 363. Id est, schismaticus est : 1° qui renitit subesse Romano Pontifici ut tali, se ab illius obedientia separando. *Ibid.*; 2° qui recusant communicare cum catholicis in rebus fidei et religionis, V, 363; 3° qui se separant a Romano Pontifice ut tali et ab his qui illi adhærent. *Ibid.* Excommunicantur schismatici excommunicatione majori Papæ reservata. *Ibid.* Non est schismaticus qui non renuit subesse Romano Pontifici ut est homo privatus, v. g. ex odio. *Ibid.* Schismatici occulti retinent jurisdictionem, non manifesti. *Ib.*

Scientia. Ad rationem scientiæ subalternatæ non requiritur evidentia actualis, sed sufficit radicalis. I, 9. Scientiæ desumunt suam unitatem specificam ab objecto formali. 21. Scientia dupliciter sumitur : 1° late pro omni cognitione intellectiva, certa et evidenti; 2° proprie pro cognitione certa et evidenti rerum per causas. 153. Scientia dicitur infusa dupliciter, per se scilicet, et per accidens : per se est illa quæ non nisi a Deo causari potest; per accidens est illa quæ propriis actibus potest acquiri : de facto a Deo solo infunditur; est ejusdem speciei cum acquisita. III, 9, 15. Scientia per se acquisibilis dicitur quæ per se et connaturaliter petit actibus nostris acquiri, licet per accidens possit a Deo infundi. *Ibid.* Scientia infinitorum debet-ne esse infinita? 7. Scientia publica habetur in civilibus per testes, per libros antiquos, per scripta manu publica confecta, per famam et indicia. VI, 330. In criminalibus vero habetur per evidentiam facti, per confessionem rei, et per testes. *Ibid.*

Scotistæ distinguunt formaliter inter essentiam divinam, attributa et personas. I, 141. Scotistæ cum Scoto dicunt esse veras actiones intellectus et voluntatis, non tamen esse intellectionem neque volitionem, sed dictionem et spirationem. II, 64. Duplex in Deo distinguunt decretum relative ad Incarnationem. 331. Dicunt absolutionem esse essentiam sacramenti pœnitentiæ, non autem actus pœnitentis. IX, 243. In multis aliis opinionibus contrarii sunt Thomistis.

Scotus (Joannes), Erigena dictus, suspectæ habitus est fidei circa præsentiam rea-

lem. IX, 42, 59. Hujus liber de corpore Christi proscriptus est in concilio Vercellensi anno 1053. 43.

Scotus quomodo intelligit meritum de condigno? III, 436. Ponit essentiam beatitudinis formalis in solo actu voluntatis, scilicet vel amore amicitiæ, vel fruitione. IV, 14. Censuit verba Christi ad consecrationem non esse efficacia nisi præmissis, *qui pridie*. IX, 139.

Scriptura. Verba scripturæ sanctæ accipienda sunt in proprio sensu, quando nullum inde sequitur inconveniens. III, 51. Scriptura sacra est verbum Dei scriptum. V, 67. Scriptura sacra est norma et lex juxta quas dirimendæ sunt controversiæ fidei. 113. Ex traditione habemus quod Scriptura sit sacra et divina. 88. Scriptura sacra dividitur in Vetus et Novum Testamentum. 71. Omnes Scripturæ sententiæ sunt a Spiritu sancto inspiratæ et dictatæ. 68. Spiritus sanctus se accommodavit genio scriptoris cujusque sacri. 70. Probabilius videtur ad rationem Scripturæ sacræ requiri quod non solum sensus et sententiæ, sed etiam singula verba, sint a Spiritu sancto dictata. 68. Sensus Scripturæ in multis locis obscurus est. 83. Scriptura non potest de suo sensu judicare ut volunt hæretici. 84. Spiritus cujusque privatus non potest esse judex de vero sensu Scripturæ, ut volunt hæretici. *Ibid.* Duplex est in genere sensus Scripturæ sacræ : litteralis seu historicus, et mysticus seu spiritualis. 81. Sensus litteralis duplex est : unus proprius et grammaticalis, alter improprius et metaphoricus. 82. Idem textus Scripturæ potest habere plures sensus litterales. 83. Sensus spiritualis triplex est, scilicet : allegoricus, moralis seu tropologicus, et anagogicus. 82. Sensus accommodatitius quid est? 84. Licet-ne cuique privato usurpare verba Scripturæ in sensu accommodatitio? 83. Ad quem sensum pertinet parabolicus. 82. Itala versio quid est? in usu fuit-ne in Ecclesia? 74. In quo sita est versionis Latinæ authenticitas. 78. Menda quibus scatet versio Latina auferunt-ne ipsius authenticitatem? *Ibid.* Vulgata communis quid est? 74. Ea nunc utitur Ecclesia. *Ibid.* Vulgata est-ne in omnibus conformis fontibus Hebræis et Græcis? 77. Quid de mendis quæ in versione Vulgata reperiebantur olim et adhuc remanent, censendum est? 78. Versiones in linguas vernaculas tot sunt quot existunt diversæ nationes. 74. Multæ fuerunt versiones Græcæ. 73. Quid est versio Septuaginta interpretum? Cujusnam est auctoritatis? *Ibid.* Quid censendum de versione Syriaca? *Ibid.* Certum est illam extare; auctores ejus sunt incerti. *Ibid.* Autographa Scripturæ sacræ extant-ne adhuc? 72. Scriptores sacri sunt calami Spiritus sancti, sed calami vivi et liberi. 69. Scriptores sacri intenderunt-ne omnia componere quæ pertinent ad doctrinam christianam? 92. Libri deuterocanonici sunt æqualis auctoritatis ac protocanonici. 72. Quomodo locutiones S. Scripturarum figuratæ a non figuratis discernuntur? IX, 60.

Scrupulus nihil aliud est quam levis et inanis quædam ratiuncula occurrens de malitia actionis, cujus solutio non invenitur, et inde animus vel opinatur, vel suspicatur, vel dubitat cum anxietate an mala sit actio. IV, 200. Potest esse vel de præterito, vel de præsenti, vel de futuro. *Ibid.* Duplicis generis sunt causæ scrupulorum : aliæ sunt intrinsecæ. 201; aliæ extrinsecæ. *Ibid.* Quibus remediis curandi sunt scrupulosi? 202. Aberrat vulgus circa scrupulosos. 201. Quomodo confessarius gerere se debeat cum scrupuloso? 202. Scrupulosos anxios circa confessiones præteritas non debet permittere confessarius eas repetendi. 203. Quomodo respondendum est objectionibus scrupulosorum. *Ibid.* *Vide* Conscientia.

Secretum est, quod clancularie ab aliquo vel a tam paucis scitur, ut neque sit famosum neque notorium. VI, 375. Servandi secreta triplex est obligatio : prima, ex eo præcise quod ejus revelatio noceret proximo; secunda, ex promissione expressa vel tacita illud servandi; tertia, ex lege sacramentali confessionis. *Ibid.* Ubi adest justa causa non est peccatum revelare secretum. 376.

Secta a sectando dicitur. V, 54.

Seditio est tumultus partium ejusdem multitudinis ad pugnam se parantium. V, 373. Est peccatum speciale ex genere suo mortale. *Ibid.* Qui seditionem procurat gravissime peccat, deinde qui eos sequuntur. *Ibid.*

Seductio alia est practica, alia speculativa, juxta quosdam. II, 303. Juxta alios, alia est seductio in errorem formaliter contra fidem; alia est seductio in peccatum seu etiam in errorem, sed non formaliter contra fidem, sed materialiter tantum. 304.

Seleucienses patres Arianismo subscripsere. V, 140.

Semei Deus permisit maledicere David, sed non impulit. IV, 339.

Semen in S. Scriptura sumitur quandoque pro prole. IX, 186. Non licet semen ejicere ad conservationem corporis. VIII, 170. Uxores quæ semen jam receptum ejiciunt peccant. X, 149.

Semi-Pelagiani revera erraverunt circa mortem Christi pro omnibus, dicentes eum æquali et indifferenti affectu esse mortuum pro omnibus. I, 282, 283. Synopsis Semi-Pelagianorum historica et enarrantur illorum errores. III, 259. Semi-Pelagiani admittebant peccatum originale et necessitatem gratiæ ad opera salutis; at cum Pelagio negabant eam ad initium salutis et perseverantiam. *Ibid.* Error capitalis Semi-Pelagianorum erat, quod initium fidei et salutis esset ex nobis et non ex Deo; et quod collatio gratiæ salutem operantis non præcederet, sed æqueretur obedientiam nostram; juxta

illud Fausti : « Nisi fuerit obedientiæ præmissa devotio, gratiæ vilescit oblatio. » 264.

Senior in Novo Testamento non ætatem sed dignitatem ecclesiasticam significat. V, 231.

Senonense concilium damnavit gratiam per se efficacem ad sensum Lutheri et Calvini. I, 343.

Sensualitatis motus dividuntur in motus primo-primos, secundo-primos, et deliberatos. IV, 322. Motus plene deliberati circa objecta sub mortali prohibita, sunt peccata mortalia. *Ibid.* Motus secundo primi sunt venialia. *Ibid.* Sensualitatis primo-primi, nimirum qui omnem rationis advertentiam prævertunt; aut ii quos inviti patimur, quantumvis versentur circa objecta graviter illicita, non sunt peccata, nequidem venialia. 323.

Sensus sunt dati homini non solum ad vitæ necessaria procuranda, sed etiam ad cognoscendum. II, 275.

Sententia injusta valet-ne aut obligat-ne? VI, 320. Tripliciter sententia potest esse injusta : 1° ex animo proferentis; 2° ex ordine juris; 3° ex causa. *Ibid.* Judex proferens sententiam injustam tenetur-ne ad restitutionem? *Vide* Judex.

Sepultura est opus corporalis eleemosynæ. V, 338. Juvat mortuum aliquo modo. *Ibid.*

Seraphim interpretatur ardens. II, 209. Seraphim purgavit labia Prophetæ. 231.

Serpens naturalis est-ne callidior omnibus aliis animalibus? II, 320. Serpens quomodo potuit loqui? *Ibid.* Serpens promisit parentibus scientiam boni et mali. 289.

Servilitas repugnat charitati. V, 346. Servilitas non est vitium timoris, sed timentis. IX, 304.

Servire Deo regnare est. V, 273. Fide certum est licere aliquo sensu Deo servire, sive illum diligendo, sive alia virtutum opera exercendo, propter retributionem. 309.

Servitus triplex potest distingui : naturalis, legalis, moralis. III, 104.

Servus alterius, ille dicitur qui minor est illo qui ejus ordinationi subjacet, et qui ejus præceptis est obnoxius. III, 104. Quotuplici titulo aliquis fit alterius servus? V, 27. An sit licitum servis fugere ad recuperandam libertatem? 28. Servi remanent domini bonorum quæ prius habebant. 25, 26. Quoties dubitatur an dominus manumiserit servum, judicandum est pro libertate. IV, 240.

Sibyllarum oracula continentur octo carminum libris qui Sibyllini dicuntur; an sint genuini aut supposititii controvertitur. II, 341.

Siclus quid valebat? III, 207.

Sigilli obligatio oritur ex omni et sola confessione sacramentali. IX, 445. Proprie loquendo seu primario et principaliter tenetur solus sacerdos; secundario autem et per participationem tenentur omnes ad quos confessionis notitia quovis modo pervenit. 447. Sigillum confessionis se extendit directe ad illa omnia duntaxat de quibus est sacramentalis confessio, hoc est, ad omnia peccata tam mortalia quam venialia? eorum objecta, complices et quasvis alias circumstantias. 446. Indirecte se extendit ad ea quæ, licet non cadant sub confessione sacramentali, per ea tamen possent devenire in notitiam peccati vel peccatoris, et ad ea quæ per se vel per accidens possent confusionem generare, etc. *Ibid.* Sigillum obligat etiam post mortem pœnitentis. 444. *Vide* Confessio.

Significatio est relatio rationis ad significatum. VIII, 215.

Signum in metaphoris debet esse notum aliquo modo auditoribus. IX, 44. Signum instrumentale est id quod, præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire. VIII, 215, 222. Signum potest esse practicum. 218. *Vide* Sacramentum.

Simeon qui Jesum excepit in ulnas suas, non erat sacerdos, sed vir laïcus. III, 187, 188.

Similitudo attenditur secundum convenientiam, seu communicationem in forma. I, 74. Duplex est similitudo : una secundum externam apparentiam, secundum quam imago dicitur similis suo prototypo; altera secundum rei veritatem : v. g., unus homo dicitur similis alteri homini. II, 425.

Simon dogmatizabat non Christum, sed Simonem Cyræneum fuisse crucifixum. II, 424. Est parens simoniæ. VII, 424.

Simonia communiter definitur : Studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum. VII, 424, 425. Est vitium oppositum religioni, non fidei. *Ibid.* Peccatum simoniæ est ex genere suo peccatum mortale, nec admittit levitatem materiæ. *Ibid.* Triplex est pretium in simonia : munus a manu, munus a lingua, munus ab obsequio. 438. Celebris est divisio simoniæ in simoniam juris naturalis et divini, et in simoniam juris positivi ecclesiastici. Prima prohibetur, quia mala; secunda, mala quia prohibita. 426. Iterum, simonia dividitur in mentalem, conventionalem et realem. 427. Regula generalis juris contra simoniam statuit omnem pactionem, omnem conventionem in spiritualibus obligantem ad id quod non inest jure, cessare debere, nullam esse, et esse simoniacam ad minus simonia juris ecclesiastici. 428. Huic regulæ derogatum est pro precibus mutuis, pro reliquiis, etc., pro Missis, pro concionibus. *Ibid.* Dare vel accipere pecuniam, seu aliquid aliud pecunia æstimabile, tanquam pretium pro sacramentis, pro Missis, pro orationibus, pro statu religionis, pro usu jurisdictionis spiritualis, est crimen simoniæ juris naturalis quod nulla consuetudine excusari potest. 442. Non est minus simoniacum dare vel ac-

cipere munus ab obsequio vel a lingua tanquam pretium, aut ex pacto pro re spirituali, quam manus a manu. 439. Dare temporale pro spirituali, et e contra, sincere et non ficte ex mera gratitudine, amicitia aut benevolentia, ita quod sit donum re ipsa absolute et omnino liberale et gratuitum, non videtur simoniacum. 431. Nulla simonia incurrit ipso facto pœnas juris, nisi sit realis completa : unde neque mentalis neque conventionalis etiam mixta. 468. Simonia pure conventionalis incurrit-ne pœnas juris? *Ibid.* Nulla simonia inducit pœnas juris ipso facto, nisi sit commissa in his tribus : 1° in ordinibus sive majoribus, sive minoribus, sive susceptis, sive collatis; 2° in beneficiis; 3° in ingressu vel professione religionis. *Ibid.*

Simoniaci incurrunt suspensionem et excommunicationem. VII, 420. Mediatores in simonia ordinis et beneficii excommunicantur ipso facto. 470. Simoniace conferens aut suscipiens beneficium, excommunicatur ipso facto; et insuper suscipiens fit inhabilis ad illud possidendum, non tamen ab alia beneficia sive obtenta, sive obtinenda, nisi per sententiam judicis id statuatur. 469.

Simplicitas duplex est : prima, quæ provenit ex potentialitate et defectu; secunda, quæ procedit ex forma et actu : prior paupertatem et imperfectionem secum affert, et convenit materiæ primæ, quæ est proprie nihil; posterior denotat perfectionem et actualitatem. I, 63.

Simulacrum videtur idem significare ac idolum. III, 131.

Simulatio proprie dicta, est fictio qua quis per exteriora signa factorum vel rerum significat contrarium ejus quod in eo est; ut si tristis simulet se lætum. VII, 215.

Sirmii duplex concilium celebratum est contra Photinum : primum a catholicis ann. 349; secundum a Semi-Arianis, anno 351. II, 45. Tres circumferuntur fidei formulæ Sirmienses. *Ibid.*

Sixtus V jubendo editionem Vulgatam sub anathemate recipit ut authenticam, non peccavit contra fidem, licet Clemens VIII suppresserit ejus diploma. V, 205.

Sobrietas generalissime sumpta, significat omnem moderationem animi a mensura non deviantis in quacumque materia. VIII, 110. Minus late sumpta, sumitur pro temperantia quæ mensuram servat in delectationibus sensuum. *Ibid.* — Strictissime tandem sumitur pro moderatione potus inebriantis. *Ibid.* Sic sumpta definitur : Virtus moderans affectum et usum potus inebriantis. *Ibid.* Quamvis sobrietas omnibus conveniat, peculiari ratione convenit adolescentibus et mulieribus, iis qui aliis præsunt sive spiritualiter sive temporaliter, et senibus. 111.

Societas definitur : Conventio duorum vel plurium conferendi aliquid pretio æstimabile ad usum vel quæstum communem, secundum proportionem rerum collatarum. VII, 363. Societas ex parte finis alia est ad usum tantum, ut si libri, frumenta, pecuniæ a pluribus conferantur ad usum et victum communem tantum, et non ad negotiationem causa lucri. *Ibid.* Alia est ad lucrum tantum seu quæstum, ut fit in negotiatione, et dicitur societas negociatoria, alia ad usum et lucrum, ut in matrimonio in quo vir et mulier conferunt bona et opera, ad perpetuum victum et lucrum. *Ibid.* Ex parte temporis societas alia est ad vitam, alia ad certum tempus aut ad finem certi negotii. 364. Quomodo iniri debet societas ut servetur æqualitas proportionalis, quando unus confert pecuniam, alter industriam et laborem, et quomodo in fine sit facienda divisio? *Ibid.* Extinguitur societas cessante negotio, aut pereunte re in qua fundatur, vel elapso termino in quem fuit inita. Item morte unius socii, naturali vel civili, solvitur societas reliquorum. *Ibid.* Cujus damno cedunt impensæ factæ pro bono societatis. 364. Jus novum Gallicum quænam statuit circa contractum societatis in genere? VII, *in appendice.* Circa societatem commercialem, *Ibid.*, et societatem animalium. *Ibid.* Societas est reipublicæ perutilis, nec est aliquid in ea culpandum, modo serventur conditiones debitæ. 364. Societas diu subsistere non potest sine publicæ potestatis gubernatione. IV, 444.

Sociniani. Sub nomine Socinianorum comprehendentur illi omnes qui circa medium sæculi decimi sexti jamdudum sopitas Sabellii, Arii et Macedonii hæreses suscitarunt : quorum duces fuere Michaël Servetus, Hispanus; Valentinus, Neapolitanus; Lælius Socinus, Senensis; Faustus Socinus, Lælii nepos, Calvinista. Modo Trinitarii et vino Ariani vocati sunt, etc.; frequentius Sociniani. II, 3, 4.

Socrates nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent. V, 28 : VII, 198.

Sodomia est concubitus ad indebitum sexum. VIII, 166, 167. Hoc peccatum est execrandum. *Ibid.* Pœnæ contra hoc peccatum latæ requirunt sententiam judicis. 168. Dum sodomia exercetur inter consanguineos aut affines, conjugatos, voto astrictos, etc., contrahit-ne malitiam incestus, adulterii, sacrilegii? etc. *Ibid.* Sodomita debet-ne explicare in confessione an fuerit agens aut patiens? *Ibid.*

Solitudo non est instrumentum congruum actioni, sed contemplationi. V, 381.

Sollicitudo importat studium quoddam ad aliquid consequendum vel conservandum. VI, 8. Potest esse tripliciter illicita circa temporalia et futura. *Ibid.* Sollicitudo circa proprias divitias pertinet ad amorem privatum quo quis se temporaliter amat. 406.

Somnia an sint a malo vel bono spiritu, et quousque causa naturalis unde oriuntur se extendat, difficile est scire. VII, 381.

Sortes proprie dicuntur, cum aliquid fit eo fine ut, ejus eventu considerato, aliquid occultum innotescat. VII, 382. Tres sunt species sortium : 1° *divisoria;* 2° *consultoria;* 3° *divinatoria. Ibid.* — Obligatio non repetendi sortem intra certum tempus, sive breve, sive longum, non est titulus legitimus accipiendi aliquid ultra sortem. 118. Probabilius est periculum sortis esse titulum legitimum accipiendi aliquid ultra sortem ; sæpe tamen est illegitima hujus tituli praxis. 125, 126. Duplex distinguitur periculum sortis amittendæ : 1° generale et intrinsecum mutuo ; 2° singulare et extrinsecum. 125.

Sortilegium dicitur tertium genus vanæ observantiæ. VII, 377.

Spatia imaginaria quid sunt? I, 87.

Species est ipsa res cognita in esse intelligibile. I, 172. Duplex distinguitur species : impressa, et expressa. Impressa præcedit cognitionem tanquam vicaria objecti ; dicitur verbum mentis. Expressa est terminus cognitionis et vitalis repræsentatio objecti producta ab intellectu ; dicitur etiam intellectio, et dictio. 125. — Una species significat rationem sacramenti sicut utraque. IX, 167. Species possunt adorari absque idololatria. 97.

Specificatio seu formatio speciei, est affinis confusioni. V, 72 *et in appendice ad calcem.*

Sperare. Non licet sperare in homine, sed in solo Deo tanquam in primaria causa nostræ beatitudinis. V, 259. Licet sperare in homine tanquam in agente secundario. 260. Sperare alteri salutem potest esse aliquo modo actus virtutis spei. *Ibid.* Sperare non est amare sed expectare cum fiducia bonum futurum. IX, 327.

Spes est motus appetitus tendens in bonun futurum difficile et arduum, adeptu tamen possibile, IV, 238 : V, 255, 256. Spes est virtus theologica a fide et charitate distincta. 256. Spes theologica definiri potest : Habitus animi divinitus infusus, per quem certa cum fiducia æternæ vitæ bona auxilio divino obtinenda expectamus. 255. Spes præsupponit necessario amorem concupiscentiæ et in eo fundatur. IX, 315. Spes directe respicit solum bonum operantis. 259. — Objectum formale *quod* spei non est beatitudo formalis, sed objectiva, connotans tamen beatitudinem formalem, seu visionem beatificam. 256. Objectum formale *quo* spei, est omnipotentia auxilians, id est, præbens aut afferens auxilia, 258. Gloria corporis est objectum secundarium spei. 261. — Spes est certa ex parte sui objecti, scilicet Dei auxiliantis. 260. Certitudo spei in viatoribus non est absoluta sed conditionata. *Ibid.* Spes est incerta ex parte sperantis, qui ex fragilitate potest deesse gratiæ. *Ibid.* Spes theologica neque quoad actum neque quoad habitum manet in beatis. 261, 262. Spes remanet in omnibus fidelibus viatoribus etiam peccatoribus qui non desperant vel præsumunt. 260. — Licet ponere aliquam spem in propriis meritis ex gratia Dei factis, tanquam in causis instrumentalibus. *Ibid.* Spes hæreticorum est humana et falsa, non theologica. *Ibid.* Spes præsupponit necessario amorem concupiscentiæ et in eo fundatur. IX, 316.

Spinosa (Benedictus) insulse et impie unicam substantiam admisit. I, 67.

Spiritualis judicat omnia, id est, non solum terrena, sed etiam cœlestia. V, 118. Spiritualia in acceptione personarum quid sunt? VI, 200. Spiritualia graviora sunt temporalibus. *Ibid.* Aliquid potest esse annexum spiritualibus multipliciter : 1° consequenter ; 2° antecedenter ; 3° concomitanter. VII, 453.

Spiritus triplici modo sumi potest : 1° prout opponitur solidiori materiæ, quo sensu purior sanguis dicitur spiritus aut vitalis aut animalis ; 2° pro anima sive sensitiva, sive rationali ; 3° pro substantia immateriali et incorporea. II, 258. Spiritus Domini per quos agit? VII, 303. Spiritus non potest divinitus esse extensive localiter. IX, 73.

Spiritus sanctus est Deus, Deoque Patri consubstantialis. II, 8. Ecclesia antiquitus dirigebat-ne suas preces ad Spiritum sanctum. 30, 31. Spiritus sanctus a Filio procedit. 121, 122. Recte dicitur Spiritum sanctum procedere a Patre per Filium. 130, 131. Spiritum a Patre procedere, communis et certa fides est. 120 et IV, 91. Spiritus sanctus per se et ratione proprietatis personalis petit procedere a duabus personis. 131, 132. Spiritus sanctus est-ne nomen proprium tertiæ personæ sanctissimæ Trinitatis? 137. Amor est-ne proprium nomen Spiritus sancti? 138 et III, 164. Donum est-ne proprium nomen Spiritus sancti. II, 137, 138. Conceptio Christi, licet sit commune toti Trinitati, attamen appropriatione quadam specialiter tribuitur Spiritui sancto. III, 163. Nihilominus Spiritus sanctus seu tota Trinitas, non debet dici Pater Christi secundum carnem. 163, 164. Effectus missionis Spiritus sancti fuerunt : 1° augmentum gratiæ sanctificantis ; 2° septem dona quæ vulgo dicuntur Spiritus sancti, ab Isaïa propheta in capite XI enumerata, nempe, sapientiæ, intellectus, consilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis et timoris Domini ; 3° duodecim fructus ex his donis promanantes, quos recenset S. Paulus in Epistola ad Galatas, et sunt, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas ; 4° gratiæ gratis datæ quas novem recenset idem Apostolus in Epistola prima ad Corinthios et sunt, sermo sapientiæ, sermo scientiæ, fides, gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetia, discretio spirituum, genera linguarum, interpretatio sermonum. 239, 240. Promissio assistentiæ Spiritus sancti in Ecclesia duo importat : unum affirmativum, et aliud ne-

gativum. V, 108. Spiritus sanctus fuit-ne datus quibusdam sanctis ante resurrectionem et ascensionem Christi? 380. Spiritus sanctus de quo in Actibus Apostolorum agitur, erat gratia sanctificans. IX, 5. An Spiritus sanctus descenderit in Apostolos die Dominica vel Sabbato, non est certum. 109.

Sponsalia sumuntur aliquando improprie pro jocalibus, et aliquando pro matrimonio rato non consummato. X, 107. Sponsalia proprie sumpta sunt : Futurarum nuptiarum mutua promissio, aliquo signo sensibili expressa. *Ibid.* et 158. Sponsalia duobus modis contrahuntur, absolute et conditionate; absolute, quatuor modis : 1° nuda promissione; 2° datis arrhis sponsalitiis; 3° annuli subarrhatione; 4° interveniente juramento. Conditionate contrahuntur dupliciter, scilicet sub conditione honesta vel inhonesta. 110. Sponsalia debent habere conditiones communes omnibus promissionibus et contractibus, nempe veritatem, libertatem, moralem, physicam, tandem acceptationem. 108, 109. — Duplex est effectus sponsalium : primus est obligatio gravis ad contrahendum matrimonium cum ea persona cum qua fuerunt inita; alter est impedimentum justitiæ publicæ honestatis, quod oritur ex omnibus et solis sponsalibus validis. 113. Sponsalia adimplenda sunt tempore præfixo, si quod fuit; si non, primo tempore opportuno, parte petente implicite, vel explicite. *Ibid.* Septennium est tempus a jure convenienter determinatum ad contrahenda sponsalia. 112. Sponsalia contracta ante usum rationis, etiamsi post septennium, sunt invalida. *Ibid.* Qui contraxerunt sponsalia ante pubertatem, cum eam attigerint, possunt ab eis resilire, etiam invita una parte. 113. Quicumque habent impedimentum sive dirimens sive impediens matrimonium, nec licite nec valide contrahunt sponsalia. 112. Duplex pœna, una de præsenti sive arrha, altera de futuro, apponi potest sponsalibus. 111. Potest-ne apponi sponsalibus conditio pœnalis quæ resilientem obliget? 112. Si juste resiliens se obligaverit sub juramento solvere pœnam, illud juramentum firmat-ne contractum, aut saltem per se obligat-ne? *Ibid.* Sponsalia clandestina post Tridentinum sunt valida. 109. An sint licita videtur dubium. *Ibid.* — Sponsalia etiam jurata dissolvuntur mutuo et libero contrahentium puberum consensu. 114. Sponsalia etiam jurata per professionem religiosam solvuntur, *Ibid.*; per suscipionem sacri ordinis; per matrimonium subsequens cum altera persona. *Ibid.* Solvuntur si superveniat impedimentum dirimens matrimonium futurum. 115.

Sponsio *et* Sponsor. Homo purus non potest esse sponsor alterius in causa capitali. III, 87. Sponsio est contractus quo duo vel plures de veritate alicujus rei contendentes, ponunt præmium pro eo qui veritatem fuerit assecutus. VI, 179. Sponsio de re mala aut ad malum inductiva est-ne licita et valida? *Ibid.* Si unus certus est de rei veritate, potest-ne spondere, et præmium sponsionis retinere, modo moneat alterum de sua certitudine. *Ibid.* An qui spopondit se victurum alterum cursu, si nolit currere, teneatur solvere præmium sponsionis. *Ibid.* Jus Gallicum quid statuit circa sponsionem? VI, *in appendice ad finem.*

Status est conditio homini conveniens cum quadam firmitate et immobilitate. III, 273. Sumitur pro conditione et modo stabili quo se habet natura humana in ordine ad suum ultimum finem. *Ibid.* Nomen status dupliciter sumi potest : 1° generaliter, pro quavis vitæ conditione, in qua quis sive ad tempus sive perpetuo permanet, VI, 376; 2° stricte, pro immobili vitæ conditione, per quam quis alteri perpetuo astringitur. *Ibid.*

Stephanus (S.) decreto suo contra Rebaptizantes non approbavit omnium promiscue hæreticorum baptisma. VIII, 347. Stephanus papa comminatus est quidem excommunicare S. Cyprianum, sed de facto non excommunicavit. 343.

Stephanus Parisiensis episcopus quid decrevit circa sententiam infallibilitatis? V, 189.

Stercoranistæ arbitrabantur corpus Christi in Eucharistia esse corruptibile. IX, 44. An extiterint dubium est. *Ibid.*

Stipendium taxatum ab ordinario vel consuetudine licet exigere. IX, 163. *Vide* Missa, Sacramentum.

Stoici ut salvarent Dei præscientiam futurorum, negaverunt liberum arbitrium. I, 177. Posuerunt omnia peccata esse paria. IV, 313.

Studiositas definiri potest : Virtus moderans appetitum et studium veritatis cognoscendæ secundum regulas rectæ rationis. VIII, 208.

Stuprum generaliter sumitur pro omni illicito concubitu. VIII, 144. Specialiter pro illicito concubitu cum virgine : quidam illud definiunt : Violenta virginis defloratio; alii, Illicita tantum virginis defloratio. VI, 279 : VIII, 144; IX, 382. Stuprum virginis invitæ, superaddit simplici fornicationi malitiam mortalem specie distinctam. VIII, 144. Stuprum virginis ultro consentientis, est etiam vera species luxuriæ a fornicatione distincta. *Ibid.*

Suares et quidam alii volunt divinas processiones non esse veras actiones, sed simplices emanationes seu resultantias. II, 63. Congruismi parens est. I, 408, 414.

Subdiaconatus et quatuor ordines minores sunt sacramenta. Hæc conclusio est communior et probabilior. X, 34, 35. Subdiaconatus potest-ne ex commissione conferri a simplici presbytero? 45. — Materia totalis subdiaconatus est traditio calicis vacui et patenæ vacuæ; forma vero, hæc verba :

« Videte cujus ministerium vobis traditur, etc. » 46.

SUBDIACONUS seu subminister deservit in sacrificio Missæ diacono. X, 46.

SUBDITI debent superioribus honorem et obedientiam, VIII, 12 : X, 50; alius ratione tituli domicilii; tandem alius ratione beneficii. *Ibid.*

SUBHASTATIONIBUS (in) res potest licite pluris vendi aut minoris emi quam secundum se valeat, aut quam venderetur aut emeretur alibi. VI, 76.

SUBORDINATIO per accidens, est quando unum accipit esse seu virtutem activam ab altero. I, 27. Subordinatio per se est quando unum movens aut agens indiget actuali influxu superioris ut actualiter agat. 28.

SUBREPTIO seu reticentia veri ad rem per se et intrinsece pertinentis, seu error circa moralem substantiam rei, reddit dispensationem nullam. IV, 527. Subreptitium est quod obtinetur reticendo verum. *Ibid.*

SUBSISTENTIA est-ne perfectio et complementum naturæ? II, 368. Subsistentia quatuor importat : 1° singularitatem; 2° perseitatem independentiæ; 3° perseitatem incommunicabilitatis; 4° ipsum concretum naturæ per modum habentis ipsam et principii *quod* operationum. 101. In Deo secundum se considerato datur subsistentia absoluta qua existit per se independenter ab alio sustentante, et constituitur principium *quod* operandi. 101, 411. Præter subsistentiam absolutam, dantur in Deo tres subsistentiæ relativæ et personales. 104. Nullum accidens est immediate assumptibile ad subsistentiam divinam. 425. Subsistentia Verbi, prout distincta ab aliis, triplici munere gaudet : 1° Verbum genitum constituit sub munere passivæ generationis; 2° personam sub munere formæ hypostaticæ; Filium sub munere relationis. III, 125. Subsistentia creata est actus et forma naturam humanam informans. II, 311. Subsistentia creata seipsa immediate unitur naturæ creatæ. 373.

SUBSTANTIA definitur : Ens per se subsistens aptitudinaliter et non actualiter. II, 93, 368 : IX, 83. Non repugnat dari substantiam supernaturalem. I, 124. Quidam credunt substantiam existere posse sine subsistentia saltem positiva. IX. 84.

SUBSTITUTIO directa est quadruplex : vulgaris, pupillaris, exemplaris, et reciproca. VII, 49.

SUBSTRATI quinam dicebantur? IX, 475.

SUBTILITAS dos est corporis beati. IV, 44.

SUCCESSIO non est eadem ac ratio successionis. V, 344.

SUFFRAGIUM seu auxilium triplex est : unum meritorium, alterum impetratorium, tertium satisfactorium. IX, *in appendice*.

SUICIDA foret qui se in puteum vel mare projiceret certo submergendum ut infantem baptizaret. VI, 229. Suicidii rei sunt qui levibus de causis se injiciunt in discrimen mortis, ut funambuli, circulatores qui se vulnerant aut venena sumunt. 228. Graviter peccant in genere suicidii qui sibi mortem accelerant, per crapulam, ebrietatem et per immoderatas passiones, etc. *Ibid.*

SUPERBIA definitur: Appetitus inordinatus propriæ excellentiæ. VIII, 205. Est peccatum speciale. 206. Superbia est primum peccatum perfectione, causalitate, tempore. 207. Quatuor numerantur species superbiæ. 205. Est ex genere suo peccatum mortale. 206. Potest tamen esse tantum veniale. *Ibid.* Superbia differt ab inani gloria : est enim appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, et inanis gloria appetitus inordinatus manifestationis hujus excellentiæ. 45, 46.

SUPERIOR habet jus certum præcipiendi, neque ob dubium subditi exuitur suo jure. IV, 200; V, 367; VII, 183. Duo sunt in superiore consideranda : 1° excellentia statuscum quadam potestate in subditos; 2° ipsum gubernationis officium. VIII, 3.

SUPERNATURALE, simpliciter et absolute tale, dicitur id quod est super omnem naturam creatam et creabilem. I, 18, 125; III, 337; V, 28.

SUPERNATURALITAS simpliciter dicta est elevatio super totam naturam creatam et creabilem. Duplex distinguitur : una ex parte causæ efficientis, seu quoad modum; et est entitas naturalis supernaturali modo producta, ut resurrectio mortuorum. Aliera est ex parte causæ formalis et entitative. III, 372.

SUPERSTITIO, secundum vocis significationem, est falsa religio, sive vitium exhibens cultum divinum vel cui non debet, vel eo modo quo non debet. Unde sunt duæ species in quas immediate dividitur, scilicet: cultus indebitus veri Numinis, et cultus falsi nominis. VII, 370.—Superstitio cultus indebiti veri Numinis dividitur in cultum falsum et cultum superfluum. *Ibid.* Superstitio cultus falsi Numinis dividitur in tres species, scilicet : idololatriam, divinationem, et vanam observantiam. 371.

SURDI et cæci possunt et debent Missæ interesse. VII, 324, 325.

SUSANNA non fuisset excusanda, si sui violationem senibus inpudicis permisisset. VI, 231.

SUSPENSIO est censura ecclesiastica, privans clericum usu potestatis seu juris ecclesiastici, IX, 189, 248. Suspencio alia est totalis, ab officio et beneficio; alia partialis, ab officio tantum, vel a beneficio tantum. *Ibid.* Suspensio a divinis officiis, est suspensio ab exercitio ordinum. VI, 396.

SUSPICIO, dubitatio, opinio. et judicium, ubi agitur de malo proximi, sæpe pro uno et eodem sumuntur, et sub generali nomine suspicionis temerariæ vel judicii temerarii comprehenduntur. VI, 105. Probabilius est suspicionem temerariam de malo proximi, prout comprehendit dubitationem et opinio-

nem, esse ex genere suo peccatum mortale, proindeque in individuo esse semper peccatum mortale, quando est plene deliberata de gravi malo proximi. 107.

Sustinere est actus fortitudinis. VIII, 37, 39, 40.

Susurratio generaliter est quæcumque locutio secreta ad aurem mussitando et quasi susurrando theologice sumpta, est oblocutio mala, et secreta de proximo ad dissovendam veram amicitiam. VII, 370. Susurratio est ex genere suo peccatum mortale contra charitatem, gravius detractione et contumelia. 371.

Susurrones qui falsis relationibus discordias inter amicos disseminarunt, tenentur ex justitia deceptis falcitatem detegere et veritatem aperire. VI, 275.

Sutores, textores et sculptores eximuntur-ne a lege jejunii? VIII, 96.

Sylvester (S.) præsedit per suos legatos concilio Nicæno. V, 60.

Sylvester mutavit sententiam quam emiserat priusquam ad Pontificatum perveniret. I, 49.

Sylvius restrinxit-ne orationem Christi pro crucifixoribus? I, 291.

Symbolum est summa articulorum fidei qui omnibus credendi proponuntur. V, 15. Conveniens fuit articulos fidei redigi in Symbolum. *Ibid.* Sunt tria celebriora symbola fidei in Ecclesia: primum, Apostolorum; secundum, Nicæno-Constantinopolitanum; tertium, quod dicitur S. Athanassii, ab Ecclesia receptum. *Ibid.* In his symbolis eadem continetur veritas. *Ibid.* — Symbolum quod dicitur Apostolorum, fuit vere ab Apostolis traditum, non scripto, sed ore, cordibus et memoriæ fidelium commendatum. 16. *et seq.* Probabile est symbolum quod dicitur S. Athanasii esse ejus opus; non tamen genuinum. 17. Verisimilius tribuitur Vigilio Tuspensi in Africa. 18. Symbolum Nicæno-Constantinopolitanum quod in Ecclesia canitur, exponitur. II, 54, 55, Hæc particula, *Filioque*, jure fuit addita symbolo Nicæno-Constantinopolitano. 133 *et seq.* Probabile est hanc additionem factam fuisse a Nicolao I, aut circa ejus tempora; sedebat autem anno 858. 139.

Symmachus est auctor quartæ versionis Græcæ. V, 74.

Synagoga quid significat? V, 94. Synagoga defecit-ne tempore Christi? 110.

Synderesis est actus dictans in genere bonum esse faciendum, malum esse fugiendum. IV, 184. Synderesis est regula morum infallibilis, sed remota. *Ibid.* Est habitus primorum moralium. V, 3. Disponit appetitum circa finem in communi. IV, 270.

Synesis, est virtus bene judicativa de operabilibus secundum regulas communes. VI, 6.

Synousiastæ Eutychianorum præcursores fuere. IX, 80.

Syricius agnovit-ne in causa Bonosi Sardicensis concilium Capuanum esse sibi ipsi superius? V, 121.

T

Tactus et aspectus libidinosi proprii corporis in uno conjuge, saltem altera parte absente, sunt peccata mortalia. X, 150. *Vide* Amplexus.

Taleia erat cantilana mollis et impura in qua Arius omne suæ hæreseos virus expresserat. II, 2.

Tardare non censetur qui non facit tam cito quam potest; sed qui non facit eo tempore quo faciendum est. IX, 299.

Tatianus contra martyrium locutus est. VIII, 413.

Taurinus præfectus minatus est patres concilii Ariminensis. II, 49, 50.

Temperantia significat quamdam temperiem, id est, moderationem; dupliciter sumitur: 1° communiter et late prout importat moderationem rationis in quacumque materia morali; 2° specialiter prout importat moderationem in materia aliqua quæ maxime allicit appetitum. VIII, 52, Temperantia stricte sumpta definiri potest: *Virtus moderans appetitum circa delectationes tactus. ibid.* Temperantia est virtus specialis et cardinalis. 52, 55. Temperantia versatur circa concupiscentias et delectationes. 53. Partes subjectivæ temperantiæ sunt: abstinentia, sobrietas, castitas, et pudicitia. 56. Partes potentiales temperantiæ sunt: continentia, humilitas, mansuetudo seu clementia, tandem modestia et moderatio, 57.

Templa soli Deo eriguntur, sed consecrantur aliquando sub invocatione vel patrocinio hujus vel illius sancti. VII, 237. *Vide* Altare. Quantum situs loci permittit disponuntur ut ostium pateat ad occidentem et adoratio fiat vultu verso ad orientem. 236. Gloria secundi templi Hierosolymitani venit ex præsentia Messiæ. II, 344.

Templariorum ordo variis criminibus incusatus, in concilio Viennensi extinctus est. V, 247.

Tempus est duratio rei variabilis secundum esse et operari; est mensura motus secundum prius et posterius. I, 93, 151.

Tenebræ, Christo in cruce pendente ab hora sexta ad nonam, hoc est, a meridie ad tertiam pomeridianam, factæ sunt super universam terram. III, 214.

Tentare proprie est experimentum sumere verbo et facto de eo qui tentatur. VII, 391. Deus permisit tentari primos parentes, quos præsciebat peccaturos. II, 299. Deus quosdam sanctos tentavit ut mundo virtutem eorum manifestam faceret et in exemplum poneret. VII, 391.

TENTATIO alia est probationis, alia seductionis seu inductionis in peccatum. VII, 392. Utraque Dei tentatio fit duobus modis: expresse, et interpretative. *Ibid.* Tentatio Dei probationis est duplex: una proprie dicta, quæ oritur ex infidelitate seu dubitatione de aliqua Dei perfectione; alia minus proprie dicta, quæ oritur ex præsumptione seu nimia confidentia, cum quis sine justa utilitatis aut necessitatis causa petit a Deo vel voluntatis suæ vel alterius rei miraculosam declarationem. VIII, 207. Tentatio est ex genere suo peccatum mortale, utpote contra religionem: fieri tamen potest veniale non tantum ex imperfectione actus, sed etiam ex levitate materiæ. Est autem in individuo peccatum mortale. VII, 393, 394.

TERNARIUS numerus reperitur fere in omnibus rebus creatis. II, 36, 37.

TERTULLIANUS ex professo docet animam esse corpoream. I, 69. Sustinuit traductionem animarum. II, 262. Probabile est Tertullianum non sensisse Deum esse corporeum, aut saltem eum hunc errorem revocasse. I, 69; II, 160. Admisit-ne in Deo aliquas passiones proprie dictas? I, 70. Conqueritur hæreticos laïcis sacerdotalia munera injungere. IX, 186.

TESTAMENTUM, quasi mentis testatio, definitur: Voluntatis nostræ justa sententia de eo quod quis vult post mortem fieri, cum hæredis institutione. VII, 47. Testamentum ut sic dividitur in testamentum solemne et testamentum privilegiatum. 49. Testamentum solemne est duplex, scilicet, scriptum clausum, et nuncupativum. *Ibid.* Solemnitates requisitæ jure Romano ad validitatem testamenti sunt: 1° ut instituatur directe hæres, *ibid.*; 2° requiritur ut nullus liberorum prætermittatur, *ibid.*; 3° requiritur quod adsint septem testes masculi, puberes, liberi, ad id vocati, et alias ad id munus non inepti aut suspecti. *ibid.* — Testamentum privilegiatum, cujus validitas non pendet ab omnibus præfatis solemnitatibus, est multiplex, nimirum, testamentum rusticorum, testamentum tempore pestis, testamentum militis, testamentum inter liberos, testamentum coram principe, et testamentum in pias causas. 50. Aliud insuper est genus testamenti privilegiati in locis consuetudinariis introductum, quod dicitur olographum, ad quod nulla alia solemnitas requiritur quam ut totum a testatore sit scriptum et subscriptum. 52. Testamentum ad pias causas, est id quod fit præcipue et directe ad Dei sanctorumve honorem, vel spiritualem animæ salutem, puta, in favorem ecclesiæ. 50. Solemnitas quædam requiritur ad validitatem testamenti in causas pias. 51. — Testamentum minus solemne ad causas profanas est in foro conscientiæ partim validum, partim invalidum: validum, quatenus hæres institutus potest vi illius hæreditatem adire et retinere donec per sententiam judicis rescindatur; invalidum, quatenus hæres ab intestato potest, ex legis beneficio, agere in judicio ad illius rescisionem, et ea obtenta tuto hæreditatem occupare et retinere. 52. Jure naturali autem testari prohibentur qui carent usu rationis, infantes, furiosi, amentes, quorum tamen ultimæ dispositiones factæ tempore lucidi intervalli sunt validæ. 56. Jure positivo prohibentur testari, aliterve disponere per modum ultimæ voluntatis: 1° impuberes; 2° surdus simul et mutus a nativitate; 3° usuriarus manifestus, nisi prius satisfecerit aut cautionem præstiterit; 4° prodigus cui bonorum administratio est interdicta; 5° servus seu mancipium; 6° captivus vel obses apud hostes detentus: valet tamen testamentum antea factum; 7° damnatus ad mortem; 8° Filius-familias testari potest de bonis castrensibus aut quasi-castrensibus; 9° Clericus non potest testari de bonis ecclesiasticis superfluis, nisi de licentia episcopi ad causas pias; 10° Tandem, religiosus testari prohibetur. 57. Testamentum et quævis ultima voluntas semper revocari potest ad nutum testatoris. 57. Si testator juraverit se non revocaturum testamentum, potest-ne nihilominus revocare? *Ibid.* Testamenta interpretanda sunt in proprio verborum sensu. IX, 46, 47. — Testamenti executor est is quem testator nominavit; quod sit nullus si nominatus, executio testamenti pertinet ad hæredes. VII, 63. In codice civili Gallico quænam statuuntur circa testamentorum formas, eorum revocationem et caducitatem, circa testamenti executorem. VII, *in appendice*.

Testamentum vetus quo idiomate originaliter scriptum fuit? II, 307. Ejus textus fuit-ne vitiatus tempore captivitatis Babylonicæ? *Ibid.* Vetus Testamentum dicitur liber signatus. V, 84. Libri novi Testamenti non sunt suppositi, sed proprii eorum quorum nominibus inscribuntur. 22. *Vide* SCRIPTURA.

TESTIMONIUM falsum ex intentione prolatum habet triplicem deformitatem: 1° ex perjurio; 2° ex violatione justitiæ; 3° ex ipsa falsitate. VI, 332. Qui scienter aut ex ignorantia crassa profert falsum testimonium, tenetur sub mortali ad restitutionem omnium damnorum inde secutorum. 330.

TESTIS idoneus est is cui nihil jure opponi potest quominus ipsi fides adhibeatur. VI, 332. Testis minus idoneus est is cui jure aliquid opponi potest quominus ipsi fides adhibeatur. *Ibid.* Testis incurrit-ne irregularitatem, si ex ejus depositione mors nocentis sequatur? 265. Ille qui, sciens se citandum ad testificandum, se occultat, non tenetur ad restitutionem. 329. Ille qui etiam citatus recusat ferre testimonium, non tenetur etiam ad restitutionem, si timeat sibi aut suis damnum ex suo testimonio. Probabilius tes-

tis qui, à judice legitime interrogatus, tacet et recusat ferre testimonium, non tenetur de damno quod ex ejus silentio sequitur. 168. Ut duo testes plene probent, requiritur: 1° quod deponant jurati; 2° quod sint contestes seu deponant de eodem facto; 3° quod deponant de sensu; 4° quod sint idonei seu omni exceptione majores. 331. Sufficit-ne unius testimonium in quibusdam casibus? 330.

THALES Milesius posuit aquam rerum omnium principium. VIII, 349.

THEODORETUS, Cyri episcopus et amicus Nestorii, ut a labe et suspicione hæreseos plene se purgaret, hæresim et hæresis auctorem Nestorium damnare in synodo Chalcedonensi merito coactus est. II, 395, 396. Hic erat mos Ecclesiæ. *Ibid.*

THEODORUS Mopsuestenus est unus auctorum Trium Capitulorum. V, 152.

THEODORUS papa Pyrrhum deposuit et anathemate confixit. III, 60. Calamo in calice tincto subscripsit huic sententiæ. *Ibid.*

THEODOSIUS imperator prohibuit ne humi pingerentur cruces vel sculperentur. III, 149. Theodosius eversit idololatriam et fana Ægyptiorum. 192.

THEODOTIO est auctor tertiæ versionis Græcæ. V, 74.

THEOLOGIA nostra est vere et proprie scientia quoad substantiam, sed imperfecta quoad statum, defectu evidentiæ actualis. I, 9 et seqq. Theologia sive quoad habitum, sive quoad actum seu conclusionem, est certior quoad se omnibus aliis scientiis naturalibus etiam habitu primorum principiorum, non tamen quoad nos. 18. Objectum materiale adæquatum theologiæ est omne quod cadit sub divina revelatione virtuali et mediata. 14. Objectum formale quod theologiæ, est Deus sub ratione deitatis. 13. Objectum formale quo theologiæ, est divina revelatio virtualis et mediata. *Ibid.* Theologia alia potest dici naturalis seu metaphysica, alia supernaturalis. Theologia supernaturalis describi potest: Doctrina rerum divinarum, ex principiis fidei immediate revelatis conclusiones deducens. 3. Theologia dividi solet ex parte subjecti, ex parte objecti, et ex parte modi. *Ibid.* Ex parte subjecti dividitur in theologiam beatorum, et theologiam viatorum. *Ibid.* Theologia beatorum innititur lumine supernaturali gloriæ. *Ibid.* Theologia viatorum est proprie subalternata scientia Dei et beatorum quæ dicitur matutina. Est communis Thomist. contra plures alios. II, 12 et seqq. Ex parte objecti dividitur in speculativam, et practicam seu moralem; quidam addunt, polemicam. 4. Ex parte modi dividitur in positivam, et scholasticam. 5. Theologia positiva et scholastica differunt tantum accidentaliter inter se. *Ibid.* Theologia scholastica quoad statum, seu secundum accuratiorem methodum, prout nunc traditur in scholis, non est necessaria Ecclesiæ; est tamen valde utilis. 7 et seqq. Theologia scholastica secundum se semper viguit in Ecclesia, eaque est et semper fuit necessaria. *Ibid.* Theologia est tandem mystica seu effectiva. 4. Theologia hæreticorum non est vera theologia, seu saltem non est ejusdem rationis cum nostra. 15.

THEOLOGUS non debet attendere ad id quod est facilius, sed ad id quod est conformius sensui et modo loquendi Ecclesiæ. VIII, 320.

THEOPASCHISTÆ a Petro Fullone orti sunt? II, 392.

THESAURUS est vetus quædam depositio pecuniæ cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. VI, 63. Thesaurus inventus de industria in fundo alieno sine consensu domini, totus est domini. *Ibid.* Inventus de industria in fundo alieno cum consensu domini, secluso pacto, totus est inventoris. *Ibid.* Inventus fortuito in loco sacro totus est inventoris; idem si inveniatur in loco publico. 64. Jure Cæsareo thesaurus, inventus in proprio fundo, totus est inventoris. 63. Inventus fortuito in fundo alieno, dimidium est inventoris, et dimidium domini fundi. 64. Jure gentium thesaurus est totus inventoris, quivis sit. Idem dic de lapillis, gemmis conchiliis quæ inveniuntur in littore maris. 63. In jure Gallico thesauri cujusnam sunt. VI, *in appendice.*

THOMAS (S.) quid nomine sacræ doctrinæ intelligat non consentiunt ejus interpretes. III, 4, 5. S. Thom. complementum dedit decimo tertio sæculo theologiæ scholasticæ. I, 4. Doctrina Thomistica de gratia et libero arbitrio in quo differt a Calviniana. 369, 370. Est-ne eadem doctrina S. Thomæ et Thomistarum? 368. S. Thomas est auctor Officii quod Ecclesia in festo Corporis Christi legit. IX, 110. Ejus doctrina in decursu hujus operis Scholæ modo actuali accommodatur. 1.

THOMISTÆ duo distinguunt in voluntate, nempe: ejus applicationem ad actum, et ipsum actum quem ex propria et innata virtute elicit. I, 372. Thomistæ Semi-Pelagianismi accusarunt scientiam mediam in congregationibus *de Auxiliis*, coram Clemente VIII, et postea coram Paulo V. Systema S. Thomæ et Thomistarum. III, 385. Schola Thomistica post suum doctorem agnoscit: 1° necessitatem duplicis gratiæ sufficientis et efficacis pro omni statu; 2° gratiam sufficientem omnibus dari aut saltem afferri, gratiam efficacem aliquibus tantum conferri. 386. Duplicem in Deo super salutem hominum voluntatem agnoscit, *ibid.*; 3° utramque gratiam esse gratuitam; 4° gratiam efficacem esse talem per se ex intrinsecis, hoc est, ex omnipotentissima Dei voluntate; 5° ex hac efficacia nullum inferri præjudicium libertati. 386. Thomistæ communiter reponunt efficaciam gratiæ in præmotione, seu prædeterminatione physica: per

præmotionem seu prædeterminationem physicam nihil aliud intelligunt quam applicationem activam potentiæ ad actum, secundum modum ejus, scilicet ut agat libere, si sit potentia libera; necessario, si sit necessaria. 413. Varia discrimina inter systema Thomisticum et Jansenianum tam in principiis quam in conclusionibus stabiliuntur. 387.

Thus in Ecclesia non offertur in sacrificium. VII, 238.

Timiditas est excessus in timendo. VIII, 40. Quidam dicunt timiditatem in gravi materia esse peccatum mortale. IV, 317.

Timor est dejectio animi victi gravitate periculi. IV, 238. Timor vulgariter sumptus, est futuri et instantis periculi causa mentis trepidatio. V, 263. Timor duo respicit: 1° malum terribile imminens; 2° illud cujus potestate malum potest inferri. II, 440 : V, 263. Timor quando est motus appetitus sensitivi, est passio. V, 263. Quando est motus appetitus rationalis, est donum timoris. *Ibid.* Quadruplex est timor : mundanus, servilis, filialis, et initialis. V, 263 : IX, 303. Timor mundanus quo quis propter malum temporale paratus est Deum offendere est semper malus. V, 264. Timor Dei, qui numeratur inter dona Spiritus sancti, est timor filialis sive castus. 265. Timor filialis crescit crescente charitate. 266. Timor filialis remanet in patria quantum ad reverentiam. *Ibid.* Timor servilis et filialis non sunt idem in substantia. 264. Timor servilis est habitus, non autem virtus. 266. Timor servilis est a Spiritu sancto, non numeratur tamen inter dona Spiritus sancti. *Ibid.* Timor servilis crescente charitate minuitur quoad substantiam. *Ibid.* Timor servilis non remanet in patria. *Ibid.* Timor servilis quoad substantiam remanet cum charitate. 264. Timor serviliter servilis non manet cum charitate. *Ibid.* Timor initialis non differt essentialiter a filiali. *Ibid.* Timor inordinatus est excessus in timendo, et defectus in audendo : ex primo capite dicitur timiditas : ex secundo, ignavia. VIII, 38. Timor servilis potest considerari dupliciter: scilicet, secundum substantiam, et secundum servilitatem; seu, ut alii dicunt, ut timor simpliciter servilis et timor serviliter servilis. IX, 303. Timor servilis, secundum substantiam est bonus; servilitas vero mala. 304.

Tonsura fit in modum coronæ : unde dicitur etiam corona. X, 37. Nulla potestas spiritualis confertur per tonsuram. 38. Tonsura non est ordo, est tantum præparatio ad ordines. Ritus tonsuræ potest-ne referri ad ætatem Apostolorum? *Ibid.* Aliqua fuit varietas quoad modum tonsuræ coronatæ. *Ib.* Quæ sint dispositiones requisitæ ad tonsuram? 39.

Tonsuratus potest suspendere et excommunicare. X, 37. Omnes tonsurati gaudent-ne privilegiis clericalibus? 38.

Torneamentum est pugna hominis ad hominem etiam armis offensivis ad experimentum dexteritatis et virium. V, 366.

Tourněly. Contendit visionem, amorem, fruitionem et gaudium ingredi essentialiter in ideam beatitudinis formalis. IV, 24 et IX, 327.

Traditio definiri potest : Doctrina ad fidem et mores christianos pertinens, viva voce a suo Auctore communicata. V, 85. Præter Scripturam sacram, necessario sunt admittendæ traditiones divinæ, 86 et seqq. Traditio, utpote ipsa revelatio, est primum principium in rebus fidei. 92, 93. Seipsam manifestat, ut lux. *Ibid.* Traditio ex parte originis dividitur in divinam, Apostolicam, et Ecclesiasticam. 85 et seqq. Ratione materiæ, divitur in dogmaticam, et moralem seu ritualem. *Ibid.* Ratione temporis, dividitur in temporalem et perpetuam. *Ibid.* Quænam est regula dignoscendi traditionem in communi, deinde dignoscendi esse divinam? 86. Traditio divina est infallibilis auctoritatis et fidei regula. 85. Traditio Apostolica tantæ est auctoritatis quantæ sunt decreta apostolica. *Ibid.* Quænam est auctoritas traditionis Ecclesiasticæ? 86. Traditiones sunt-ne mutationi obnoxiæ? 92. Silentium Scripturarum nihil probat contra dogma fidei, modo adsit traditio. IX, 10, 11.

Transactio est conventio onerosa qua res dubia et incerta componitur inter partes. VII, 173.

Transcriptio est-ne opus servile, VII, 347.

Transsubstantiatio est-ne nomen novum? IX, 77. Transsubstantiatio non est adductiva; est enim conversio substantialis. 88. Est actio conversiva. 89. Est actio productiva seu reproductiva corporis Christi, non simpliciter, sed tali modo, scilicet ex pane. *Ibid.* Transsubstantiatio fit in instanti; id est eodem instanti quo desinit panis, incipit esse corpus Christi : id fit triplici ratione : 1° ratione formæ; 2° ex parte subjecti; 3° ex parte agentis. 91, 92. *Vide* Eucharistia.

Tributum generaliter sumptum significat omne id quod principi vel reipublicæ a privatis solvi solet, sive sit tributum proprie dictum, sive vectigal, sive pedagium, etc. VI, 213. Tributum proprie dictum est, pensio quæ super capita vel facultates subditorum imponitur solvenda principi vel reipublicæ, ut statum suum tueri et communibus necessitatibus ac utilitatibus prospicere possit. *Ibid.* Ex duplex : unum quod singulis personis imponitur, quod dicitur capitatio; aliud quod secundum propriarum facultatum proportionem a subditis solvitur : duplex est, ordinarium et extraordinarium. *Ibid.* Tres communiter conditiones requiruntur ut justum sit tributum : auctoritas legitima, justa causa, et debita proportio. *Ibid.* His tribus conditionibus concurrentibus, principes licite tributa imponunt et exigunt. 215.

Defraudare justa tributa, sive petantur sive non, est ex genere suo peccatum mortale contra justitiam non tantum legalem, sed etiam commutativam, proindeque obligans ad restitutionem. Ita communiter. *Ibid.* Quando merito dubitatur de justitia tributi, solvi-ne debet in conscientia? Hæc quæstio est valde perplexa, unde quidam affirmant, et quidam negant. 217.

Tridentinum. Quo tempore obligare cœperunt decreta concilii Tridentini? IV, 478. Concilium Tridentinum quantum ad disciplinam in Ecclesia Gallicana receptum esse asserunt Cabassutius et Pontes. V. 252. Tridentinum concilium, generale XX, et ultimum, a Paulo III indictum est anno 1542. Duravit octodecim annos, sub tribus Pontificibus Paulo III, Julio III, Pio IV. Anathema dixit erroribus Lutheri, Zuinglii et Calvini. 253. Canones multos mores et disciplinam spectantes edidit. 254. In concilio Tridentino placuit omnibus ut peteretur confirmatio omnium quæ in eo fuerunt decreta. 238. Quando incipit tractatus alicujus sacramenti, refertur canon concilii Tridentivi circa hoc sacramentum, ut videre est initio cujusque sacramenti.

Trinitatis (SS.) mysterium est fundamentum religionis christianæ. II, 1. In hoc situm est, quod sit unus numero et individualiter Deus in tribus personis, seu una et eadem individua essentia divina in tribus personis realiter distinctis, Patre ingenito, Filio genito, Spiritu sancto procedente. V, 57. In Trinitate nihil est prius aut posterius duratione, sed origine duntaxat et ordine; sicque nulla persona potest dici aut esse altera prior aut posterior. 118. Deus potest dici trinus, non triplex, seu in Deo est trinitas, non triplicitas. 109. Catholicis non permittitur dicere Patrem, Filium et Spiritum sanctum esse tres Deos. 33. Intellectus creatus adjutus fide et ea utens, potest vi sua naturali cognoscere mysterium SS. Trinitatis. 35. Nulla ratione naturali potest cognosci aut demonstrari SS. Trinitatis mysterium. Est contra Abeilardum. *Ibid.* Supposita fide potest hoc mysterium variis congruentiis suaderi, et ab oppositis argumentis defendi: unde communiter dicitur quod sid supra, sed non contra rationem, 36. De SS. Trinitate cum cautela et modestia est loquendum, si quidem nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid invenitur. 108. Notitia aperta mysterii SS. Trinitatis concessa est Patriarchis, Prophetis, et singulari sanctitate præcellentibus. 39, 40. Quænam hujus mysterii notio concessa est Judæis? 39. Philosophi gentiles cognoverunt-ne mysterium SS. Trinitatis? 36. Omnia Dei opera ad extra sunt toti trinitati communia. 409. Posset-ne dici: Unus de Trinitate passus est? 370. Trinitatis mysterii publicatio non fuit prohibita ante passionem Christi, sed tantum prædicare palam Christum esse Dei Filium. VIII, 380.

Triplex contractus cum eadem persona, sive successive, sive simul et semel initus, probabilius videtur illicitus. VII, 155.

Trismegisti célebre dictum: « Monas genuit monadem, et in se suum reflexit ardorem. » II, 36, 37.

Tristitia est affectus appetitus causatus ex apprehensione mali præsentis. IV, 258. Quænam sunt remedia tristitiæ? *Ibid.* Tristitia est efficax ad impediendum bonum rationis, quatenus habet vim deturbandi illam a suo statu. VIII, 48, 49.

Tritheitæ, IV sæculo, duce Philoppono, admittebant contra Arianos, tres in Deo personas esse divinas et consubstantiales. II, 31.

Trullana synodus nullius est auctoritatis in Ecclesia. V, 168.

Tullense concilium apud Saponarias quindecim diebus post synodum Lingonensem, approbavit sex rationes Valentini concilii cum correctione Lingonensi. I, 295.

Turpia loqui, audire, scribere, legere, canere ex se cum affectu libidinoso, aut ad eum in audientibus, legentibus excitandum, est peccatum mortale. VIII, 196.

Tutela est triplex: testamentaria, legitima, et dativa. VII, 11.

Tutor datur primario ad regendam personam pupilli, secundario ad administranda ejus bona. Curator e contra datur minorenni primario ad administranda ejus bona, secundario ad regendam ejus personam. VII, 10, 11.

Tyrannus duplex distingui debet: 1° regiminis tantum; 2° alter ipso jure regni, quatenus illud inique usurpavit. VI, 225. Priorem nunquam licet occidere: posset tamen deponi a republica. *Ibid.* Posterior positis quibusdam circumstantiis posset-ne occidi a privato? *Ibid.* Si tyrannus peteret virginem stuprandam, liceret-ne ei illam tradere? 230. Si tyrannus minaretur excidium civitatis nisi interficiat innocentem quem prosequitur ad mortem, ut olim Constantius Athanasium, civitas non potest illum innocentem occidere. 229.

U

Unctio (Extrema-) est sacramentum unctionis infirmorum, ad salutem animæ et corporis, factæ per sacerdotem, sub certa verborum forma. X, 2. Extrema-unctio est vere et proprie novæ legis sacramentum. 3, 4. Fuit immediate a Christo instituta et a S. Jacobo promulgata. VIII, 282 et X, 6. Ecclesiæ Græca et Latina consentiunt in admittenda extrema-unctione. 4. Extrema-unctio est sacramentum exeuntium. 2, 4. medicatio et sanatio. 14, 15. Extremæ-unctionis sacramentum, non obstantibus pluri-

bus materiis et formis, est unum. 14. Extrema-unctio semper habita fuit ut complementum et consummatio sacramenti pœnitentiæ. 3, 17. Materia remota extremæ-unctionis est necessario, necessitate sacramenti, oleum olivarum. 7. Debet esse simplex, nullo liquore permixtum. *Ibid.* Probabilius requiritur de necessitate sacramenti, quod oleum sit benedictum ab episcopo saltem mediate. 7, 8. Ad validitatem extremæ-unctionis sacramenti, sufficit-ne benedictio, quovis modo facta, ab episcopo vel sacerdote? 9. Deficiente oleo benedicto, potest augeri olei non benedicti parva quantitate. *Ibid.* Unctio, seu applicatio olei, est materia proxima extremæ-unctionis. 7, 9. Unctio adhibetur tanquam medicatio spiritualis. 10. Probabile est quintuplicem unctionem sensuum esse de essentia sacramenti. 10, 11 et seq. Circa partes corporis ungendas varia fuit Ecclesiarum particularium disciplina. *Ibid.* Una unctio sufficit-ne ad essentiam extremæ-unctionis, vel plures requiruntur-ne? 10 et seq. Necessitate urgente una unctio adhiberi potest. 11. Unctiones faciendæ sunt per modum crucis, necessitate præcepti. *Ibid.* Quænam partes ungendæ sunt? 12. Extrema-unctio habet aliquam formam, sicut alia sacramenta. *Ibid.* Quænam est hæc forma ordinarie usurpata? *Ibid.* Forma extremæ-unctionis est-ne essentialiter oratio? 31. Valet-ne absque attentione interna? *Ibid.* Forma extremæ-unctionis est necessario deprecativa, nec sufficit indicativa. IX, 239 et X, 12. Negant tamen quidam. *Ibid.* Est-ne validum extremæ-unctionis sacramentum, si quinque sensus ungantur sub una forma illos omnes distincte exprimente? X, 12. An quilibet sensus debeat exprimi in forma extremæ-unctionis, negant alii, affirmant cæteri. 30. Quantum ad cæremonias et ritum administrandi extremam-unctionem unusquisque consulere debet rituale suæ Ecclesiæ. 25. Solus sacerdos est minister extremæ-unctionis. 17. Quilibet sacerdos potest-ne extremæ-unctionis sacramentum conferre? 18. Plures sacerdotes adhibuit olim Ecclesia Latina. *Ibid.* Unus sacerdos absolute sufficit ad conferendam extremam-unctionem. 19. Sacramentum extremæ-unctionis a pluribus collatum est validum. *Ibid.* Pastor tenetur-ne extremam-unctionem suis parochianis administrare, cum evidenti vitæ suæ periculo, ut contingit tempore pestis aut alterius morbi contagiosi? 24. Extrema-unctio vi suæ institutionis non est necessaria ad salutem. 22. Neque videtur necessaria necessitate præcepti divini vel humani, per se directe obligantis, 23; non est tamen negligenda aut recusanda. 24. Quæ dispositio requiratur ad extremæ-unctionis sacramenti susceptionem? 25. Subjectum extremæ-unctionis est homo baptizatus periculose ægrotans qui habet aut habuit usum rationis, et aliquando peccavit actualiter. 25. Extrema-unctio non debet conferri nisi infirmis, iisque periculose decumbentibus, 20, 21; non tamen est expectanda ultima vitæ periodus. 21. Extrema-unctio est-ne post vel ante viaticum conferenda? 22. Extrema-unctioc ollata sano aut non periculose ægrotanti, est irrita. *Ibid.* Non est conferenda eis qui sano corpore sunt in periculo mortis. *Ibid.* Senes decrepiti ungendi sunt. *Ibid.* Extrema-unctio potest-ne conferri amentibus qui aliquando habuerunt usum rationis, et pueris qui utuntur ratione? 23. Neque pueris ante usum rationis, neque perpetuo amentibus conferri debet extrema-unctio. 22. Extrema-unctio est iterabilis, 25, non autem durante eodem infirmitatis statu et periculo. *Ibid.* Quidam opinati sunt sæculo duodecimo extremam-unctionem non posse iterari. *Ibid.* Primarius et principalis effectus extremæ-unctionis non est remissio peccatorum, sive mortalium sive venialium. 15. Effectus primarius et principalis extremæ-unctionis est gratia seu augmentum gratiæ habitualis, connotantis specialia auxilia contra proclivitatem in malum, torporem et debilitatem ad bonum, ex peccatis præcedentibus relictas, quæ ideo dicuntur reliquiæ peccatorum. 16. Remissio peccatorum est effectus secundarius extremæ-unctionis. *Ibid.* Peccatum mortale potest remitti aliquo modo per extremam unctionem. 17. Quid intelligendum est per reliquias peccatorum quæ tolluntur ab extrema-unctione. 16. Effectus secundarius extremæ-unctionis est sanitas corporalis, non absolute, sed conditionate, si animæ expediat. 17. Quandonam extremæ-unctionis sacramentum producit suum effectum, an post primam, an post ultimam unctionem? *Ibid.*

UNCTIONES multæ sunt in Ecclesia : prima, baptizandorum; secunda, baptizatorum; tertia, confirmandorum; quarta, sacerdotum et episcoporum; quinta, in consecratione altaris, ecclesiæ et calicis; sexta et ultima, infirmorum. X, 2. Unctio Apostolorum super ægros ut illos sanarent, non videtur fuisse sacramentalis; sed tantum ad sanitatem corporum adhibita. 3.

UNIGENITUS constitutio est judicium infallibile et irreformabile. V, 136. Episcopi eam acceptarunt libere et unanimiter. 137. Non licet ab ea appellare. 135.

UNIO hypostatica est unio Verbi divini cum natura humana, in una Christi persona. II, 309. *Vide* INCARNATIO.

UNUM. Unumquodque inclinatur ad perfectionem sibi debitam et naturalem. I, 9. Unum formaliter nihil est aliud quam ens indivisum. 96. Unum ex duobus vel pluribus tripliciter constituitur : 1° ex duobus integris et completis, perfectis remanentibus; 2° aliquid fit unum ex perfectis et transmutatis; 3° ex aliquibus non permixtis et transmutatis, sed imperfectis et incompletis. II, 363, 364.

URBANITAS idem est ac affabilitas. VIII, 23.

URBANUS II iteravit ordinationem Daiberti factam a Nezelone. VIII, 290.

URBANUS VI ob severiorem agendi rationem luctuoso schismati quod per annos quadraginta Ecclesiam laceravit ortum dedit. V, 248, 249.

URBANUS VIII, bulla *in Eminenti*, data 1641, confirmavit Pianam et Gregorianam, librumque Jansenii cui titulus *Augustinus* et errores in eo contentos damnavit. III, 267. Non favet probabilistis. IV, 222.

URSACIUS erat Anomœus. II, 3.

USURA dicitur ab usu, et sic generaliter sumpta idem est ac usus cujuscumque rei, sive bonus sive malus. VII, 104. Apud theologos autem et juristas usurpatur in malam partem, non præcise pro usu, sed pro pretio usus rei. *Ibid.* Usura, juxta hanc notitiam, potest accipi vel formaliter pro ipso peccato usuræ, vel objective pro objecto hujus peccati. *Ibid.* Usura formaliter sumpta, communiter definitur : Injustitia qua quis ex mutuo aliquid accipit ultra sortem, tanquam debitum vi mutui. Brevius S. Thomas : Acceptio pretii pro usu rei mutuatæ. 105. Usura objective sumpta, communiter definitur : Lucrum ex mutuo tanquam debitum vi mutui; vel, juxta S. Thomam : Pretium usus rei mutuatæ. In idem redit. 104. Usura est prohibita jure divino positivo, canonico et naturali. 106, 107. Usura dividitur in realem et mentalem. Realis, quando lucrum deducitur exterius in pactum sive explicitum sive implicitum. 105. Usura mentalis est quando mutuans non deducit lucrum in pactum exterius, sive explicitum sive implicitum; intendit tamen illud tanquam sibi debitum vi mutui, et ut tale illud exigit aut accipit. *Ibid.* Alia est divisio usuræ apud jurisconsultas, scilicet in lucratoriam, compensatoriam et punitoriam. 106. *Vide* MUTUUM.

USURARIUS est qui, accepto pignore frugifero, v. g. agro, in assecurationem mutui, vi illius retinet fructus pignoris, eos non computando in diminutionem sortis. VII, 116. Usurarius mentalis, est ille qui revera accipit, sed absque ullo alio pacto etiam implicito quam ipso pacto mutui. 134. Esset usurarius qui secundario tantum et minus principaliter intenderet lucrum, ut vi mutui sibi debitum ex justitia. 104, 105. Usurarius, per se loquendo, non acquirit dominium usurarum : est communis. 141. Utrum usurarius venditor acquirat dominium pretii, dubitatur. 133. Usurarius tenetur restituere omnes usuras. 134. Usurarius non tenetur restituere id quod acquirit ex re usuraria non fructifera, puta, ex pecunia, vino, tritico, usurarie acceptis. *Ibid.* Si usurarius accipiat lucrum ut debitum vi mutui, et mutuatarius det pariter ut debitum vi mutui, tenetur usurarius ad restitutionem. *Ibid.* Omnia bona usurarii alia ab usuris non sunt obligata iis a quibus sunt acceptæ usuræ obligatione reali sed personali. 136. Ipsæ vero usuræ sunt obligatæ obligatione reali. *Ibid.* Omnes qui cooperantur efficaciter usuris, partes usurarii agendo, eo non restituente, tenentur ad restitutionem in solidum. 137. Pœnæ contra usurarios latæ spectant usurarios publicos, seu notorios notorietate juris vel facti. 138. Jus Gallicum pœnas fert contra Usurarios. *Vide in Appendice.* Usurarti publici sunt infames; admitti non possunt ad sacram communionem. 138. Licet-ne committere pecunias suas usuratiis? 139.

USUCAPIO acquisitio dominii dicitur. VI, 71.

USUS est applicatio alicujus rei ad aliquam operationem. IV, 130. Alius est activus, et alius passivus. *Ibid.* Usus activus est distinctus ab electione. 131. Duplex usus distinguitur : 1° usus juris, qui est ipsum jus utendi; 2° usus facti, qui est actualis usus, supponens tamen jus ut non sit injustus. Uterque est duplex : unus independens et irrevocabilis ad nutum concedentis; alter dependens, et revocabilis ad nutum concedentis. VI, 20, 21. Usus definitur a juristis : *Jus utendi tantum rebus alienis, salva earum substantia.* 18, 19. Usus revocabilis in rebus uno actu consumptibilibus, distinguitur a dominio. 20, 21 et seq. Usus irrevocabilis in ipsis rebus uno actu consumptibilibus a dominio non distinguitur. *Ibid.* Jus Gallicum quid statuit circa usum? I, 3, 5.

USUSFRUCTUS definitur : *Jus utendi fruendi rebus alienis, salva earum substantia.* VI, 17, 18. Quomodo acquiritur ususfructus? 18. Quomodo amittitur? 19. Quænam onera incumbunt usufructuario ut salva maneat rei substantia? *Ibid.* Si usufructuarius moriatur antequam collegerit fructus etiamsi maturos, hi acquiruntur domino proprietatis et non hæredibus fructuarii. 18. Jus Gallicum quid statuit circa usumfructum, VI, *App.* 2; circa jura, obligationes usufructuarii, et finem ususfructus. 2, 3, 5.

UTILE per inutile non vitiatur, si utile ab inutili separari possit. VII, 255.

UXOR dubitans de valore matrimonii reddere potest debitum, non autem petere. IV, 259. Triplicis generis distinguuntur bona uxoris, nempe : paraphernaria, dotalia, et communia. VI, 28. Juxta jus commune, uxor potest disponere de bonis paraphernalibus ad quoslibet usus lege permissos; secus vero de bonis dotalibus et communibus, nisi de consensu saltem tacito mariti, exceptis certis casibus. 29. Uxor habet dominium plenum, directum scilicet et utile, et administrationem bonorum paraphernalium. *Ibid.* Ex jure communi, de ipsis potest contrahere. VII, 15. Bonorum dotalium uxor habet

dominium directum, maritus autem utile et administrationem. VI, 30. Ex jure communi, de ipsis non potest contrahere. VII, 15. Medietatis bonorum communium uxor habet dominium directum. VI, 30. Ex jure communi. 293. Non potest, absque consensu saltem præsumpto mariti, aliquod notabile surripere de bonis familiæ. *Ibid.* Uxor separata a viro quoad bonorum communionem, habet jus administrandi ea quæ ipsi cedunt, non tamen alienandi vivente marito. VII, 16. Uxor quam maritus patitur vacare speciali commercio, potest quoad ea quæ illud commercium spectant, independenter a marito contrahere. *Ibid.* Juxta jus Gallicum potest-ne contrahere? *Vide in Appendice* 10. Prohibetur fidejubere. *Ibid.* In codice civili Gallico quibus regulis subjiciuntur uxorum bona. 6 et 10. *Vide* COMMUNITAS.

UXORICIDIUM quandonam impedit matrimonium. X, 219.

V

VACANTES res, vel amissæ vel derelictæ, cujusnam fiunt juxta jus Gallicum? VI, *App.* 15.

VALDENSES, seu pauperes de Lugduno, sic dicti a P. Waldo, sacramenta a quocumque malo ministro collata rejecere. VIII, 286. Tribuebant potestatem confessiones audiendi et Eucharistiam conficiendi cuilibet laïco probo. IX, 186, 352. Quidam transsubstantiationem, quidam corporis Christi veritatem negarunt. 45. Extremam-Unctionem contempsisse videntur. X, 2.

VALENS erat Anomæus. II, 3.

VALENTINO in concilio, coacto in causa Valentini episcopi criminibus diffamati, editi sunt viginti tres canones quorum sex primi quæstiones quas Gotteschalcus et Scotus Erigena moverant attingunt. I, 295.

VALENTINUS negavit Christum assumpsisse carnem ex Maria virgine. II, 308, 309. Dicebat carnem Christi esse cœlestem. III, 182. Adversus martyrium debacchatus est. VIII, 413. Valentiniani hos errores docuere. *Ibid.*

VARRO (Marcus) posuit quod Deus est anima mundi. I, 66.

VASA sacra non omnibus licet tangere. IX, 223.

VASQUES Semi-Pelagianis annumerat magnum Chrysostomum, sed injuriose. III, 260.

VECTIGAL, a vehendo dictum, est id quod pro rebus in urbem vel provinciam invehendis, vel ab urbe aut ex provincia avehendis solvitur : dicitur in jure *portorium*. Huic affine est id quod solvitur principi ex rebus venditis, sive mobilibus sive immobilibus. VI, 213.

VELLE licet quod licet facere positive, non autem quod licet facere permissive tantum. IX, 299.

VELUM. Quando scissum est? Quid mysterii habebat veli scissio? III, 216.

VENARI, aucupari, piscari, contra prohibitionem factam ratione utilitatis publicæ, est peccatum mortale vel veniale ratione damni illati. VI, 62. Qui venatur, aucupatur, piscatur in fundo pervio alterius habentis jus venandi, etc., peccat mortaliter vel venialiter, pro ratione damni illati, ad cujus roinde reparationem tenetur, non tamen prædæ captæ. 63. Homo privatus potest prohibere venationem in proprio fundo. 61.

VENÆ non metallicæ, ut sunt lapidicinæ, carbonariæ, tegulariæ, cretariæ, etc., sunt illius cujus est fundus, non solum quoad jus effodiendi, sed etiam quoad dominium et proprietatem. VI, 68. Attento solo jure naturæ, idem, eadem ratione, dicendum est de venis metallicis auri, argenti, cupri, ferri, stanni, etc. : jure Cæsareo principes aut respublicæ eas sibi vindicant, parte concessa inventori et compensato damno quod domino fundi infertur. *Ibid.* Venæ metallicæ et non metallicæ in jure Gallico cujusnam sunt. VI *in Appendice* 16.

VENDERE omnia pretio æstimabilia quæ nostra sunt in re, spe, jure, credito, seu quæcumque sunt nostri juris, nisi speciali jure prohibeamur, nos posse certum est. VII, 84. Si quis sciens vendat rem alienam non fungibilem emptori ignoranti, venditio eatenus est valida, quatenus transfert dominium pretii in venditorem; non tamen transfert dominium rei venditæ in emptorem, sed tantum jus indemnitatis contra venditorem, si res a vero domino evincatur. 83. Extra dubium est rem vendere pluris aut emere minoris justo pretio, fraude adhibita, ut frequentissime contingit inter mercatores, esse ex genere suo peccatum mortale injustitiæ. 65. Per accidens res licite potest vendi pluris aut emi minoris quam secundum se valeat. 67. Vendere pluris præcise propter dilatam solutionem, emere minoris præcise propter anticipatam solutionem extra limites justi pretii, injustum est et restitutioni obnoxium. Est communis. 72. Quid censendum de illis qui mendaciis et perjuriis efficiunt ut vendant justo quidem pretio, sed summo, aut emant infimo, v. g. jurando falso rem sibi tanti constare, tantum ab aliis esse oblatum, etc.? 70. Circa rem quæ venditur triplex defectus considerari potest : unus circa rei speciem seu substantiam; alter defectus est circa quantitatem; tertius, circa qualitatem. 77. Qui scienter vendit rem defectuosam, sive in substantia, sive in quantitate aut qualitate tanquam integram, peccat mortaliter ex genere suo contra justitiam, et tenetur ad restitutionem. *Ibid.* Qui

ex ignorantia inculpabili vendit rem defectuosam, non peccat; sed ubi id resciverit, tenetur damnum recompensare emptori. *Ibid.* Si res habens defectum, sive casu, sive manganio venditoris, sit æque bona et æque valeat ac res aliæ ejusdem speciei, quæ communiter venduntur, non videtur injustum eas vendere eodem pretio quo aliæ venduntur. 78. Vendere communiter et ex professo res quibus homo vix aut ne vix uti potest absque peccato, seu quæ ex modo et forma sunt determinatæ ad malum usum, est illicitum. 85. Vendere absque justa causa res indifferentes ad bonum vel malum usum illi qui verisimiliter creditur abusurus, est etiam illicitum. 86. Subsistente justa et proportionata ratione, id non est illicitum. *Ibid.* Vendere res quibus homo potest bene vel male uti, quando non est legitima ratio suspicandi emptorem abusurum, nulla ratione prohibetur. 87. Quæ sunt antecedenter annexa spiritualibus sic, ut, independenter ab ordine quem dicunt ad spiritualia, non sint moraliter loquendo æstimabilia, non possunt absolute vendi. 433, 434. Quænam res vendi possunt juxta codicem civilem. *Vide Append.*

VENDITIO definitur in jure : Pactio mercis pro pretio; et emptio : Pactio pretii pro merce. VII, 64. Certum est rem venditam et traditam soluto pretio vel assecurato, sive per pignus, sive per fidejussorem, sive per fidem habitam emptori, perire aut fructificare emptori. 87. Cui res vendita sed non tradita, aut tradita sed non soluta, pereat aut fructificet? 87 et 88. Cui debetur res successive vendita duobus? 89, 90. Daretur-ne actio in foro exteriori contra venditiones et emptiones supra vel infra justum pretium lege taxatum, etiamsi non essent infra vel supra medietatem justi pretii? 66. Venditio propter defectum rei illicitæ quandoque est invalida, si defectus sit circa substantiam rei totaliter, aut circa accidens redundans in substantiam rei, ex quovis capite promanet ignorantia defectus, et licet non det causam contractui. 79. Sed si defectus sit circa qualitatem aut quantitatem, id est circa mera accidentia, valida est venditio. *Ibid.* Contractus venditionis cum pacto retrovenditionis in gratiam solius venditoris, est licitus : ita communiter. 91. Contractus venditionis cum pacto retrovenditionis in gratiam solius emptoris, metaphysice loquendo, illicita non videtur; at est maxime periculosus nec in praxi admittendus. 92. Contractus venditionis, cum pacto redimendi, gallice *Contrat avec faculté de réméré ou de rachat*, est contractus quo res venditur eo pacto, ut venditori, intra certum tempus, vel quando ipsi placuerit, emptor teneatur rem revendere. 90. Emens ex commissione potest-ne sibi retinere ea quæ vendens solo ejus intuitu gratis donat? 97. In jure Gallico quid statuitur circa venditionis et emptionis naturam; traditionem rei venditæ, vitia rei venditæ solutionem pretii; rescissionem venditionis propter læsionem; circa res quæ vendi possunt; cui res vendita pereat et fructificet; pactum retrovendendi; et circa varias venditionis dispositiones. *Vide Appendicem circa hanc materiam ad calcem voluminis.*

VENDITOR aut emptor censetur adhibere dolum dupliciter, positive et negative : positive, verbis et factis; negative, tacendo defectus. VI, 80. Venditor interrogatus de vitio suæ mercis qualecumque sit, sive occultum, sive manifestum, sive reddat rem inutilem emptori, sive non, sive minuat de pretio, sive non, tenetur illud aperire; alias contractus estnullus et injustus. *Ibid.* Venditor etiam non interrogatus tenetur manifestare vitium occultum rei suæ, si reddat rem emptori noxiam vel inutilem ad finem ad quem emit. *Ibid.* Si vitium occultum non reddat rem noxiam vel inutilem emptori, et venditor subtrahat de pretio pro ratione vitii, non tenetur illud manifestare. Est communis. 81. Si vitium sit manifestum, puta, si equus sit monoculus, venditor non rogatus non tenetur per se loquendo illud manifestare. *Ibid.* Venditor qui privatim novit pretium mercium brevi minuendum, non tenetur id aperire emptoribus; sed seclusa fraude, potest illæsa justitia suas vendere pretio currente. 81 *et seq.*

VENENA *Vide* ANIMALIA NOXIA. I, 398.

VENEREA (in re) directe in se volita et intenta non datur parvitas materiæ excusans a peccato mortali. VIII, 133.

VENIÆ facilitas præbet-ne incentivum peccandi? IX, 261.

VERBERARE filios in sacris constitutos, absque eo quod incurrant excommunicationem canonis *Si quis*, etc., probabilius et tutius non licet parentibus. VI, 259. Non cuique licet alterum verberare causa correctionis et disciplinæ, sed id licet patri respectu filii, domino respectu servi; non tamen illis licet occidere aut mutilare. 258, 259.

VERBUM existit in humanitate per subsistentiam. I, 86. Verbum nullam subiit mutationem per incarnationem. 91, 92. Omne verbum in nobis progreditur-ne ab altero? 129. Verbum in nobis tribus modis proprie sumitur, quarto modo improprie et metaphorice. II, 113. Verbum proprie dictum in divinis est nomen Personale et nullo modo essentiale. *Ibid.* Verbum est nomen proprium Filii. 115. Verbum procedit per se ex cognitione non solum essentiæ et attributorum, sed relationum et creaturarum possibilium. 116. Verbum non procedit per se ex cognitione creaturarum futurarum, sed concomitanter tantum et per accidens. 117. Verbum per se non procedit ex cognitione futurorum conditionatorum. 120. Si verbum dimitteret humanitatem Christi, hæc statim amitteret justitiam commutativam ad Deum. III, 104. Vide INCARNATIO.

Verbum otiosum est prohibitum. IV, 163. Verba in sacramentis novæ legis sunt de facto determinata a Christo. VIII, 230. *Vide* SACRAMENTUM. Verba habent significationem ex duplici capite : 1° ex impositione ; 2° ex usu et accommodatione hominum. 233. Verba valent secundum sensum et non secundum sonum vocis. IX. 115.

VERECUNDIA est timor opprobrii, et consequenter actus turpis ex quo causatur approbrium. VIII, 57. Verecundia non est virtus proprie dicta, sed passio laudabilis, quæ ideo quandoque dicitur virtus late. *Ibid.* Verecundia potest impedire liberam nominis Christi confessionem. IX. 230. Non est nisi de malo. X, 143.

VERITAS sequitur ad ens tanquam ejus proprietas. I, 185. Veritates sunt duplicis generis : naturales et supernaturales. III, 326. Veritates naturales intellectui nostro sunt proportionatæ, aliæ captum nostrum pro hoc statu superant : item quædam sunt pure speculativæ, quædam practicæ. *Ibid.* Veritates supernaturales sunt-ne intra objectum specificativum nostri intellectus ? 330. Veritates speculativo-practicæ sunt eæ quæ quamvis spectent praxim, ad actum tamen non movent, et sunt principia generalia syndereseos, etc. 327. Homo non potest credere veritates supernaturales, ex motivo supernaturali divinæ revelationis, sine gratia speciali interna tam ex parte intellectus quam ex parte voluntatis. 328. Veritas a Deo revelatur dupliciter : immediate in se particulari, et mediate in alio ; et hoc dupliciter, vel ut effectus in causa, vel ut pars in toto. V, 126. Veritas est objectum intellectus, non voluntatis, nisi ut bona. 320. Veritas, cui opponitur mendacium, sumitur dupliciter : actualiter, et habitualiter. Prior non est virtus ; posterior, quæ vocatur veracitas, est virtus moralis. VII, 393, 394. Veritas actualis est conformitas. vel intellectus ad rem intellectam, vel vocis seu signi ad rem significatam. *Ibid.* Veritas habitualis, est habitus inclinans ad dicendum verum quando, ubi et quo modo oportet. *Ibid.*

VERONICA an obtulerit revera sudarium Christo ut faciem sudore et sanguine madentem abstergeret, atque illud a Christo statim receperit ejus facie impressa insignitum, incertum est. III, 208, 209.

VERUM aliud est practicum, aliud speculativum. IV, 189, et VI, 2. Verum omne et universale est objectum voluntatis. 12. Est ejus bonum. 42. Est objectum intellectus. 92.

VESPASIANUS vera non patravit miracula. V, 23.

VESPERÆ in quadragesima cantantur ante refectionem. VIII, 83.

VESTALES apud Romanos summo honore habebantur, et quæ ex illis corruptæ deprehendebantur, extremo supplicio afficiebantur. VIII, 83.

VESTES SACRÆ requisitæ ad sacrificium sunt sex : humerale seu amictus, alba seu tunica, singulum, manipulus, stola et casula, seu planeta; omnes debent esse benedictæ. VIII, 432. Sine omnibus vestibus sacris celebrare, secundum omnes, est peccatum mortale. *Ibid.* Color vestium sacrarum debet correspondere tempori seu festo, juxta præceptum rubricarum. *Ib.* Ex his quæ usibus profanis inservierunt, licet conficere vestes ad usus sacros, *Ibid.* Vestes sacræ quomodo amittunt benedictionem ? *Ibid.*

VIATICUM sumens in malo statu non tenetur ex præcepto divino ad illud iterum sumendum. IX, 161.

VIATOR amat beatitudinem in communi, naturaliter et voluntarie. IV, 90, 92.

WICLEFISTÆ negabant solos sacerdotes esse ministros confessionis. IX. 332. Non certo constat an confirmationem negarint. 2. Extremam-unctionem contempisse videntur. X, 2.

WICHEFUS docuit decimas non esse debitas, sed meras eleemosynas quæ possent ad libitum denegari ministris Ecclesiæ propter eorum peccata. VII, 240, 442. Dicebat baptismum non esse infantibus prædestinatis necessarium. VIII, 428. Rejicit confessionem tanquam inutilem. IX, 331. Erravit circa Eucharistiam. 44.

VICTORI restiterunt Asiatici in causa celebrationis Paschæ. V, 206.

VIENNENSE concilium, generale XV, indictum fuit a Clemente V ad definiendum quid in causa Templariorum agendum erat. V, 247. Damnavit plures alios hæreticos. 248.

VIGILIUS rogatus ut præsideret concilio Constantinopolitano II, renuit. V, 233.— Vigilius quid egit circa tria famosa Capitula? 202. 306.

VIM vi repellere licet. VI, 232. Vis est impedimentum matrimonii. X, 175.

VINCENTIUS fuit unus cultorum Semi-Pelagianismi. An fuerit Lirinensis disputant auctores. III, 260.

VINDICATIO late sumpta describitur, per quam vis aut injuria et omnino omne quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur. VI, 233 ; VIII, 20. Stricte sumpta, est ultio injuriæ per aliquod malum pœnale inflictum peccanti; et sic est redditio mali pro malo, mali scilicet pœnalis pro malo culpabili. *Ibid.* Est virtus specialis. 21. Quamvis sit licitum appetere vindictam ad reparationem propriæ injuriæ, longe tamen melius est, regulariter loquendo, illiam patienter ferre et condonare propter Deum. 22. Vindicatio facta auctoritate privata est illicita. 21.

VINUM de vite est materia Eucharistiæ. *Vide* EUCHARISTIA et MISSA. Vinum arescens potest consecrari, sed id fit illicite. IX, 117.

VIOLENTIA non potest inferri voluntati quoad actus elicitos, bene tamen quoad actus imperatos. IV, 63. Mutatio voluntatis a Deo non est violentia. 64. Violentia absoluta causat iuvoluntarium simpliciter, seu actus ex violentia factus est involuntarius simpliciter. *Ibid.*

VIRGINES quæ religionem profitentur vocabantur olim *sanctimoniales* ; nunc brevitatis causa, *moniales*. Dicuntur etiam *nonnæ*. VI, 378, 379. Qui virginem, sive reputatam talem, aut viduam honestam libere consentientem cognovit, in foro conscientiæ nihil tenetur illi restituere. 279. Teneturne aliquid rsstituere parentibus ? *Ibid.* Qui virginem sive reputatam talem, aut honestam viduam invitam cognovit tenetur ad omnia damna ide sequentia. 280. Puella censetur invita quando vis infertur aut dolus : qui sub promissione matrimonii vera vel ficta, extorsit copulam a virgine, tenetur regulariter illam ducere. 280, 281. Quidam casus excipiuntur. *Ibid.* Si nata sit proles ex fornicatione, ad quid tenetur fornicator? *Ibid.*

VIRGINITAS dicitur a *virore*. VIII, 123. — Sumitur dupliciter : 1° naturaliter, pro integritate carnis ; 2° moraliter, et hoc iterum dupliciter, vel pro quodam statu castitatis, vel pro speciali virtute a castitate distincta, quæ definitur firma voluntas perpetuo abstinendi ab omnibus delectationibus venereis. *Ibid.* Virginitas sumpta pro quodam statu castitatis duo importat : 1° quod persona non sit voluntarie polluta ; 2° quod sit in proposito sic se servandi, nisi matrimonio jungatur. 125. Virginitas est excellentior et melior matrimonio. 128. Virginitas non contrariatur legi naturæ neque præcepto divino de multiplicatione. 124 Virginitas pia. moraliter sumpta pro voluntate perpetuo abstinendi ab omni delectatione venerea, non est illicita. 125. Virginitas est virtus specialis a castitate distincta. 126. Virginitas naturalis amittitur irreparabiliter in viro per copulam, in muliere per reserationem claustri virginalis. 129. Virginitas moraliter sumpta pro virtute amittitur per simplicem consensum in rem veneream. 130. Virginitas amissa per solam delectationem morosam probabiliter potest reparari. *Ibid.* Virginitas amissa per simplicem consensum in rem veneream potest reparari ; amissa per pollutionem non potest. *Ibid.*

VIRTUS. Virtuti debetur præmium, et pœna peccato. II, 260, 261. Virtus est habitus electivus secundum rationem in mediocritate consistens. II, 438 ; III, 374, 377 ; IV, 259 ; VI, 91 ; IX, 261. Virtutes sunt in triplici differentia ; aliæ sunt intellectuales, aliæ morales, aliæ theologicæ. II, 438. Virtutes morales sunt duplicis generis : quædam sunt ordinis, quæ nostris actibus acquiruntur ; aliæ sunt per se infusæ, non secus ac theologicæ, et deserviunt fini supernaturali. II, 438 ; IV, 274, 275. Virtus est perfectio potentiæ congruens naturæ. III, 374. Nomen *virtutis* a *viro* derivatum est, quia fortitudo quæ dicitur virtus major est in viro quam in fœmina. IV, 259. Quandoque sumitur virtus pro ipsa potentia operativa, quandoque pro ipso effectu seu operatione potentiæ operativæ. *Ibid.* Virtus recte definitur : *Bona qualitas mentis qua recte vivitur et nemo male utitur, et quam Deus in nobis sine nobis operatur*. 259, 260 et VI, 97. Virtus intellectualis non est virtus simpliciter, sed secundum quid. 260. Non sunt in voluntate virtutes circa bonum rationis proprium et privatum, sed hæ sunt in appetitu sensitivo. 261. Appetitus sensitivus, prout natus est obedire rationi, est subjectum virtutis, scilicet temperantiæ et fortitudinis. 263. Sunt in nobis a natura quædam semina et inchoationes virtutum tam moralium quam intellectualium, non tamen virtutes essentialiter completæ et consummatæ. 264. Quatuor sunt virtutum proprietates : prima est, quod consistant in medio ; secunda, quod sint inter se connexæ ; tertia, quod sint inæquales ; quarta, quod durent post hanc vitam. 268. Virtus moralis consistit in medio : unde definitur a Philosopho : *Habitus electivus in medietate existens*. *Ibid.* Omnis virtus moralis consistit in medio rationis. *Ibid.* Virtutes intellectuales consistunt in medio, quia verum, quod est earum objectum, mediat inter excessum et defectum. 269. Virtutes theologicæ per se et ratione objecti non consistunt in medio, bene tamen per accidens et ratione subjecti. *Ibid.* Certum est : 1° omnes virtutes intellectuales non esse inter se connexas, non enim qui habet unam scientiam, habet omnes. Certum est 2° omnes virtutes theologicas non esse inter se connexas ; amissa enim charitate per peccatum, possunt remanere fides et spes. Certum est tertio omnes virtutes morales infusas esse inter se connexas, quia sunt proprietates gratiæ quacum infunduntur et qua pereunte pereunt. *Ibid.* Potest autem virtus considerari dupliciter, in statu perfecto et imperfecto. Virtus imperfecta est quæ vel non attingit rationem essentialem habitus, sed est quædam dispositio vel inclinatio ad aliquod bonum, orta aut ex temperamento, aut ex assuetudine quorumdam actuum imperfectorum, etc., etc. 269, 270. Virtutes morales acquisitæ in statu perfecto sunt ita inter se connexæ, ut qui una caret, nullam perfecte habeat. Est communis cum Auctore contra Scotistas. *Ibid.* Virtutes morales infusæ a charitate sunt inseparabiles, utpote gratiæ sanctificantis proprietates. 272. Possunt esse sine charitate veræ virtutes morales acquisitæ, sicut fuerunt in multis gentibus, sed imperfectæ. *Ibid.* Virtutes morales ac-

quisitæ sine charitate non bene ordinant hominem respectu finis ultimi simpliciter. 372. Virtus in peccatore remanet ut habitus quantum est ex principiis intrinsecis, ratione quorum petit difficile moveri, at per accidens et ratione subjecti, quod est aversum ab ultimo fine, fit facile mobilis, habetque ex illa parte modum dispensationis; unde remanet essentialiter virtus, sed imperfecta. *Ibid.* Virtutes intellectuales, simpliciter loquendo, sunt nobiliores moralibus, tum quia perficiunt nobiliorem potentiam, scilicet intellectum, tum quia habent nobilius objectum, scilicet res in communi abstractas a materia. *Ibid.* Virtus perfecta facit habentem simpliciter bonum, et ejus bonum reddit. 272 et VIII, 31. Virtutes morales non remanent post hanc vitam quantum ad suum materiale, remanent quantum ad suum formale in *patria*. 273. Omne vitium, tam illud quod opponitur virtutibus acquisitis, quam illud quod opponitur virtutibus infusis, est contra naturam hominis. 275. Virtus theologica est ea cujus objectum immediatum est Deus. V, 256. Finis virtutum moralium potest considerari in communi et in particulari. VI, 3. Partes cujusque virtutis moralis sunt triplicis generis; integrales, subjectivæ et potentiales. 4 et VII, 180. Virtus cardinalis est ea in qua inest excellenter una ex quatuor conditionibus omni virtuti communibus, quæ sunt *discretio, fortitudo, firmitas, et moderamen*. VIII, 31. Tota ratio virtutis moralis in eo sita est, quod passiones circa quas versatur contineat in medio, seu intra limites recte rationis. 41 et 48. Virtutes infusæ per peccatum amissæ restituuntur per pœnitentiam. IX, 281. Virtutes acquisitæ amissæ non restituuntur per pœnitentiam, sed per actus repetitos. *Ibid.*

Visio beatifica. Omnes visiones beatificæ, sive hominum sive Angelorum, sunt ejusdem speciei essentialis. I, 157. Duplex distinguitur objectum visionis beatificæ: unum primarium et formale, quod ratione sui videtur, et est ipse Deus; alterum secundarium et materiale, quod ratione primarii videtur, et sunt creaturæ. 141. Duplex distinguitur principium visionis beatificæ: unum se tenens ex parte potentiæ, illam elevans et perficiens ad hanc visionem; aliud se tenens ex parte objecti illud repræsentans intellectui: prior dicitur lumen gloriæ, posterior species. 118. Essentia divina in visione beata gerit vices speciei impressæ et expressæ; hujus tamen secundum quid et incomplete. Est communis inter Thomistas. 130. Creaturæ videntur-ne in Deo tanquam in speculo? 150. Nullus intellectus creatus potest per solas naturæ vires videre Deum intuitive, seu ut est in se. Est de fide. 105. Visio beatifica nullam ex se habet causam per quam amittere possit esse. IV, 41. Visio beatifica datur gratiæ ut merces et præmium. 44. Visio beatifica est dos animæ beatæ. 45. Intellectus creatus, supernaturaliter adjutus, potest videre Deum ut est in se. Est de fide. 109. Homo purus de lege ordinaria non potest in hac mortali vita videre Deum ut est in se. 114. Inæqualitas meritorum est causa moralis inæqualitatis in visione Dei. 134.

Vita. Aliquis in hac vita vidit-ne vel potest-ne videre Deum ut est in se? I, 113. Vita quæ est mediocris, inter paupertatem et divitias, est-ne eligibilissima? III, 198. Vita æterna dicitur gratia Dei. 334. Vita æterna est simul hæreditas et merces. 335. Quid requiritur ad perfectionem vitæ supernaturalis? IV, 266. Laudandi sunt qui vitam suam exposuerunt pro vita aliorum. V, 303.

Vitium dicitur a *vitando*, quia debet vitari et fugi tanquam malum. Generaliter loquendo, significat quemcumque defectum a regula sive naturali, sive artificiali, sive morali. IV, 274. In moralibus sæpe confunditur cum peccato; differt tamen: vitium enim proprie est habitus inclinans ad peccatum; peccatum autem est actus inordinatus ex vitio promanans, aut illud generans. *Ibid.* Vitium opponitur virtuti. *Ibid.* Omne vitium est contra ordinem rationis. 276. Vitia alia tendunt præcise contra rationem et legem naturalem, et alia contra motiva et præcepta supernaturalia. 275, 276. Vitia quæ per se tendunt contra rationem naturalem sunt directe contraria virtutibus acquisitis. 274. Vitium nullum, neque naturale, neque supernaturale, contrariatur directe, sed indirecte, virtutibus infusis. 275. Vitia quæ opponuntur virtutibus infusis sunt indirecte contra naturam hominis. 277.

Vocatio gentium prædicta est a Prophetis. II, 332.

Volitio est nuda complacentia et appetitus inefficax boni propositi. IV, 115. Nulla volitio naturalis est in dominio et potestate nostra. 92, 93. Volitio essentialiter libera esse debet a voluntate ut voluntas est formaliter, et non ut est natura. 90.

Volitum movet-ne voluntatem. I, 256. Duplicitur aliquid potest esse volitum seu intentum: 1° directe, formaliter et explicite; 2° indirecte, virtualiter et implicite. IV, 150. Volitum Dei seu ejus ultima ratio volendi est bonum commune. 172. Melius est conformari volito materiali quando est nobis liberum illud velle vel nolle; secus si non sit nobis liberum nec licitum istud velle. 175. Volitum differt a voluntario: volitum est objectum voluntatis; voluntarium procedit a voluntate. VIII, 179.

Voluntarium est id quod est a principio intrinseco cum cognitione finis. IV, 49, 57, 63. Voluntarium distinguitur a violento, 49. a volito simpliciter, *Ibid.*; a motu naturali. *Ibid.* Voluntarium dividitur: 1° in perfectum, quod soli naturæ rationali competit; et in imperfectum, quod competit

brutis. 2° Dividitur in necessarium et liberum, seu directum; 3° in voluntarium in se, et voluntarium in causa seu indirectum. 50, 51, 68. *Voluntarium indirectum* tres requirit conditiones, juxta theologos : prima, ut effectus fuerit prævisus, aut potuerit aut debuerit; secunda, quod possit; tertia, quod debeat auferre hanc causam et hunc effectum impedire. 51 : VIII, 172. 4° Dividitur in voluntarium positivum et negativum. 51. Voluntarium perfectum ex perfectione cognitionis non idem est quod liberum. 52. Voluntarium negativum non potest esse sine actu saltem ex parte operantis. 54. Voluntarium actu habetur per exercitium libertatis. *Ibid.* Defectu principii intrinseci vel cognitionis finis voluntarium fit involuntarium, positive si desit prima conditio, negative si desit secunda. 63. Quod tollit actu rationem voluntarii excusat a peccato formali, reddendo involuntarium. 344.

Voluntas est appetitus rationalis sequens cognitionem et ductum intellectus. I, 254 : IV, 104, 192. Fertur-ne voluntas in objectum eo modo quo ipsi proponitur ab intellectu? 259. Voluntas invincibiliter et insuperabiliter se determinat libere. 551, 552. Voluntas nunquam operatur sine directione intellectus. IV, 151. Voluntas non fertur in incognitum. 349. Non determinat intellectum ad considerandum nisi ex prævia cognitione quæ non sit voluntaria. *Ibid.* Voluntas est potentia vitalis. 54. Voluntas non sequitur necessario judicium practicum necessitate absoluta et antecedente. 128. Potest ferri absolute in id omne quod habet rationem boni utilis. *Ibid.* Voluntas, juxta quosdam, non potest efficaciter imperare intellectui assensum unius partis, ubi momenta sunt æqualia. 230. Voluntas assumit pro motivo eligendi unum præ alio exercitium suæ libertatis, quod uni præ alio applicat. 128. Voluntas imperat causaliter originative omnes actus voluntarios. 152. Voluntas denominatur moralis quia producit actum moralem. 156. Voluntas est libera respectu cujuscumque actus divisive. 57. Voluntas potest eligere minus bonum relicto meliori. 227. Voluntas non potest velle efficaciter impossibile. 150. Voluntati convenit primo et per se movere. 132. Voluntas seipsam movet quoad exercitium in aliquibus actibus. 120. Voluntas a nullo exteriori principio nisi a solo Deo potest moveri quoad exercitium ut in genere causæ efficientis. 122. Voluntas movetur ad aliquid seu appetit aliquid naturaliter et necessario necessitate specificationis. 123. Voluntas non movetur de necessitate a Deo, neque quoad exercirium, neque quoad specificationem, nisi in his ad quæ naturaliter movetur. 125. Voluntas non fertur in aliquod bonum, nisi trahatur et alliciatur ab illo. 128. Voluntas appetit naturaliter et necessario : 1° bonum in communi; 2° ultimum finem. 124. Quantum ad bona particularia, ut cognitio veri, esse et vivere, etc., appetit si considerentur ratione sui, non autem ratione adjuncti. 123. Voluntas a nullo bono particulari moveri potest necessario quoad specificationem. *Ibid.* Voluntas a nullo objecto saltem creato movetur ex necessitate quoad exercitium. 124. Voluntas bona non est a nobis, sed a Deo. 162. Voluntas non potest dici bona, si intentio mala sit causa volendi. 155. Bonitas voluntatis pendet a regulis morum. 171. Prima bonæ voluntatis humanæ regula est divina voluntas. *Ibid.* Humana voluntas quadrupliciter potest intelligi conformari divinæ voluntati, juxta quadruplex genus causarum efficientis, formalis, materialis, et finalis. *Ibid.* —Voluntas non potest velle malum sub ratione mali. 115. Voluntas est primum movens in peccato. 66. Voluntas est subjectum peccati formaliter sumpti. 65. Voluntas facti sufficit ad peccatum materiale; non autem ad peccatum formale. 61. — Quando voluntas vult directe omissionem, non requiritur præceptum ponendi actum. 57. Voluntas præter defectum materialem habet alium, liberum scilicet recessum a lege. 326, 327. — Voluntas divina differt a nostra. 129. Voluntas divina tripliciter nobis innotescere potest : 1° per revelationem, 2° per operationem, 3° per præceptum. 172. *Vide* Deus. Qui non retractavit priorem voluntatem peccat continuo peccato ejusdem malitiæ cum causa quam posuit. 302. Voluntas fertur intensius in minus bonum præsens quam in majus absens et refugit intensius minus malum præsens quam majus absens. V, 298, 299. Omnis actus voluntatis provenit ex aliqua consideratione. VII, 185.

Voluntas ultima est libera dispositio de eo quod quis statuit fieri post mortem. VII, 47. Dividitur in testamentum, codicillum, legatum, fideicommissum, et donationem causa mortis. *Ibid.*

Votum est *promissio Deo facta de meliori bono*. VII, 247. Ad valorem voti requiruntur : 1° promissio, et non simplex propositum; 2° intentio se obligandi; 3° deliberatio; 4° spontaneitas seu libertas, id est quod votum non fiat ex ignorantia, ex metu, 5° facta Deo; 6° de re bona. 247 *ad* 251. Votum ex actus religionis, seu latriæ, quo quis e obligat Deo ad aliquid faciendum vel omittendum in ejus cultum et obsequium. 250. Votum debet esse de re bona quæ, attentis omnibus circumstantiis, sit Deo grata. 254. Per votum voluntas immobiliter firmatur in bono. 265. Votum propriissime dictum debet esse de opere supererogationis et consilii. 251. Votum distinguitur in personale, reale et mixtum. 263, 266. Personale, est promissio actionis a vovente exercendæ, ut jejunandi. *Ibid.* Reale est promissio alicujus rei dandæ ut eleemosynæ. *Ibid.*

Mixtum est promissio utriusque, v. g., peregrinandi ad S.-Hubertum, et illic offerendi cornu argenteum. 263. Votum aliud expressum, quod expressis terminis emittitur; aliud tacitum, quod alicui actioni annectitur, licet expresse non emittatur. 265. Votum aliud perpetuum, aliud temporale. *Ibid.* Votum aliud simplex, aliud solemne : in quo uterque consistat non consentiunt theologi. 267 : X, 184. Votum simplex consistit in simplici promissione; solemne vero, in promissione simul et traditione absoluta et irrevocabili, atque reciproca acceptatione, facta ab habente legitimam auctoritatem. VII, 267. Votum simplex et solemne sunt-ne ejusdem speciei? 270. Obligant-ne eodem modo? 271. Solemnitas voti consistit-ne in statuto Ecclesiæ personam voventem inhabilitante ad certos effectus? 268. Votum aliud absolutum, quo quis simpliciter et absolute, independenter a conditione, aliquid Deo promittit; aliud conditionatum, qua promittit aliquid sub conditione extrinseca de futuro. 266. Votum conditionale est duplex, pœnale scilicet et simplex : pœnale est quod vovetur sub conditione culpæ; simplex, quo promittitur aliquid sub conditione quæ non sit culpa. 266, 271, 273. Votum simpliciter conditionale prout a pœnali distinguitur, est id quo promittitur aliquid sub conditione extrinseca de futuro quæ non sit culpa : v. g. voveo ingredi religionem si convaluero. 271. Votum sub conditione de præsenti aut præterito non est proprie conditionale; neque votum sub conditione, quæ ex natura rei aut ex dispositione juris inest. *Ibid.* Expedit vovere secundum se. 264. Omnis homo viator ratione sufficienti utens, quantum est ex se, hoc est nisi aliunde impediatur, potest vovere. 274. Subditus qualiscumque, vel alteri obligatus, non potest se per votum firmiter obligare in his in quibus alteri subjicitur aut obligatur, sine ejus consensu. *Ib.* Facultas vovendi potest ex duplici capite impediri : 1° auctoritate ecclesiastica; 2° ex dependentia ab alterius voluntate. *Ibid.* Duplex est dependentia voti ab alterius voluntate : una per se, se tenens ex parte voluntatis personæ voventis. *Ibid.* Altera voti dependentia est secundum quid, ratione scilicet materiæ quæ alterius juri seu potestati est subjecta. 275. Votum de re mala aut indifferente non obligat, quia non acceptatur a Deo. 256. Votum proprie dictum potest recte et valide fieri de operibus aliunde præceptis. 251. Vota de rebus simpliciter necessariis aut impossibilibus sunt invalida et illicita. *Ibid.* Vota de rebus malis, quomodocumque malæ sint, et indifferentibus qua talibus, sunt invalida et illicita. 252. Vovere res impossibiles, necessarias et indifferentes qua tales, non videtur excedere culpam venialem. 253. Omne votum obligat ad sui observantiam. Est contra sectarios. 255. Obligatio voti est ex genere suo sub peccato mortali. 256. Obligatio voti maxime pendet ex intentione voventis, et juxta illam æstimanda est. IV, 490 : V, 323 et VII, 258. Votum affirmativum obligat tempore determinato a vovente. 259. Votum solemne obligat sub mortali. 258. Transgressio voti solemnis est explicanda in confessione, juxta sententiam docentem circumstantias notabiliter aggravantes esse accusandas. 271. Transgressio voti in materia levi non nisi venialem irreverentiam erga Deum committit. 272. Qui non adimplet votum tempore determinato liberatur-ne ab obligatione voti? 259. Qui prævidet fore ut non possit adimplere votum tempore designato, tenetur-ne prævenire? 160. Quando voto nullum est tempus determinatum, obligat quamprimum moraliter et commode adimpleri potest. *Ibid.* Cujusvis voti, sive personalis, sive realis, sive mixti, obligatio sic est personalis et propria voventi, ut ad alium transire non possit. 263. Quodnam ex votis incompossibilibus obliget? 261. Videtur quod omnes transgressiones votorum sunt ejusdem speciei. 258. Quando executio voti fit notabiliter difficilior, totum votum corruit. 259. Si materia subrogata fiat impossibilis aut inutilis etiam ex culpa voventis, non tenetur redire od prius votum. 294. Si Materia quæ fuit apta voto fiat deinceps inepta, non manet obligatio voti. 255. Votum conditionatum obligat-ne si conditio impleatur non determinate, sed in simili et æquivalenti? 271. Qui vi, fraude, dolo aut aliter peccando impedit ex industria conditionis positæ eventum, tenetur-ne nihilominus votum adimplere, si ad id maneat adhuc habilis? 273. Dubium circa votum potest esse vel de ejus substantia, aut de ejus essentialibus; vel de ejus accidentibus. 262. Ubi dubitatur de ipsa voti substantia aut de ejus essentialibus, si, omnibus utrinque mature perpensis, remaneat adhuc verum dubium, remanet obligatio voti, teneturque partem tutiorem eligere, ne se discrimini committat. *Ibid.* Si ignorantia negativa versetur circa substantialia voti, irritat votum. 249. Si ignorantia negativa sit circa voti accidentalia tantum, quæcumque illa sint, non irritat votum. *Ibid.* Votorum reservatio comprehendit tantum vota proprie dicta, certa, absoluta, determinata, integra, et ea quoad substantiam duntaxat, non quoad circumstantias. 286. Cessat votum, 1° mutatione materiæ, ut si fiat ex possibili impossibilis, ex licita illicita; 2° si ex aliquo accidente improviso adveniente fiat longe difficilior; 3° si tempus determinatum ad finiendum obligationem sit elapsum; 4° si cesset finis principalis. 277, 278. Obligatio voti relaxatur simplici cessatione voti, irritatione, dispensatione et commutatione. Idem dicendum de juramento promissorio, aut voti confirmatorio. *Ibid.* Vovens potest commutare

votum suum in evidenter melius. 276. Vota possunt valide, sed non licite irritari. 282. Vota semel et absolute irritata nunquam reviviscunt. 283. Vota tantum suspensa reviviscunt dum vovens est sui juris. *Ibid.* Papa potest-ne irritare vota omnium fidelium? 283. Vota filiorum-familias, uxorum et maritorum possunt irritari 281. et seqq. Dispensatio votorum est relaxatio seu condonatio quædam facta nomine Dei. 283, 284, 290. Certo est in Ecclesia potestas dispensandi in votis. 283 et IX, 130. Quinam possunt dispensare in votis? 283. Episcopus quandonam dispensat in votis? 287, 288. Si vovens non possit per se adimplere votum, non tenetur implere per alium, nisi sic intenderit, aut nisi sit votum reale. 259. Vota seu promissiones sacræ factæ B. Virgini aut aliis sanctis absque relatione promissionis ad Deum, etsi fiant in materia reservata, non sunt tamen reservata. 286. Ecclesia non dispensat in voto durante ejus obligatione. IX, 352. Duplex in voto est distinguenda solemnitas, una essentialis seu substantialis; alia accidentalis. X, 187. Tria vota paupertatis, continentiæ et obedientiæ sunt essentialia statui religioso. VI, 314, 380.

Vulgata. Authenticitas Vulgatæ editionis in hoc sita est, juxta communiorem sententiam, quod nihil contineat fidei aut bonis moribus repugnans, ex quo perniciosus error natus sit sequi. III, 168, 169. Vulgata editio, eaque sola, est authentica et certa fidei regula. V, 76.

Z

Zacharias. Quidam putant Zachariam patrem Joannis Baptistæ fuisse occisum eo quod puerum suum subduxisset, ne ab Herode occideretur. At id maxime controversum est. III, 189. Zacharias non credebat se posse habere filium, et ideo fuit punitus quod esset pertinax in negando articulo fidei sufficienter revelato. V, 47.

Zelus est proprie in Deo. Quia zelus de se nihil aliud est quam amor intensus, fortiter repellens omne quod est sibi contrarium, quod maxime Deo convenit. I, 390.

Zisca tyrannus quamdam civitatem Thabor in quodam monte ædificavit, in qua erexerat trecentas mensas communioni sub utraque speciei destinatas, ad quas feruntur una die accessisse triginta hominum millia : ab hac civitate duxit originem secta Thaboritarum. IX, 164.

Zozimus, successor Innocentii I, dolosis litteris et ambigua fidei professione Pelagii et Cœlestii deceptus, Cœlestium benigne excepit, illius et Pelagii fidem commendavit; postea vero in eumdem Cœlestium et Pelagium condemnationis sententiam pronuntiavit Zozimus, qua, errore deposito, perpetuæ pœnitentiæ subjiciebantur; quod si detrectarent, a communione fidelium arcebantur. Scripsit insuper Zozimus universis episcopis epistolam quæ appellatur *tractatoria* contra errores Pelagii. III, 247, 248. Nunquam tamen Zozimus judicio solemni librum Cœlestii ut catholicum approbaverat. V, 130. Cum Apiarius presbyter Africanus appellasset ad sedem Romanam, idque ægre ferrent episcopi Africani, Zozimus papa, in commonitorio quod dederat suis legatis ad concilium Carthaginense, fundabat usum appellationum ad sedem Romanam in *canonibus Nicænis*. 167, 168.

Zuinglius in Helvetia Ecclesiam Dei misere vexabat. V, 253. Zuinglius baptismum dicebat non esse necessarium infantibus prædestinatis. VIII, 247. Zuinglius Helvetius edito libro *De vera et falsa religione* succinit Carlostadio. Zuinglio adhæsit Joannes Œcolampadius. IX, 44. Mendacibus discipulis os verberat magister eorum Zuinglius, qui in comment. De vera et falsa religione cap. de *Eucharistia*, agnoscit tempore S. Augustini invaluisse opinionem de præsentia reali, et ideo S. Augustinum non ausum fuisse sensum figurativum palam profiteri. 56.

EXPLICIT INDEX GENERALIS.

DATE DUE

~~ILL/CUS 4365127~~
~~12/12/00 UPS~~

FEB 2 3 2001

GAYLORD

PRINTED IN U.S.A.

GTU Library
2400 Ridge Road
Berkeley, CA 94709
For renewals call (510) 649-2500

All items are subject to recall.

GTU Library
3 2400 00288 7333